Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

3 3433 07438865 7

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA, H. T. KARSTEN,
J. C. NABER, H. J. POLAK, K. G. P. SCHWARTZ,
M. C. VALETON, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.
VOLUMEN TRICESIMUM TERTIUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1905.

Digitized by Google

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
1907

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA ET BIBLIOPOLIO ANTEHAC E. J. BRILL.

Digitized by Google

INDEX

	Pag.
Ad Ovidii Heroides, scripsit P. H. Damsté	1 – 56.
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H..	56.
Thucydidea (*contin. e T. XXX p. 33*), scripsit I. C. Vollgraff	57 – 67.
Ad Sallustium, scripsit P. H. D.	67.
Adnotationes criticae ad Lysiae orationes, scripsit S. A. Naber	68 – 98.
De Ovidio poeta commentatio (*contin. e Vol. XXXII pag. 419*), scripsit J. J. Hartman	99 – 124.
Erratum correxit idem	124.
Commentum Aeli Donati ad Terentium (*contin. e Vol. XXXII pag. 322*), scripsit H. T. Karsten	125 – 153.
Ὑποστιγμήν, scripsit M. L. Earle	153.
Ad M. Antonini Lib. IX. c. 42, scripsit J. H. Leopold .	154 – 156.
TO $\overline{\text{T}}$ ATTIKON ANTI CIΓMATOC, scripsit J. v. L. .	156.
Adnotationes criticae ad Antiphontis Aeschinis Hyperidis Dinarchi orationes, scripsit S. A. Naber	157 – 185.
Ad Apollinarem Sidonium, scripsit P. H. D.	185.
Ad epigramma Delphicum, scripsit C. Gul. Vollgraff .	186 – 188.
Ad Apollinarem Sidonium, scripsit P. H. D.	188.
De Ovidio poeta commentatio (*contin. e pag. 124*), scripsit J. J. Hartman	189 – 218.
Emendatur Apoll. Sidon. Eq. I. 5. 5, scripsit P. H. D. .	218.
Varia, scripsit H. van Herwerden	219 – 220.
Ad Libanium, scripsit H. J. Polak	221 – 228.
Commentum Aeli Donati ad Terentium (*contin. e pag. 153*), scripsit H. T. Karsten	229 – 268.

Digitized by Google

Pag.

Adnotationes criticae ad Andocidis orationes, scripsit S. A. NABER . . . . . 269 – 292.

Ad scholia Aristophanica, scripsit J. v. L. . . . . 292.

Ad Sophoclis Antigonam, scripsit H. VAN HERWERDEN. . 293 – 316.

Tentatur Horatii Carm. I 6, scripsit H. v. H. . . . . 316.

De Damoclis gladio, scripsit J. VAN WAGENINGEN . . . 317 – 329.

ΒΑΡΒΑΡΙCΤΙ? Ad schol. Aristoph. Pac. 459, scripsit J. v. L. 329.

Ad Plauti Rudentem, scripsit S. A. N. . . . . 330 – 332.

Ad Boethium, scripsit P. H. D. . . . . 332.

De Ovidio poeta commentatio (*contin. e pag. 218*), scripsit J. J. HARTMAN . . . . . 333 – 378.

Ad Antonini Liberalis c. XXXI § 4, scripsit CAROLUS GULIELMUS VOLLGRAFF . . . . . 378.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ ΒΡΑΙΤΗΣ, scripsit CAROLUS GULIELMUS VOLLGRAFF . . . . . 379 – 380.

Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex Vol. XXXII pag. 446*), scripsit J. C. NABER S. A. FIL. . . . . 381 – 397.

De Livii praef. 3, scripsit M. L. EARLE . . . . . 397.

Ad Velleium Paterculum, scripsit P. H. DAMSTÉ . . . 398 – 420.

Σημεῖον αἰνιγματῶδες, scripsit J. v. L. . . . . 420.

Thucydidea (*contin. e pag. 67*), scripsit I. C. VOLLGRAFF . 421 – 441.

De Aeneidis loco illo ubi Aeneas Helenae mortem minatur (II, 567—588), scripsit J. J. HARTMAN . . . . . 441 – 444.

Ad Herodotum, scripsit M. L. EARLE . . . . . 444.

Digitized by Google

AD OVIDII HEROIDES.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

Aetate nostra multi viri, summa doctrinae laude ornati ac subtili ingenio praediti, in Heroidum Epistulis illustrandis atque emendandis curas magnas adhibuerunt. Postquam H. S. Sedlmayer a. 1881 *Commentarium Criticum* edidit, qui *Prolegomena Critica ad Heroides Ovidianas*, a. 1878 Vindobonae emissa, quasi continuaret, hisce a. 1886 adiecit Epistularum recensionem, apparatu critico instructam. A. 1885 S. G. de Vries Epistulam Sapphus ad Phaonem, tunc primum apparatu critico instructam et commentario illustratam, Lugduni Batavorum edidit. A. 1888 R. Ehwald Bibliothecam Teubnerianam nova carminum amatoriorum Ovidii et Epistularum editione ditavit, usus fundamentis a R. Merkelio iactis. Denique a. 1898 Oxonii liber prodiit, quem post A. Palmerii auctoris mortem L. C. Purser, collega eius, ad finem perduxit inscripsitque *P. Ovidi Nasonis Heroides with the Greek Translation of Planudes*. Palmer cum multis aliis operibus de litteris Latinis optime meritus esset, tum hoc libro laude summa dignissimum se praestitit. Non solum egregiam suam doctrinam probavit in Prolegomenis, quibus de historia Epistularum, de codicibus MSS., de Maximi Planudis metaphrasi multa fuse docteque disputantur addito Housmanni emendationum conspectu, quas hic a. 1897 (Class. Rev. Vol. XI) emiserat, sed etiam in Commentario adiecto ingenii acuminis uberrima praestantissimaque exhibuit specimina: locos hucusque

Digitized by Google

corruptos feliciter emendavit — non intellectos exposuit haud raro recentiorum poetarum imitationibus comparatis — male pro sanis habitos coarguit.

Quae cum ita sint, fortasse credas, opus tam consummatum neminem non deterriturum ne ipse quoque in Epistulas emendandas operam studiumque conferat, quippe cui post tot summorum virorum curas diligentissimas vix quidquam spei bonae relinquatur. At contra evenit. Quicumque locos in suspicionem videbit vocatos, quos ipse explicare posse semper sibi visus sit, ut accuratius diligentiusque eos inspiciat ultro fere incitabitur; ubi vero vulnera cognoscet indicata, quae ipse ante numquam observaverit aut frustra adhuc sanare sit conatus, ad novam animi intentionem vel invitus impelletur. Quodsi ita fortuna secunda alium locum nova quadam inventa interpretatione vel versuum ordine immutato vindicare, alium vera lectione detecta emendare potuerit, non sibi nimium tribuet sed ducibus illis egregiis, qui viam ante munierint, ea qualiacumque merita accepta referenda esse iure censebit.

Quin de Heroisin plura evulgata sint quam mihi inspicere licuit, non dubito: sunt libri, quos adhibui, illi praecipue, quos supra memoravi, quibus Ruhnkenii *Dictata ad Ovidii Heroidas*, a Friedemanno a. 1831 Lipsiae edita, accedunt et J. Gilberti *Ad Ovidii Heroides quaestiones criticae et exegeticae* (1887) et *Ovidianae quaestiones criticae et exegeticae* (1896). Quo fieri potest ut aliquid, quod alii ante me viderunt, me primum invenisse falso credam. Quodsi fiet, iustum inventorem iam nunc, ut ignoscat mihi, rogo oroque: tanta est hodie de rebus omnibus librorum libellorumque copia, ut vix ullius hominis industria ac crumena sufficiant ad omnia coemenda vel colligenda, quae de re, cui operam dederit, ubique umquam scripta sunt. Postremo ut litteris nostris aliquid proficiat, animum, tempus, oleum unusquisque nostrum impendit libenter — non ut suae qualicumque famae pusille consulat.

In verbis et versuum numeris citandis secutus sum Ehwaldi recensionem, Sapphus Epistula excepta, quam ab Ovidio scriptam et numero XV signandam esse cum plerisque censeo.

Digitized by Google

I. Penelope Ulixi.

1. Hanc tua Penelope lento tibi mittit, Ulixe;
Nil mihi rescribas, at tamen ipse veni!

Ita libri recentiores, nam cod. P demum ab Ep. II vs. 14 incipit. Quam lectionem qui retinendam censent, ad *Hanc* partim *epistulam* intellegunt (Ruhnk., Vahlen, Gilbert) et revera eiusmodi ellipsis Purser aliquot attulit exempla, sed — e veris epistulis petita, partim interpretantur *salutem*, in quibus Planudes est, qui vertit: Τόδε σοι τὸ χαίρειν ἡ σὴ Πηνελόπη βραδύνοντι πέμπει, Ὀδυσσεῦ. Sedlmayer (Wiener Studien Vol. II p. 150) cum Planude facit sed non explicuit vocabuli *salutem* omissionem neque eam satis explicari posse equidem puto. Si quis me Chrusalus roget: „non prius salutem scripsit?" ego sane, Nicobulus alter, respondeam: „Nusquam sentio". Ita tantum fieri potuisse credo, ut *hanc* (sc. salutem) poeta scripsisset, si plenas inscriptiones Epistulis praefixisset quales germanis epistulis scribentes praemittere solent, ut nostrae: *Penelope Ulixi Salutem Dicit.* Id tamen non factum esse, probant Epistularum initia, nam recte Gilbert observavit, legentes ex prioribus versibus scribentis nomen cognoscere, ut initio Epistularum I, II, III, IV, [V], X, XIII, XV (i. e. Sapphus Epistula), XVI, XVIII, XIX aut ipsum scribentis nomen accipimus aut ex eius nomine ad quem litterae dantur colligimus. Vahlenum autem gravissimis demonstrasse argumentis, idem poetam fecisse initio ceterarum Epistularum et tale distichon necessarium esse ineunte Ep. VII, XI, XII, XVII recte statuisse. Quam opinionem confirmant èt accusativus omissus in Ep. VIII (ad *inclusam*) èt *tamen* in initio Ep. XI. Vocabulum *salutem* igitur non supplendum esse, iam manifestum est. Neque *epistulam* esse intellegendum, inde concludere licet, quod tales detractiones, quae in Ciceronis epistulis sane frequentes sunt, Ovidius non habet; deinde e pentametri verbis: '*nil* mihi rescribas', nam si *hanc* poeta posuisset, haud dubie perrexisset: '*ne quam* rescribas'; denique ex Ep. X. 3: *Quae* legis, ex illo, Theseu, tibi litore mitto.

Si quis me roget, quomodo igitur Ep. XIV. 1 *mittit* nude positum explicandum censeam, Gilberti verbis (Ad Ov. Her. 1887 p. 13) respondeo: „meo iudicio accusativus *epistulam* ad

Digitized by Google

verbum *mittit* absolute prolatum dubito an facilius suppleatur quam ad pronomen *hanc*".

Itaque Palmerii emendationem *Haec* omnino recipiendam esse, iam satis me probasse opinor.

39. Rettulit et ferro Rhesumque Dolonaque caesos,
Utque sit hic somno proditus, ille dolo.

Hos versus, non distichon quod proxime antecedit (ut Riese voluit et probat Sedlmayer), male insertos esse arbitror et variae sunt causae, quae in hanc opinionem me adduxerunt. Primo suspecta est lectio tradita *dolo*, cuius vocabuli repetitio in pentametro, qui subsequitur, vehementer displicet neque adhuc tolli potuit quamvis magna coniecturarum copia: mendum fortasse in altero loco inesse, iam Palmer monuit. Deinde, cum vs. 37 sq. Penelope dixerit, Nestorem omnia circum Troiam gesta filio suo narrasse, hunc sibi, atque ita diserte affirmaverit, RES iamdudum notas sibi fuisse, quarum LOCA tunc a viris Troia reversis pingerentur, et hanc orationis partem quodammodo clauserit, molesta et languida repetitio est: *Rettulit et* e. q. s. Denique, distichon a me damnatum, venustatem omnem tollit eorum quae sequuntur. Nam cum Penelope Rhesum Dolonemque caesos atque illius equos ab Ulysse captos his verbis elatis ac gravissimis memorare incipit:

41. Ausus es, o nimium nimiumque oblite tuorum,
Thracia nocturno tangere castra dolo
Totque simul mactare viros, adiutus ab uno!
At bene cautus eras et memor ante mei!
45. Usque metu micuere sinus, dum victor amicum
Dictus es Ismariis isse per agmen equis,

nonne versus 39 et 40 tamquam epitome sunt eorum quae sequuntur, qua haec, per se ipsa venuste pulchreque enuntiata, fere reddantur supervacua, quin molesta etiam? Sane cum 'Thracia castra' legimus, Rhesum significari nemo iam ignorat neque cuiquam ignota est expeditio quam vult Penelope. Sensim haec evolvitur vss. 41—46 neque ferri posse contendo insulsum interpretamentum, quod nunc vs. 39 sq. legitur. Praeterea verbis *dictus es* (vs. 46) iam aliquem sibi res illas ab Ulysse gestas narravisse Penelope satis superque significat.

Digitized by Google

Quibus de causis distichon a Riesio damnatum ego omnino retinendum esse iudico neque cum Bentleio vss. 37—40, sed tantummodo posteriores uncinis includendos. Insuper in versibus supra descriptis unus est, qui vitio laborare mihi videtur; est autem

44. At bene cautus eras et memor ante mei!

Ita Ehwald et Palmer, Sedlmayer interrogationis signo apposito. Ruhnk. explicat 'cautissimus', Palmer: „'properly careful' is probably the meaning, not 'very careful'," Halbertsma (Mnemos. Vol. VI p. 106) *Tam bene* proposuit. — Lectio tradita sensum idoneum ita modo praebere potest, si Penelopen ironice loquentem accipimus, quod num editores viderint dubito: observavit certe nemo neque ex Palmerii verbis id eum voluisse efficias. Nam qualis, rogo, poeta ita dicat: Strenua facta, immo incredibilia fere, tu commisisti, sed — prudenter ac caute id egisti ut ipse periculis liber esses? Sed vs. 41: *o nimium nimiumque oblite tuorum* huic interpretationi obstant, nam haud verisimile est Penelopen, postquam modo marito nimiam suorum oblivionem obiecit, brevi post ironice idem idque lenius exprimere: multo videtur veri similius, eam accusationem illam aliis verbis repetiisse. Equidem poetam scripsisse credo:

Haud bene cautus eras et memor ante mei,

et intellego: Tunc vero non bene, i. e. non ut soles et par est, cautus eras neque satis memor mei, cum expeditionem illam iniisti.

Cf. II. 45 *At laceras*, ubi G praebet *Ha laceras*. Nisi *Vix* nimium quantum distaret a litterarum traditarum ductu, id etiam coniceres, cf. III. 2: Vix bene barbarica Graeca notata manu, VI. 24: et tactum vix bene limen erat.

77. Forsitan et narres, quam sit tibi rustica coniunx.

Recte Ruhnk.: „*rustica* est ab elegantioris vitae cultu aliena, non curans delicias urbanas". Quod confirmatur versu sequenti:

Quae tantum lanas non sinat esse rudes,

i. e. cum ipsa rudis sit. Eodem modo Planudes interpretatus est epitheton vertens: *τάχα δὲ καὶ διηγῇ ὡς ἀγροικοτάτη σοι ἦστι σύζυγος.*

Vereor ne minus recte Palmer, qui dat 'a homely wife', nam

Digitized by Google

semper et ubique apud nostrum vocabulum *rusticus* in malam partem adhibitum video. Cf. Ep. IV. 102: Si Venerem tollas, rustica silva tuast, Ep. XVI. 220: Inponit collo rusticus iste tuo, 285: A! nimium simplex Helene, ne rustica dicam, Ep. XVII. 11—14:

Nec dubito, quin haec, cum sit tam iusta, vocetur
Rustica iudicio nostra querela tuo;
Rustica sim sane, dum non oblita pudoris,
Dumque tenor vitae sit sine labe meae!

Item substantivum *rusticitas* Ep. XVII. 186: Vi mea rusticitas excutienda fuit, Ep. XX. 59: Et decor et motus sine rusticitate pudentes.

De Ep. IV. 132 mox sententiam meam aperiam.

81. Me pater Icarius viduo discedere lecto
Cogit et inmensas increpat usque moras.
Increpet usque licet! tua sum, tua dicar oportet:
Penelope coniunx semper Ulixis ero
85. Ille tamen pietate mea precibusque pudicis
Frangitur et vires temperat ipse suas:

Bentleius vs. 83 sq. uncinis inclusit — Sedlmayer vs. 85 sq. ducit insiticios. Quorum illi assentiri possem, si pateret causa cur quis eos inseruisset — huic vero non possum, cum versus ab eo damnati loco nostro omnino necessarii sint. Sedlmayer ubi contendit, absurdum videri Penelopen, postquam vs. 83 sq. breviter ac diserte patris incitamenta reiecerit, vs. 85 sq. rem iterum commemorare, non perspexit, vs. 85 sq. cum sequentibus arte cohaerere et ad procorum turbam pertinacem continere transitionem: ille tamen (ita Penelope loquitur) aliquatenus precibus meis exoratur, sed proci nullo modo flectuntur sed impotenter et ex animi libidine omnia agunt. Sequitur enim:

Dulichii Samiique et, quos tulit alta Zacynthos,
Turba ruunt in me luxuriosa proci.

Vera quidem et sagax est Sedlmayeri observatio, versibus 85 sq. deletis, versus 81—84 aptissime post vs. 116 posse collocari, quo facto epistula nostra finem haberet multo meliorem ac magis ex more Ovidiano, sed ubi nunc vs. 85 sq. leguntur tamquam transitorii utique retinendi sunt.

Digitized by Google

Neque id, quod Sedlmayer de verbis *vires temperat ipse suas* observat, commentatorem nullum ea adhuc explicuisse, verum videtur, quoniam apte Ruhnkenius adnotavit: „*temperare vires* dicitur, qui non facit omnia, quae facere potest, qui modum ponit viribus suis, cf. Prop. III. 21. 22: victrices *temperat ira manus*", et Palmer attulit Ex P. III. 6. 24: *Iustitia vires temperat ille suas*, monens idem fere exprimi Ter. Ad. 51: non necesse habeo omnia pro meo iure agere. Nihil igitur expungendum neque opus esse coniecturis, quibus multi vs. 86 sollicitarunt, mihi quam maxime persuasum est.

Finis Epistulae, vss. 97—116, editoribus multas molestias peperit paritque etiam hodie, nam versus alios alii secludere vel transponere proposuerunt. Bentleius, vs. 99 sq. et vs. 111 sq. damnans, vs. 107 sq. haud illepide post vs. 110 traiciendos esse censuit. Cum Schenklio Sedlmayer vs. 107 sq. delendos esse monet — Palmer vs. 111 sq. potius. Riese vs. 109 sq. post vs. 106 legendos iudicat. Ehwald vs. 103 sq. post vs. 96 collocavit et cum Birtio vs. 107 sq. post vs. 98 transposuit.

Equidem non ita male se habere partem ultimam huius epistulae credo: qui attente vss. 97—116 legerit relegeritque, orationis ordinem et cursum haud inconcinnum esse videbit.

Postquam de procis eorumque aviditate satis dictum est, Penelope pergit vires suas enumerare vs. 97 sq.:

Tres sumus inbelles numero, sine viribus uxor
Laertesque senex Telemachusque puer.

Immo, ad duos parvus ille numerus paene est redactus, nam:

Ille per insidias paenest mihi nuper ademptus,
Dum parat invitis omnibus ire Pylon.

Talem vero iacturam avertant Dii precatur, et vera mater patet ubi exclamat:

Di, precor, hoc iubeant, ut euntibus ordine fatis
Ille meos oculos conprimat, ille tuos.

Iam sequuntur versus, quos abesse malim, qui tamen ferri possunt, quippe quibus partium suarum, quarum duces indicavit, copias quoque qualescumque enumeret:

Hinc faciunt custosque boum longaevaque nutrix,
Tertius inmundae cura fidelis harae!

Digitized by Google

Sed (ita queri pergit), etsi iam tam pauci sumus numero,
Sed neque Laertes, ut qui sit inutilis armis,
Hostibus in mediis regna tenere potest.

Quod ad Telemachum, aliquando vir fortis erit, sed nunc opus ei est praesidio tuo:

Telemacho veniet, vivat modo, fortior aetas:
Nunc erat auxiliis illa tuenda patris.

Et cum neque a Laerte sene neque a puero Telemacho quidquam exspectari possit auxilii:

Nec mihi sunt vires inimicos pellere tectis:
Tu citius venias, portus et ara tuis!

Denique viro ut quantocius redeat, persuadere conatur eo, quod quam aegre ab omnibus desideretur exponit, a filio, ut patriis frui possit praeceptis:

Est tibi sitque, precor, natus, qui mollibus annis
In patrias artes erudiendus erat;

a Laerte sene, ut tandem oppetere possit mortem iamdudum cupitam:

Respice Laerten: ut iam sua lumina condas,
Extremum fati sustinet ille diem;

a se ipsa vel maxime, quae magis magisque iuventae florem amittat:

Certe ego, quae fueram te discedente puella,
Protinus ut venias, facta videbor anus.

II. Phyllis Demophoonti.

3. Cornua cum lunae pleno semel orbe coissent,
Litoribus nostris ancora pacta tuaest:
Luna quater latuit, toto quater orbe recrevit,
Nec vehit Actaeas Sithonis unda rates.

Palmer: „If the better MSS. permitted I would gladly read *quater* (sc. pro *semel* in vs. 3) with Burmann: 'convenit enim melius puellae impatientius amanti ut ad ipsum tempus pactum promissa exigeret, non ut tres menses ultra constitutum cessaret'." Reclamat tota fere epistula, qua satis superque Phyllis

Digitized by Google

ostendit, se iamdudum inter spem et metum fluctuantem amatorem suum exspectasse, tunc demum spe fere iam amissa ad scribendum se accinxisse.

7. Tempora si numeres, quae nos numeramus amantes,
Non venit ante suam nostra querela diem.

quae nos G, Merkel, Ehwald — *bene quae* E, edd. vett., Palmer. Quod Palmer in Adnotatione Critica affirmat, Planudem quoque *bene quae* legisse, fallitur, nam habet: *τὸν χρόνον ὃν ἀριθμοῦμεν ἡμεῖς αἱ ἐρῶσαι*. Sedlmayer in Commentario hanc lectionem defendit, postea recepit illam.

Pronomen relativum mihi vix ferendum videtur, utpote quod nimis oleat sermonem prosaicum et hemistichio alteri speciem affigat putidissimi additamenti. Idem hoc loco factum esse credo quod et aliis locis et vs. 35, ubi G *et auris* — E *in undis* praebentibus, haud dubie vera lectio est: *et undis*; item vs. 73, ubi e lectionibus, quas G et E exhibent: *alios* et *illo*, reficta est poetae manus: *illos*. Ita hic quoque ex utraque lectione tradita optione facta legendum esse opinor:

Tempora si numeres (b e n e n o s numeramus amantes!),
Non venit ante suam nostra querela diem.

Cf. Ep. XV. 43:

Cantabam, memini (meminerunt omnia amantes):
Oscula cantanti tu mihi rapta dabas.

Potuit etiam scribere poeta: b e n e q u a m numeramus amantes! quod tamen minus credo, quamquam inter formas *quam* et *quae* frequens est in codd. mss. conturbatio. Cf. ea quae ad Ep. I. 1 observata sunt et Ep. X. 3, ubi pro *quae* libri recentiores dant *quam*.

15. Interdum timui, ne, dum vada tendis ad Hebri,
Mersa foret cana naufraga puppis aqua;
Saepe deos supplex, ut tu, scelerate, valeres,
Cum prece turicremis sum venerata sacris;
Saepe, videns ventos caelo pelagoque faventes,
20. Ipsa mihi dixi 'si valet ille, venit'.

Palmer pro *deos* in vs. 17 *deo* scripsit et vs. 18 sq. tamquam spurios omisit, quos ante eum multi iam suspectos habuerant. Bentleius vs. 17 sq. damnavit.

Digitized by Google

Equidem versus turbato ordine nunc scriptos credo atque, veterum editorum emendatione *sum prece* pro *cum prece* in vs. 18 recepta, ita transponendos:

15. Interdum timui, ne, dum vada tendis ad Hebri,
Mersa foret cana naufraga puppis aqua;
19. Saepe, videns ventos caelo pelagoque faventes,
20. Ipsa mihi dixi 'si valet ille, venit';
17. Saepe deos supplex, ut tu, scelerate, valeres,
18. Sum prece turicremis devenerata sacris.

Sic verba *valet* et *valeret* propinquitate ipsa vim suam recipiunt: constat Phyllidi: si valet ille, venit; *ergo* ut valeat, precatur.

27. Dic mihi, quid feci, nisi non sapienter amavi?
Crimine te potui demeruisse meo.
Unum in me scelus est, quod te, scelerate, recepi,
30. Sed scelus hoc meriti pondus et instar habet.

Lenz vs. 29 sq. spurios iudicavit, quod eum non iniuria fecisse Palmer observat. At vero utrique disticho gradationem quandam inesse credo et quodammodo inter se opponi vocabula *crimen* et *scelus*, quorum illud eodem sensu noster ponere solet quo Cicero; cf. Ep. IX. 51, 53, 137; Ep. XI. 49, 56, 64, 66; Ep. XV. 180; Trist. III. 10. 42.

Illa (nec invideo) fruitur meliore marito
80. Inque capistratis tigribus alta sedet,
At mea despecti fugiunt conubia Thraces,
Quod ferar externum praeposuisse meis.

In P fuit *A me*, quod m_2 correxit *At mea*, in E est *A mea*, in G *At mea*.

Sedlmayer adscripsit: fortasse *A! mea* et conferre iubet Ep. III. 149, ubi, cum codd. GE praebeant *At*, editores iure scribunt *A!*

Sane ea est codicum nostrorum condicio, ut eiusmodi discrepantiis non nimium tribuendum sit: tam parum sibi constant omnes; sic vs. 45 in G incipit *Ha* neque quisquam umquam dubitavit quin ibi scribendum esset *At*. Sed Sedlmayeri coniectura recepta perit oppositio, quae est: Ariadne Baccho amisso solatium habuit eo quod alterum eumque meliorem invenit

Digitized by Google

maritum, AT mihi illud quoque solatium venire non potest. Neque Planudes aliter legisse videtur, qui vertit: *τὴν δ' ἐμὴν κοίτην περιφρονηθέντες οἱ Θρᾷκες φεύγουσιν*, quod bene opponitur proxime praecedentibus: *ἀλλ' ἡ μὲν (οὐ φθονῶ δ' αὐτῇ) κρείττονος ἀπολαύει συζύγου*. Ceterum cf. Met. XIII. 740 sqq.:

Te tamen, o virgo, genus haud inmite virorum
Expetit, utque facis, potes his impune negare.
At mihi, cui pater est Nereus, quam caerula Doris
Enixa est, quae sum turba quoque tuta sororum,
Non nisi per luctus licuit Cyclopis amorem
Effugere.

99. Expectem, qui me numquam visurus abisti?
Expectem pelago vela negata meo?

Palmer, qui hanc lectionem ineptam vocat, *vela negante data* scripsit, quod inventum adeo ei placuit ut adscriberet: „Quam pulchra evadat sententia ex hac emendatione vides: 'Questus es (vs. 96) ventum secundum esse: pollicitus es (vs. 98) te rediturum. Utrumque mentitus es: hoc, quia fixum tibi erat (vs. 99) numquam redire: illud, quia ventus vere adversus erat, immo vero pelagus ipsum tempestate motum negabat te vera praedicare'."

Sedlmayer in Comm. Crit. p. 14 sq. Palmeri scripturam iam reiecit propter male sonantem pentametri exitum, sed neque ob sensum eam ferri posse demonstrabo. Quid enim? Palmer versum suo arbitrio immutatum significare voluit: „Expectem te, quamquam profectus es cum meum pelagus velis tuis adversum se praeberet? 'Expect sails which were spread when the sea itself gave you the lie?' i. e. when you hypocritically pretended that the sea was fair. At, rogo, unde id effecit? Legimus vs. 96: (Ausus es) .... quodque foret velis aura secunda queri: sed *ausus es* non ad *secunda* referendum est, ut Palmer videtur cogitasse, qui *queri* interpretatur: *mentiri*, sed ad *queri*. Nempe nimis puerile videtur accipere, Phyllida tam simplicem fuisse, ut, si aura adversa esset, secundam esse ei persuaderetur a Demophoonte! Credo igitur coniecturam Palmeri natum esse e poetae verbis male intellectis neque video quid sit in lectione tradita inepti. Si quis propter verba, quae vs. 101 sequuntur:

Digitized by Google

et tamen expecto, aliquid mutandum putet, potest alterum *expectem* (vs. 100) e prioris dittographia natum esse, quod detruserit verba qualia sunt: *Usque manent* vel *Ista manent*, sed nil mutare praestat.

Mirum est, Burmannum quondam in similem errorem incidisse Ep. V 49 sq.:

A! quotiens, cum te vento quererere teneri,
Riserunt comites (ille secundus erat);

Sensus manifestus est: Cum apud me manendi causas quaerens fingeres, ventum, qui secundus erat, tibi adversum esse et impedire quominus discedere posses, comites, quippe qui optime sentirent manifestum mendacium, riserunt. At male Burmannus explicat: Ventus secundus erat mihi amanti, quia te retinebat!

121. Maesta tamen scopulos fruticosaque litora calco.

Palmer: 'though broken-hearted, yet I tread the rocky shores': *tamen*, like ὅμως, refers to a word in its own sentence, not to the preceding sentence.

Non bene, meo quidem iudicio, vir doctus locum explicat neque Planudes vertit: ἐγὼ μέντοι καὶ πενθοῦσα τῶν τε σκοπέλων καὶ τῶν ὑποθάμνων ἡιόνων ἐπιβαίνω. Adiectivum *maesta* per se ipsum non satis grave est quod τῷ *tamen* — *calco* sit oppositum: *tamen* potius referendum est ad vss. 117—120: quamquam tam parum faustae nuptiae nostrae fuerunt ut spes omnis reditus tui iam fere evanuerit, *tamen* tristitiae plena sine fine vela tua prospicio.

125. Et quaecumque procul venientia lintea vidi,
Protinus illa meos auguror esse deos.

Ruhnk.: „*meos deos* h. e. propitios, faventes, qui te mihi restituunt. Ep. XII. 84: Sed mihi tam faciles unde meosque deos? Verg. Aen. II. 396: Vadimus immixti Danais haud numine nostro, Tibull. III. 3. 28: Audiat aversa non meus aure Deus." Plura exempla Palmer in Commentario ad Ep. XII. 84 congessit et addi potest Ep. XV. 72: Non agitur vento nostra carina suo.

Palmer tamen locum nostrum aliter interpretatur: „*deos*, the painted images of the god or gods under whose tutelage the

Digitized by Google

ship was: these images were placed in the stern of the ship. Trist. I. 4. 7: puppique recurvae Insilit et pictos verberat unda deos; Pers. 6. 30: ingentes de puppe dei. The line is as awkward and unpolished as vs. 89 supra. I cannot accept Loers's explanation, 'illa esse quae me servent, mihi Demophoonta meum advehant'."

Ruhnkenii sententiam unice veram esse suspicor, sed *illa* non explicuit neque satis probabiliter id explicari posse puto. Nam Phyllis non naves ipsas appropinquantes deos suos esse auguratur, sed quotiens vela conspicit procul venientia, illico ea Demophoontis esse praesagit atque deos sibi iam tandem factos esse propitios. Quodsi tradita lectio recte se habet, *illa* pro: *illa ego* positum esse necesse est, quod non credo. Quae cum ita sint, collato versu supra laudato: Sed mihi tam faciles unde meosque deos? loco nostro restituere posse poetae manum ita mihi videor:

Protinus i n d e meos auguror esse deos.

IV. Phaedra Hippolyto.

25. Ars fit, ubi a teneris crimen condiscitur annis;
Quae venit exacto tempore, peius amat.

Cui venit Faber, Heinsius, Bentley, *Quae calet* Werfer. Qui traditam lectionem tuentur, duce C. Muellero locos Propertianos afferunt (I. 5. 32, 10. 25), ubi *venio* significatione minus aperta positum sit. In quibus Sedlmayer quoque numerandus est, prius Merkelio vs. 26 obelum affigenti assensus, quippe cui ellipsis verborum *ad amorem* vel *ad amandum* nimis violenta videretur. Palmer adnotat *venire* propriam vocem esse de femina amori obsequente cl. Prop. II. 14. 20, 18. 32.

At non Ovidii, sed interpretis posterioris verba emendare illi conantur! Nisi me fallunt omnia, est scioli philosophantis praeceptum, quo antecedentia (vs. 17—24) illustrare ille voluit. Phaedra cum primum affirmavit, se non nequitia rumpere velle foedera lecti, immo, famam suam crimine vacare (vs. 17 sq.), addit, denique iam amorem quo serius eo gravius se urere

Digitized by Google

(vs. 19 sq.) atque imagine de grege desumpta docet, quam aegre ac difficulter primos amores subeat (vs. 21—24). Quid deinde aptius sequi potest quam

27. Tu nova servatae carpes libamina famae,
Et pariter nostrum fiet uterque nocens.

Nunc vero sermo male interrumpitur duobus versibus, quos Phaedrae poetam attribuisse equidem nullus credo.

72. Flava verecundus tinxerat ora rubor.

Operae pretium est ea, quae Baehrens ad Catull. Carm. 64 vs. 63 observavit, h. l. commemorare. „Dici vix potest, quantopere in describenda nobilitatorum priscis fabulis iuvenum puellarumque forma ac specie adamata fuerit coma flava; ut in Catullo me contineam, non solum Ariadne (quam etiam Hesiod. Theog. 947 ξανθήν vocat), sed etiam Theseus infra vs. 98 et Berenice 66, 62 et Protesilaus 61b, 90 flavis insignes sunt crinibus (cf. et Broukhusius ad Tib. I. 6. 8; Burm. ad Ov. Ep. XX. 57; Rohdius libri 'd. Griech. Roman.' p. 154 not.): digna est res quae conlectis omnibus exemplis ita pertractetur, ut causa et origo usus illius detegatur videaturque, num forte ex fabulis Asiaticis flavi crinis, quam Ariae quam vocant genti proprium vindicant nunc anthropologi, honor atque laus profluxerit."

Sive ferocis equi luctantia colla recurvas,
80. Exiguo flexos miror in orbe pedes;
Seu lentum valido torques hastile lacerto,
Ora ferox in se versa lacertus habet;
Sive tenes lato venabula cornea ferro —
Denique nostra iuvat lumina, quidquid agis.

Palmerium, vs. 80 perperam interpretantem, hunc locum non bene intellexisse credo. „The allusion is to riding in the ring, *gyrus*. *Pedes* therefore belong to the horse to turn which in a small circle showed the greatest skill", et locos conferri iubet quibus vere de viris equo vehentibus sermo est. 'Vere' inquam, nam loco nostro non ita esso dico. Rogo, quomodo, cum vs. 80 Phaedra pedes — vs. 82 lacertum mirari traditur, illi equini esse possint, hic Hippolyti. At stupet in velocibus pedibus et

Digitized by Google

in lacertis robustis viri amati, neque poetae elegantissimo tale monstrum imputandum moneo, ut pedes equi Phaedram mirantem faciat, in viri specie ac forma totam! Et ipsum Palmerium id quodammodo sensisse suspicor, nam vs. 82 sq. vel vs. 81 sq. spurios sibi videri notavit, causa sane allata diversa quod nil intersit inter *hastilia* et *venabula*. Ut vero nunc locus legitur, *pedes* intellegendi sunt Hippolyti neque equo vehentis, sed iuxta equum stantis vel potius trepidantis luctantisque ut equi ferocis colla recurvet ac coerceat: pedes iuvenis in orbe exiguo flexos esse haud minus eius vires indicat, qui si equo cessisset abriperetur.

Nec, quia privigno videar coitura noverca,
Terruerint animos nomina vana tuos!
Ista vetus pietas, aevo moritura futuro,
Rustica Saturno regna tenente fuit;
Iuppiter esse pium statuit, quodcumque iuvaret,
Et fas omne facit fratre marita soror.
Illa coit firma generis iunctura catena,
Inposuit nodos cui Venus ipsa suos.

Vocabulum *nomina* in vs. 130 male intellectum causam fuisse credo cur quis versus duos, qui sequuntur, insereret: nimirum intellegenda sunt nomina privigni et novercae. Phaedram temporum illorum Hippolytum admonuisse quibus Saturno regnante privigni novercaeque amores vetiti essent, atque suae ipsam causae nocere voluisse quis credat? Veri similius est, eam deorum exemplis allatis rem quam agit Hippolyto quam maxime commendasse, quod facit vs. 133 sqq. Accedit quod codices deteriores post vs. 132 etiam hos versus addunt:

Saturnus periit, perierunt et sua regna;
Sub Iove nunc mundus, iussa Iovis sequere,

cum magna varietate lectionis. Quibus de causis cum his versibus, quos editor nullus recepit, illos quoque, quibus nunc intempestive Saturnus inducitur, sciolo ignoto reddendos esse iudico.

Nec labor est celare: licet; pete munus! ab illa
Cognato poterit nomine culpa tegi.

Est locus conclamatus, quem multi restituere conati sunt. Post-

Digitized by Google

quam *Nec labor est celare virum: pete munus ab illo* Bentley proposuit coll. Fast. IV. 149, Madvig coll. Rem. 409, A. A. II. 575: *Nec labor est celare; licet: pete munus ab ipsa*, Birt: *Nec labor est celare, licet pereamus ab illa*, Ehwald: *licet; pete munus! ab illa*, tandem Palmer protulit: *Nec labor est celare, licet peccemus, amorem:* quod inventum ita Sedlmayero probavit ut hic in editionem suam id admiserit, quo facto et ipse inventor ita locum recensuit. Attamen non ab omni parte viri sagacissimi lectio mihi probanda videtur et ipsius verba, quae sunt „Vis est, fateor, verba *ab illa* in *amorem* mutare", iam optime ostendunt, quid in hac coniectura minus mihi placeat, ne dicam vocabulum *amorem* minime aptum esse.

Phaedra in versibus qui praecedunt exposuit, amores inter cognatos omnino non vetitos esse, cum Dei ipsi statuerint „pium esse quodcumque iuvaret". Quid igitur sequatur necesse est? Illa scilicet: Fac tamen, eiusmodi amores non permissos esse (quod expressit verbis: *licet peccemus*), vel sic labor nullus est celare peccatum nostrum, nam illa culpa tegi poterit cognato nomine. Legendum igitur suspicor Palmerii coniecturae parte priore accepta:

Nec labor est celare, licet peccemus, ut illa
Cognato poterit nomine culpa tegi.

Hoc quoque boni huic scripturae inesse videtur, quod vocabulum *culpa* non nude iam positum erit.

148. Qui mihi nunc saevit, sic tibi parcat Amor!

Editores quamquam Ep. III. 135 apte citare solent quo simili sensu *sic* adhibitum sit, nemo quod sciam observavit, versu 168 huius Epistulae versum supra descriptum demum illustrari. Verbis enim:

Sic numquam, quae te spernere possit, ames

explicatur, verba *sic tibi parcat Amor* significare: sic tibi parcat, ut numquam ames puellam quae te spernat.

157. Quod mihi sit genitor, qui possidet aequora, Minos,
Quod veniant proavi fulmina torta manu,
Quod sit avus radiis frontem vallatus acutis,
Purpureo tepidum qui movet axe diem.

Digitized by Google

Nomen *Minos* ab ipso poeta additum esse, haud facile credo: multo magis, adiectivum aliquod, quod sive ad *genitor* sive ad *aequora* pertinebat, hoc nomine postea esse detrusum. Fieri potest ut aliquis, cui in mentem veniret Met. VIII. 197: Omnia possideat, non possidet aëra Minos, nomen adscripserit itaque *tota* vel eiusmodi epitheton exciderit. Quodsi quis obicere velit, vs. 163 legi: Est mihi dotalis tellus Iovis insula, Crete, moneo Burmannum iam vs. 163—166, Palmerium vs. 163 sq. pro spuriis habuisse.

V. Oenone Paridi.

Nympha suo Paridi, quamvis suus esse recuset,
Mittit ab Idaeis verba legenda iugis.
1. Perlegis? an coniunx prohibet nova? perlege! non est
Ista Mycenaea littera facta manu.
Pegasis Oenone, Phrygiis celeberrima silvis,
Laesa queror de te, si sinis, ipsa meo.

Distichon primum modo exstat in codicibus deterioribus nonnullis atque paucis viris doctis genuinum visum est: plerique a vs. 1 (*Perlegis*) Epistulam incipere volunt. Sedlmayer in vs. 3 sq. offendit et variis de causis hoc distichon pro insiticio habuit. Equidem Palmerio applaudendum esse dico prae ceteris, qui de huius Epistulae initio observavit, se distichon secundum, vs 1 sq., reicere malle ut spurium quam cum Lindemanno et Vahlenio recipere versus duos, qui in codicibus recentioribus praefixi sunt. Recte vidit, epistulam a vs. 3 (*Pegasis Oenone*) apte incipere, quod et superiorum probant initia.

Ad vs. 4 Ruhnk. adnotavit, *laedere* amantem proprie dici, qui amorem violet, fidem rumpat, cuius rei testimonium attulit Rem. 458: Si non Oebalia pelice *laesa* foret. Ceterum Epistula ipsa exemplum praebet, vs. 102: Clamat et externo *laesus* amore dolet.

19. Retia saepe comes maculis distincta tetendi,
Saepe citos egi per iuga longa canes.

Digitized by Google

Maculae sunt foramina vel aperturae in retibus inter nodos, ut Burm. ad Nemes. Cyneg. 302 interpretatus est; *maculis distincta* igitur, ut Palmer, 'picked out in meshes', 'separated into meshes'.

Cum vero ad colorem vulgo hoc verbum referatur neque *maculis distincta* epitheton sit elegans, in mentem mihi venit *maculis distenta*, a distinendo sc., ut ap. Lucret. est: mare late terrarum distinet oras.

Ceterum quidquid legendum est, de vocis *maculae* significatione minime dubitandum censeo. N. Heinsius intellegebat pinnas vel plumas diversi coloris, quae lineae inserebantur et formidinem faciebant. Oudendorp probante Ruhnkenio maculas accipiebat pro grandioribus nodis inter foramina et oculos positis, ne lina tenuia ferarum impetu rumperentur. Illi obloquuntur loci complures: Plin. XI. 24. 81, Nemes. Cyneg. 299 sqq., Auson. Epist. 4. 23, alii; Oudendorpium vero verisimile est male intellexisse Varr. R. R. III. 11, ubi de *νηττοτροφείω* agitur: *idque septum totum rete grandibus maculis integitur, ne eo involare aquila possit neque ex eo evolare anas*, et Colum. VIII. 15 (de eadem re): *deinde clatris superpositis vel grandi macula retibus contegitur, ne aut evolandi sit potestas domesticis avibus, aut aquilis vel accipitribus involandi.* Videtur Oudendorp in verbis, quae sunt *grandibus maculis* et *grandi macula*, vidisse causam, cur non involare possent raptores, evolare anates. At non nimium urgenda sunt haec epitheta, quae quasi pro uno attributo sunt: „wijdmazige" netten. Etiam Oudendorp oblitus est, non nodos quo sint grandiores eo firmiora efficere retia, sed lini crassitudinem esse et macularum parvitatem et frequentiam, quae retia reddant robustiora.

Ita ap. Cic. Verr. V. 11. 27: *reticulum ad nares sibi admovebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosae*, sicut in sacculis lino nexis, maculae minutae sunt, non grandiores; neque cum Ruhnk. vertendum est 'moesjes', sed cum Nonio p. 350 M: *Macula: in retibus plaga.*

68. Femineas vidi corde tremente genas.

Voc. *genas* e vs. 72: Et secui madidas ungue rigente genas, in hunc versum irrepsisse, vix quisquam negabit. Bentl. coni.: *femineos ... greges* vel *femineum ... gregem*, Sedlmayer multo

Digitized by Google

melius: *comas*, quod Palmerio placuit. Si dissentire fas est, proponere velim: *femineos ... sinus*, nam qui versus, qui praecedunt, perlegerit, non *comas* desiderabit sed vestimenti notionem. Sunt autem vs. 65 sqq.:

Dum moror, in summa fulsit mihi purpura prora:
Pertimui; cultus non erat ille tuus.
Fit propior terrasque cita ratis attigit aura:
Femineas vidi corde tremente genas.

Cf. Ep. XIII. 36: Indue regales, Laudamia, sinus! Ep. XIV. 51: Purpureos laniata sinus, laniata capillos.

73. Inplevique sacram querulis ululatibus Iden:
Illuc has lacrimas in mea saxa tuli.

Illincas E — *Illinc* aut *Illic* codd. recc. aliquot — *has*] *et* codd. recc. aliquot.

Iden sacram h. l. dictam propter sacra Cybeles, quae *parens Idaea* Fast. IV. 181 vocatur, iam Ruhnk. observavit neque est in hoc versu quidquam difficultatis. Sed non item in pentametro, ut mihi quidem videtur, nam *Illuc has* recte legi nemo mihi persuadebit. Nescio an hic quoque codices deteriores ad veram lectionem detegendam viam praebeant: *has* utique reiciendum videtur et grato animo recentiorum codicum *et* recipio. Quid porro eorundem *Illic* suggerit? Nempe *Ilicet*. Denique sic iam versum restituo:

Ilicet et lacrimas in mea saxa tuli.

81. Non ego miror opes, nec me tua regia tangit
Nec de tot Priami dicar ut una nurus,
Non tamen ut Priamus nymphae socer esse recuset,
Aut Hecubae fuerim dissimulanda nurus;
85. Dignaque sum et cupio fieri matrona potentis:
Sunt mihi, quas possint sceptra decere, manus.

Palmer ad vs. 84: „nurus tam cito repetitum displicet: aut *nimis* aut *tuae* coniecerim." Equidem potius voce *nurus* verbum aliquod detrusum suspicor, unde verba *ut Priamus* e. q. s. penderent, idque fuisse: *potest*, quod pro: *fieri potest* positum fuerit, ut saepe. Quo restituto hic orationis cursus est: Non cupida sum divitiarum vel potentiae neque ut Priami nurus

Digitized by Google

cum tot aliis vocer contendo, quamquam etiamsi talia cuperem fieri non posset ut Priamus me nympham ut nurum despiceret aut Hecubae minor viderer.

Ruhnk. ad *non tamen* adscripsit: „ex sensu supplendum: adeo vilis sum", quod ab hoc loco alienum est, neque sensum idoneum illi efficiunt qui monent *non tamen ut* = *οὐχ ὅτι* et afferunt Prop. II. 19. 21: Non tamen ut vastos ausim temptare leones.

89. Denique tutus amor meus est: tibi nulla parantur
Bella nec ultrices advehit unda rates.

Ita Ehwald primus distinxit, cum ante eum *meus est tibi*: scriptum fuit. Pro *tibi* autem iam Bentley *ibi* — Heinsius *mihi* voluit neque ego *tibi* sanum esse credo. Ehwaldii divisionem omnino probandam esse puto, sed pro *tibi* ponendum *tunc* vel *sic*, i. e. si me amabis, et in pentametro pro *advehit* corrigendum: *advehet*.

107. Felix Andromache, certo bene nupta marito!
Uxor ad exemplum fratris habenda fui.

Pro *fui* reponendum arbitror *tibi*, quo facto verba *ad exemplum fratris* demum vim suam obtinent: ad exemplum fratris tui i. e. more Hectoris, coniugis fidelissimi ac constantis, *te* quoque oportebat uxorem habere; ita rectius etiam opponuntur verba quae subsequuntur: *Tu levior foliis* e. q s.

VI. Hypsipyle Iasoni.

3. Gratulor incolumi, quantum sinis; hoc tamen ipsa
Debueram scripto certior esse tuo.

ipsa Ehwald sec. Heinsium — *ipso* G codd. recc. Merkel, Sedlmayer — *ipse* codex unus — *ipsum* Plan., codd. pauci deteriores, Douza, Palmer olim, qui postea nodum solvere conatus est scribendo:

hoc tamen ipsum
Debuera*t* scripto certi*us* esse tuo.

Idem adnotavit: „Locus tamen nondum expeditus est. Nam nec

Digitized by Google

hoc ipso potest *de hoc ipso* significare, ut ait Burmannus, nec ullo exemplo firmatur *certior esse* cum accusativo quasi idem valeret ac *scire* iunctum. Occurrunt haec, (1) Pro *ipse* potest *esse* legi: haec verba passim inter se confunduntur. (2) Ovidius potuit *ipsum* scribere *τῷ esse* munus duplex attribuens: sed hoc ultimum refugium est. (3) Ovidius potuit *hoc tamen ipsum* per se cum ellipsi verbi ponere: scil. querar, exprobrabo."

Addo novam explicandi rationem, *hoc tamen ipso* ut sit pro: *propter hoc tamen ipsum, quod incolumis es*, quae mihi quidem, si ceteroquin locum intactum manere oporteret, placeret una. Sed altius latere corruptelam suspicor. Verba *quantum sinis* a Palmerio bene explicantur 'as far as you let me', sed illa, quae addidit: 'i. e. you keep me so much in the dark as to your arrival in Greece that you seem unwilling even to allow me to congratulate you' minus recte addita videntur. Equidem ex Hypsipyles verbis aliud nihil haurio quam: Gratulor tibi de incolumitate tua, quantum sinis, i. e. hoc modo quem unum mihi reliquisti, sc. per litteras, non ipsa praesens. Quid igitur sequi oportet? At tamen ipsa ego omni epistula gratior tibi esse debueram. Lege igitur:

hoc tamen ipsa
Debueram scripto carior esse tibi.

Sed non sum (ita pergit), nam, licet fieri possit ut venti prohibuerint quominus ipse redux huc appelleres, digna tamen fui cui per litteras mitteres salutem.

45. At mihi nec Iuno, nec Hymen, sed tristis Erinys
Praetulit infaustas sanguinulenta faces.

Hos versus spurios sibi videri Palmer observavit, sed argumenta non attulit quibus opinionem aliis probaret. Causa fortasse fuit, quod prorsus contrarium de se Hypsipyle profitetur vs. 133 sq.:

Turpiter illa virum cognovit adultera virgo:
Me tibi teque mihi taeda pudica dedit.

58. Inplesti lacrimis talia verba tuis.

Heinsii Bentleique coniecturam *suis* mire confirmari moneo Ep. XX. 76:

Et liceat lacrimis addere verba suis.

Digitized by Google

65. Ultimus e sociis sacram conscendis in Argon.
Illa volat; ventus concava vela tenet;
Caerula propulsae subducitur unda carinae:
Terra tibi, nobis adspiciuntur aquae.
In latus omne patens turris circumspicit undas:
70. Huc feror, et lacrimis osque sinusque madent.

Vs. 67 sq. poetae nostro deberi, credere non possum. Praeterquam quod verba *unda* (vs. 67) — *undas* (vs. 69), *adspiciuntur* (vs. 68) — *circumspicit* (vs. 69) sine causa iterata displicent, post *Illa volat* e. q. s. admodum friget vs. 67 atque etiam insulsum videtur illud *Terra tibi, nobis adspiciuntur aquae.* Id Bentley sensisse videtur, cum in codicum varietate haud parva (*adspiciuntur* P — *inspiciuntur* G — *conspiciuntur* et *prospiciuntur* codd. recc.) proposuit *prospicientur.*

93. Et quae nescierim melius: male quaeritur herbis,
Moribus et forma conciliandus amor.

Èt puerile additamentum post dirarum artium enumerationem: *Et quae nescierim melius*, quod positum videtur pro: *Et res agit quas me nescire melius est*, èt praeceptum, quod ludimagistrum olet: *male quaeritur herbis, moribus et forma conciliandus amor!* quoque putide repetitur vs. 83: Nec facie meritisque placet, sed carmina novit — utraque res hoc distichon haud levem in suspicionem mihi adducit.

139. Lemniadum facinus culpo, non miror, Iason:
Quamlibet infirmis iste dat arma dolor.

Ita Ehwald recensuit, postquam e cod. P Merkel edidit:

Quamlibet iratis ipse dat arma dolor.

ò *iratis*

In P enim est *Quamlibet ipse*, *ò* et *iratis* m_2 supra scriptis. J. F. Heusinger autem *infirmis* primus proposuit, quod Ehwald et Palmer receperunt, C. Heusinger, Palmerii iudicio, non minus bene, *invitis* scribendum censuit. *Iste* in Ehwaldii recensione debetur Madvigio. Insuper exstant *Quae libet iratis* codd. recc. pauci — *Quod libet ad facinus* G, codd. recc. fere omnes.

Quamquam Heinsio et Burmanno haud facile concedo, *Quamlibet iratis* retinendum esse, causam nullam esse puto cur *iratis*

Digitized by Google

reiciendum esse videatur; dummodo pro *Quamlibet* restituatur *Quae libet* e codicibus recentioribus, ut Van Lennep monuit (= quantumvis impia), optime se habet scriptura codicis optimi P. Nescio tamen an verbo *miror* significationem attribuerint editores huic loco minime accommodatam admirandi: *non miror* h. l. = haud mirum haud insolitum iudico. Patrio sermone ita locum verto: Ik keur de daad der L. af, Jason, doch kan ze mij zeer goed begrijpen: menschen, die verbitterd zijn, zijn niet kieskeurig in de keuze hunner wapenen, zij grijpen die, welke hunne woede zelve hun aan de hand doet.

VII. Dido Aeneae.

3. Nec quia te nostra sperem prece posse moveri,
Adloquor (adverso movimus ista deo),
Sed merita et famam corpusque animumque pudicum
Cum male perdiderim, perdere verba levest.

In his verba *adverso movimus ista deo* molestias praebere solent. Est sane in P: *novimus* et Heinsius et Bentley voluerunt: *averso vovimus*. Palmer scripsit, sibi placere *nevimus*, si de hoc verbo, et feminae et poetriae convenienti, metaphorice posito aliquid constaret, cl. Hor. Ep. II. 1. 225: tenui deducta poemata filo.

Ut Palmer iure observavit, coniectura *vovimus* vix probabilis est, cum de votis mentio iniecta sit nulla: ego neque Palmerii *nevimus* neque aliis coniecturis opus esse puto, dummodo verbo *movimus* sua reddatur significatio. Quid enim Ruhnk. ad locum adnotavit? '*Movere* dicimur omnia, quae incipimus', quem Palmer secutus est et praeterea ex Ov. Verg. Hor. locos collegit, quibus hanc verbi notionem satis cognitam demonstraret. At si ita interpretandum esset, Ruhnkenio assentiendum esse putarem: '*moveri* et *movimus* vicinitate sua aures elegantes offendere' quod nunc repugno. Nam verum est, quod ad alium locum Sedlmayer in Comm. Crit. p. 29 observavit: „Eine derartige Wiederholung eines Wortes innerhalb zweier unmittelbar aufeinanderfolgenden Verse wendet Ovid nur an, wenn beidemal *genau derselbe Begriff*

Digitized by Google

gemeint ist," neque aliter nostro loco post *moveri* tam brevi intervallo idem verbum recurrit, nam ita explicandum est: Adloquor te, non quia sperem te moveri posse precibus nostris — dudum est, cum movere te potui idque, eheu! deo non propitio — sed cum omnia iam proiecerim, cur non verba aliqua insuper effundam?

Acerbitatem dicti haud parum augeri videbis èt eodem verbo repetito èt perfecti temporis forma.

In vs. 5 quod nunc legitur *sed merita et famam*, correctio Heinsii est, codice P praebente a m_1 *merue* vel *merite f.*, a m_2 *merui* vel *meriti f.* — codd. GE *meriti f.* — codd. recc. aliquot *meritam f.*

Num ipsius poetae manum Heinsius restituerit, valde dubito neque tamen ipse novare quidquam ausim. Credo tamen ad loci huius sententiam non vs. 177 pertinere: Pro meritis et siqua tibi debebimus ultro, quae verba ad vs. 5 spectare Palmer putabat, sed vs. 85 sq.:

Haec mihi narraras: at me movere! merentem
Ure: minor culpa poena futura meast.

Ut quid sentiam magis aperiam: non substantiva restituenda esse suspicor, quae ut obiecta cum *corpusque animumque* a *perdiderim* pendeant, sed verba, quibus Dido sive se id meruisse sive aliud quid intulerit. Sed hucusque nihil invenire potui quod satis placeret.

Facta fugis, facienda petis: quaerenda per orbem
Altera, quaesitast altera terra tibi.
Ut terram invenias, quis eam tibi tradet habendam?
Quis sua non notis arva tenenda dabit?
Alter amor tibi restat? habendast altera Dido?
Quamque iterum fallas, altera danda fides?
Quando erit, ut condas instar Carthaginis urbem
Et videas populos altus ab arce tuos?
Omnia ut eveniant, nec te tua vota morentur,
Unde tibi, quae te sic amet, uxor erit?

Ad vs. 17, in codicibus mss. varie traditum atque a Birtio ita restitutum, Palmer adscripsit: „Fortasse ulcus gravius versum insedit, si vere Ovidii sunt 17, 18, de quo dubito, nam sensum

Digitized by Google

importunissime interrumpunt." Rerum ordinem consideremus. Monet Dido, per orbem Aeneae quaerenda esse *terram*, *arva*, *amorem alterum*, *urbem*, *uxorem*.

Manifestum est, vs. 17 sq. moleste abundare eo loco, quo nunc leguntur: quos si post vs. 22 collocaveris, non amplius conturbabunt rerum ordinem sed suum locum obtinebunt.

Fugit me ratio qua Birt vs. 19 sq. post vs. 14 ponendos esse censuerit.

75. Nec mihi tu curae; puero parcatur Iulo!
Te satis est titulum mortis habere meae.

In versibus qui praecedunt multis Dido cum significaverit, se non Aeneae interitum velle, quin etiam ut apud se maneat efficere sit conata, multi iam lectionem traditam suspectam habuerunt neque desunt proposita quibus aptior loco sensus tribuatur. Planudes legisse videtur *Nec mihi tu parcas*, quod libri saec. XIII—XV praebent fere omnes, quorum ceteri exhibent *Nec mihi parcatur*. Palmer: 'Fortasse *Nec mihi tu curo parcas*: *parcatur Iulo*', sed addit idem: '75, 76 spurii videntur'. Housman coniecit *Haec minus ut cures*. Purser: „It is just possible that we should read 'Nec mihi tu *cura*' — an emerging in classical times of a construction of *curare* which is found in Plautus and Accius on the one hand and Apuleius and Tertullian on the other, the dative being used because the idea of 'interest for' is so prominent in the couplet. Emphasize *meae* in the pentameter."

Equidem in hoc loco tractando ita ratiocinatus sum.

Mihi ut apte positum, quippe quod *puero Iulo* concinne opponatur, sanum puto; cum autem èt *mihi* èt *puero Iulo* dativi sint, verisimillimum esse, utrumque dativum pendere a verbo *parcatur*, cum praesertim in uno eodemque versu ambo legantur. Sollicitanda igitur non videntur: *Nec mihi — puero parcatur Iulo*. Restat ut corruptela lateat in voculis *tu curae*. Quoniam autem clamat Dido *Nec mihi — puero Iulo parcatur!* quid ad *mihi* appositum fuisse putandum est? Nempe aliquid quod *puero* apte respondeat. Cum autem dicat *parcatur Iulo puero* i. e. Iulo, qui puer adhuc est, cui vitae aurora, ut nunc loquimur, vix illuxit, quaenam hisce requiritur oppositio? Immo, ne mihi

Digitized by Google

parcatur, quippe quae nil amplius vivere cupiam, nil vitam curem, de salute mea iam sim secura. Ecce id quod volo:

Nec mihi securae, puero parcatur Iulo!

Cf. VI. 79: Non equidem secura fui semperque verebar,
Ne pater Argolica sumeret urbe nurum.

XIV. 34: Securumque quies alta per Argos erat.

XIX. 205: Si tibi non parcis, dilectae parce puellae.

Reliquum est, ut quomodo vitium in textum irrepserit exponam. In archetypo scriptum fuit *securae* ita ut litterae priores duae aliquo intervallo a ceteris *curae* distarent aut obscurius delineatae essent. Scriba quin substantivum *curae* ante oculos haberet, ne dubitavit quidem et aut litteras se, tamquam pronomen ab hoc loco alienissimum, in secundae personae pronomen mutavit aut, cum discerni non possent, de suo emendavit.

95. Audieram vocem: nymphas ululasse putavi;
Eumenides fatis signa dedere meis.

Locis, quos a v. d. Henry collectos (Aeneidea II. p. 650) ad hunc versum Palmer contulit, addo Val. Fl. Argon. II. 537:

Idaeaque mater
Et chorus et summis ululârunt collibus Amnes,

et IV. 393: et ecce
Cum facibus spirisque et Tartareo ululatu
Tisiphonen videt.

105. Da veniam culpae! decepit idoneus auctor:
Invidiam noxae detrahit ille meae.

Ut Fast. II. 543 Aeneas dicitur *pietatis idoneus auctor*, ita hoc loco *culpae idoneus auctor* a Nasone vocatur. Cf. XV. 78: Ille mei cultus unicus auctor abes. Non igitur opus est Bentlei coniectura *Da veniam fassae*, sed ita distinguatur:

Da veniam! culpae decepit idoneus auctor.

Prava interpunctio pravas peperit interpretationes, nam neque Ruhnkenii: *idoneus auctor* h. e. dignus cui credas, neque Palmerii: I was deceived by a proper lord, mihi quidem probari possunt.

Iam multo ante quam ita legendum esse vidi, versus quattuor mihi male videbantur inserti, qui subsequuntur:

Digitized by Google

107. Diva parens seniorque pater, pia sarcina nati,
Spem mihi mansuri rite dedere viri;
Si fuit errandum, causas habet error honestas:
Adde fidem, nulla parte pigendus erit.

Nunc vero quam maxime eos spurios duco, quippe quos aliquis postea inseruerit, cui illud *idoneus auctor* accuratius videretur esse illustrandum. Internis igitur cum primo de causis hos versus damnarem, nunc propter externam illam gravissimamque sine ulla dubitatione eos reicio.

VIII. Hermione Oresti.

31. Me tibi Tyndareus, vita gravis auctor et annis,
Tradidit: arbitrium neptis habebat avus;
At pater Aeacidae promiserat inscius acti:
Plus quoque, qui prior est ordine, posset avus.

Sive cum Merkelio, Ehwaldo, aliis editoribus haec optimorum codicum scriptura retinetur sive cum Bentleio legitur *Plus patre, quo prior est ordine, pollet avus* seu cum Palmerio *Plus quo, quo prior est ordine, possit avus*; èt vocabulum *avus* in fine utriusque pentametri positum èt versus 33 frigidissime enuntiatus èt puerile argumentum, quod hoc disticho continetur, èt incerta versus 34 scriptura me adducunt ut versus 33 et 34 pro spuriis habeam.

59. Hermione coram quisquamne obiecit Oresti?
Nec mihi sunt vires, nec ferus ensis adest!

Verbum *obicere* cum ap. nostrum alibi nusquam absolute positum esset, Heinsius proposuit *Hermionae c. q. obiectet Orestem*, ita ut *Hermionae* dativus — *coram* adverbium esset, idemque coniecit *quicquamne — Oresti*, quod Burmannus recepit. Housman excogitavit: Hermione coram *quicquam obiĕcit* ⟨*alter*⟩ *Orestae?* Quod Palmer adnotat, verbum *obicior* etiam audacius adhibitum esse Am. II. 7. 17: *sollers ornare Cypassis Obicitur dominae contemerasse torum*, id mihi non ita videtur: hoc loco constructio personalis quae dicitur habet sane aliquid insoliti, sed dativus *mihi* ex

Digitized by Google

iis, quae praecedunt, facile suppletur et pro obiecto est *Cypassis contemerasse dominae torum* i. e. quod ego cum Cypassi contemeravi dominae torum. Nostro autem loco, cum praesertim cod. Leidensis praebeat *obiectet*, praesto est suspicio poetam scripsisse: obtrectet.

79. Ipsa ego, non longos etiamtunc scissa capillos,
Clamabam 'sine me, me sine, mater, abis?'
Nam coniunx aberat! — ne non Pelopeia credar,
Ecce, Neoptolemo praeda parata fui.

Palmer iure monet, hanc epistulam omnium esse deterrimam ac poetico ardore maxime destitutam, dicendi generi et metro soloecismos inesse certos, qui aut spurii sint aut id demonstrent, epistulam imperfectam esse vel sine cura compositam, poetae tamen nostro minime abiudicandam. Idem vs. 65—82 aut spurios aut graviter interpolatos iudicavit. Cuius rei argumenta quamquam aliis non satis gravia visa sunt, verba certe quae sunt in vs. 81: *Nam coniunx aberat* ferri non posse unusquisque concedet. Coniunx ille enim Menelaus est, sed vix credideris, filiam tali modo patrem suum significaturam fuisse, ne dicam totum additamentum ita esse unum omnium ineptissimum. More solito Hermione vs. 89 patrem indicat: Parva mea sine matre fui, *pater arma ferebat.*

Si quid audendum in tam incerto et corrupto carmine, proponere velim:

Vix, coniunx, aberas — ne non Pelopeia credar,
Ecce, Neoptolemo praeda parata fui!

Ita coniunx ille est Orestes et tria illa verba saltem non iam omni sensu cassa sunt.

IX. Deianira Herculi.

1. Gratulor Oechaliam titulis accedere nostris.

Ruhnk. ad VII. 76 *Te satis est titulum mortis habere meae* observavit: i. e. te mortis causam esse, iterumque ad XXI. 176 *Te contra titulum mortis habere meae*: est autem *titulus* causa

Digitized by Google

sive vera sive falsa. Melius Palmer ad locum nostrum: „Ovid uses *titulum* as if it were something to be proud of and worthy of being inscribed on a statue." Hisce autem locis addo

II. 73: Hoc tua post illos titulo signetur imago.
X. 130: Non ego sum titulis subripienda tuis.
XV. 190: Si moriar, titulum mortis habere meae?
Tr. I. 11. 30: Haec titulum nostrae mortis habere velit.

9. At non ille velit, cui nox (sic creditur) una
Non tanti, ut tantus conciperere, fuit.

In hexametro lectio codicum deteriorum *velit*, ut saepe, praeferenda est et ab editoribus fere praefertur lectioni codicum P G *venis*, sed in pentametro laboratum est multum, nam vocabulum *tanti* viris doctis subinde scrupulum iniecit. Iam olim lectionem sollicitare coeperunt atque avide Jahn, Loers, Van Lennep arripuerunt codicis Mureti lectionem *tanta*, neque minus lectio *satis*, quam ex codicibus iam Slichtenhorst eruerat, defensores suos invenit: Bentleium, Heinsium. Ruhnkenio vero non ita visum est, qui breviter ac diserte: „Tenenda autem lectio *non tanti*, quae multo elegantior est altera *non tanta*."

Nostra autem aetate historia in hac quoque re ipsa se repetit.

Alii rursus locum coniecturis sunt adorti, inter quos Housman excogitavit:

At non ille, brevis cui nox, si creditur, una
Luctanti, ut tantus conciperere, fuit.

Alii lectionem *satis* commendare studuerunt, alii, ut Ruhnk. olim, lectionem traditam optime se habere rati, illa respuunt.

Inter quos ego quoque esse cum vellem, sententiam meam de loco nostro alibi exposui (De Arte et Munere docendi, Traiecti ad Rh. 1902, p. 22—27) neque nunc quidquam de ea mutandum esse arbitror. Cum tamen nonnulli in hac quidem re mihi assentirentur, scripturam *satis* non veram esse, lectionem *non tanti* vero neque me satis lucide interpretatum esse neque cuiquam eam satis liquere, iterum rem tangere mihi liceat. Vera interpretatio et l.l. a me data est et pluribus verbis a Palmerio datur ita: „in whose estimation a single night was not thought great enough, that a son so great as you should be gotten in it." — Iovis ipsius haec fuit meditatio: Nox una mihi non

Digitized by Google

tanti est, ut tantus vir concipiatur, s. nox una mihi non est tanti pretii, non est digna qua tantus vir concipiatur. Locum e Vergilio afferam, quo loci nostri lectionem stabiliam et illam interpretationem confirmem, cum sensu prorsus eodem ibi voc. *tanti* positum sit; est autem Aen. III. 453:

Hic tibi ne qua morae fuerint dispendia tanti,
Quin adeas vatem precibusque oracula poscas.

Ceterum cf. Ep. VII. 45: Non ego sum tanti — ut pereas, 71: Quid tantist ut tum 'merui! concedite!' dicas? Ep. XVII. 225: Da veniam fassae! non sunt tua munera tanti.

31. Non honor est sed onus species laesura ferentis:
Siqua voles apte nubere, nube pari.

Num hoc distichon ferri possit, videant alii: mihi certe minime videtur ferendum.

33. Vir mihi semper abest, et coniuge notior hospes,
Monstraque terribiles persequiturque feras.

Ruhnk.: „*Coniuge notior hospes* i. e. notior mihi est ut hospes quam ut coniunx, quia plerumque abest," neque aliter Palmer locum intellegit: „is better known to me as a guest than a husband." Quae explanatio, artificiosa ut est et nimis quaesita, mihi reicienda videtur: ex tribus verbis *coniuge notior hospes* ea elici posse non credo. Scribo:

Vir mihi semper abest (est coniuge notior hospes!)
Monstraque terribiles persequiturque feras.

Sic verba *est coniuge notior hospes* significant: quilibet peregrinus advena mihi coniuge meo notior est, et venuste confirmant illud *vir mihi semper abest*; intellegitur enim: tam frequenter abest ut hospites iam melius cognoverim quam ipsum maritum.

43. Mater abest queriturque deo placuisse potenti
Nec pater Amphitryon nec puer Hyllus adest.

Causae, propter quas Palmer hoc distichon Ovidio abiudicandum esse iudicat, non iustae videntur. Scribit *mater* et *pater* significare debere *mea m.* et *meus p.* — hoc loco scilicet Herculis esse: deinde si Alcmena abesset, vix fieri posse ut eius questus noti essent Deianirae: tum, *abest* et *adest*, tam vicine posita,

Digitized by Google

displicere: denique Amphitryonem iam ante viginti annos, i. e. ante Deianirae nuptias, esse interfectum.

Quod ad pronomen possessivum ad voc. *mater* et *pater* omissum, saepe id omittitur a poetis: credibile est, Alcmenam etiam nondum domo profectam querelas effudisse: non displicent *abest* et *adest* nam *nec adest* idem est quod *abest* et cf. quae ad Ep. VII. 3 exposui: denique, id ipsum Deianira queritur, patrem illum sibi *non* adesse; quod olim Van Lennep, nunc Palmer gravatur, iure gravarentur si Deianira illum, qui ante vigesimum tunc fere annum mortuus erat, *adesse* contendisset.

Ego distichon a Palmerio damnatum de loco turbatum credo et reponendum ante vs. 33:

43. Mater abest queriturque deo placuisse potenti
Nec pater Amphitryon nec puer Hyllus adest.
33. Vir mihi semper abest — est coniuge notior hospes! —
Monstraque terribiles persequiturque feras;
35. Ipsa domo vidua votis operata pudicis e. q. s.

65. Nec te Maeonia lascivae more puellae
Incingi zona dedecuisse putes?

Recte ita Merkel, Ehwald, Sedlmayer e cod. Leid., cum PG *pudet* exhibeant — Palmer *patet* scripserit cl. Ep. XVII. 32: Et iuvenem facti paenituisse patet. Tempore iniquo coniecturam illam Palmer recepit, nam versus, ad quem refert, probat nihil nisi hoc, verbum *patet* a nostro usurpatum esse. Sed loci ipsi toto caelo inter se differunt, nam loco nostro Deianira identidem ipsum Herculem compellat — non in commune loquitur. Quod etiam verba, quae subsequuntur, comprobant: Non *tibi* succurrit crudi Diomedis imago?

69. Si te vidisset cultu Busiris in isto,
Huic victor victo nempe pudendus eras!

Sic editores fere omnes, auctoritatem codicis P secuti, — Sedlmayer unus *Sic* pro *Huic* recensuit vetante Gilberto. Palmer vero edidit:

Victor*i* victo nempe pudendus era*t*!

atque vertit: „he should have covered his conquered conqueror with shame" et verba *pudendus erat* tueri vult locutionibus

Digitized by Google

quales sunt *pudet me patris, pudet deorum hominumque*, quae quid ad nostrum locum pertineant, non video. Omnino Palmerii scriptura mihi reicienda videtur tam propter vim codicum auctoritati illatam quam propter verborum sensum: cerni potest ex Sapphus Epistula quo sensu poeta verbum *pudet* passive adhibuerit, XV. 119: Utque pudenda mei videatur causa doloris.

95. Quaeque redundabat fecundo vulnere serpens
Fertilis et damnis dives ab ipsa suis.

redundabat in margine a m_3 P — *redulabat*, ut Palmerio videtur, in ras. P_1, unde hic *rebellabat* reponendum esse in Commentario monet. Male ut opinor. Scripsit: „*redundabat* cannot bear the sense here demanded of returning again and again to fight: its general meaning is simply to overflow." At non necessariam esse rebellandi notionem credo atque abundandi sensum optime loco convenire. Intellegendum est: Et hydra, quae fecundis vulneribus redundabat, i. e. cuius capita centum desecta semper renascebantur. De reditu eius in pugnam cogitare lectori licebit, sed nihil intulit poeta.

125. Nec venit incultis captarum more capillis,
Fortunam vultus fassa tegente † suam.

P: *fortunam vultu fassa tegente suam*, G: *fortunam vultum fassa tegendo suum*. Coniecerunt Bentley: *fassa tegensve suam*, Heinsius: *fassa rigente suam*, L. Mueller: *fassa latente suam*, Gilbert: *fassa tegensque suam* aut *simul*. Scripserunt Sedlmayer, Melissum secutus: *fassa tacente suam*, Palmer post Van Lennep: *fassa decente suam*. Si hanc largam coniecturarum messem etiam augere licet, proponere velim:

Fortunam vultu fassa iacente suam.

X. Ariadne Theseo.

7. Tempus erat, vitrea quo primum terra pruina
Spargitur et tectae fronde queruntur aves.

Ad hunc versum Sedlmayer Bentlei coniecturam *et tactae rore*

Digitized by Google

in app. crit. citat, credo, reverentia viri motus, nam loci elegantissimi venustatem illa corrumpit omnem. Recte Palmer laudat Shuckburghii versionem „the earliest pipe of half-awakened birds," addens: „before they have left their nests and perches." Poeta quidem Fast. IV. 166 cecinit: *et tactae rore querentur aves*, quem locum iam Ruhnk. attulit, sed illud melius enuntiatum esse cuivis liquet, ita ut si alterutrum versum immutandum censerem, de hoc prius cogitarem quam de loco nostro. Etenim aves pleraeque non in humo sed in arboribus nidos habentes mane rore tangi dici nequeunt.

111. Crudeles somni, quid me tenuistis inertem?
Aut semel aeterna nocte premenda fui.

Palmer interpretatur: „The meaning of the distich is, 'I should not have slept at all or I should have slept for ever'," sed cum Sedlmayero persuasum habeo, *Aut*, quod est in cod. P, ferri non posse, et iam in mentem mihi venerat *Ah! simul*, cum illum ante me *Ah!* coniecisse cognovi. Quod etiam magis videtur probandum èt quod codd. interpolati *At* praebent èt quod in primo et hexametri et pentametri pede *Ah* frequens esse (cf. III. 149, V. 49, 123 e. a.) idem editor monuit. Neque tamen *semel* retineri posse arbitror, qua de causa Sedlmayeri emendationem libenter recipio et a me auctam profero. Idonee cf. XIV. 74: Nox tibi, ni properas, ista perennis erit, ad quem locum Palmer alia citat exempla, a Ciofanio allata,

119. Ergo ego nec lacrimas matris moritura videbo,
Nec, mea qui digitis lumina condat, erit?

In lectione *qui* multi iam offenderunt, quae ut confirmaretur Heinsius et Burmannus pro *digitis* scribi iusserunt *digitus* — Bentley *qui* in *quae* immutandum esse censuit. Illud facilitati Ovidianae minime respondere censeo, hoc etiam minus probabile esse, cum causa nulla esset cur quis, *quae* si traditum esset, formam masculinam ponere voluisset. Mihi de hoc loco ita visum est. Repetitum *nec — nec* me inducit ut, cum in hexametro de matris lacrimis locuta est Ariadne, in pentametro de patris eam questam esse credam: id etiam suadet pronomen *qui*, quod ad patrem referendum esse probabile est. Sub qua voce igitur

Digitized by Google

patris nomen latere putemus? Nempe sub una illa, quae abundat. Verbum enim *erit* post *videbo* supervacuum esse nemo non videbit: 'ergo ego moritura videbo nec lacrimas matris nec patris' — haec ipsa per se sufficiunt neque est quod desideretur. In vocabulo igitur *erit* latet patris significatio, quae praesto erit, si ultimam litteram sustuleris legendo:

Nec, mea qui digitis lumina condat, eri?

Si quis 'lumina condere mortui' virorum non esse putet, Ep. I. 113 sq. inspiciat, ubi Penelope ad Ulyssem:

Respice Laerten: ut iam sua lumina condas,
Extremum fati sustinet ille diem.

113. Vos quoque crudeles, venti, nimiumque parati
Flaminaque in lacrimas officiosa meas.

Palmer versus 114 sq. suspectos se habere adnotat et friget sane *flamina* post *venti*. Si de mari quoque adverso cogitare liceret, haud male *flumina* coniceres, scilicet ad maris aestu indicandum. Quod cum vetent vs. 117 sq.:

In me iurarunt somnus ventusque fidesque:
Prodita sum causis una puella tribus,

quibus Ariadne res colligit, quas sibi inimicas deinceps enumeravit, propono:

Numinaque in lacrimas officiosa meas,

ita ut numina sint dii, qui non prohibuerunt quominus Theseus fidem frangeret.

XI. Canace Macareo.

43. A! nimium vivax admotis restitit infans
Artibus et tecto tutus ab hoste fuit.

tectus tutus codd. recc. fere omnes, edd. vett. — *tectis tutus* G. Ruhnk.: „Burm. dubitat, utrum poeta nutricem an medicamen *tectum hostem* dicat. Si nutricem intellexisset, *tecta ab hoste* scripsisset. Itaque non dubium est, quin intellegendum sit noxium medicamen, quod latenter per viscera serpebat." Ruhnk. igitur *tecto* interpretatur: latenter per viscera serpente, neque quisquam

Digitized by Google

de loci integritate dubitasse videtur. Nihilominus *tecto* sanum non credo; quod si vere poeta scripsisset, pro substantivo explicandum putarem, sc. latibulo suo. Sed scriptum fuisse pro certo habeo aliquid quale est *quovis*, quod postea detrusum sit vocabulo ex dittographia vocis *tutus* nato, alterum *tutus* deinde in *tectus* — denique in *tecto* abiisse.

45. Iam noviens erat orta soror pulcherrima Phoebi,
Nonaque luciferos Luna movebat equos.

Nonaque Ehwald e cod. P — *Denaque* ceteri, vulgo — *Plenaque* Bentley.

Mihi lectio *Denaque* longe videtur optima.

Palmer adscripsit ad vs. 45: „*aucta* malim, nam si *dena* in sequenti verum est, luna decies non noviens erat *orta*: non tamen decies *aucta* ad plenum."

Nisi Palmerii observationem speciosiorem haberem quam veriorem, non *aucta* sed *acta* potius legendum iudicarem, quod et versus sequens commendare videtur et Verg. Aen. VIII. 407:

Inde ubi prima quies medio iam noctis abactae
Curriculo expulerat somnum,

nam loco nostro non de Luna crescente et decrescente sermo est, sed de bigis vehente ac movente equos. At nihil mutandum est, modo ne ad arithmeticorum normam nostrum interpretemur. Poeta enim ubi dixit: 'Iam noviens Luna orta erat, tunc decima movebat equos' scilicet hoc voluit: Iam noviens Luna orta erat et ceciderat, i. e. novem menses praeterierant, et iam mensis decimus in curriculo tunc erat.

75. Ut mare fit tremulum, tenui cum stringitur aura,
Ut quatitur tepido fraxina virga Noto.

Ut semper fere, pro *tepido* in codd. recc. varietas est lectionum *trepido* et *rapido*. Facere non possum quin lectorem ad ea referam, quae Wakefield ad Lucret. III. 597 de hisce epithetis et de loco nostro docte exposuit, atque locum ostendam quo non tepida, sed contraria aura ramos movere dicitur: est autem Ep. XIV. 39 sq.:

Ut leni Zephyro graciles vibrantur aristae,
Frigida populeas ut quatit aura comas
Aut sic, aut etiam *tremui* magis.

Digitized by Google

127. Tu, rogo, dilectae nimium mandata sororis
Perfer! mandatum persequar ipsa patris.

Hoc ultimum quod nunc est epistulae distichon iam Heinsius seclusit; Sedlmayer primum defendit, post uncinis inclusit; Housman vult: *Perfice: mandatis opsequar ipsa patris;* Gilbert: *Perfice: muneribus perfruar ipsa patris;* Palmerii sententia haec est: „Non sunt spurii ut Heinsio mihique visum, verum *Tu rogo*, quod in omnibus libris est, ex vera lectione *Tura rogo* corruptum est. Nempe *rogo* est dativus casus, non verbum," et ita distichon restituit:

Tu*ra* rogo *placitae* nimium mandata sororis
Tu fer: mandatum persequar ipsa patris.

In quibus et alia sunt quae displiceant et vel plurimum *mandata* displicet. Scripsit quidem in Commentario: '*mandata* is often used of the last instructions of a dying person' et locos affert ad id, quod satis sane notum est, probandum, sed ita ad *tura mandata* explicanda haud multum proficitur. Quae cum ita sint, lectio tradita quales praebeat molestias accuratius consideremus. Optime eas exposuit Sedlmayer (Krit. Comm. p. 44):

1° Da *mandata perferre* nie *mandata perficere* bedeuten kann, wie man früher annahm, sondern nur 'einen Auftrag überbringen', so kann die Anrede in vs. 127 nur an einen Diener gerichtet sein, der den Brief bestellen soll. Etwas Aehnliches findet sich aber in keiner Heroide.

2° Dabei müsste man unter den *mandata* die Bitten der Canace in vs. 121 verstehen.

3° Sonderbar wäre es auch, dass sich Canace dem Diener gegenüber nur *soror* nennt.

4° Zu beachten ist endlich der matte Ton der beiden Verse nach vs. 125 sq. und die grosse äusserliche Aehnlichkeit von vs. 127 mit vs. 121, welchem er offenbar nachgebildet ist.

Postquam initium huius epistulae intercidisse creditum est, in codd. recentioribus hoc distichon praefixum est:

Aeolis Aeolidae, quam non habet ipsa, salutem
Mittit et armata verba notata manu;

quod partim in initio, partim post vs. 2, partim a m_2 in margine adscriptum legitur et ab editoribus nonnullis pro genuino editur.

Digitized by Google

Nisi ita fit, epistula incipit a versu:

2. Siqua tamen caecis errabunt scripta lituris,

in quo voc. *tamen* aliis pro argumento esse solet, versus sive duos sive plures abesse, aliis suspicionem movit, corruptelam latere, ut Heinsius legendum esse monuit:

Siqua latent caecis errantia scripta lituris,

Bentley: Si parvae caecis exstabant scripta lituris.

At non coniecturis locum esse credo neque initium totum periisse, modo de loco suo turbatum et postea a librario ultimae epistulae affixum. Si vs. 127 sq. de fine in initium restituti erunt, nescio an èt molestiae, quas recte Sedlmayer indicavit, evanuerint èt *tamen* locum suum iure teneat. Sic Canace epistulam alloquitur:

Tu, rogo, dilectae nimium mandata sororis
Perfer: mandatum persequar ipsa patris.
Si qua tamen caecis errabunt scripta lituris,
Oblitus a dominae caede libellus erit.

Pro *erit* fortasse praestat scribere *eris*, quamquam necesse non est.

XII. Medea Iasoni.

De huius epistulae initio inter editores non constat. Ruhnk. nil movendum esse censuit, cum verba eius sint: „*At*] hanc particulam veteres eleganter usurpant, si irati vel indignantes inchoant orationem," cui assentitur Palmer. Sedlmayer vero, Vahlenium secutus, initium intercidisse contendit, quod alii ante eos crediderunt, nam praemittitur in ed. Ven. 1474 hoc distichon, quod Ehwald recepit:

Exul, inops, contempta novo Medea marito
Dicit: an a regnis tempora nulla vacant?

Mihi contrario vitio initium laborare videtur: non intercidisse versus sive duos sive plures credo, sed sex priores, qui nunc leguntur, abundare atque immerito in capite epistulae locum obtinere: olim a scriba fortasse alio quodam epistulae loco praetermissos ac deinde capiti praefixos esse suspicor, quod

Digitized by Google

saepe factum esse nemo ignorat. Credo poetam epistulam incepisse versibus:

Ei mihi! cur umquam iuvenalibus acta lacertis
Phrixeam petiit Pelias arbor ovem?

31. Tunc ego te vidi, tunc coepi scire, quis esses;
Illa fuit mentis prima ruina meae.
Et vidi et perii! nec notis ignibus arsi,
Ardet ut ad magnos pinea taeda deos.
35. Et formosus eras, et me mea fata trahebant:
Abstulerant oculi lumina nostra tui.
Perfide, sensisti. quis enim bene celat amorem?
Eminet indicio prodita flamma suo.

Conturbatus in hisce mihi videtur versuum ordo: ut versus 33 et 34 post vs. 36 transponantur, res ipsa flagitat. Ceterum ultimo disticho idem expressum esse moneo quod Ep. XVI (Paridis) vs. 7 sq. repetitur:

Sed male dissimulo: quis enim celaverit ignem,
Lumine qui semper proditur ipse suo?

65. Orat opem Minyis (alter petit, alter habebit):
Aesonio iuveni, quod rogat illa, damus.

Ita cod. P et recensuerunt editores recentiores Salmasio praeeunte, suadente Birtio. Ceterorum codicum lectiones neque virorum doctorum sententias multas ac diversas iam refero, quoniam Sedlmayerum unum acu rem tetigisse mihi persuasum est. Haec vir ille doctus sagaciter de loco nostro in Comm. Crit. p. 47 observavit: „Ich meine nun, dass in vs. 65 nur *orat opem Minyis* vom Dichter herrührt; was darauf folgte, ist durch die allgemein gehaltene Glosse — daher das Masculinum *alter* — eines Scholastikers aus dem Text verdrängt worden: *alter petit*, *alter habebit*, 'der eine Theil bittet um Hilfe, der andere kann sie bringen'. Diese Glosse war zuerst am Rande zu vs. 65 sq. angemerkt und bezieht sich ihr erster Theil *alter petit* auf *orat opem* in vs. 65, ihr zweiter *alter habebit* auf *damus* in vs. 66. Es wird sonach in vs. 65 nach *Minyis* das Zeichen des Ausfalles der übrigen Worte des Verses zu setzen sein."

Quid glossa illa expulerit, iam exponam. In sequentibus

Digitized by Google

Medea Iasonem admonet de primo quem habuerunt conventu (vs. 67—92) et fuse locum et Iasonis verba refert. Ante vs. 65 vero mentio facta est nulla de isto colloquio: post versus, quos supra descripsi, subito Medea pergit:

67. Est nemus et piceis et frondibus ilicis atrum,
Vix illuc radiis solis adire licet;
Sunt in eo (fuerant certe) delubra Dianae,
70. Aurea barbarica stat dea facta manu:
(Noscis? an exciderunt mecum loca?) venimus illuc;
Orsus es infido sic prior ore loqui:

Quid igitur deest? Nempe de colloquii petitione mentio, nam de impetrata venia vs. 66 nos facit certiores. Itaque mihi constat, verba, quae glossa *alter petit, alter habebit* detrusit, significasse, Chalciopen tempusque locumque Medeam adeundi Minyis petiisse. Ipsa verba locus alius, quo rem similem noster expresserit, fortasse reddet, cuius nunc mihi non in mentem venit.

75. Perdere posse sat est, siquem iuvet ipsa potestas:

Nescio an ex Ovidiano more magis sit scribere siquam.

79. Per triplicis vultus arcanaque sacra Dianae
Et si forte aliquos gens habet ista deos,

Iason precatur ut Medea misereatur sui. In calce paginae Palmer adscripsit: „*aliquos* codices, fortasse *aequos*, *alios* Micyllus, D. et N. Heinsii, Burmann. *Per quoscumque alios* Burmann. (lege: Bentley)." Iure refutat Ruhnkenii explicationem, *aliquos* esse *alios quos*, ipse dubitare videtur, nam postquam lectionem *alios* probabilitatis aliquid habere dixit, pergit ita: „It is curious that in the parallel passage, Met. VII. 94 there is nothing to correspond with *gens*: *Per sacra triformis Ille deae lucoque foret quod numen in illo Perque patrem soceri cernentem cuncta futuri Eventusque suos et tanta pericula iurat.* Can *gens* be corrupt? Some word corresponding to *lucus* ought to be here. Heinsius would read *alios* 'vel *sine assensu veterum librorum*'.

Equidem neque locum nostrum neque e Metam. locum ullam praebere difficultatem puto. Hoc Iason voluit: Miserere mei, o virgo, hoc te precor per triplicis vultus arcanaque sacra Dianae, *et* per deos illos, quos forsitan gens ista habeat. Dianam

Digitized by Google

enim tamquam suam vel Graecorum deam nominat, cf. vs. 69 sq.:

Sunt in eo (fuerant certe) delubra Dianae,
Aurea barbarica stat dea facta manu,

et ipse iurat vs. 87 sq.:

Conscia sit Iuno sacris praefecta maritis
Et dea, marmorea cuius in aede sumus!

De Colchorum tamen diis nihil novit, qua de causa bene addit: Et si forte aliquos gens habet ista (h. e. tua) deos.

Quod ad ea, quae de Met. VII. 94 sqq. observavit Palmer, non video quomodo quis in iis offendat. Verba *lucoque foret quod numen in illo* prorsus idem exprimunt quod *Et si forte aliquos gens habet ista deos*. Quodsi in hisce *luci* significationem desiderat, moneo Medeam iam vs. 67 locum indicasse verbis: Est nemus et piceis et frondibus ilicis atrum.

109. Proditus est genitor, regnum patriamque reliqui:
Munus, in exilio quod licet esse, tuli!

Ita Ehwald edidit e cod. G et reliquis — Sedlmayer et Palmer codicis optimi lectionem *quodlibet* praetulerunt — Burmann *quolibet* scripsit — Heinsius coniecit *Et minus exilio quidlibet esse tuli* — Bentley *Nomen ... quodlibet*.

Palmer in Commentario fuse de loci interpretatione disputat et verbo *tuli* notionem attribuit auferendi, accipiendi aut patiendi. Mihi non ita videtur: verba *munus quodlibet tuli* interpretor: nullum non munus tibi dedi, sensu igitur quo et Ovidius scripsit: oscula ferre alicui, tributa ferre, et Vergilius: alicui praemia ferre, sacra divis ferre, liba Baccho, crinem Diti ferre e. a. Ea nempe est significatio quae hoc loco requiratur; quae praesto erit, dummodo restituatur:

Munus in exilio quodlibet ipsa tuli!

Sic apte Medea dicit: Prodii patrem, reliqui regnum patriamque, munus quodlibet exul ipsa, i. e. meo corpore, tibi tuli, et bene sequitur:

Virginitas factast peregrini praeda latronis.

Cf. XIV. 124: Quaeque tibi tribui munera, dignus habes.

113. At non te fugiens sine me, germane, reliqui.

Palmer: *sine me* = behind me, recte. Burmanno iniuria verba

Digitized by Google

suspecta fuisse et alii loci probant et VII. 84: occidit a duro sola relicta viro, XVI. 324: ipse reus sine te criminis huius ero, Verg. Ecl. 10. 48: et frigora Rheni me sine sola vides, Lucret. III. 788: sic animi natura nequit sine corpore oriri sola.

201. Aureus ille aries villo spectabilis alto Dos mea.

alto P_1 Ehwald recensuit, qui citat Apollon. IV. 177 — *auro* G P_2 — *aureo* codd. recc., edd. vett., Merkel — *albo* codd. recc. Cf. quae Sedl. in Comm. Crit. p. 50 de loco disputavit. Quod *alto* est in codice optimo, haud leve huius lectionis est praesidium: attamen quod legitur Ep. VI. 49:

Non erat hic aries villo spectabilis aureo

quem versum ad nostrum nullus editor, quantum video, contulit, quoddammodo Palmerii opinionem confirmat, corruptelam esse non in ultimo versus vocabulo, sed in primo: coniecit enim: Arduus ille aries villo spectabilis aureo.

XIII. Laudamia Protesilao.

57. Venerat, ut famast, multo spectabilis auro
Quique suo Phrygias corpore ferret opes,
Classe virisque potens, per quae fera bella geruntur:
60. (Et sequitur regni pars quota quemque sui?)

Versus 59 et 60 spurii videntur: èt cum praecedentibus male cohaerent èt conturbant vinculum, quod inter illos et sequentes esse debet; sequuntur autem:

61. His ego te victam, consors Ledaea gemellis,
Suspicor, haec Danais posse nocere puto.

Nempe *his* et *haec* ad *multo — auro* et *Phrygias — opes* referenda esse, per se intellegitur, nam nimis puerile esset, si Laudamia inferret, Helenam classe et viris victam esse, classem virosque Danais nocere posse. Quod iam Bentley sensisse videtur, cum pro *His ego te* proposuit *Illis te.*

Digitized by Google

XIV. Hypermestra Lynceo.

31. In thalamos laeti — thalamos, sua busta! — feruntur
Strataque corporibus funere digna premunt.

funera cod. Moreti — *funeribus corpore digna* Basil. — *funeribus corpore dicta* coni. Burm. Ruhnk. explicat: „quae magis funus quam thalamum decerent" et Ep. VI. 42 affert: Faxque sub arsuros dignior ire rogos. Palmer: „'meet for a funeral', a curt and unusual form of expression for 'digniora cadaveribus premi': *funere digna* is properly 'deserving death', and its use here is not defended by VI. 42."

Qua re autem strata, quae novi mariti premunt, dici possint digniora cadaveribus premi, non video neque qua de causa magis funus decerent quam thalamos. Nam ipsa strata viris nullam futurae sortis praebuerunt suspicionem, quod ex illis interpretationibus effeceris: sin minus, verba *funere digna* significarent: vilia, simplicia, non ornata. Sed nil significare possunt nisi: digna quae in funere sternantur, et potius de magnificentia ac sumptibus admonent.

Sed non credo ita Nasonem scripsisse, sed genuinam lectionem fuisse:

Strataque corporibus t e m p o r e digna premunt.

Tempore sc. nuptiarum, nam de lecto geniali sermo est. Quid autem factum? Lector aliquis, qui ad *thalamos* in hexametro epitheton *sua busta* modo legisset, in verbis *tempore digna* quoque eiusmodi prolepsin latere suspicatus, supra vocabulum *tempore* scripsit *funere*, quod deinde veram lectionem detrusit.

42. Quaeque tibi dederam, vina soporis erant.

In hac codd. mss. scriptura acquiescere solebant editores, quam etiamnunc Ehwald et Gilbert tuentur. Palmer tamen scribendum esse monuit probante Sedlmayero:

Quaeque tibi dederam, *ple*na soporis erant,

et mihi quoque vir sagacissimus post multa tandem saecula veram versus sententiam videtur perspexisse. Ipsius verba hic referre opus non est, cum non solum in eius editione legi possint (in App. crit. ad l.) sed etiam a Sedlmayero in Comm. Crit. p. 55 referantur. Addo tamen Ep. XV. 49 sq.:

Digitized by Google

Et quod, ubi amborum fuerat confusa voluptas,
Plurimus in lasso corpore languor erat.

Sed quamquam Palmerium veram loci sententiam perspexisse ac restituisse persuasum est, non aeque placet vocabulum *plena*: nempe vocabulo *vina* tamquam pronominis *quae* glossemate reiecto, de suo *plena* substituit, ut credo, nimium curans litterarum similitudinem, quae inter vocabula *vina* et *plena* intercedit. In versu autem qui subsequitur:

Excussere metum violenti iussa parentis

in cod. P a m_1 scriptum fuit *causa*, quod in *iussa* m_2 correxit. Hac re cognita in mentem mihi venit, primum in versu nostro fuisse:

Quaeque tibi dederam, c a u s a soporis erant,

deinde aliquem supra *causa* scripsisse *vina*, quo facto posteriores vocabulum *causa* ad versum sequentem pertinere putaverint utpote supra *iussa* positum.

45. Non ego falsa loquar: ter acutum sustulit ensem,
Ter male sublato reccidit ense manus.

Adverbium *male* hoc loco sensum non habet et scribendum esse puto: *mea*. Contrarium vitium libris inhaeret Ep. III. 44:

Nec venit inceptis mollior hora meis?

ubi *malis* restituendum esse Housman vidit, quod mirifice Planudes confirmat *καὶ ἀμείνων ὥρα τοῖς ὑπηργμένοις κακοῖς οὔκουν ἔτεισιν*;

55. Femina sum et virgo, natura mitis et annis:
Non faciunt molles ad fera tela manus.

Hoc distichon in verbis quibus se ipsa Hypermestra alloquitur, argumentandi ordinem male interrumpit et prorsus idem dicit quod iterum vs. 65 sq. expressum est et soliloquium claudit:

Quid mihi cum ferro? quo bellica tela puellae?
Aptior est digitis lana colusque meis.

Ceterum hos versus genuinos esse — non illos, et similes loci, quos editores contulerunt, demonstrant et ille, qui mihi in mentem venit, Fast. II. 101 sq.:

Quid tibi cum gladio? dubiam rege, navita, puppem!
Non haec sunt digitis arma tenenda tuis.

Digitized by Google

93. Quid furis, infelix? quid te miraris in umbra?
Quid numeras factos ad nova membra pedes?

Non suo loco hoc distichon traditum est. Inde a vs. 85 Hypermestra de Io tertia persona locuta est et vs. 95 sq. apostrophe leniter introducta ipsam mente compellat his verbis:

Illa Iovis magni paelex metuenda sorori
Fronde levas nimiam caespitibusque famem,

et postea perpetuo secunda persona utitur. Quod qui semel observarit, vs. 93 sq. loco quo nunc leguntur molestissimos esse iam videbit. Deinde vs. 85—100 tantummodo de forma mutata agunt neque ulla in iis mentio est de οἰστρηλασίᾳ nisi versu 93, ubi verba: *Quid furis, infelix?* Heinsius de virgine ab oestro exagitata recte intellexit. At optime distichon nostrum collocaveris inter vs. 100 et 101, ubi nunc versus: „Per mare, per terras cognataque flumina curris" nimis abrupte sequitur. Accedit quod ibi demum sermo fit commotior atque interrogandi forma identidem utitur Hypermestra. Quae cum ita sint, credo sic legendum esse:

93. Quid furis, infelix? quid te miraris in umbra?
94. Quid numeras factos ad nova membra pedes?
101. Per mare, per terras cognataque flumina curris:
Dat mare, dant amnes, dat tibi terra viam.
Quae tibi causa fugae? quid tu freta longa pererras?
Non poteris vultus effugere ipsa tuos.
105. Inachi, quo properas? eadem sequerisque fugisque:
Tu tibi dux comiti, tu comes ipsa duci!

Recte Palmer vidit *eadem* in vs. 105 accusativum pluralem esse, non nominativum singularem, ut nonnulli volunt, sed minus recte interpretari videtur: „'you pursue and fly from the same things', viz. your horns." Credo *eadem* spectare *vultus tuos* in versu antecedenti et idem aliis verbis expressum esse Met. IV. 461: 'Volvitur Ixion, et se sequiturque fugitque', quem locum Loers attulit.

119. En, ego, quod vivis, poenae crucianda reservor:
Quid fiet sonti, cum rea laudis agar
Et consanguineae quondam centensima turbae
Infelix uno fratre manente cadam?

Digitized by Google

Ita Ehwald; Palmer. Sedlmayer post vs. 120 interrogandi signum — post vs. 122 punctum posuit, sed locus graviore vitio laborare videtur. Quid sibi volunt verba: Quid mihi sonti fiet, cum rea laudis agar *et* cadam? Scilicet id ipsum, quod cadet, ei sonti fiet, qua poena nulla ei accidere potest gravior, et continet distichon alterum ad prius responsum. Cum Sedlmayero igitur interrogandi signo post *agar* collocato ita sequens distichon restituo:

Ah! consanguineae quondam centensima turbae
Infelix uno fratre manente cadam.

XV. Sappho Phaoni.

123. Tu mihi cura, Phaon! te somnia nostra reducunt,
Somnia formoso candidiora die.

Baehrens primus ingeniose demonstravit hunc locum corruptum esse et pro *formoso* proposuit *nimboso*, simul monens, si quis explicare vellet 'quam quilibet formosus dies', acumen nullum et sententiam perquam frigidam adesse. Palmer maluit *formosum*, nam *formosus dies*, ita scribit, nusquam dicitur. Idem tamen in Commentario p. 431 attulit Verg. Ecl. 3. 57: nunc formosissimus annus, Fast. IV. 129: Et formosa venus formoso tempore digna est, Rem. 187: formosa est messibus aestas.

Quamquam igitur adiectivum *formosus* a substantivo *dies* haud alienum videtur, argumentum quod Baehrens attulit per se satis ostendit, lectionem traditam ferendam non esse: medelam tamen, quam proposuit, probare non possum, cum omnis lateat corruptelae origo. Mihi videtur pro *formoso* restituendum esse *famoso*. Quod quamquam primo aspectu fortasse videbitur obscurius, loco aptissimum esse mox patebit.

In versibus qui antecedunt Sappho questa est, Charaxum fratrem dolore suo gaudere et ire ac redire ante oculos suos

Utque pudenda mei videatur causa doloris,
120. 'Quid dolet haec? certe filia vivit' ait.
Non veniunt in idem pudor atque amor: omne videbat
Vulgus; eram lacero pectus aperta sinu!

Digitized by Google

Ecce causa de qua Sappho diem sibi dicat famosum.
Contrarium factum vides in Ep. IX. 78:

Aequaque formosae pensa rependis erae!

ubi pro *formosae* librarius cod. Lovaniensis *famosae* posuit probantibus Heinsio et Burmanno. Ad hunc locum Ruhnk. docet: „*famosus* apud meliores scriptores est *infamis*, imprimis *famosae* dicebantur feminae impudicae et malae famae." Ceterum active quoque ita dici (= qui famam laedet) satis notum est, cf. carmen famosum (Hor. Ep. I. 19. 31), epigrammata famosa (Suet. Caes. 73), libelli famosi. Am. III. 6. 78: Desint famosus quae notet ora pudor! Ep. IX. 134: Turpia famosus corpora iunget Hymen.

177. Quidquid erit, melius quam nunc erit! aura, subito:
Et mea non magnum corpora pondus habent;
Tu quoque, mollis Amor, pennas suppone cadenti,
Ne sim Leucadiae mortua crimen aquae!

Ruhnk. verba *aura*, *subito* bene explicat: „Implorat Auram, ut ab ea vestem sinuante molliter devehatur," sed quid sequens versus significet, equidem non video neque quemquam videre puto. Palmer adnotat: „The force of *et* is not clear, perhaps the thought is: the breeze will surely support me, in answer to my prayer: besides, I am light, and so will fall slowly." Tam firmiter semper editoribus constitisse credo, *mea corpora* subiectum — *non magnum pondus* obiectum esse verbi *habent*, ut numquam suspicati sint latere corruptelam, sed id agendum esse ut usus insolitus coniunctionis explicaretur, semper cogitaverint. At vero *mea corpora* obiectum fiet, cui *non magnum pondus* sit appositio, si mecum scripseris:

Quidquid erit, melius quam nunc erit: aura! subito
Et mea, non magnum, corpora, pondus, habe!

i. e. corpora mea, non magnum hercle! pondus (cf. vs. 33: 'sum brevis'), habe! Cf. Ep. XII. 160: Inferias umbrae fratris habete mei, XVII. 114: Nec spolium nostri turpe pudoris habe!

Sic Sappho id, quod verbo *subito* primum breviter iussit, deinde accuratius ac fusius exprimit.

Digitized by Google

XVI. Paris Helenae.

3. Eloquar, an flammae non est opus indice notae,
Et plus quam vellem, iam meus extat amor?

Ruhnk. *extat* egregie quidem explicat: eminet, in oculos et sensus incurrit, et affert Cic. de Orat. III. 26: 'Quo magis id, quod erit illuminatum, extare atque eminere videatur', cui loco alterum e Bruto 15. 57 subiungo; sed an locus verbum quoddam fortius desideret ac nervosius valde dubito, quin ultro fere se mihi offert efflat, quo imago notissima, qua cum igne amor in hexametro comparatur, in pentametro quoque continuabitur. Cf. Lucr. VI. 681: quibus inritata repente Flamma foras vastis Aetnae fornacibus *efflet*, Expediam; ibid. 699: atque *efflare* foras; Stat. Theb. X. 109: supraque torum niger *efflat* anhelo Ore vapor.

9. Si tamen expectas, vocem quoque rebus ut addam,
Uror! habes animi nuntia verba mei.

Recte Ruhnk. observat, apud bonos scriptores *nuntius* dici tum de eo, qui narrat, tum de re, quae narratur, sed minus recte addit, *nuntium* substantivo neutro genere vel barbarum esse vel certe non idoneae auctoritatis. Mihi in mentem venit Catull. 63. 75: geminas deorum ad aures nova nuntia referens, quo fretus exemplo loco nostro scribo: nuntia vera.

13. Iamdudum gratumst, quod epistula nostra recepta
Spem facit, hoc recipi me quoque posse modo;

Quid *Iamdudum* hoc loco? Suspicor scribendum esse Iamque illud, quod bonum sensum praebet et apte positum erit quo scriptor, postquam amorem disertis tandem verbis aperuit, rem suam exponere incipiat. Planudes in exemplo suo legisse videtur *Iamque igitur*, quippe cuius verba sint: ἤδη μὲν οὖν μοι χάριν (Palmer: σοι οἶδα χάριν) ὅτι μου τὰ γράμματα προσεδέχθη· ταῦτα γὰρ ἐλπίδας ἐμποιεῖ κἀμὲ δύνασθαι προσδεχθῆναι.

29. Nam neque tristis hiemps neque nos huc appulit error:
Taenaris est classi terra petita meae.

Digitized by Google

Nec me crede fretum merces portante carina
Findere, (quas habeo, di tueantur opes!)
Nec venio Graias veluti spectator ad urbes
(Oppida sunt regni divitiora mei):
Te peto e. q. s.

Cum hisce locum e Trist. I. 2. 75 sqq. conferas, de quo nuper Ferrara egit (Rivista di Filologia XXXI fasc. 2 p. 225):

Non ego divitias avidus sine fine parandi
Latum mutandis mercibus aequor aro:
Nec peto, quas quondam petii studiosus, Athenas,
Oppida non Asiae, non mihi visa prius,
Non ut Alexandri claram delatus ad urbem
Delicias videam, Nile iocose, tuas.
Quod faciles opto ventos, ... quis credere possit?...
Sarmatis est tellus, quam mea vela petunt.

Locum conclamatum Ferrara servare studet eo quod verba construit modo contorto minimeque probabili. Mutata vero interpunctione et vocabulo *Quod* (vs. 81) in *Nunc* mutato sic locum refingere velim:

..... prius:
Non ut Alexandri claram delatus ad urbem
Delicias videam, Nile iocose, tuas
Nunc faciles opto ventos: quis credere possit?...
Sarmatis est tellus, quam mea vela petunt!

Ceterum Trist. vs. 73: 'ventisque ferentibus utar' conferas cum Epistulae nostrae vs. 127: 'ventisque ferentibus usus'.

Paris postquam a vs. 146 usque ad vs. 152 Helenam a Theseo raptam redditamque tradidit, vs. 153 ad res suas rediens ita pergit:

Ante recessisset caput hoc cervice cruenta,
Quam tu de thalamis abstraherere meis.
Tene manus umquam nostrae dimittere vellent?
Tene meo paterer vivus abire sinu?

Hos versus opportune sequerentur vs. 161 sq:

Da modo te: quae sit Paridis constantia, nosces;
Flamma rogi flammas finiet una meas,

nisi orationem male interrumperent versus quattuor, qui sunt:

Digitized by Google

157. Si reddenda fores, aliquid tamen ante tulissem,
Nec Venus ex toto nostra fuisset iners:
Vel mihi virginitas esset libata vel illud,
Quod poterat salva virginitate rapi.

Idem igitur hoc loco factum esse arbitror quod Ep. V. 129 sq. factum esse Palmer vidit, qui versus:

A iuvene et cupido credatur reddita virgo?
Unde hoc conpererim tam bene quaeris? amo.

iure spurios iudicavit, non illis, credo, causis permotus, quas in Commentario p. 323 attulit, Plutarcho auctore Theseum eo tempore quinquaginta iam annos natum fuisse, Helenam vero οὕτω γάμων ὥραν ἔχουσαν, sed perspiciens, librarium scurrilem id, quod eleganter poeta expressisset, pluribus spurcissime explicuisse. Fieri potest ut quis versus istos in nostram Epistulam inseruerit eo consilio, ut in Helenae responso vs. 25 sqq. haberent quo respicerent.

219. Paenitet hospitii, cum me spectante lacertos
Inponit collo rusticus ille tuo;
Rumpor et invideo, (quidni tamen omnia narrem?)
Membra superiecta cum tua veste fovet;

Rumpor et invideo sana esse non possunt. Conieceram Rumpor et invidia, cum Oudendorpium *Rumpor ab invidia* legisse vidi, quae coniectura mihi quidem satis digna videtur quam commemorent editores.

297. Sed tibi et hoc suadet rebus, non voce maritus,
Neve sui furtis hospitis obstet, abest.

Paris si ita locutus esset, profecto ieiuna argumentatione usus esset ad Helenam corrumpendam, sed in verbis *rebus, non voce* corruptelam latere suspicor, scribendum vero:

Sed tibi et hoc suadet re nec non voce maritus,

sc. *re*, quia profectus est in Cretam insulam, — *voce*, quia uxori ea mandavit quae vs. 301 sq. referuntur. Quibus memoratis Paris pergit vs. 303: Neclegis absentis, testor, MANDATA mariti, et vs. 313 sq. sunt:

Paene suis ad te manibus deducit amantem:
Utere MANDANTIS simplicitate viri!

Digitized by Google

Ad quae Helena apte respondet Ep. XVII. 155:

Ille quidem procul est, ita re cogente, profectus.

312. Si tam securum tempus abibit iners.

Hunc locum optime illustrant Ep. XVIII. 109 sq.:

Quo brevius spatium nobis ad furta dabatur,
Hoc magis est cautum, ne foret illud iners,

et Ep. XIX. 109: Omnia sed vereor! quis enim securus amavit?

XVII. Helene Paridi.

113. Sed sine, quam tribuit sortem fortuna, tueri
Nec spolium nostri turpe pudoris habe!

Pro *habe*, quod libri omnes exhibent, Palmer scripsit *ave*, quod passim in libris manu scriptis *habere* et *avere* confundatur et, quod ad sensum attinet, illud *habe* vitium sonet. Sed et id quod in Commentario idem observavit, verbum avendi cum accusativo rarum esse admodum et locus in Sapphus epistula (vs. 178) a me correctus lectionem traditam satis tuentur. Si quid in loco nostro mutatum velim, pro verbis *Sed sine* proponam Me sine, quo subiectum verbi *tueri* suppleatur et locus evadat elegantior. Cf. Prop. I. 6. 25: Me sine quem voluit semper Fortuna iacere.

179. Et vir abest nobis, et tu sine coniuge dormis,
Inque vicem tua me, te mea forma capit;
Et longae noctes, et iam sermone coimus,
Et tu, me miseram! blandus, et una domus:
Et peream, si non invitant omnia culpam;
Nescio quo tardor sed tamen ipsa metu.

Locum descripsi, quo continuo legenti manifestum fieret corrigendum esse:

Ah! peream, si non invitant omnia culpam.

Digitized by Google

229. Omnia Medeae fallax promisit Iason:
Pulsast Aesonia num minus illa domo?
Non erat Aeetes, ad quem despecta rediret,
Non Idyia parens Chalciopeque soror.
Tale nihil timeo, sed nec Medea timebat:
Fallitur augurio spes bona saepe suo.

Lege vs. 233:

Tale nihil timeam? Sed nec Medea timebat!

Cf. vs. 245, ubi *dubite* P praebet, *dubito* codd. ceteri, *dubitem* Merkel scripsit, *dubites* vel *dubita* Palmer mavult,

---

XVIII. Leander Heroni.

75. Haec ego, vel certe non his diversa, locutus
Per mihi cedentes nocte ferebar aquas:
Unda repercussae radiabat imagine lunae
Et nitor in tacita nocte diurnus erat.

Vocabulum *nocte* vs. 76 multis iam molestum visum est. Ruhnk.: „Haec vox otiosa est et haud dubie corrupta. Eleganter P. Francius emendat: *Per mihi cedentes sponte ferebar aquas.*" Idem Bentley voluit. Palmer adscripsit: „Fortasse *ecce* reponendum." Utramque coniecturam repellit Purser, observans *sponte* nimis lene esse ac languidum in amatoris audacis ardentisque coepto, *ecce* minime idoneum esse, cum per totum eloquii tempus Leander natet neque quidquam novi in orationis fine accidat.

Non tamen cum Pursero facio, acquiescendum esse in lectione tradita, cum praesertim vs. 78 eodem versus loco illud *nocte* repetatur. Ipsa de causa, quam Purser affert ad Palmeri propositum redarguendum, sc. per totam orationem Leandrum natare, legendum censeo:

Per mihi cedentes usque ferebar aquas.

95. Nunc etiam nando dominae placuisse laboro
Atque oculis iacto bracchia nostra tuis.

Pro *Atque* reponendum esse Inque docent versus XXI. 82: *Inque* meis oculis candida Delos erat, XIX. 48: Lentaque di-

Digitized by Google

motis bracchia iactat aquis, ibid. 59: Nam modo te videor prope iam spectare natantem, nec non docet Planudes, quem et ipsum *Inque* legisse apparet ex metaphrasi: *κἂν τοῖς ὑμετέροις ὀφθαλμοῖς διαρρίπτω τὰς ἐμαυτοῦ χεῖρας.*

Purser *oculis — tuis* dativum explicat 'for your eyes', et, ut fieri solet, error errorem peperit, nam addit: „Perhaps it also has a reference to *iactare* = 'display'." Ceterum cf. XVII. 180: *Inque* vicem tua me, te mea forma capit.

141. Et satis amissa locus hic infamis ab Hellest,
Utque mihi parcat, nomine crimen habet.

Legendum est: Est satis amissa locus hic infamis ab Helle, nam copula *Et* hoc loco nihili est et *est* omissum est post *Helle* in codd. recc.

171. Hic es, et exigue misero contingis amanti,
Cumque mea fiunt turbida mente freta!

Hos versus spurios puto, quia male turbant argumentandi cursum.

197. Optabo tamen, ut partis expellar in illas
Et teneant portus naufraga membra tuos.

Pro *illas* reponendum est *istas*, ut probant vs. 205 sqq:

Pace brevi nobis opus est, dum transferor *isto*;
Cum tua contigero litora, perstet hiemps!
Istic est aptum nostrae navale carinae,
Et melius nulla stat mea puppis aqua.

et vs. 214: Per causas *istic* inpediarque duas!

XIX. Hero Leandro.

Hero postquam occupationes varias enumeravit quibus Leander animum distringere et tempus fallere posset, pergit ita:

15. His mihi summotae, vel si minus acriter urar,
Quod faciam, superest praeter amare nihil.

Verbum *summotae* loco minime convenire puto, quippe quod

Digitized by Google

gravius sit quo exprimatur: cum ego, ut mulier, non possim exercere has viris proprias artes, neque tali querelae in re, quae per se ipsa intellegitur, locum esse credo. Nonne legendum est: At *mihi summotae* vel Heu vel Ei? Cf. vs. 110: Cogit et *absentes* plura timere locus, et Lucan. VIII. 584: Quo sine me, crudelis, abis? iterumne relinquor Thessalicis *summota* malis? quem locum Loers ad nostrum attulit. Fiet haec Herus sententia: Tu absens artibus variis tempus fallere potes — mihi vero absenti nil est quo aegritudinem levem nisi loquendo de te, de te cogitando, te expectando.

53. Auribus incertas voces captamus et omnem
Adventus strepitum credimus esse tui:

incertas (sec. Sedl. *incertis*) in P ex *incertus* mutatum est, rec. Sedl. Ehw. Palm. — Merkel cum codd. interpolatis *incertis* scripsit — Burmann cum GV Plan. et ceteris codd. interpolatis rec. *interdum*.

At, credo, non incertas voces Hero captavit, sed certas: Leandri scilicet, et sensus potius epitheton requirit ad *auribus*, qua de causa propono: intentis.

111. Felices illas, sua quas praesentia nosse
Crimina vera iubet, falsa timere vetat!

Quamquam apud editorem nullum hunc locum illustratum video, suspicor omnibus verba *sua praesentia* subst. fem. gen. subiectum videri, ut visum est Planudi, qui vertit: *ὡς εὐτυχεῖς ἐκείνας ἡγοῦμαι ἃς ἡ σφῶν αὐτῶν παρουσία τὰ μὲν ἀληθῆ τῶν ἁμαρτημάτων εἰδέναι δίδωσι, τὰ δὲ ψευδῆ κωλύει φοβεῖσθαι*. Nescio an melius, certe elegantius sit scribere *iubent — vetant*, ita ut *sua praesentia* subiectum sit neutr. plur.

E. Rohde, Der Griech. Roman p. 135, not. 2, hanc epistulam scatere contendit interpolationibus. Quidquid de iis sit, manifestiorem videbis nullam quam versus 161—164 et fortasse plures.

Digitized by Google

XX. Acontius Cydippae.

Praeter vs. 4 iam ante ita restitutum: Cui meus est ulla parte dolente dolor, haec pauca habeo quae in hac Epistula observare velim.

65. Denique, dum captam tu te cogare fateri,
Insidiis esto capta puella meis!

Dilthey coll. A. A. I. 458: Insciaque est verbis capta puella suis, et Ep. XXI. 122: Sumque parum prudens capta puella dolis, ratus ex alterutro loco *puella* huc illatum esse, scribendum censet: Insidiis esto nescia capta meis. At si inter virgulas vocabulum *puella* positum erit, optime locus se habebit; cf. vs. 26: Sollertem tu me, crede, *puella*, facis. Alio vero vitio locum laborare arbitror.

Quae nunc leguntur, sic explicari necesse est, ut *dum* = dummodo, sed vide quam melius cum praecedentibus omnia cohaereant, si mecum legeris: Insidiis esto cincta, puella, meis! ita ut *dum* eandem vim obtineat quam habet Ep. III 123: An tantum, dum me caperes, fera bella probabas? Insuper cf. Palmer ad I. 76, et II. 54, 74, V. 126.

74. Copia placandi sit modo parva tui:

Bentley pro *parva* proposuit *facta*. Praestare videtur propter litterarum similitudinem: parta, cf. III. 122, XVII. 242, XXI. 115.

120. Quique subest niveo lenis in ore rubor.

Merkelii scripturam *orbe* ab editoribus omnibus iure reiectam esse, probat et sana ratio et XXI. 217: Candida nec mixto sublucent ora rubore.

143. Quis tibi permisit nostras praecerpere messes?
Ad spes alterius quis tibi fecit iter?

De lectione *spes* non constat. P praebet *spis*, codd. recc. partim *sepem*, quod ed. prima, Burmann., edd. vett. receperunt, partim *spem*, partim *spes*, quod placet edd. recc. Palmer acute observavit: „I do not wish to deny the plausibility of *ad sepem* if

Digitized by Google

it were necessary, but I should rather have expected *per sepem*, for a man has a right to go *up to*, *as far as*, another man's boundary." Neque ego locum sanum esse negare ausim; sin minus, non *sepem*, sed *segetem* proponerem, quo vocabulo imago in hexametro obvia etiam in pentametro continuaretur.

Acontius sponsum legitimum Cydippes et aliis verbis compellat et hisce:

151. Nec mihi credideris: recitetur formula pacti;
Neu falsam dicas esse, fac ipsa legat!

Iuveni pignus certius fore credo si non Cydippe verba malo incisa ei recitaret, sed si ipse ea legeret, qua de causa quin restituendum sit

Neu falsam dicas esse, fac ipse legas!

equidem non dubito, cum praesertim *legas* in codd. recc. aliquot scriptum sit itaque fiat in *recitetur* — *legas* venusta quaedam gradatio. Cf. vs. 180: Fac modo polliciti conscia templa colas, vs. 203: Ordine fac referas, vs. 188: Exciderant animo foedera lecta tuo, XIII. 144: Et dicet 'referas ista fac arma Iovi'!

XXI. Cydippe Acontio.

45. Ei mihi! coniugii tempus crudelis ad ipsum
Persephone nostras pulsat acerba fores!

Spectant versus ad Ep. XX. 109 sq.:

hoc est, mihi crede, quod aegra
Ipso nubendi tempore saepe iaces.

Sed quid *crudelis*? Epitheton ad *Persephone* esse nequit, quia mox sequitur *acerba*, neque *coniugii crudelis* sensum praebet huic loco aptum. Alterutrum statuamus necesse est, ut aut sit vocativus, quo Cydippe Acontium compellet, aut glossa vocis *acerba*, quae primum supra hoc vocabulum scriptum, deinde detruserit vocabulum in hexametro, sub quo depictum fuerit.

99. Miror et innumeris structam de cornibus aram
Et de qua pariens arbore nixa deast,

Burmann scripsit: Et *dea* qua pariens arbore nixa *fuit*, Palmer

Digitized by Google

in Commentario legendum censet: Et *te* qua pariens arbore nixa deast. Hanc coniecturam quodammodo commendat Ep. XVI. 58: Et fata prospiciens arbore nixus eram.

219. Argenti color est inter convivia talis,
Quod tactum gelidae frigore pallet aquae.

Lege: Quod tactum gelidA frigore pallet aquA. Vas argenteum non pallet, ubi tangitur frigore gelidae aquae, sed frigore pallet, ubi tangitur gelida aqua. Praeterea 'frigore gelidae aquae' propter molestam abundantiam per se damnanda est copulatio.

Scribebam Traiecti ad Rhenum
Feriis Aestivis a. 1904.

AD PLUTARCHUM.

Cicer. c. 24 (Sint.) Erat Cicero haud parcus laudator, et lepide salseque laudare solebat. Afferuntur et alia exempla et hoc: *τὸν δὲ Θεόφραστον εἰώθειν τρυφὴν ἰδίαν ἀποκαλεῖν.* Si audire potuisset Theophrastus *proprium* (vel peculiarem) *luxum* se dici, insani hominis contumeliam putasset, non faceti praeconium. Emenda: *τροφὴν ἡδεῖαν.* Bonus philosophus nutrit legentium mentes, est mentis nutrimentum; si vero etiam salsus est et lectu iucundus (qualem fuisse auctorem *τῶν χαρακτήρων* quis neget?) *gratus dulcisque cibus* dici potest.

Cat. Min. 21 (Sint.) *λέγεται δὲ, πολλῶν ὑπὸ σπουδῆς καὶ φιλοφροσύνης ὠθουμένων πρὸς αὐτὸν, ἐν κινδύνῳ γενόμενος μόλις ἐξικέσθαι διὰ πλῆθος εἰς τὴν ἀγοράν. Periculi* hic mentio vix apta est. Lenissima emendatione lege *κλυδῶνι.*

Cat. Min. 28 (Sint.) *ὁρῶν ὁ Μέτελλος ... τὸν δῆμον ἡττώμενον πρὸς τὸ συμφέρον καὶ τρεπόμενον.* Corrupta haec esse constat, neque tamen Sintenisii gravis adhibenda medicina *καὶ τρεπόμενον* delentis. Lenissima transpositione egregius restituitur sensus: *ἡττώμενον καὶ πρὸς τὸ συμφέρον τρεπόμενον*: persuaderi sibi patiebatur plebs et ad communem se convertebat utilitatem.

J. J. H.

Digitized by Google

THUCYDIDEA.

SCRIPSIT

I. C. VOLLGRAFF.

(*Continuantur e T. XXX p.* 33).

THUCYDIDIS HISTORIAE. Recensuit CAROLUS HUDE HAUNIENSIS. Lipsiae 1901.

V c. 3 § 2.

οἱ δ' Ἀθηναῖοι φθάνουσιν οἵ τε ἀπὸ τῶν νεῶν ἐλόντες τὴν Τορώνην καὶ ὁ πεζὸς ἐπισπόμενος αὐτοβοεί, κατὰ τὸ διῃρημένον τοῦ παλαιοῦ τείχους ξυνεσπεσών.

Perperam optimi codd. A et B, quos in editione sua secutus est Bekkerus: τείχους τοῦ παλαιοῦ. Vocabulorum in opere Thucydideo a scribis neglegenter transpositorum apparatus Hudianus exempla praebet sexcenta. Hoc ipso loco cum adv. αὐτοβοεί, ut recte vidit Kruegerus, neque cum partic. ἐπισπόμενος, a quo nunc proxime abest, neque cum ξυνεσπεσών apte iungi possit, num nimis audaces videbimini corrigentes:

οἵ τε ἀπὸ τῶν νεῶν ἐλόντες τὴν Τορώνην αὐτοβοεὶ καὶ ὁ πεζὸς ἐπισπόμενος κτλ.?

αὐτοβοεὶ αἱρεῖν, κρατεῖν sim. saepius occurrunt et alibi et praesertim apud nostrum (cf. II, 81; III, 113; VIII, 23 et 62). Nec quidquam huc facere patet locum a Classenio allatum ad lectionem traditam tuendam III, 74 § 2: δείσαντες οἱ ὀλίγοι μὴ αὐτοβοεὶ ὁ δῆμος τοῦ τε νεωρίου κρατήσειεν ἐπελθὼν καὶ σφᾶς διαφθείρειεν.

Digitized by Google

V c. 8 § 2 seq.

⟨ὁ Βρασίδας⟩ ἐπέξοδον μὲν καὶ ἀντίταξιν οὐκ ἐποιήσατο πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, δεδιὼς τὴν αὐτοῦ (male HUDIUS cum libris melioribus αὐτοῦ) παρασκευὴν καὶ νομίζων ὑποδεεστέρους a) εἶναι .... τέχνῃ δὲ παρεσκευάζετο ἐπιθησόμενος.

εἰ γὰρ δείξειε τοῖς ἐναντίοις τό τε πλῆθος καὶ τὴν ὅπλισιν .... τῶν μεθ' ἑαυτοῦ, οὐκ ἂν ἡγεῖτο μᾶλλον περιγενέσθαι ἢ ἄνευ προόψεώς τε αὐτῶν καὶ [μὴ] ἀπὸ τοῦ ὄντος καταφρονήσεως.

a) ὑποδεέστερος Portus: recte fortasse.

„Locus difficillimus", si audis Classenium, qui multorum ingenia multum exercuit. Tolle particulam negativam saepissime in libris iniuria invectam aut omissam: statim habebis sententiam ad interpretandum expeditissimam. „Quid faciendum isto μή"? iure rogat Dobraeus.

ἄνευ προόψεως enim, ut nemo non videt, idem significat atque εἰ μὴ αὐτοὺς προῖδοιεν et ἄνευ καταφρονήσεως ἀπὸ τοῦ ὄντος sive ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς [1]) quid aliud esse posset nisi εἰ μὴ καταφρονήσειαν αὐτοὺς αἰσθόμενοι τὴν παρασκευὴν αὐτῶν καταδεεστέραν οὖσαν?

Existimabat Brasidas se longe difficilius superiorem discessurum esse, si Atheniensibus suarum copiarum adspectum praebuisset itaque vero rerum statu ab adversariis cognito iis in contemptionem venisset. Quare satius ducebat τέχνῃ i. e. subito et necopinato impetu eos aggredi.

V c. 9 § 4.

ὅστις δὲ τὰς τοιαύτας ἁμαρτίας τῶν ἐναντίων κάλλιστα ἰδὼν [καὶ] ἅμα πρὸς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν τὴν ἐπιχείρησιν ποιεῖται μὴ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς μᾶλλον καὶ ἀντιπαραταχθέντος ἢ ἐκ τοῦ πρὸς τὸ παρὸν ξυμφέροντος, πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖτο.

Persaepe apud historicos et oratores Graecos legentem impedit coniunctio καὶ inepte a librariis invecta. Vide exempla quae collegimus Mnemos. Vol. XXX p. 22. Hoc loco ad καὶ ἅμα Classenius satis obscure annotat: „καὶ *verbindet die adverb. Bestimmung* πρὸς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν *mit dem gleichfalls bestimmen-*

1) Cf. VI, 34: εἰ ᾔδοιεν παρὰ γνώμην τολμήσαντας τῷ ἀδοκήτῳ μᾶλλον ἂν καταπλαγεῖεν ἢ τῇ ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς δυνάμει.

Digitized by Google

den partic. ἰδών. Aliis interpretibus καὶ ἅμα idem valet quod Germanorum *auch zugleich*. Sed iam Poppo observavit hac sensententia requiri ἅμα καί.

Mihi coniunctioni hic nullus locus esse videtur.

In sequentibus quoque, nisi fallor (§ 6 s. f.): ἐγὼ μὲν ἔχων τοὺς μετ' ἐμαυτοῦ [καὶ] Φθάσας, ἐὰν δύνωμαι, προσπεσοῦμαι δρόμῳ κατὰ μέσον τὸ στράτευμα, coniunctio melius abesset.

V c. 15 § 1.

ταῦτ' οὖν ἀμφοτέροις αὐτοῖς λογιζομένοις ἐδόκει ποιητέα εἶναι ἡ ξύμβασις, καὶ οὐχ ἧσσον τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἐπιθυμίᾳ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἐκ τῆς νήσου κομίσασθαι a). ἦσαν γὰρ οἱ Σπαρτιᾶται αὐτῶν πρῶτοί τε καὶ ὁμοίως b) σφίσι ξυγγενεῖς.

a) κομίσασθαι delendum esse suspicatur Dobraeus nisi ὥστε subaudiatur ut in exemplis apud Porsonum ad Med. 1396.

b) ὁμοίως cit. Reiske; ὁμοίοις Bekker; οἱ πλείους parum feliciter Hudius.

Extrema omnium consensu corrupta sunt (vide Classen, Anhang p. 183). Iusto audacius Badhamus tentavit:

ἐκ τῆς νήσου· κομίσασθαι γὰρ ἔμελλον οἱ Σπαρτιατῶν πρῶτοί τε καὶ ὁμοῖοι τοὺς σφίσι ξυγγενεῖς. Equidem collato Plut., qui manifesto sequitur Thucydidem, *v. Niciae* c. 10 (οἱ γὰρ ἐκ Πύλου κομισθέντες ἦσαν ἐξ οἴκων τε πρώτων τῆς Σπάρτης, καὶ φίλους καὶ ξυγγενεῖς τοὺς δυνατωτάτους ἔχοντες), coniecerim:

ἦσαν γὰρ οἱ Σπαρτιᾶται αὐτῶν πρῶτοί τε καὶ ‹τοῖς› ὁμοίοις φίλοι ‹καὶ› ξυγγενεῖς.

ad οἱ Σπαρτιᾶται αὐτῶν cf. IV c. 38 s. f.: καὶ Σπαρτιᾶται τούτων (scil. τῶν ὑπ' Ἀθηναίων ἐκ τῆς νήσου κομισθέντων) ἦσαν.... περὶ εἴκοσι καὶ ἑκατόν.

Schol.: ἦσαν γάρ τινες αὐτῶν Σπαρτιᾶταί τε καὶ πρῶτοι καὶ τοῖς πρώτοις ξυγγενεῖς. ὡς τὸ εἰκὸς οὖν οἱ ξυγγενεῖς αὐτῶν σπουδὴν ἐποιοῦντο.

V c. 26 § 4. Cf. Dion. Halic. περὶ Θουκυδίδου p. 838.

.... καὶ τοῖς ἀπὸ χρῆσμῶν τι ἰσχυρισαμένοις μόνον δὴ τοῦτο ἐχυρῶς ξυμβάν. αἰεὶ γὰρ ἔγωγε μέμνημαι, καὶ ἀρχομένου τοῦ πολέμου καὶ μέχρι οὗ ἐτελεύτησε, προφερόμενον ὑπὸ πολλῶν ὅτι τρὶς ἐννέα ἔτη δέοι γενέσθαι αὐτόν.

Vehementer dubito de sinceritate lectionis προφερόμενον. Cor-

Digitized by Google

rexerim: προφαινόμενον. Praedicendi sensu enim in omni graecitate usu tritum est προφαίνειν unde προφάντωρ, πρόφαντις = προφήτης, προφῆτις et in φέρειν et φαίνειν cum compositis quoties titubant librarii! προφέρειν autem, quod in oraculis et vaticinationibus haud ita raro occurrit, non praedicendi sed *praecipiendi* et *imperandi* vim habet, qua sententia etiam προτιθέναι usurpatur [1]).

Vide e. c. HEROD. V c. 63:

οὗτοι οἱ ἄνδρες ἐν Δελφοῖσι κατήμενοι ἀνέπειθον τὴν Πυθίην χρήμασι, ὅκως ἔλθοιεν Σπαρτιητέων ἄνδρες εἴτε ἰδίῳ στόλῳ εἴτε δημοσίῳ χρησόμενοι, προφέρειν σφι τὰς Ἀθήνας ἐλευθεροῦν,

ubi Bekkerus iniuria coniecit προφαίνειν. Cf. Arist. de Rep. Ath. VIII, 7.

HEROD. IV c. 151:

χρεωμένοισι δὲ τοῖσι Θηραίοισι προέφερε ἡ Πυθίη τὴν ἐς Λιβύην ἀποικίην.

nec non AESCH. *Agam.* vs. 955: προυνεχθέντος ἐν χρηστηρίοις.

V c. 27 s. f.

Ictis quinquaginta annorum foederibus ceteri legati Peloponnesii continuo domum abeunt. Corinthii vero Argos profecti Argivis persuadere student ut civitates Graecas minores in foedus recipiant.

Κορίνθιοι δὲ .... πρῶτον λόγους ποιοῦνται πρός τινας τῶν ἐν τέλει ὄντων Ἀργείων ὡς χρὴ .... ὁρᾶν τοὺς Ἀργείους ὅπως σωθήσεται ἡ Πελοπόννησος καὶ ψηφίσασθαι τὴν βουλομένην πόλιν τῶν Ἑλλήνων .... πρὸς Ἀργείους ξυμμαχίαν ποιεῖσθαι, ὥστε τῇ ἀλλήλων ἐπιμαχεῖν, ἀποδεῖξαι δὲ ἄνδρας ὀλίγους ἀρχὴν αὐτοκράτορας καὶ μὴ πρὸς τὸν δῆμον τοὺς λόγους εἶναι, τοῦ μὴ καταφανεῖς γίγνεσθαι τοὺς μὴ πείσαντας τὸ πλῆθος.

Haerent vv. dd. in voce ἀρχὴν quam alii aliter frustra explicare conantur, alii malunt expungere. Quid si mutata terminatione scribamus:

ἀποδεῖξαι ἄνδρας ὀλίγους ἀρχὰς αὐτοκράτορας? Cf. V c. 84: οἱ Μήλιοι πρὸς μὲν τὸ πλῆθος οὐκ ἤγαγον, ἐν δὲ ταῖς ἀρχαῖς καὶ τοῖς ὀλίγοις λέγειν ἐκέλευον περὶ ὧν ἥκουσιν.

---

1) Belgice: *iemand iets voorhouden, iemand iets onder het oog brengen.*

Digitized by Google

Scholiasta ad vv. *μὴ πρὸς τὸν δῆμον τοὺς λόγους εἶναι* annotat: *τοὺς σπενδομένους τοῖς Ἀργείοις μὴ τῷ δήμῳ διαλέγεσθαι ἀλλὰ τοῖς αὐτοκράτορα ἔχουσιν ἀρχήν.*

οἱ ἔχοντες ἀρχὴν αὐτοκράτορα autem qui aliter graece appellari possunt nisi *ἀρχαὶ* sive *ἄρχοντες αὐτοκράτορες*?

XENOPH. *Anab.* VI c. 1 § 21: *τὰ μὲν δὴ τοιαῦτα ἐνθυμήματα ἐπῆρεν αὐτὸν ἐπιθυμεῖν αὐτοκράτορα γενέσθαι ἄρχοντα.*

V c. 34 § 2.

τοὺς δ' ἐκ τῆς νήσου ληφθέντας σφῶν καὶ τὰ ὅπλα παραδόντας, δείσαντες μή τι διὰ τὴν ξυμφορὰν νομίσαντες ἐλασσώσεσθαι a) *[καὶ ὄντες ἐπίτιμοι] νεωτερίσωσιν, ἤδη καὶ ἀρχάς τινας ἔχοντας ἀτίμους ἐποίησαν, ἀτιμίαν δὲ τοιάνδε ὥστε μήτε ἄρχειν μήτε πριαμένους τι ἢ πωλοῦντας κυρίους εἶναι. ὕστερον δ' αὖθις χρόνῳ ἐπίτιμοι ἐγένοντο.*

a) *ἐλασσώσεσθαι* corr. Herwerdenus: *ἐλασσωθήσεσθαι* codd.

A contextu aliena esse vv. *καὶ ὄντες ἐπίτιμοι* certo indicio est vitiosa sedes. Accedit quod *δείσαντες μὴ τι ὄντες ἐπίτιμοι νεωτερίσωσιν ἤδη καὶ ἀρχάς τινας ἔχοντας ἀτίμους ἐποίησαν* tautologia est quovis scriptore indigna.

In oculos incurrit verba inducta fluxisse e sententia sequenti: *ὕστερον δ' αὖθις χρόνῳ ἐπίτιμοι ἐγένοντο.*

V c. 50 § 3.

ὅμως δ' οἱ Ἠλεῖοι δεδιότες μὴ βίᾳ θύωσι (οἱ Λακεδαιμόνιοι), ξὺν ὅπλοις τῶν νεωτέρων φυλακὴν εἶχον.

ξὺν ὅπλοις τῶν νεωτέρων φυλακὴν ἔχειν — vv. dd. multa cum libertate vertunt: *cum armata iuventute* — Classenio non sine causa esse videbatur: *„ein sehr ungewöhnlicher Ausdruck"*. Equidem mihi persuasum habeo Thucydidis manum fuisse: *ξὺν ὅπλοις τῶν* ΝΕΩΝ *φυλακὴν ἔχειν*, puta: *νεῶν templorum*, scribam vero alias res agentem intellexisse *iuvenum* itaque dedisse *νέων* idque deinde ab erudito quodam magistello secundum usum Atticum et Thucydideum docte refictum esse in *νεωτέρων*.

Operae pretium est inspicere GRAMMATICI MEERMANNIANI *περὶ Ἀτθίδος* § 13, ubi legimus:

τὰ συγκριτικὰ πολλάκις ἀντὶ ἁπλῶν λαμβάνει, νεώτερος ἀντὶ τοῦ νέος.

Digitized by Google

Verissima haec est observatio. Componito mihi aliquis e. g. Thuc. VI c. 28 § 1, c. 38 § 5; VIII c. 65 § 2.

.... ἀγαλμάτων περικοπαί τινες πρότερον ὑπὸ νεωτέρων μετὰ παιδιᾶς καὶ οἴνου γεγενημέναι.

καὶ δῆτα, ὃ πολλάκις ἐσκεψάμην, τί καὶ βούλεσθε, ὦ νεώτεροι;

Ἀνδροκλέα .... ξυστάντες τινὲς τῶν νεωτέρων κρύφα ἀποκτείνουσιν.

V c. 58 § 1.

Ἀργεῖοι δὲ προαισθόμενοι [τό τε πρῶτον] τὴν παρασκευὴν τῶν Λακεδαιμονίων [καὶ][a] ἐπειδὴ ἐς τὸν Φλειοῦντα βουλόμενοι τοῖς ἄλλοις προσμεῖξαι ἐχώρουν, τότε δὴ ἐξεστράτευσαν καὶ αὐτοί.

a) καὶ delet Classen: tuetur Stahl.

Locus misere turbatus, cuius difficultatem in clara luce ponunt tam scholiorum quam recentiorum interpretum vel peritissimorum explicationes variae et impeditae:

Scholl.: Ἀργεῖοι προαισθόμενοι τήν τε πρώτην τῶν Λακεδαιμονίων παρασκευήν, καὶ αὖθις προσχωροῦντας τοὺς Λακεδαιμονίους ἐπὶ Φλιοῦντος ὑπὲρ τοῦ τοῖς ἰδίοις συμμῖξαι συμμάχοις, τότε καὶ αὐτοὶ ἐξεστράτευσαν. ἔνιοι δὲ τὸ τότε πρῶτον ᾠήθησαν σημαίνειν ἐν τῷ τότε καιρῷ [1]).

Heilmann interpretatur:

„Die Argiver, welche die Zurüstungen der Lakedämonier *theils anfänglich schon* gemerkt hatten, theils jetzo, da sie sich um zu den übrigen zu stossen nach Phlius zogen, *von neuem gewahr wurden* (mente igitur supplet: τοῦτ' αἰσθόμενοι vel simile quid), rückten nunmehr auch ins Feld."

Classen:

„Nachdem die Argiver *zwar schon gleich zu Anfang* von den kriegerischen Anstalten der Lakedämonier Kunde erhalten hatten, zogen sie doch erst, als jene den Marsch nach Phlius antraten .... aus."

Mihi probabile videtur vv. τό τε πρῶτον vel potius τότε πρῶτον insiticia esse nec aliud quidquam nisi futile lectoris interpretamentum in ora libri ad τότε δὴ ἐξεστράτευσαν appo-

1) Eadem scholiastarum explicatio recurrit Thuc I c. 58 et II c 84, ubi κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον post τότε δὴ in textum irrepsit. Cf. Herw. *Stud. Thuc.* p. 12.

Digitized by Google

situm, deinde alienissimo loco, ut fit, susceptum in textum. Quo facto, cum distinguerent τό ΤΘ, coniunctio ΚΑΙ ante ἐπειδὴ necessarium fulcrum videbatur.

V c. 60 § 1.

καὶ οἱ μὲν ταῦτ' [εἰπόντες] .... ἀΦ' ἑαυτῶν καὶ οὐ τοῦ πλήθους κελεύσαντος εἶπον.[a])

a) ἀπῆλθον cit. Naberus.

„atque hi quidem sua sponte, non autem populi inssu haec dixerunt."

Suspicor scribam per errorem bis pro semel exaravisse εἶπον in hunc modum:

καὶ οἱ μὲν ταῦτ' εἶπον ἀΦ' ἑαυτῶν .... κελεύσαντος εἶπον; deinde correctorem primum indicativum, qui expungendus erat, temere mutasse in participium.

V c. 61 s. f.

οἱ δ' Ὀρχομένιοι .... ξυνέβησαν ὥστε ξύμμαχοί τε εἶναι καὶ δμήρους σΦῶν τε αὐτῶν δοῦναι Μαντινεῦσι καὶ[a]) οὓς κατέθεντο Λακεδαιμόνιοι παραδοῦναι.

a) καὶ Μαντινεῦσι καὶ Cod. C.

Perperam hodie a Hudio et aliis plerisque editur: Μαντινεῦσι καί: sententia procul dubio requirit: καὶ Μαντινεῦσι οὓς κατέθεντο Λακεδαιμόνιοι παραδοῦναι. Cur enim Orchomenii obsides darent Mantinensibus?

Recte de hoc loco olim iudicavit Oordtius noster ὁ μακαρίτης [1]).

V c. 76 § 3.

ἐβούλοντο δὲ πρῶτον σπονδὰς ποιήσαντες πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους αὖθις ὕστερον καὶ ξυμμαχίαν καὶ οὕτως ἤδη τῷ δήμῳ ἐπιτίθεσθαι.

Altero καὶ secluso naturalem verborum ordinem sic restituito:

ἐβούλοντο δὲ πρῶτον σπ. ποιήσαντες πρὸς τ. Λ. καὶ αὖθις ὕστερον ξυμμαχίαν, οὕτως ἤδη τ. δ. ἐπιτίθεσθαι.

---

1) J. W. G. van Oordt, *Over de uitwendige politiek van Griekenland gedurende het tijdvak van Xenophon's Hellenica.* Lugd. Bat. 1852 p. 188.

Digitized by Google

V c. 87. Cf. DION. HALIC. *περὶ Θουκυδίδου* p. 908, 12.

ΑΘ. *εἰ μὲν τοίνυν ὑπονοίας τῶν μελλόντων λογιούμενοι ἢ ἄλλο τι ξυνήκετε ἢ ἐκ τῶν παρόντων καὶ ὧν ὁρᾶτε περὶ σωτηρίας βουλεύσοντες* a) *τῇ πόλει, παυοίμεθ' ἄν· εἰ δ' ἐπὶ τοῦτο, λέγοιμεν ἄν.*

a) *βουλεύσαντες* male plerique codd. tam Thuc. quam Dion. Halic.

Quis homo sanus, qui hoc agit, recte intellegere se fatebitur monstrum lectionis: *εἰ ξυνήκετε λογιούμενοι ὑπονοίας τῶν μελλόντων ἢ ἄλλο τι ἢ βουλεύσοντες ἐκ τῶν παρόντων κτλ.* Nemo quisquam, opinor.

Nec quidquam praesidii est in loco plane diverso II c. 16 s. f. a Classenio laudato:

ἐβαρύνοντο .... οἰκίας τε καταλείποντες καὶ ἱερά .... διαιτάν τε μέλλοντες μεταβάλλειν καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ πόλιν τὴν αὐτοῦ ἀπολείπων (L. *ἀπολείπειν*) *ἕκαστος*, ubi ipse *οὐδὲν ἄλλο ἢ* vertit: *so gut wie.*

Fac in archetypo lectionem traditam *ἢ ἄλλο τι* ΗΑΛΛΟΤΙ casu quodam natam esse e literarum ductibus haud dissimilibus adverbii *μᾶλλον* ΜΑΛΛΟΝ et mecum lege:

εἰ μὲν τοίνυν ὑπονοίας τῶν μελλόντων λογιούμενοι μᾶλλον ξυνήκετε ἢ ἐκ τῶν παρόντων καὶ ὧν ὁρᾶτε περὶ σωτηρίας βουλεύσοντες τῇ πόλει, παυοίμεθ' ἄν· εἰ δ' ἐπὶ τοῦτο, λέγοιμεν ἄν.

Eadem medicina in Thucydide aliis quoque locis et adhibita est et adhuc adhibenda. Rescripsit e. c. Naberus II c. 8 § 3 et c. 17 § 2: *ξυμβῆναι* pro *σημῆναι*; Cobetus V c. 4 s. f. *οἰόμενος οὐκ ἂν πείθειν αὐτοὺς* pro *αἰσθόμενος*; ipse IV c. 18 § 4 pro *ξυνεῖναι* restitui quod sententia flagitat: *ξυμβῆναι*. Nec aliter tractandum videtur insequentis capitis initium.

V c. 88. Cf. DION. HALIC. *περὶ Θουκυδίδου* p. 909, 1.

ΜΗΛ. *εἰκὸς μὲν καὶ ξυγγνώμη ἐν τῷ τοιῷδε καθεστῶτας ἐπὶ πολλὰ καὶ λέγοντας καὶ δοκοῦντας τρέπεσθαι.*

Classen vertit: *im Reden so gut wie im Nachdenken.* Male factum quod verbum *δοκεῖν* numquam significat *nachdenken.* Naber primus vidit quod vv. contextus postulat et *δρῶντας* coniecit. Nescio tamen an praeferendum sit *ποιοῦντας* quod ad formam vitiosae scripturae aliquanto propius accedit.

Digitized by Google

V c. 89.

ΑΘ. *ἡμεῖς τοίνυν οὔτε αὐτοὶ μετ' ὀνομάτων καλῶν .... λόγων μῆκος ἄπιστον παρέξομεν, οὐθ' ὑμᾶς ἀξιοῦμεν .... ὡς ἡμᾶς εὐδὲν ἠδικήκατε λέγοντας οἴεσθαι πείσειν, τὰ δυνατὰ δ' ἐξ ὧν ἑκάτεροι. ἀληθῶς Φρονοῦμεν * διαπράσσεσθαι ἐπισταμένους πρὸς εἰδότας ὅτι δίκαια μὲν ἐν τῷ ἀνθρωπείῳ λόγῳ ἀπὸ τῆς ἴσης ἀναγκης κρίνεται, δυνατὰ δ' οἱ προύχοντες προστάσσουσι καὶ οἱ ἀσθενεῖς ξυγχωροῦσιν.*

Recte Cobetus coll. schol. pro *πράσσουσι*, quod exhibent libri MSS., correxit *προστάσσουσι*; vv. *πράγματα* et *προστάγματα* quoque frequenter confunduntur. Ceterum in toto hoc capite nihil est quod emendationis aut longioris explicationis indigeat nisi quod necessario revocandum videtur: ΔΕΙ *διαπράσσεσθαι*. Infinitivus *διαπράσσεσθαι* enim vix ac ne vix quidem pendere potest ab indicativo *ἀξιοῦμεν* neque cum Poppone ex antecedentibus mente supplendum est *ὑμᾶς* verum *ἑκατέρους*.

V c. 97.

ΑΘ. *δικαιώματι γὰρ οὐδετέρους ἐλλείπειν ἡγοῦνται, κατὰ δύναμιν δὲ τοὺς μὲν περιγίγνεσθαι, ἡμᾶς δὲ Φόβῳ οὐκ ἐπιέναι· ὥστε ἔξω καὶ τοῦ πλείονων ἄρξαι καὶ τὸ ἀσΦαλὲς ἡμῖν διὰ τὸ καταστραΦῆναι ἂν παράσχοιτε, ἄλλως τε καὶ * νησιῶται ναυκρατόρων, καὶ ἀσθενέστεροι ἑτέρων ὄντες [εἰ] μὴ περιγένοισθε.*

Verisimillimum est Thucydidem dedisse: *ἄλλως τε καὶ <εἰ> νησιῶται ναυκρατόρων, καὶ ἀσθενέστεροι ἑτέρων ὄντες, μὴ περιγένοισθε.*

V c. 103 § 1.

ΑΘ. *ἐλπὶς δὲ * κινδύνῳ παραμύθιον οὖσα τοὺς μὲν ἀπὸ περιουσίας χρωμένους αὐτῇ, κἂν βλάψῃ, οὐ καθεῖλε, τοῖς δ'ες * ἅπαν τὸ ὑπαρχον ἀναρριπτοῦσι (δάπανος γὰρ Φύσει) ἅμα τε γιγνώσκεται σΦαλέντων καὶ ἐν ὅτῳ ἔτι Φυλάξεταί τις αὐτὴν γνωρισθεῖσαν οὐκ ἐλλείπει.*

Aut cum Proclo (*Schol. Hesiod. opp.* 94), Stobaeo (*Flor.* II p. 326 *ed. Mein.*), Dion. Halic. (*περὶ Θουκυδίδου* p. 913, 11) scribendum *κινδύνου* (*κινδύνων*) *παραμύθιον* aut supplendum *<ἐν> κινδύνῳ*.

Paulo infra inter *ἐς* et *ἅπαν* intercidisse credo quod ante

Digitized by Google

ἅπαν facillime intercidere poterat: απαξ. Restitue: τοῖς δ' ἑς-⟨άπαξ⟩ ἅπαν τὸ ὑπαρχον ἀναρρ. In vulgus notum est Aeschyleum illud:

κρεῖσσον γὰρ εἰσάπαξ θανεῖν
ἢ τὰς ἀπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς.

V c. 105 s. f.

καίτοι οὐ πρὸς τῆς ὑμετέρας νῦν ἀλόγου σωτηρίας ἡ τοιαύτη διάνοια.

Ad hunc locum BADHAMUS *Mnemos. N. S.* II p. 296 annotavit: „Salus ipsa numquam, sed interdum spes salutis ἄλογος videtur". Et recte quidem ille. Quod autem addit „itaque ferri nequit ἀλόγου, sed delendumne sit an corrigendum et quomodo hoc faciendum sit hucusque me nescire fateor" — conducit diligentius quam factum est ultima Meliorum verba conferre in capite superiore: καὶ οὐ παντάπασιν οὕτως ἀλόγως θρασυνόμεθα. Quae cum in fine orationis addantur ἐπιλογικῶς, crediderim potius Thucydidem scripsisse: καί⟨τοι⟩ οὐ παντάπασι κτλ. *proinde, itaque.*

Contenderant MELII se merito confidere posse deorum immortalium auxilio et armis Lacedaemoniorum atque hisce verbis dicendi finem fecerant: καί⟨τοι⟩ *proinde* οὐ παντάπασιν οὕτως ἀλόγως θρασυνόμεθα.

Ad haec ATHENIENSES respondent spem Meliorum vanam esse argumentationemque sic absolvunt: καίτοι *itaque* [οὐ] πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας νῦν ἄλογος ἡ τοιαύτη διάνοια.

Quid multa? Inducta particula negativa et voce σωτηρίας in suam sedem restituta lege ἄλογος pro ἀλόγου et salva res est.

V c. 111 § 1.

ΑΘ. τούτων μὲν καὶ πεπειραμένοις ἄν τι γένοιτο ⟨ἡμῖν⟩ a) καὶ ὑμῖν [καὶ] b) οὐκ ἀνεπιστήμοσιν ὅτι οὐδ' ἀπὸ μιᾶς πώποτε πολιορκίας Ἀθηναῖοι δι' ἄλλων c) φόβον ἀπεχώρησαν.

a) ἡμῖν add. Badham; b) καὶ male e libris MSS. in textum recepit Hudius; c) ἰδίων cit. Naber.

Miror neminem adhuc coniecisse: δι' ἄλλΟΝ φόβον, *ob alium metum*, ut est apud Tacitum, *ob aliud periculum.*

Digitized by Google

Ibidem § 2.

πολλήν τε ἀλογίαν τῆς διανοίας παρέχετε, εἰ μὴ μεταστησάμενοι ἔτι ἡμᾶς ἄλλο τι τῶνδε σωφρονέστερον γνώσεσθε.

Imo *παρέξετε.*

Ibidem § 3.

οὐ γὰρ δὴ ἐπὶ γε τὴν ἐν τοῖς αἰσχροῖς καὶ προὔπτοις κινδύνοις πλεῖστα διαφθείρουσαν a) *ἀνθρώπους αἰσχύνην τρέψεσθε.*

a) *διαφθείρασαν* cit. Naber.

Aut in ordinem receptam aut saltem in calce commemoratam oportuit emendationem Reiskianam: *ἐν τοῖς ἐσχάτοις ..... κινδύνοις.*

SALLUSTIUS.

Sall. Bell. Iug. 106. 4: *ceterum ab eodem monitus, uti noctu proficiscerentur, consilium adprobat; ac statim milites cenatos esse in castris, ignis quam creberrumos fieri, dein prima vigilia silentio egredi iubet.*

Ad dicendi formulam *milites cenatos esse iubet* Schmalz recte attulit Liv. XXVIII. 14: *tesseram dedit, ut ante lucem viri equique curati pransi essent,* ita ut opus non sit cum editore quodam credere *esse* et *fieri* infinitivos historicos esse; quibus rerum indicaretur festinatio. At tamen *in castris* ad *cenatos esse* absurde positum est: aut virgula traiecta legendum esse arbitror *cenatos esse, in castris ignis* aut verba *in castris* omnino inducenda sunt. Similis res narratur apud Liv. XXI. 32. 12. Nova interpretatio F. Perschinkae (in Alb. Gratul. E. Bormanni, Vindob. 1902): „die Soldaten sollten nach der Mahlzeit sich im Lager halten" propter verborum ordinem mihi quidem valde displicet.

Sall. Bell. Iug. 113. 5: *cum paucis amicis et quaestore nostro quasi obvius honoris causa procedit in tumulum facillumum visu insidiantibus.*

Quasi non suum locum obtinet, quod cum ad *honoris causa* pertineat, ita verba transponenda videntur: *quasi honoris causa obvius procedit.*

P. H. D.

Digitized by Google

ADNOTATIONES CRITICAE

AD

LYSIAE ORATIONES.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

Constat inter omnes maximam deberi pueris reverentiam et sedulo esse cavendum ne quid in schola pravi addiscant, nec tamen minus, ubi ad ipsam rem ventum est, incredibile dictu est quam sint inter se pugnantes hominum opiniones de iis quibus acuta et generosa iuventus imbui atque in schola erudiri debeat. Veluti in Germania ambigunt viri docti conveniatne in gymnasiis tractare et interpretari primam Lysiae orationem. Rauchensteinius, qui optime est de oratore meritus — sed stricto sensu Germanus hic non erat, sed Helvetius — anceps haesit quid statueret in *Annalibus Fleckeisenii* XCVII p. 604, sed quam de adulterio causam inter selectas orationes olim receperat, eam paucis annis post non repetivit, sed pudice eliminavit. Qui post venit Fuhrius hoc exemplum secutus est itemque Frohbergerus, in minore utique editione, et post Frohbergerum Gebauerius omiserunt in sylloge id quod primo loco quaesiveris. Contra in his terris iam ante annos quadraginta Herwerdenus orationem de Caede Eratosthenis peculiari editione gymnasiis nostris commendavit, neque hodie, uti opinor, praeceptores insigne specimen Atticae elegantiae ab scholis suis exsulare iusserunt, etiamsi fortasse pueris permixtae iam grandes puellae in iisdem subselliis magno numero sederent. Ἀλλὰ τίη

Digitized by Google

μοι ταῦτα Φίλος διελέξατο θυμός; iamdudum est ex quo nullos ipse discipulos habeo. Ipsum oratorem spectemus.

I. ΤΠΕΡ ΤΟΥ ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΦΟΝΟΥ.

§ 6: οὕτω διεκείμην ὥςε μήτε λυπεῖν μήτε λίαν ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι. De loci sententia non dubitatur; eleganter ut solet vertit Bakius *Schol. Hyp.* II p. 197: „hoc animo eram, hoc mihi ipse imperabam: neque molestus esto uxori, neque nimis in ipsius potestate esto, ut ipsa faciat quid velit." Qui est ἐπὶ τῇ γυναικί, nupsit potius quam duxit et uxori ancillatur suae, ἐγήματο magis quam ἔγημε· notum hoc est. Ἐπί eo sensu apud Lysiam minime rarum est, veluti § 33: πᾶσαν ἐπ' ἐκείνοις τὴν οἰκίαν γεγονέναι, IV § 20: μὴ περιίδητε ἐπὶ τούτῳ γενόμενον, VII 16: ἐπ' ἐκείνοις ἦν ἐμὲ τιμωρήσασθαι· ad eandem normam Scaliger correxit XIII 58, Cobetus autem XX 24. Periit ἐπί sed alio sensu, XXV 2: ἃ ὑπὸ τῶν τριάκοντα γεγένηται τῇ πόλει, quod corrigendum ad eum modum quo legitur XXV 21: τῶν ἐπὶ τῶν τριάκοντα γεγενημένων et XXVI 10: ἐπὶ τῶν τριάκοντα τοὔνομα ἐνεγέγραπτο. Verum in verbo λυπεῖν manca est oppositio idque etiam pellucet in Bakii versione. Quid sit λυπεῖν plane apparet § 11: ἐδυσκόλαινεν ὑπὸ τῆς θεραπαίνης ἐπίτηδες λυπούμενον, sed in illum locum nil tale cadit. Amabat Euphiletus uxorem suam, sed in amore mediam quandam viam servabat: neque in omnibus ei obsecundabat, nec perpetuo metuebat ne nova nupta rivali aurem praeberet: non, ut uno verbo idem dicam, suspiciosus erat. Cum hoc requiratur, alii alia coniecerunt: ἀπιςίᾳ λυπεῖν Frohbergerus, ἀπιςεῖν Bergkius, equidem incideram in ζηλοτΤΠΕΙΝ et nunc video Paulum R. Mullerum eandem correctionem proposuisse; nec tamen Thalheimius quidquam mutare ausus est, etiamsi satis evidens correctio esse videatur. Ita est: scribit Moeris: ζηλῶ Ἀττικοί, ζηλοτυπῶ Ἕλληνες, sed nimium morosus censor est: ζηλότυπος invenitur apud Aristophanem, ζηλοτυπία apud Aeschinem ipsumque verbum ζηλοτυπεῖν Plato habet Conviv. 213 D. Herwerdenus nil certi pronunciat.

§ 9: ἵνα δὲ μὴ κινδυνεύοι κατὰ τῆς κλίμακος καταβαίνουσα. Ad haec verba Herwerdenus adnotavit: „Pessima necesse est

Digitized by Google

fuerit scalae conditio." Minime assentior: erat, fateor, Euphiletus pauper, non quidem qualis est ille apud Alexidem ἐν Ὀλυνθίᾳ Athen. II p. 54 F:

ἔστιν ἀνὴρ μοι πτωχός, κἀγώ
γραῦς καὶ θυγάτηρ καὶ παῖς υἱός
χἠδ' ἡ χρηστή, πένθ' οἱ πάντες,

sed erat mediocris vitae conditio. Dominus agellum fortasse arabat, cf. § 11 et 22; sed tota domus tres erant unaque tantum ancilla uxori praesto erat, cf. § 8, 37 et 40. Credamne propterea scalas fuisse vitiosas ut descendenti periculum esset? Non faciam. Nempe nostri homines duas scalarum species distinguunt et novit unusquisque quid intersit inter *échelle* et *escalier*; sed κλίμακος apud Graecos et scalarum apud Romanos unum idemque nomen est. Itaque patriarcha, Genes. XXVIII 12, in somnio κλίμακα sive scalas vidit, ubi nemo cogitabit de *scalario*, quod vocabulum Romani fortasse adhibuerunt, ubi magis diserte *escalier* volebant appellare; certe pellucet Francici nominis origo. Quid autem mirum, si maritus metuerit ne noctu uxor κινδυνεύοι scalas descendens, h. e. *échelle*. Parvula domus erat, οἰκίδιον § 9 et hodie quoque in pauperum domibus frequenter hoc modo escenditur. Quid sit κατῆλιψ, nescio. Sed rudera Pompeiana rem ulterius illustrabunt.

Est Lysiae fragmentum apud Rutilium Lupum de fig. I 21: „Rure rediens, iudices, homo maior natu, magno calore, vix sufferens viae molestiam, tamen his verbis egomet me consolor: Fer fortiter demum laborem: iam brevi domum venies exspectatus, excipiet te defatigatum diligens atque amans uxor; ea sedulo ac blande praeministrando detrahet languorem et simul seniles nutriendo recuperabit vires. Haec me in itinere recogitatio prope confectum confirmabat. Postea vero quum domum veni, nihil earum rerum inveni, sed potius bellum intestinum ab uxore contra me comparatum." Consimile vides argumentum: quid autem si Rutilius ex hac oratione sumsisse sua videbitur? Fortasse lacuna fuit circa § 11, sicuti constat haud ita pauca periisse § 22.

§ 13: ἐκείνη δὲ ἀναςᾶςα καὶ ἀπιοῦσα προστίθησι τὴν θύραν

Digitized by Google

προστοιουμένη παίζειν καὶ τὴν κλεῖν ἐφέλκεται. Expuncta coniunctione Halbertsma malebat ἀναςᾶσα ἀπιοῦσα, quod nimis mihi languere videtur: arridet ὡς ἀπιοῦσα et satis nota est confusio particularum ὡς et καί. Gravior autem quaestio oritur de verbo ἐφέλκεται. Quid verosimiliter scelestam mulierem dicemus fecisse? Ianuam extrinsecus occlusit ne maritus egredi posset; deinde ne forte Euphiletus ancillam advocaret, quae fores aperiret, etiam clavem secum tulit. Sed hoc non inest in verbis τὴν κλεῖν ἐφέλκεται, quod, verum ut fatear, ne per se quidem intelligo quale sit. Contuli Aristoph. Thesm. 423:

οἱ γὰρ ἄνδρες ἤδη κλῃδία
αὐτοὶ Φοροῦσι κρυπτὰ κακοηθέςατα,
Λακωνίκ' ἄττα, τρεῖς ἔχοντα γομφίους.

Est scholion ad hunc locum: Μένανδρος Μισουμένῳ·

Λακωνικὴ κλείς ἐςιν ὡς ἔοικέ μοι
περιοιςέα.

καί Φασιν ὅτι ἔξωθεν περικλείεται μοχλοῦ παρατιθεμένου ἤ τινος τοιούτου ὥςε τοῖς ἔνδον μὴ εἶναι ἀνοῖξαι. Adscripsit Meinekius Olympiodori testimonium ad Platon. Alcib. I p. 152 Creuz.: αἱ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων (γυναῖκες) ἐφυλάττοντο, ὡς ἐδήλωσεν ἡ πάντολμος κωμῳδία, deinde affertur Menandri versiculus. Quid autem si apud Lysiam proinde verum est: τὴν κλεῖν ἀφέλκεται. Nec negligendum revera esse γυναικωνῖτιν, in qua Euphiletus clausus retinetur.

§ 14: ἔΦασκε τὸν λύχνον ἀποσβεσθῆναι τὸν παρὰ τῷ παιδίῳ, εἶτα ἐκ τῶν γειτόνων ἐνάψασθαι. Haec est Codicis lectio quam servavit Thalheimius, cum reliqui fere editores Stephanum sequantur, qui coniecerit ἀνάψασθαι, sed quantum comperi neque hoc verbum neque illud tali significatione usu comprobatur. Solemne est in ea re ἐναύσασθαι. Iam Homerus: σπέρμα πυρὸς σαόων ἵνα μή ποθεν ἄλλοθεν αὖῃ. Diphilus ap. Athen. VI p. 238 F:

Ἀγνοεῖς ἐν ταῖς ἀραῖς
ὅ τι ἐςίν, εἴ τις μὴ Φράσει' ὀρθῶς ὁδόν,
ἢ πῦρ ἐναύσει', ἢ διαΦθείρει' ὕδωρ,
ἢ δειπνιεῖν μέλλοντα κωλύσαι τινά;

Nam quid inter ἐναύειν et ἐναύεσθαι intersit, in aprico est.

Digitized by Google

Phryn. Bk. p. 13. 19: *Αὕεσθαι πῦρ καὶ ἐναύεσθαι· Ἀριστοφάνης αὐόμενος, Κρατῖνος ἐναύεσθαι.* Euphiletus vicinum habebat cauponem, apud quem faces venales, § 24.

§ 16. Fortuitus hic latet hexameter: *μηδεμιᾷ πολυπραγμοσύνῃ προσεληλυθέναι με νόμιζε.* Item Demosth. Coron. § 143: *τὸν γὰρ ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον, δι' ὃν εἰς Ἐλάτειαν — ἦλθε Φίλιππος.* Dem. Coron. § 198: *Ἑλλήνων ἀτυχήματ' ἐνευδοκιμεῖν ἀπέκειτο.* Dem. Fals. Leg. § 27: *τὴν ὅτ' ἀδωροδόκητος ὑπῆρχε προαίρεσιν αὐτοῦ.* Cf. Dobraei *Advers.* I p. 405 et Blassius *de Eloquentia Attica* III 1 p. 116.

§ 22: *ὡς ἐγὼ μεγάλοις ὑμῖν τεκμηρίοις ἐπιδείξω.* Hic miror quod Herwerdenus non reposuit *ἀποδείξω*, cum § 4 recte correxerit: *ἡγοῦμαι τοῦτό με δεῖν ἀποδεῖξαι.* Itidem perperam editur XXIV 1: *πειράσομαι τοῦτον ἐπιδεῖξαι ψευδόμενον.* Contra II 55: *μεγίσην ἀπέδειξαν τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα*, requiro *ἐπέδειξαν*, sicuti sequenti paragrapho legitur: *τὴν αὐτῶν δύναμιν τοσαύτην ἐπιδείξαντες.* Itidem correxerim II 56, uti et XII 38: *ἀποδεικνύντες ὡς χρατιῶται ἀγαθοί εἰσιν*, ubi malo: *ἐπιδεικνύντες.* Vide utrumque verbum in una eademque paragrapho recte usurpatum III 4 et complura apud oratorem exempla sunt. Idem argumentum attigi ad Dionysium Halicarnassensem *Mnem.* 1901 p. 312.

§ 24: *ἀνεῳγμένης τῆς θύρας καὶ ὑπὸ τῆς ἀνθρώπου παρεσκευασμένης.* Sunt qui delere malint coniunctionem *καί*· esto hoc; sed in participio levis remanet offensio, nam requiro: *προπαρεσκευασμένης.* De ipsius verbi significatione satisfaciet § 42: *οὐκ ἂν δοκῶ ὑμῖν καὶ θεράποντας παρασκευάσασθαι.*

§ 31: *τὴν αὐτὴν* (scil. *τιμωρίαν*) *καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ἠξίωσε γίγνεσθαι.* Supplebo: *τὴν αὐτὴν (ἥνπερ) καί.*

II. ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΛΟΓΟΣ.

§ 9: *ἵνα μὴ πρότερον εἰς τὴν αὐτῶν ἀπέλθωσι πατρίου τιμῆς ἀτυχήσαντες.* Molestum *πρότερον* Herwerdenus delere voluit;

Digitized by Google

Emperius commendavit λυπρότερον vel πικρότερον, Polacius πονηρότερον. Mihi unice placet προπετέστερον· sic Hyper. c. Dem. col. XXI. vs. 28: εἴ τι προπετέστερον ἔπραττον, et ubi non?

§ 13: ἀγαθὸν μὲν οὐδὲν ἰδίᾳ ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτῶν πεπονθότες. Praestat, opinor, προπεπονθότες.

§ 15: τὴν ἐξ ἁπάσης Πελοποννήσου στρατιὰν ἐλθοῦσαν ἐνίκων μαχόμενοι. De more hoc dictum oportuit ἐπελθοῦσαν.

§ 50: ἠξίουν αὐτοὶ μόνοι τὸν κίνδυνον ποιήσασθαι. Non video quid possit latere praeter ὑφίστασθαι.

III. ΠΡΟΣ ΣΙΜΩΝΑ.

§ 10: ἠπορούμην ὅ τι χρησαίμην τῇ τούτου παρανομίᾳ. At adversus παρανομίαν satis est in legibus praesidii; hinc cum Contio malim scribere: τῇ τούτου παροινίᾳ· sic § 19 dicuntur οἱ μετὰ τούτου παροινήσαντες. Ipse puer magis describitur παρανομίαν expertus esse § 5, 17 et 37.

§ 17: ἤδη δ' αὐτοῖς οὖσι παρὰ τὴν Λάμπωνος οἰκίαν· dictum hoc, credo, oportuit κατὰ τὴν Λ. οἰκίαν. Deinde quod mox sequitur ἀνόμως καὶ βιαίως ὑβρισθέντα, languere mihi videtur ac propterea coniicio: ἀνοσίως καὶ βιαίως, qua correctione itidem usus est Hertleinius X 22.

Permirum est quod narratur § 28: λέγει δ' ὡς ἡμεῖς ἤλθομεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν τὴν τούτου ὅπλα ἔχοντες, καὶ ὡς ἠπείλουν αὐτῷ ἐγὼ ἀποκτενεῖν. Quale hoc est teli genus, de quo praeterea reus nil quidquam reponit, sed § 33 affirmat se venisse ἀπαράσκευον? Testulis iactis aliquem vulnerare possumus, sed frustra provocabitur ad Herodianum VII 12. 11: ἀναπηδῶντες εἰς τὰ δώματα, τῷ τε κεράμῳ βάλλοντες αὐτοὺς καὶ λίθων βολαῖς τῶν τ' ἄλλων ὁπλάκων ἐλυμήναντο αὐτούς. Quo magis mireris, sequens Lysiae oratio in simillimo argumento versatur ibique ita legimus, nam paulo plura describenda sunt, IV 6: οὐδεὶς ὑμῶν ἀγνοεῖ ὅτι θᾶττον ἂν ἐγχειριδίῳ πληγεὶς ἀπέθανεν ἢ

Digitized by Google

πὺξ παισόμενος. Φαίνεται τοίνυν οὐδ' αὐτὸς αἰτιώμενος τοιοῦτόν τι ἔχοντας ἡμᾶς ἐλθεῖν, ἀλλ' ὀσράκῳ φησὶ πληγῆναι. Itaque, uti vides, alter vulneratus fuit, ἐπλήγη· deinde reus ita pergit: καίτοι φανερὸν ἤδη ἐξ ὧν εἴρηκεν, ὅτι οὐ πρόνοια γεγένηται. οὐ γὰρ (ἂν) οὕτως ἤλθομεν, ἀδήλου ὄντος εἰ παρὰ τούτῳ εὑρήσομεν [ὄσρακον ἢ] ὅτῳ αὐτὸν ἀποκτενοῦμεν, ἀλλ' οἴκοθεν ἔχοντες ἂν ἐβαδίζομεν. Lectio haud prorsus certa est: post Reiskium Thalheimius expunxit verba quae notavimus ὄσρακον ἤ, sed utcumque ea de re existimabitur, hic tamen videmus reum ad inimicum accessisse ἀπαράσκευον III 33 vel οὕτω, *sic temere*, IV 7. Hic cogita tecum quid inde sequatur, nam qui de altero loco recte statuet, recte quoque statuet de altero. Neuter reus cum telo venit, nec tamen plane inermis erat: poteratne tamen domo aliquid secum portare quo vim inferre posset et tamen suspicione careret? Poterat: inde a Solonis temporibus, omnes qui aliquid cupiebant videri, non tantum iudices, baculos gestabant, βακτηρίας, σκυτάλια: de eo more abunde satisfacient Interpretes ad Theophrasti Charact. 21. In Avibus locus est vs. 1281; in Ecclesiazusis vs. 74. Cum Lysia conferri poterit haud multum dissimilis Demosthenis Oratio contra Cononem; qui ibi rixantur sodales, dum vulnerant et vulnerantur, sine dubio baculos gestabant, nec tantum hoc faciebant elegantiores homines, sed quivis de plebe, veluti foenerator ille apud Demosthenem c. Pantaenetum § 52 ταχέως βαδίζει καὶ μέγα φθέγγεται καὶ βακτηρίαν φορεῖ. Itaque utrobique adversarius baculum invidioso nomine appellavit nec quidquam de ipsa re reus reponit. Ὄσρακον, uti mihi dabis, dici non potuit, sed vide quid coniiciam. Quid si baculus desinit in ferratam cuspidem, quemadmodum etiam hodie fit tum in his tum ἐν τοῖς ἀλεξιβροχίοις? Iam poterit actor odiose συράκιον dicere et apparet quantillum intersit inter ΟΣΤΡΑΚΟΝ et ΣΤΥΡΑΚΙΟΝ. Vocabulum habet Thucydides II 4 et de significatione non dubitabis coll. Plat. Lach. p. 183 E: κατηφίει τὸ δόρυ διὰ τῆς χειρὸς, ἕως ἄκρου τοῦ σύρακος ἀντελάβετο. Item Xenophon Hell. VI 2. 19: τὸν μέν τινα βακτηρίᾳ, τὸν δὲ τῷ σύρακι ἐπάταξεν. Secundum Harpocrationem Lysias vocabulum usurparat ἐν τῷ κατὰ Λυσιθέου estque τὸ κάτω τοῦ δόρατος τραχήλιον. Etiam haec contra Lysitheum oratio fuit τραύματος ἐκ προνοίας, cf. Λέξεις Πατμ. Finem faciam indicando

Digitized by Google

Plutarch. Aristid. 14: τοῦτον ἡ τὸ κράνος ὑπέφαινε τὸν ὀφθαλμόν, ἀκοντίου ςύρακι παίων τις ἀνεῖλεν. Prudenti consilio oratores duo apud Lysiam non refutant, quod refutari non poterat.

§ 39. Aliquid supplendum est: ὀργιζόμενοι παραχρῆμα τιμωρεῖσθαι ζητοῦσιν, οὗτος δὲ (τοσούτοις) χρόνοις ὕςερον, sicuti recte legitur VII 42.

§ 44. Secundum Oratorem τὸ ἐρᾶν est τῶν εὐηθεςέρων, τὸ συκοφαντεῖν vero τῶν πανουργοτάτων. Acrior vis mihi inesse videtur in positivo πανούργων.

§ 45: δοξας κοσμιώτατος εἶναι καὶ πονηρότατος. Correctum fuit ἀκοσμότατος vel ἀκολαςότατος· mihi quidem arridet μιαρώτατος, coll. XIII 77.

IV. ΠΕΡΙ ΤΡΑΤΜΑΤΟΣ ΕΚ ΠΡΟΝΟΙΑΣ.

§ 1. θαυμαςόν γε τὸ διαμάχεσθαι περὶ τούτου, ὡς οὐκ ἐγένοντο ἡμῖν διαλλαγαί, καὶ τὸ μὲν ζεῦγος καὶ τὰ ἀνδράποδα καὶ ὅσα ἐξ ἀγροῦ κατὰ τὴν ἀντίδοσιν ἔλαβον, μὴ ἂν δύνασθαι ἀρνηθῆναι ὡς οὐκ ἀπέδωκε. Lacera est oratio multaque insunt admodum obscura, qua de re Franckenius cum cura disputavit, sed ut tamen ex his verbis aliquem sensum elicias, scribendum erit cum Reiskio ἀπέδωκα, quam lectionem in libris quibusdam invenerat.

§ 5: Φρασάτω πρὸς ὑμᾶς. ἀλλ' οὐκ ἔχει εἰπεῖν. Malo: οὐχ ἕξει.

§ 8: ὀξύχειρ λίαν καὶ πάροινός ἐςιν, ἀνάγκη δ' ἀμύνασθαι. Supplebo: ἀνάγκη δ' (ἦν).

VI. ΚΑΤ' ΑΝΔΟΚΙΔΟΥ ΑΣΕΒΕΙΑΣ.

§ 3. Recte legitur τιμωρεῖσθαί τινα VI 15, X 3, XI 11 et τιμωρεῖσθαί τινα ὑπὲρ τινός XIII 48, 74 et 76 et fortasse XII 35; itidem est τιμωρεῖν ὑπὲρ τινός XIII 1, 42, 51 et τιμωρεῖν τινι XIII 97; sed est cur plurimum mireris VI 3: τὼ θεὼ τούτω τιμωρεῖτον τοὺς ἀδικοῦντας ex correctione Dobraei, nam Saup-

Digitized by Google

pius τιμωροῦνται dedit; XI 6 τιμωρεῖν τοὺς ἐχθρούς, ubi Turicenses τιμωρεῖσθαι scripserunt; XIII 41: τιμωρεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ Ἀγόρατον, XIII 92: τιμωρεῖν ὑπὲρ σΦῶν αὐτῶν Ἀγόρατον ὡς Φονέα ὄντα, XIII 93: τιμωρήσατε τὸν ἐκείνων Φονέα, denique XIII 95: τιμωρήσατε τὸν αἴτιον τούτων.

§ 26: οὐ μόνον τὸν θάνατον ἐΦοβεῖτο ἀλλὰ καὶ τὰ καθ' ἡμέραν αἰκίσματα, οἰόμενος τὰ ἀκρωτήρια ζῶντος ἀποτμηθήσεσθαι, quia nemo plus semel hoc supplicium potest perpeti, malim fere τὰ καθ' ὕβριν αἰκίσματα, deinde miror quod Cobetus non persuasit Thalheimio scribendum esse ζῶν. Conferantur *Variae Lectiones* p. 187, ubi correctionis causa redditur.

§ 34: ὥσπερ οὐ διὰ πρᾳότητα καὶ ἀσχολίαν τὴν ὑμετέραν οὐ δεδωκὼς ὑμῖν δίκην. Rectius iunxit Orator πρᾳότητα καὶ εὐκολίαν, cf. IV 9.

§ 45: Βάτραχος .... ἐν ἑτέρᾳ πόλει ᾤκει. Quidni οἰκεῖ?

§ 46 Andocides οὐδεπώποτ' ἐκ τῆς πόλεως ἐστρατεύσατο, οὔτε ἱππεύς, οὔτε ὁπλίτης, οὔτε τριήραρχος, οὔτε ἐπιβάτης. Consequitur haec cum scriberentur nondum corruptum fuisse notum Thucydidis locum de Andocidis praetura; sed hodie, uti opinor, omnes norunt, quod, Bakio duce, fortasse omnium primus ostendi a. 1850.

VII. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΗΚΟΥ.

§ 1: οὕτως ἀπροσδοκήτως αἰτίαις καὶ πονηροῖς συκοΦάνταις περιπέπτωκα, ὥς' εἴ πως οἷόν τε, δοκεῖ μοι δεῖν καὶ τοὺς μὴ γεγονότας ἤδη δεδιέναι περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. Hic omnes interpretes haeserunt: Reiskius μήπω γεγ. coniecit, Weidnerus μηδέπω. Cobetus p. XXXVIII: „Ain vero? *Etiamne* QUI NATI NON SUNT *futura reformidant?* Insanientis ac delirantis haec oratio est et Lysias optimo iudice Cicerone nihil habet insolens aut ineptum." Itaque substituit quod sana ratio suggerebat: τοὺς μηδὲν κακὸν πεποιηκότας, non, uti arbitror, quod putabat se hoc modo veram Lysiae manum restituisse, sed „ut

Digitized by Google

ingeniosa iuventus pro malesana oratione haberet quod plane intelligi posset." Sed Franckenius p. 53 rectissime suspicatus est oratorem ad proverbium aliquod respicere eumque plerique omnes secuti sunt. Scribit Rauchensteinius: „die alte Klage über die Sycophanten macht er neu und pikant mit dem Mutterwitze dieser Hyperbel." Frohbergerus: „Eine vielleicht an ein Sprüchwort erinnernde Hyperbel: „Schon das Kind im Mutterleibe u. s. w."." Herwerdenus: Facio cum iis qui proverbialem locutionem existimant. Vollgraffius *Mnem.* 1899 p. 222 tentavit: *τοὺς ἄρτι γεγονότας* eamque suspicionem palaeographicis rationibus frustra stabilire conatus est. Equidem de proverbiali locutione omnia concedo, sed simul circumspexi possemne ipsam Lysiae manum satis verosimili ratione in vitam revocare. Latine dicit quis se homines omnino natos nescire, cf. Cic. ad Famil. IX 15, Graece autem *οὐδ' εἰ γεγόνασιν εἰδέναι.* Est verbi causa apud Isocratem locus in Evagora § 6: *ᾤδιον ἂν εὐλογουμένων ἀκούοιεν οὓς οὐκ ἴσασιν εἰ γεγόνασιν ἢ τοὺς ὑφ' ὧν εὖ πεπονθότες αὐτοὶ τυγχάνουσιν.* Alia multa exempla Cobetus collegit *Mnem.* 1855 p. 303. Quid autem si Lysias dedit: *τοὺς μη(δ' εἰ) γεγόν(ασιν εἰδ)ότας.* —? Quae suspicio si probabitur, retinenda erit vulgata lectio *πονηροῖς συκοφάνταις*, nec scribendum erit cum Augerio: *πονηραῖς συκοφαντίαις.* Non mihi persuasit Polacius *Mnem.* 1902 p. 381.

§ 6: *τὰ μὲν πόρρω ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐτέμνετο, τὰ δ' ἐγγὺς ὑπὸ τῶν Φίλων διηρπάζετο.* Hic vere adnotavit Frohbergerus: „Dies bezieht sich auf die systematische Verödung der Umgebungen der Stadt (des *πεδίον*), durch die den einfallenden Spartanern mit Erfolg die Subsistenz erschwert ward, Thuc. II 14." Sed quid est *ὑπὸ τῶν Φίλων*? Admodum infeliciter Hamakerus correxit *ὑπὸ τῶν ψιλῶν·* verum est: *ὑπὸ τῶν Φιλίων.* Vide de horum nominum confusione Cobetum ad Dion. Halic. p. 139, 208, alibi.

§ 18: *εἰ τοίνυν καὶ ταῦτα παρεσκευασάμην, πῶς ἂν οἷός τ' ἦν πάντας πεῖσαι τοὺς παριόντας*; praestat, credo, plusquamperfectum: *παρεσκευάσμην.* Deinde: *ἐμοὶ τοίνυν οἱ μὲν Φίλοι οἱ δὲ διάφοροι περὶ τῶν ἐμῶν τυγχάνουσιν ὄντες*, *Mnem.* 1901

Digitized by Google

p. 8 pluribus ostendere volui scribendum esse: περὶ τῶν ἐλαῶν, sed facile fieri potest ut vocabula, postquam correxeris, eiicienda sint.

§ 27: καὶ οὐ λέγω ὡς τότε δυνάμενος ἢ ὡς νῦν διαβεβλημένος. Coniecerat olim Herwerdenus διανοούμενος, deinde supervenit Frohbergerus qui vulgatam lectionem defendit. Mihi quidem placet: διανενοημένος. — Sed vide quid Polacius habeat *Mnem.* 1902 p. 384.

§ 31: λῃτουργῶν οὐδενὸς ἧττον [πολυτελῶς] τῶν πολιτῶν. Vides quid coniiciam.

§ 35: εἰ περὶ αὐτῶν μὲν οἱ βασανιζόμενοι κατηγοροῦσιν. Recipienda fuerat Meutzneri coniectura εἴπερ αὐτῶν. Cf. Rauchenst. p. 121.

IX. ΤΠΕΡ ΤΟΥ ΣΤΡΑΤΙΩΤΟΥ.

§ 5: λέγοντες ὅτι οὐδὲν ἐλάττω χρόνον Καλλικράτους Πολύαινος ἐνδημοίη. Requiro primam personam ἐνδημοίην vel, si hoc mavis, ἐπιδημοίην atque sic ultro excidet proprium Polyaeni nomen, quod in textum translatum esse suspicor ex titulo orationis, in quo olim legebatur: simile quid etiam alibi usu venit. Ceterum Bakius *Schol. Hyp.* II 238 de tota causa quae in iudicium venit acutissime disputavit.

§ 19: οἵδε μεν οὖν ἐκ παντὸς τρόπου προθυμοῦνταί με τῇ δίκῃ ἀλῶναι. Mire dictum: coniicio: ἀπολλύναι. Idem locus monstrare poterit § 13 supplendum esse: ᾧ μὲν (οὖν) τρόπῳ παρεδόθην καὶ ἐζημιώθην ἐπίσασθε.

X. ΚΑΤΑ ΘΕΟΜΝΗΣΤΟΥ.

§ 2: εἰ μὲν τὸν ἑαυτοῦ (πατέρα) με ἀπεκτονέναι ἠτιᾶτο, συγγνώμην ἂν εἶχον αὐτῷ. Adnotavit Frohbergerus: „ἠτιᾶτο, nicht ἠτιάσατο, weil die Anschuldigung sich nicht erledigt, bevor das Urtheil der Richter erfolgt ist." Concederem si se-

Digitized by Google

queretur: *συγγνώμην ἂν ἔχοιμι·* nunc malo plusquamperfectum mutato accentu: *εἰ .... ᾐτίατο, συγγνώμην ἂν εἶχον.*

§ 3: *εἰδέναι βούλομαι πότερον δώσει δίκην ἢ τούτῳ μόνῳ Ἀθηναίων ἐξαίρετόν ἐϛι ποιεῖν .... ὅ τι ἂν βούληται.* Imo legendum: *ἐξαίρετον ἔϛαι.*

XII. ΚΑΤ' ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΤΣ.

§ 1: *οὐκ ἄρξασθαί μοι δοκεῖ ἄπορον εἶναι τῆς κατηγορίας ἀλλὰ παύσασθαι λέγοντι.* Hic Rauchensteinius adnotavit: „Auch *λέγοντα* wäre richtig, aber die Attraktion schliesst den Satz runder ab." Similiter Frohbergerus: „Das Partic. dem pronomen des Hauptsatzes assimiliert. — Im engen Anschluss an den Infin. wäre *λέγοντα* erforderlich." Non assentior et *λέγοντα* mihi prorsus necessarium videtur. Duo loci afferuntur qui dativum *λέγοντι* tuebuntur: Isocr. de Pace § 145: *ἐμοὶ μὲν ἀμφότερα συμβουλεύει παύσασθαι λέγοντι* et Lys. XXII 8: *ἔλεγεν ὡς συμβουλεύσειεν αὐτοῖς παύσασθαι Φιλονικοῦσιν* et his quidem locis dativus recte usurpatur et absurdum foret *Φιλονικοῦντας.* Illic autem Lysias scribere potuerat: *οὐκ ἄρξασθαι ἄπορόν ἐϛι ἀλλὰ παύσασθαι λέγοντα*, sed maluit dicere hoc sibi ita videri: *ἄρξασθαί μοι δοκεῖ*, sed utro modo locutus fuerit, accusativus requiritur; minime participium refertur ad dativum pronominis.

§ 7. Verba facta sunt in Trigintavirorum collegio *περὶ τῶν μετοίκων, ὡς εἰέν τινες τῇ πολιτείᾳ ἀχθόμενοι·* deinde post pauca legimus: *ἀποκτιννύναι μὲν γὰρ ἀνθρώπους περὶ οὐδενὸς ἡγοῦντο, λαμβάνειν δὲ χρήματα περὶ πολλοῦ ἐποιοῦντο.* Hic planissime aliquid deest et supplebo: *ἀνθρώπους (μετοίκους).*

§ 14. Amicum Lysias rogarat ut se servaret: *σὺ οὖν ταῦτα πάσχοντί μοι πρόθυμον παράσχου τὴν σεαυτοῦ δύναμιν εἰς τὴν ἐμὴν σωτηρίαν.* Annuit alter: *ὁ δ' ὑπέσχετο ταῦτα ποιήσειν.* Commendo: *ὑπέσχετο πάντα ποιήσειν·* nihil intentatum relicturus est. Ut pluralem pronominis numerum tueantur, provocant interpretes ad § 9: *εἶπον ὅτι τάλαντον ἀργυρίου ἕτοιμος εἴην δοῦναι· ὁ δ' ὡμολόγησε ταῦτα ποιήσειν.* Quaesivit de hoc loco Hamakerus

Digitized by Google

p. 25 et inserto participio rescripsit: ὁ δ' ὡμολόγησε τοῦτο (λαβὼν) ποιήσειν. Paulo elegantius haec corrigi poterunt: respondit Pison se hac pecuniae summa contentum fore, h. e. ὁ δ' ὡμολόγησε ταῦτ' ἀγαπήσειν.

§ 16: ἥκων δ' ἔλεγεν ὅτι Ἐρατοσθένης αὐτὸν ἐν τῇ ὁδῷ λαβὼν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπαγάγοι. Infra, § 26, 30, 32, 34, XIII 78, hoc perpetuo συλλαβὼν dicitur.

§ 19: τῆς γὰρ Πολεμάρχου γυναικὸς χρυσοῦς ἐλικτῆρας, οὓς ἔχουσα ἐτύγχανεν, ὅτε τὸ πρῶτον ἦλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, Μηλόβιος ἐκ τῶν ὤτων ἐξείλετο. De reliqua diversitate scripturae nunc non agam, cum praesertim videam consentire Herwerdenum et Thalheimium; sed quam languet illud ἐξείλετο. Ardentius requiro verbum: ἐξείλκετο. Nec vi sua caret imperfectum et continuo sequitur: καὶ οὐδὲ κατὰ τὸ ἐλάχιστον μέρος τῆς οὐσίας ἐλέου παρ' αὐτῶν ἐτυγχάνομεν.

§ 24: ἐπὶ μὲν τῇ τούτου ὠφελείᾳ καὶ πρὸς ἕτερον περὶ τούτου διαλέγεσθαι ἀσεβὲς εἶναι νομίζω, ἐπὶ δὲ τῇ τούτου βλάβῃ καὶ πρὸς αὐτὸν τοῦτον ὅσιον καὶ εὐσεβές. Trendelenburgius expunctum ivit περὶ τούτου, quae est expeditissima ratio; equidem incidi in: περιττὰ διαλέγεσθαι.

§ 43: ἄνδρες ἔφοροι κατέςησαν ὑπὸ τῶν καλουμένων ἑταίρων. Malim fere: ἑταιρειῶν, cf. § 55.

§ 46. Supplebo: ὡς τοίνυν τῶν ἐφόρων (εἷς) ἐγένετο.

§ 53: ἐπειδὴ δὲ εἰς τὸν Πειραιᾶ ἤλθομεν καὶ αἱ ταραχαὶ γεγενημέναι ἦσαν καὶ περὶ τῶν διαλλαγῶν οἱ λόγοι ἐγίγνοντο, πολλὰς ἑκάτεροι ἐλπίδας εἴχομεν πρὸς ἀλλήλους ἔσεσθαι. Ad haec verba Frohbergerus adnotavit: „αἱ ταραχαί· „die Wirren", mildernde Bezeichnung des hitzigen Gefechts auf den Hōhen von Munychia (Xen. Hell. II 4. 11 ff.)," nec tamen cuiquam persuasisse videtur. Infelix est Hamakeri suspicio: αἵ τε μάχαι γεγενημέναι ἦσαν, nihilque proficitur Reiskii coniectura: αἱ ταραχαὶ αἱ γεγενημέναι κατέςησαν vel Fritzschii ἐκγεγενημέναι ἦσαν. Lectores diiudicabunt resne mihi melius cesserit: ἐπειδὴ

Digitized by Google

δὲ εἰς τὸν Πειραιᾶ ἤλθομεν αἵ τ' ἀρχαιρεσίαι γεγενημέναι ἦσαν. Nec sane disertis verbis traditur ab iis qui cum Thrasybulo erant tunc in Piraeo novos magistratus creatos esse, sed, cum insigniter crevisset numerus eorum qui eo confluxerant, res pro semet ipsa loquitur. In altera sententiae parte post multorum aliorum tentamina quae vide apud Thalheimium, cum Fritschio equidem corrigam: ἐλπίδας εἴχομεν πρὸς ἀλλήλους (φιλίαν) ἔσεσθαι. Alia vide apud Polacium *Mnem.* 1903 p. 182.

§ 60: μισθωσάμενοι δὲ πάντας ἀνθρώπους ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς πόλεως ..... ἀπολέσαι παρεσκευάζοντο τὴν πόλιν. Scribit Rauchensteinius: „πάντας ἀνθρώπους nennt er die Söldner mit einer wohl angewendeten Uebertreibung, welche die Anstrengungen gegen Athen bezeichnet." Deinde affert duos locos qui huc prorsus non pertinent, nam Xerxem, Herodt. VII 56, vel Philippum Macedonem, Dem. Cherson. § 5, intelligimus quomodo dici possint πάντας ἀνθρώπους contra Graeciam adduxisse; sed qui ex Trigintaviris unus, Phidon, hic dicitur haud ita magnam manum mercenariorum militum conduxisse et ridicula hyperbole est illos homines nomine πάντων ἀνθρώπων comprehendere. Utilior locus est quem Frohbergerus, vel fortasse Genauerus, attulit in edit. mai. p. 258: Lys. II 61: ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας ςασιάσαντες πάντας (ἀνθρώπους) πολεμίους κεκτημένοι εἰς τὸν Πειραιᾶ κατῆλθον, sed ne in hoc quidem loco satis est praesidii ad vulgatam scripturam tuendam. Hinc fuere qui coniicerent πολλούς vel παντοίους vel πανταχόθεν, quorum nihil placere poterit. Rescribam: μισθωσάμενοι δὲ πένητας ἀνθρώπους.

§ 83: εἰ τὰ χρήματα τὰ Φανερὰ δημεύσαιτε, καλῶς ἂν ἔχοι ἢ τῇ πόλει, ἧς οὗτοι πολλὰ εἰλήφασιν, ἢ τοῖς ἰδιώταις, κτέ. Pronomen οὗτοι hic abundat et corrigam: ἧς οὕτω πολλὰ εἰλήφασιν.

§ 89: τῶν ἄλλων [Ἑλλήνων] πλεῖςα εἰς ὑμᾶς ἐξημάρτηκεν. Nomen proprium cum Marklando delendum.

§ 99: τῶν ἱερῶν, ἃ (ὧν Cobet.) οὗτοι τὰ μὲν ἀπέδοντο, τὰ δ' εἰσιόντες ἐμίαινον. Hic primum audiamus interpretes: scribit Rauchensteinius: „Die 30 verkauften geweihte Grundstücke und

Digitized by Google

Bewegliches aus den Tempeln zu ihrem Vortheil." Frohbergerus autem: „Während man in geordneten Zuständen die nutzbaren Theile der Heiligthümer, namentlich die Fruchthaine und Aecker, zum Besten des Fiskus oder Tempelärars *verpachtete*, *verkauften* die Dreissig heilige Stätten in ihrem Interesse." Mitto, nam nimis leve est, quod aoristus ἀπέδοντο nunc copulatur cum imperfecto ἐμίαινον, sed ad rem pertinet observare in locatione conductione certa esse verba μισθοῦν et πωλεῖν s. ἀποδίδοσθαι, iuxta μισθοῦσθαι et ὠνεῖσθαι. Publicani sunt qui ὠνοῦνται τὰ τέλη, senatus autem per poletas vectigalia redemtoribus elocat, μισθοῖ vel πωλεῖ vel ἀποδίδοται. Scribit Harpocration in voce: πωληταὶ διοικοῦσι τὰ πιπρασκόμενα ὑπὸ τῆς πόλεως πάντα, τέλη καὶ μέταλλα καὶ μισθώσεις καὶ τὸ δημευόμενα nihilque opus est notam rem pluribus exponere. Quid autem sequitur? Nobis fortasse illud ἀπέδοντο satis apertum est, Graecis auribus non item, nam dum *locationem* dicebat orator, omisit, quod caput erat, trigintaviros sacras pecunias quae ex locationibus redibant, *furatos* esse. Quid si verum est: ὑπὲρ τῶν ἱερῶν ὧν οὗτοι τὰ μὲν ὠφελοῦντο τὰ δ' εἰσιόντες ἐμίαινον. Verbum prorsus eodem modo usurpatum habes Thuc. VI 91: ὅσα ἀπὸ γῆς νῦν ὠφελοῦνται. Ad rem cf. Bakii *Schol. Hyp.* IV p. 251 et 268.

XIII. ΚΑΤ' ΑΓΟΡΑΤΟΥ.

§ 8: οἱ παρὰ Λακεδαιμονίων ἥκοντες ἔλεγον ἐφ' οἷς ἕτοιμοι εἶεν τὴν εἰρήνην ποιεῖσθαι [Λακεδαιμόνιοι]. Vides quid suadeam.

§ 12: εἰς ἀγῶνα Κλεοφῶντα καθιζάσι, πρόφασιν μὲν ὅτι οὐκ ἦλθεν εἰς τὰ ὅπλα ἀναπαυσόμενος, τὸ δ' ἀληθὲς ὅτι, κτέ. Hunc locum pertractans Hamakerus apud animum suum non reputavit acta haec fuisse turbulentis reip. temporibus, quibus inter civium dissensiones leges silerent, sed magis miror eum immemorem fuisse eorum quae Cobetus tribus annis ante, ad Platonem Comicum p. 146 sqq., de Cleophontis vita elegantissime disputarat. Sed Hamakerus postquam ostendit quam difficilia verba sint: οὐκ ἦλθεν εἰς τὰ ὅπλα ἀναπαυσόμενος, Ego, inquit, non tentabo, quia nihil succurrit, quod non longissime

Digitized by Google

a codicum lectione recedat. Supervenit Franckenius, cuius coniectura *ἀνακαλεσάμενοι* aliis probari non potuit. Qui locus conferri solet, Lys. Nicomach. § 10, nihil confert ad corrupti vocabuli emendationem. Adnotavit Frohbergerus p. 116 ed. mai.: „*ἀναπαυσόμενος*· „um sich auszuruhen", also nicht aus bösem Willen, ein nicht eben glücklich gewählter Zusatz des Sprechers, um den Kleophon zu entschuldigen." In eandem sententiam Rauchensteinius scripsit: „*ἀναπαυσόμενος*, um sich auszuruhen nach den langen Mühseligkeiten und Wachen. Es war das wohl Kleophons Entschuldigung, dass er sich nicht zu den Hopliten gestellt hatte." Verum quidnam est profiteri ignorantiam nisi hoc est? Fere contenderim latere futuri participium quod significet *ἀποκοιτήσων*, deinde, ut servarem traditos literarum ductus, contuli Thucyd. III 91: *στρατοπεδευσάμενοι ἐν τῇ Ταναγραίᾳ ἐδήουν καὶ ἐννυλίσαντο* et IV 54: *ἀποβάσεις ποιούμενοι καὶ ἐναυλιζόμενοι ἐδήουν τὴν γῆν*. Itaque verum esse dixerim *ἐναυλιούμενος*, quod fortasse haud nimis distat ab eo quod est *ἀναπαυσόμενος*.

§ 14: *ἐνῆν γὰρ ἀντὶ μὲν τοῦ ἐπὶ δέκα στάδια [τῶν μακρῶν τειχῶν] διελεῖν ὅλα τὰ μακρὰ τείχη διασκάψαι*. Nimis languent verba quae uncinis circumdedi.

§ 18: *οὐ γὰρ δήπου οὕτως ἐκεῖνοι ἀνόητοι ἦσαν καὶ ἄφιλοι*. De postremo adiectivo dubitatum fuit et Nauckius *ἄθλιοι* commendavit, Vollgraffius autem *Mnem.* 1899 p. 224 *ἁπλοῖ*. Neutra coniectura mihi arridet, et, si quid mutandum, dixerim praestare *ἀνόητοι ἦσαν καὶ ἠλίθιοι*.

§ 22. *καίτοι ταῦτα* (sic enim cum Franckenio scribam) *εἰ μὴ ἐκ παρασκευῆς ἐμηνύετο, πῶς οὐκ ἂν ἠνάγκασεν ἡ βουλὴ εἰπεῖν τὰ ὀνόματα Θεόκριτον*. Nonne praestat *ἐμεμήνυτο*?

§ 23: *ἄγειν μὲν τὸν Ἀγόρατον οὐκ ἔφασαν προήσεσθαι*. Quam est hoc operose dictum! Scripserim equidem: *οὐκ εἴασαν*, quo facto sponte excidet id quod est *προήσεσθαι*.

§ 33: *ἀπέγραψεν Ἀγόρατος τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τὰ ὀνόματα*.

Digitized by Google

Contuli § 28: *ἐκὼν πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς Ἀθηναίων ἀπέκτεινας*, § 29: *ἐκὼν ἀνέςη Ἀγόρατος*, § 31: *τούτους μὲν οὖν ἅπαντας ἐκὼν ἀπογράφει* et fortasse mihi dabis *ἑκών* restituendum esse.

§ 45: *οἱ μὲν γονέας πρεσβύτας καταλείποντες, οἳ ἤλπιζον ὑπὸ τῶν σφετέρων αὐτῶν παίδων γηροτροφηθέντες, ἐπειδὴ τελευτήσειαν τὸν βίον, ταφήσεσθαι, οἱ δ' ἀδελφὰς ἀνεκδότους, κτέ.* Tinnitus verborum est indeque Hamakerus quum talem redundantiam ferre non posset, eiicere omnia voluit ab *οἳ ἤλπιζον* usque ad *ταφήσεσθαι*. Talis quidem critica, ut olim Leidae per iocum dicere solebamus, apud Scythas ad Tanaim nata est; verum quid quaeris: etiamsi omnia patienter feras, feresne etiamne senes illos exspectasse se *post mortem* sepultum iri? Num igitur eiiciam molesta verba: *ἐπειδὴ τελευτήσειαν τὸν βίον*? Non faciam magisque lubet aliquid supplere: *ἐπειδὴ (εὖ) τελευτήσειαν τὸν βίον*. Sic maxima quae fuerat offensio evanescit.

§ 68: *τὸν δὲ τρίτον Φαινιππίδης ἐνθάδε λωποδύτην ἀπήγαγε.* Malo: *λωποδυτοῦντα.*

XIV. ΚΑΤ' ΑΛΚΙΒΙΑΔΟΥ Α.

§ 25: *ἔπινεν ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ κατακείμενος.* Hic editores Taylorum sequi solent, nam in Palatino codice legitur: *ὑπὸ τῷ αὐτοματι.* Equidem *Mnem.* 1901 p. 163 commendaram: *ἐπὶ τῷ αὐτῷ ςρώματι*, sed nunc Thalheimius me docet sero venisse, cum Contius ante tria saecula corrupta verba eodem modo sanaverit. Remanet autem difficultas longe maior unde me non extrico. Fecerat Franckenius quod omnes faciunt et cum hac oratione composuerat Isocratis orationem de Bigis, in qua Alcibiadis filius perorat; deinde ut graves ac vix superabiles difficultates evitaret, statuerat, p. 108: Isocratis orationem non Alcibiadi minori sed alteri filio Hipponico esse scriptam. Negat ac pernegat Blassius p. 489: „Aber von einem zweiten Sohne des älteren Alkibiades ist nirgends eine Spur, und die vielen thatsächlichen Uebereinstimmungen beider Reden sprechen entschieden gegen eine solche Annahme." Itidem Frohbergerus p. 5: „Francken hat, von unhaltbaren Voraussetzungen ausgehend,

Digitized by Google

die Identität des von Isokrates verteidigten und des von Lysias angegriffenen Sohnes des Alkibiades in Abrede gestellt." Primum tempora constituamus: queritur Alcibiadis filius apud Isocratem § 45: *ἱκανῶς γὰρ καὶ νῦν πεπείραμαι κακῶν, ὃς εὐθὺς μὲν γενόμενος ὀρφανὸς κατελείφθην, τοῦ μὲν πατρὸς φυγόντος, τῆς δὲ μητρὸς τελευτησάσης, οὔπω δὲ τέτταρα ἔτη γεγονὼς διὰ τὴν τοῦ πατρὸς φυγὴν περὶ τοῦ σώματος εἰς κίνδυνον κατέστην, ἔτι δὲ παῖς ὢν ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἐκ τῆς πόλεως ἐξέπεσον.* Ex hoc loco, consentientibus omnibus, effectum fuit, puerum natum esse anno 415 vel fortasse 416: hic igitur puerulus undecim duodecimve annorum patri superstes fuit, quem satis novimus mortem obiisse a. 404. Quid autem Lysias? *Οὗτος γὰρ παῖς μὲν ὢν παρ' Ἀρχεδήμῳ τῷ γλάμωνι, οὐκ ὀλίγα τῶν ὑμετέρων ὑφῃρημένῳ, πολλῶν ὁρώντων ἔπινεν ἐπὶ τῷ αὐτῷ ῥώματι καταπείμενος. ἐκώμαζε δὲ μεθ' ἡμέραν, ἄνηβος ἑταίραν ἔχων, μιμούμενος τοὺς ἑαυτοῦ προγόνους καὶ ἡγούμενος οὐκ ἂν δύνασθαι πρεσβύτερος ὢν λαμπρὸς γενέσθαι, εἰ μὴ νέος ὢν πονηρότατος δόξει εἶναι.* Hic igitur, si Blassium et Frohbergerum audiemus, habebimus exemplum pusionis octo circiter annorum, qui scortatur et pergraecatur. Eo tempore pater in Thracia bellum gerebat, ubi prope Bisanthen castellum perfugio sibi exstruxerat. Postquam filii nequitiam rescivit, eum ad se in Thraciam vocavit: *μετεπέμφθη δ' ὑπ' Ἀλκιβιάδου, ἐπειδὴ φανερῶς ἐξημάρτανε.* Deinde quid tum? Iam novem fortasse annos natus proditorem egit: *μετὰ Θεοτίμου δ' ἐπιβουλεύσας τῷ πατρὶ Ὄρνους (?) προύδωκεν, ὁ δὲ παραλαβὼν τὸ χωρίον πρότερον μὲν ὕβριζεν αὐτὸν ὡραῖον ὄντα, τελευτῶν δὲ δήσας ἀργύριον εἰσεπράττετο.* Hanc historiolam aliunde illustrare non possumus, sed videmus quo animo pater erga perditum filium fuerit: *ὁ δὲ πατὴρ αὐτὸν οὕτως ἐμίσει, ὥς' οὐδ' ἂν ἀποθανόντος ἔφασκε τὰ ὀστᾶ κομίσασθαι.* Brevi post moritur Alcibiades et puer post pueritiam tam praeclare actam, duodecimum ferme aetatis annum complevit. Atque haec quidem quam sint absurda, doctissimos interpretes vix potuit latere, sed quod Franckenius statuit Lysiam invehi in Alcibiadem minorem, qui scilicet natus est circa annum 425, apud Isocratem autem verba facere alterum Alcibiadis filium Hipponicum, qui, sicuti ipse praedicat, natus est circa annum 415, id incertum esse concedo, sed exspecto qui verisimiliora

Digitized by Google

doceat. — Est etiam alia gravissima in Oratione de Bigis difficultas, quam una demta lineola removere conatus sum *Mnem.* 1879 p. 79.

XVI. ΤΠΕΡ ΜΑΝΤΙΘΕΟΤ.

§ 5: *οὔτ' ἐκεῖνοι φαίνονται τοιαύτην γνώμην ἔχοντες ὥςε καὶ τοῖς ἀποδημοῦσι καὶ [τοῖς] μηδὲν ἐξαμαρτάνουσι μεταδιδόναι τῆς πολιτείας, ἀλλὰ μᾶλλον ἠτίμαζον καὶ τοὺς συγκαταλύσαντας τὸν δῆμον.* Hic Reiskius, quum animadverteret aliquid ad textus integritatem deesse, in fine supplevit *ἐτίμων*, sed praeter Franckenium vix quisquam fuit qui eum sequeretur. Totius loci sententiam bene explicavit Frohbergerus: „Weit entfernt, solche die an der Herstellung der Gewaltherrschaft unbeteiligt gewesen waren, zur Teilnahme an der Regierung zuzulassen, vergriffen sich die Dreissig sogar an denen, die den Umsturz der Demokratie hatten herbeiführen helfen." Sententiam confirmabunt ea quae leguntur in oratione contra Nicomachum, XXX 15: *ἐγὼ δὲ καὶ ἑτέρους ἂν ἔχοιμι ἐπιδεῖξαι τῶν συγκαταλυσάντων τὸν δῆμον τοὺς μὲν ἀποθανόντας, τοὺς δὲ φυγόντας τε καὶ οὐ μετασχόντας τῆς πολιτείας.* Hoc ipsum obtinebimus particula inserta: *ἀλλὰ μᾶλλον ἠτίμαζον (ὡς) καὶ τοὺς συγκαταλύσαντας τὸν δῆμον.*

§ 7: *ἐμὲ τοίνυν οὐδεὶς ἂν ἀποδείξειεν οὔτ' ἀπενεχθέντα ὑπὸ τῶν φυλάρχων, οὔτε παραδοθέντα τοῖς συνδίκοις οὔτε κατάςασιν παραλαβόντα.* Obscurus locus est, cui parum lucis affert Harpocration, qui Lysia laudato ita pergit: *ἔοικε (κατάςασις) ἀργύριον εἶναι ὅπερ οἱ καταςαθέντες ἱππεῖς ἐλάμβανον ἐκ τοῦ δημοσίου ἐπὶ τῇ καταςάσει* et affirmat Lysiam hoc ipsum innuere; sequitur: *παρεμφαίνει τοῦτο καὶ Εὔπολις Φίλοις·*

οὐκ ἐσωφρόνησας, ὦ πρεσβῦτα, τὴν κατάςασιν
τήνδε λαμβάνων ἄφνω πρὶν καὶ μαθεῖν τὴν ἱππικήν.

ἔτι δὲ σαφέςερον λέγεται ἐν τῷ Σύρφακι Πλάτωνος. ἀπεδίδοτο δὲ τὸ ἀργύριον ὑπὸ τῶν ἱππευσάντων, ὅτε ἀντ' αὐτῶν ἕτεροι καθίςαντο· ἀπῄτουν δ' αὐτὸ οἱ φύλαρχοι. Mirum institutum, publice equiti tribuere *καταςάσεως* nomine pecuniam, quam emeritis stipendiis redderet. Itaque Bakius *Mnem.* 1859 p. 217 sqq. rectissime ostendit, *καταςάσεις* illas tum a Trigintaviris novo consilio

Digitized by Google

absque legis aut moris auctoritate tributas fuisse, ideoque post restitutam libertatem repetitas, deinde contra Sauppium suam sententiam uberius ornavit *Schol. Hypomn.* V p. 135 et pro eo quod coniecerat: οὔτε κατάςασιν καταβαλόντα, professus est nunc se malle: οὔτε κατάςασιν λαβόντα, cf. l.l. p. 163. Parum ad rem pertinet Rauchensteinium et Frohbergerum post Halbertsmam difficilia verba ex textu eliminavisse et Thalheimius aliquanto melius Bakii priorem coniecturam recepit. Mihi neutra suspicio satis placet et dixerim hoc arguere debuisse Mantitheum τοὺς συνδίκους non exegisse quam scilicet deberet κατάςασιν. Quid si lacunula nos ludificatur et supplendum est: οὔτε παραδοθέντα τοῖς συνδίκοις οὔτε (τούτους) κατάςασιν παραλαβόντας. Res igitur illuc redit: *fortasse* etiam antea κατας άσεως nomine, *voor uitrusting*, ex aerario equitibus pecunia praebita fuit; sed *semel* omnino accidit, exactis trigintaviris, ut ea κατάςασις a phylarchis repeteretur. Nec quidquam inde efficias ut constet de tempore quo doctae sint Eupolidis Φίλοι et Platonis Σύρφαξ.

§ 18: καίτοι χρὴ τοὺς Φιλοτίμως καὶ κοσμίως πολιτευομένους ἐκ τῶν τοιούτων σκοπεῖν, ἀλλ' οὐκ εἴ τις τολμᾷ, διὰ τοῦτο μισεῖν. Hic omnes amplexi sunt Hamakeri coniecturam qui pro absurda lectione rescripsit: εἴ τις κομᾷ. „Novimus", inquit, „apud equites, in quos etiam Mantitheus lectus erat, comam alendi morem tunc temporis invaluisse, eosque hoc nomine in plebis reprehensionem et odium incurrisse." Deinde provocat ad Aristophanem, apud quem Equites vs. 576 ita loquuntur:

μὴ Φθονεῖθ' ἡμῖν κομῶσι μηδ' ἀπεςλεγγισμένοις.

Potuerat etiam alios locos indicare, Nub. 14 vel Lysistr. 561, sed, ne dicam non admodum levem mutationem esse ut τολμᾷ fiat κομᾷ, notandum est non fuisse Mantitheum de elegantium adulescentium numero nec prodiisse κόμην ἔχοντα et ἱππαζόμενον Phidippidis instar. Inter ceteros ἐπιεικὴς erat, cuius rei documentum est § 11, ὅτι τῶν νεωτέρων ὅσοι περὶ κύβους ἢ πότους ἢ τὰς τοιαύτας ἀκολασίας τυγχάνουσι τὰς διατριβὰς ποιούμενοι, πάντας αὐτοὺς ὄψεσθέ μοι διαΦόρους ὄντας καὶ πλεῖςα τούτους περὶ ἐμοῦ λογοποιοῦντας καὶ ψευδομένους. Quodnam igitur fuit vitae institutum quod apud populum excusare debebat? Ipse

Digitized by Google

hoc diserte satis profitetur § 17: militiae nomen dederat et bello Corinthiaco se fortem virum praestiterat: ὥς' εἴ τινες ὑμῶν ὀργίζονται τοῖς τὰ μὲν τῆς πόλεως ἀξιοῦσι πράττειν, ἐκ δὲ τῶν κινδύνων ἀποδιδράσκουσιν, οὐκ ἂν δικαίως περὶ ἐμοῦ τὴν γνώμην ταύτην ἔχοιεν. Satis audimus: τὰ τῆς πόλεως πράττειν ἠξίου. Noli mirari propterea eum κινδυνεύειν τολμῆσαι, fecerat hoc, ἵν', εἴποτε ἀδίκως εἰς κίνδυνον καθίσαῖτο, διὰ ταῦτα βελτίων νομιζόμενος ἁπάντων τῶν δικαίων τυγχάνοι. Innuit pericula quae ex sycophantarum malitia manent τοὺς πολιτευομένους. Invidiam deprecatur § 20, quod νεώτερος ὢν ἐπεχείρησα λέγειν ἐν τῷ δήμῳ. ἐγὼ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἠναγκάσθην ὑπὲρ τῶν ἐμαυτοῦ πραγμάτων δημηγορῆσαι, ἔπειτα μέντοι καὶ ἐμαυτῷ δοκῶ φιλοτιμότερον διατεθῆναι τοῦ δέοντος. Vulgo id homines improbabant, si quis artem dicendi excoleret et circa iudicia versaretur et prodiret in populi concionibus. Hinc is pro quo Lysias scripsit Orat. XXIX 55: ἐγὼ γὰρ ἔτη γεγονὼς ἤδη τριάκοντα .... ἐγγύς τε οἰκῶν τῆς ἀγορᾶς, οὔτε πρὸς δικαστηρίῳ, οὔτε πρὸς βουλευτηρίῳ ὤφθην οὐδεπώποτε. Similiter Orat. XXXI 5 qui perorat hoc maxime metuit ne facundus esse videatur et olim certe, ut scribit Isocrates Areopag. VII 48, οὕτω ἔφευγον τὴν ἀγοράν, ὥς' εἴ καί ποτε διελθεῖν ἀναγκασθεῖεν, μετὰ πολλῆς αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης ἐφαίνοντο τοῦτο ποιοῦντες. Hoc igitur excusat adulescens rhetorices studium, nam domi, opinor, exercendi causa *meditabatur* et *declamitabat*: hinc, oportet, inquit, οὐκ εἴ τις τολμᾷ, διὰ τοῦτο μισεῖν, sed multum praestabit, εἴ τις μελετᾷ. Iam enim tunc hoc verbum artis proprium erat. Aristoph. Eccles. 164:

ἐγὼ γὰρ αὖ λέξω πάλιν·
οἶμαι γὰρ ἤδη μεμελετηκέναι καλῶς.

Demosth. de Fals. Legat. § 255: λογάρια δύσηνα μελετήσας καὶ φωνασκήσας οὐκ οἴει δίκην δώσειν;

Illud quoque addam, de qua suspicione aliorum exspecto iudicium. Si Mantitheus iam tunc triginta ferme annos natus remp. capessivit, ut etiam soleret δημηγορῆσαι, § 20, non video cur ab Lysia opem petierit ut sibi conscriberet oratiunculam viginti paragraphorum. Aut fallor, aut ipsius Mantithei opus est, in quo etiamsi nihil reprehendas, cum omnia „vividis et pene comicis coloribus expressa sint," tamen non sequar Dobraeum qui sibi visus est agnoscere στρατιωτικὴν αὐθάδειαν et

Digitized by Google

ἀλαζονείαν ipsumque Dobraeum, si hoc egisset, haud fortasse peiora scripturum fuisse arbitror. Ceterum Mantias Mantithei huius filius et pater Mantithei, in cuius gratiam Demosthenes scripsit orationem adversus Boeotum de nomine, itidem ἐπολιτεύσατο, cf. Dem. § 3. Proclivis est coniectura Demosthenem probavisse orationem quam Mantitheus nepos sibi attulisset: hinc fieri potuit ut ex Mantithei avi orationibus haec sola ab interitu servaretur. Nec mirabor, si forte Mantitheus ille minor post Demosthenis orationem contra Boeotum de nomine, scripsisse videatur mediocrem orationem contra Boeotum de dote, quam plerique Demosthenis esse negant. Nempe orator haud nimis exercitatus imperite quaedam admiscuit ex oratione quam Demosthenes tribus annis ante rogatus contra eundem Boeotum de nomine conscripserat. Adde nos non tantum verosimiliter nosse Mantitheum cum nepote, sed uti coniicio, avus itidem Mantitheus dictus fuit, quem senatorem inter Hermocopidas relatum fuisse Andocides memoriae prodidit. Tempora congruunt. Fingere licet Mantitheum I, Senatorem et Hermocopidam, natum esse circa annum 475; eius filium circa annum 450, nepotem Mantitheum II circa annum 425 eumque pro se ipso dixisse brevi post annum 394. Huius filius Mantias, ὃς καὶ ἐπολιτεύσατο, natus esto circa annum 400; Mantiae autem filius, Mantitheus III, circa annum natus 375, Demosthenis opera usus contra fratrem Boeotum de nomine disseruit anno 350 ac deinde suis confisus viribus anno 347 orationem habuit de dote.

XVII. ΠΕΡΙ ΔΗΜΟΣΙΩΝ ΑΔΙΚΗΜΑΤΩΝ.

§ 5: ὡς δὲ τὴν ἀμφισβήτησιν ἐποιησάμην πρός τε ὑμᾶς καὶ τοὺς ἰδιώτας, ἔτι ἀκούσατε. Multa mihi in hoc fragmento obscura sunt; dixerim tamen rem arbitris fuisse commissam ac proinde reponam: τοὺς διαιτητάς. Eadem utar correctione § 9: οὔτε νυνὶ τῷ δημοσίῳ πλειόνων ἀμφισβητοῦμεν ἢ τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ τοῖς ἰδιώταις.

XVIII. ΤΠΕΡ ΤΩΝ ΤΟΥ ΝΙΚΙΟΥ ΑΔΕΛΦΟΥ.

§ 10: ἐπειδὴ δὲ τάχιστ' ἦλθον εἰς τὴν Ἀκαδήμειαν Λακεδαιμόνιοι

Digitized by Google

καὶ Παυσανίας. Expungam ipsum regis nomen qui statim post nominatur.

§ 20: εἰ μὲν ἐωρᾶτε σωζόμενα τῇ πόλει τὰ ὑπὸ τούτων δημευόμενα. Codex Palatinus ἐωρᾶτο habet, quod fortasse ducit ad ἐφωρᾶτο.

§ 24: ὑπὸ τῶν τριάκοντα κώνειον πιόντες. Lege: ἐπὶ τῶν τριάκοντα, cf. § 22 et supra Lysiam simili modo correximus.

XIX. ΤΠΕΡ ΤΩΝ ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΧΡΗΜΑΤΩΝ.

§ 3: εἰκὸς οὖν ὑμᾶς εὔνοιαν πλεῖω ἔχειν τοῖς ἀπολογουμένοις. Est hic locus qui paucis immutatis itidem apud Andocidem legitur, ubi quum παρασχέσθαι sit, malim fere: εὔνοιαν πλείω νέμειν.

§ 15. Fit sermo de Philomelo, ὃν οἱ πολλοὶ βελτίω ἡγοῦνται εἶναι ἢ πλουσιώτερον. Non ita loqui solemus de homine iamdudum mortuo, unde commendo: ἡγοῦντο.

§ 18. De Aristophane ita orator: ἥ τε γὰρ ἡλικία πολὺ διάφορος ἥ τε φύσις ἔτι πλέον. Sed hic quoque iam mortuus erat, unde supplendum: διάφορος (ἦν).

§ 26: Ἀριστοφάνης τοίνυν ἀκούων μὲν ταῦτα Δήμου, δεομένου δ' ἐμοῦ, μέλλων δ' ἄξειν χρυσίον, τέτταρας δὲ μνᾶς τόκον λήψεσθαι, οὐκ ἔφη εἶναι. Impeditus locus est, de quo non iuvat describere quae interpretes attulerunt ut ex tenebris lucem darent et sunt praeterea in hac oratione complura mire dicta et mihi quidem parum perspecta. Illud intelligere mihi videor longe praestare: μέλλων δ' ἔξειν (μὲν τὸ) χρυσίον. Absurda est vulgata lectio ἄξειν. Nota praeterea coniecisse Bakium: δεομένου δι' ἐμοῦ, *Schol. Hyp.* III p. 240.

§ 38: εἰ δημεύσαιτε τὰ τοῦ Τιμοθέου· — ὃ μὴ γένοιτο, εἰ μή τι μέλλει μέγ' ἀγαθὸν ἔσεσθαι τῇ πόλει. Hic fere omnes Saup-

Digitized by Google

pium sequuntur, qui correxit μέγα κακόν. Est ut scribit Rauchensteinius: „Der Gedanke ist mit ἀγαθόν doch wirklich gar zu rücksichtslos; auch hat, wie Sauppe anführt, die Hs. XXV 21 ebenfalls fälschlich ἀγαθόν für das notwendige κακόν." De hoc quidem loco concedo; illic malo: εἰ καί τι μέλλει μέγ' ἀγαθὸν ἔσεσθαι τῇ πόλει.

§ 45: οὐκ ἀξιῶ οὕτω πολλὰ καὶ μεγάλα τεκμήρια παρασχομένους ἡμᾶς ἀπολέσθαι κακῶς. Speciem habet quod Franckenius correxit ἀπολέσαι, sed hoc si probabitur, praeterea malim: παρασχόμενος. In eadem paragrapho: ἀποθανόντες δὲ πολὺ παρὰ τὴν δόξαν τὴν ὑμετέραν ἐφάνησαν, olim πενέστεροι inserere volueram, Herwerdenus autem: ἐλάττω κεκτημένοι· hodie arridet: (ἐνδεέστεροι) ἐφάνησαν.

§ 54: πιστεύετε τούτοις ἀληθῆ λέγειν. Malit quis: τούτους.

§ 61: οὔκουν ἄξιον τοῖς τῶν κατηγόρων λόγοις πιστεῦσαι μᾶλλον ἢ τοῖς ἔργοις ἃ ἐπράχθη ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ, καὶ τῷ χρόνῳ, ὃν ὑμεῖς σαφέστατον ἔλεγχον τοῦ ἀληθοῦς νομίσατε. Displicent haec Herwerdeno: „καὶ τῷ χρόνῳ", inquit, „parum eleganter orator subiungit, ut addere possit sententiam Graecis tritissimam." Recte hoc quidem, sed paulo minor offensio erit, si scribas: καὶ ἐν (τοσούτῳ) χρόνῳ.

XX. ΤΠΕΡ ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΥ.

De hac oratione, quam omnes magno consensu Lysia indignam esse pronunciant, docte disputavit Bakius in tertio Volumine *Scholicorum Hypomnematum*, sed imprimis *Mnem.* 1860 p. 171. Quantum video, ex interpretibus nemo attendit animum.

XXI. ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΔΩΡΟΔΟΚΙΑΣ.

§ 3: καθ' ἡμέραν ὑπὲρ ὑμῶν κινδυνεύων. Nonne requiritur καθ' (ἑκάστην) ἡμέραν? Cf. XXII 20.

§ 5: νενίκηκα δὲ τριήρει ἁμιλλώμενος ἐπὶ Σουνίῳ. Quantum

Digitized by Google

comperi, eiusmodi certamina multo rarius memorantur quam nostri homines putaverint. Novit unusquisque quintum Aeneidis et praeterea indicare iuvat Thuc. VI 32 et Demosth. Mid. § 174. De Aristoph. Eqq. vs. 557 Leeuwenius conferendus. Vide quoque Lobeckium *Aglaoph.* p. 367. Adde C.I.A. II 1. n. 471 v. 29.

§ 8: καίτοι οὕτω παρεσκευασμένον (τὴν) τριήρη πόσα οἴεσθε ἀνηλωκέναι χρήματα. Sic locum Thalheimius edidit; equidem cum Herwerdeno inserto pronomine legere malim: πόσα μ' οἴεσθε ἀνηλωκέναι; deinde cum in Palatino libro sit παρεσκευασμένην scripserim: (εἰς) οὕτω παρεσκευασμένην τριήρη.

§ 16. Supplendum: καί (μοι) μηδεὶς ὑμῶν ἀχθεσθῇ.

§ 18: (οὐ γὰρ ἂν δήπου) τοῦτό γε εἰπεῖν ἔχοι τις, ... ὡς αἰσχρὰς δίκας δεδίκασμαι ἢ ὡς αἰσχροῦ τινος αἴτιός εἰμι. Ne idem vocabulum brevi intervallo recurrat, commendo: δυσχερούς τινος.

§ 20: ὧν Κινησίας (ὁ) οὕτω διακείμενος πλείους στρατείας ἐστράτευται. Vides quid suadeam.

§ 24: οὐδεπώποτ' ἠλέησα οὐδ' ἐδάκρυσα οὐδ' ἐμνήσθην γυναικός. Ipsa res flagitare videtur ἔδεισα, nam quod olim Herwerdenus coniecerat ἤλγησα, id postea ipse reiecit. Contrario modo apud Lycurgum Leocr. § 74 pro ἔδεισα reposui ἠλέησα.

XXIII. ΚΑΤΑ ΠΑΓΚΛΕΩΝΟΣ.

§ 3: ὅτι καὶ ἑτέρας δίκας τὰς μὲν φύγοι, τὰς δ' ὠφλήκοι. Reiskius correxit φεύγοι, equidem praeferam: πεφεύγοι.

§ 5. Scribit Rauchensteinius sibi Hipparmodori nomen corruptum videri. Quidni credemus homini nomen fuisse Ἱππαρχόδωρον.

XXIV. ΤΠΕΡ ΤΟΥ ΑΔΥΝΑΤΟΥ.

Quam sunt diversa doctorum virorum palata. De hac oratione

Digitized by Google

Boeckhius scribit *Oec. Civil.* I 343: „Diese Rede ist in einem so possirlichen Tone verfasst, dass ich sie für eine blosse Uebungsrede halte, die nicht vorgetragen wurde: wenigstens hätten die Athener sich höchlich verwundern müssen über die Spasshaftigkeit dieses um Sold flehenden Menschen". Contra assurgit Rauchensteinius: „Die Rede ist mit besonderer Liebe und mit Glück geschrieben. Es ist nicht leicht, eine Mischung von Lustigem, Derbem, Ernstem, Naivem auch mit einem Anstreifen an das Rührende zu einem sich so schön bestimmenden Ganzen zusammenzuarbeiten und einen so eigenthümlichen Charakter mit so schlichten Mitteln darzustellen". Equidem potissimum Boeckhium sequor et plurimum delector Franckenii iudicio sapienter temperato: „Subtilis elegantia et urbanitas orationi plane deest; ioci autem minus politi delectare sane possunt et causae prodesse, si tanquam in ipso orationis momento nati fingantur, sed si manifesto adhibito studio, ut in hac oratione, proferantur verbis usu oratorum fere receptis, dissensus quidam existit inter materiam atque formam, ut nescias serione quaedam an ioco dicantur. — Libertas oris hominis plebeii pugnat cum sententiis in artis incude procusis. In fine autem orationis nihil hilaritatis („heitere Zuvorsicht" Rauchensteinius appellarat) video equidem, nec quod magnopere iudicem commovere possit".

§ 5: *τεκμηρίοις χρῆται τῆς μὲν τοῦ σώματος ῥώμης, ὅτι ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀναβαίνω, τῆς δ' ἐν τῇ τέχνῃ εὐπορίας, ὅτι δύναμαι συνεῖναι δυναμένοις ἀνθρώποις ἀναλίσκειν.* Primum de pluribus hominibus recte dici *ἀναβαίνειν ἐπὶ τοὺς ἵππους* mirum non est, cf. Lys. Orat. XIV 10 et XVI 13 et Andocid. de Myst. I 44; sed etiam de uno equite usurpatur apud Xenophontem Hipparch. VI 5 itemque apud Demosthenem c. Phaenippum § 24 p. 1046: *ἀποδόμενος τὸν πολεμιστήριον ἵππον καταβέβηκεν ἀπὸ τῶν ἵππων.* Haud dissimili ratione Euphiletus in causa de caede Eratosthenis § 4 et § 26 plurali numero *παῖδας* suos appellat, etiamsi uxor semel tantummodo pepererit. Sed gravis inest offensio in: *δύναμαι συνεῖναι δυναμένοις ἀνθρώποις ἀναλίσκειν.* Franckenius eiicere voluit id quod est *ἀνθρώποις.* Non satis hoc est; sed nescio quid dicam de Frohbergero, qui ita

Digitized by Google

adnotavit: „Spasshaft benützt der Krüppel die Behauptung des Gegners, er sei nicht unvermögend, da er ja „vermöge" mit „vermögenden" Leuten umzugehen. Das komische Pathos wird gesteigert durch das eingesetzte volltönende *ἀνθρώποις*." Istiusmodi iocorum genus prorsus non intelligo; si res mei arbitrii foret, scriberem: *δύναμαι συνεῖναι ἀναλωταῖς ἀνθρώποις*, sed aliis hoc fortasse temerarium videbitur.

§ 6: *παῖδες δέ μοι οὔπω εἰσὶν οἵ με θεραπεύσουσι.* Adscripsit Herwerdenus: „*οὔπω* suspectum ob *γῆρας* § 8; fortasse reponendum *οὐκ*." Equidem incideram in: *οὐ γεγόνασιν.*

§ 6: *κινδυνεύσαιμ' ἂν ὑπὸ τῇ δυσχερεσάτῃ γενέσθαι τύχῃ.* Docet Frohbergerus: „man könnte *ἐπὶ* fur *ὑπὸ* schreiben; doch pathetischer ist *ὑπό*." Non video quomodo illud *παθητικόν* efficiatur ex locis quos Frohbergerus attulit; mihi quidem potior videtur praepositio *ἐπί*, de qua vide quae adnotavimus ad Orat. I § 6.

§ 9: *πῶς οὐ δεινόν ἐστι νῦν μὲν κατηγορεῖν ὡς διὰ πολλὴν εὐπορίαν ἐξ ἴσου δύναμαι συνεῖναι τοῖς πλουσιωτάτοις, εἰ δ' ὧν ἐγὼ λέγω τύχοι τι γενόμενον, (ὁμολογεῖν ἄν με) τοιοῦτον εἶναι καὶ ἔτι πονηρότερον;* ultimum vocabulum tuentur Franckenius et Frohbergerus; aliorum coniecturas vide apud Thalheimium. Mihi quidem maxime placet: *καὶ ἔτι πηρότερον.* Vide adiectivum *ἀνάπηρος* infra § 13 et de eo vocabulo Polacium in *Mnem.* 1901 p. 430.

§ 10: *ἐγὼ γὰρ (ὁρῶ) πάντας τοὺς ἔχοντάς τι δυσύχημα τοῦτο ζητεῖν καὶ τοῦτο Φιλοσοφεῖν, ὅπως κτέ.* Expungam tria vocabula quae diductis literis notavi. Vide verbum *Φιλοσοφεῖν* apud Menandrum, cuius locum Harpocration descripsit: *Φιλοσοφεῖ δὲ τοῦθ' ὅπως καταπράξεται τὸν γάμον.*

§ 11: *εἰ γὰρ ἐκεκτήμην οὐσίαν, ἐπ' ἀσράβης ἂν ὠχούμην· ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοὺς ἀλλοτρίους ἵππους ἀνέβαινον.* Deinde continuo sequitur: *νυνὶ δ' ἐπειδὴ τοιοῦτον οὐ δύναμαι κτήσασθαι, τοῖς ἀλλοτρίοις ἵπποις ἀναγκάζομαι χρῆσθαι πολλάκις*, quae verba satis

Digitized by Google

commonstrant priore loco delendum esse id quod est ἀλλοτρίους.

§ 25: ἐξόν μοι μετ' ἐκείναν ἀδεῶς πολιτεύεσθαι, μεθ' ὑμῶν εἱλόμην κινδυνεύειν ἁπάντων. Quot sunt capita interpretum, tot sunt de postremo vocabulo sententiae. A facilitate correctionis maximam commendationem habebit: ἐπανιών.

XXV. ΔΗΜΟΥ ΚΑΤΑΛΥΣΕΩΣ ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

§ 11: ἡγοῦμαι .... προσήκειν αὐτοῖς ἑτέρας ἐπιθυμεῖν πολιτείας, ἐλπίζοντας τὴν μεταβολὴν ὠφέλειάν τινα αὐτοῖς ἔσεσθαι. Ibidem vide accusativum recte positum XXVII 7: οὐδὲν δεινὸν δόξει αὐτοῖς εἶναι ὑμᾶς ἐξαπατήσαντας ἐκ τῶν ὑμετέρων ὠφελεῖσθαι. Quocirca dubito de sinceritate lectionis XX 23: ἐξὸν αὐτῷ τὴν οὐσίαν ἀφανῆ κατασήσαντι μηδὲν ὑμᾶς ὠφελεῖν et XXIII 10: ἔδοξέ μοι χρῆναι μάρτυρας λαβόντι παραγενέσθαι. Cf. Cobetus ad XXVIII 10.

§ 13: πλείω τῶν ὑπὸ τῆς πόλεως προσταττομένων ἐδαπανώμην. Nota medii verbi formam, uti et XXI 3 et XXXIII 5.

§ 24: τοὺς δὲ συκοφάντας εὐδοκιμεῖν δέξαιντ' ἂν παρ' ὑμῖν καὶ μέγα δύνασθαι. Quam miror non omnibus editoribus Dobraeum persuasisse legendum esse: εὔξαιντ' ἄν. Facile sentimus quid intersit: quod δεχόμεθα, id patienter ferimus; quod εὐχόμεθα, optime actum nobiscum putabimus si contigerit.

XXVI. ΚΑΤ' ΕΥΑΝΔΡΟΥ.

§ 13: οὗτος αἴτιος γεγένηται Λεωδάμαντά τε ἀποδοκιμασθῆναι καὶ τοῦτον δοκιμασθῆναι. Nonne necessarium est ἀντιδοκιμασθῆναι?

§ 21: ποτέρῳ ἂν πειθόμενοι περὶ τῆς δοκιμασίας ταύτης ἄμεινον βουλεύσαισθε, πότερον ἐμοὶ ἢ Θρασυβούλῳ, ὃς αὐτῷ ἀπολογήσεται. Halbertsmae offensioni est verbum ἀπολογεῖσθαι cum tertio casu constructum; mihi non displicebit ἀνταπολογήσεται.

Digitized by Google

XXVIII. ΚΑΤ' ΕΡΓΟΚΛΕΟΤΣ.

§ 9: ὠνουμένους τὰς αὐτῶν ψυχάς. Omnino praeferam compositum verbum ἐξωνουμένους. Orat. XX 15: ἐκπριάμενοι τοὺς κατηγόρους, XXIV 17: ἐξωνοῦνται τοὺς κινδύνους, XXVII 6: τὸν κίνδυνον ἐξεπρίαντο.

§ 17: νομιοῦσιν ὑπὸ τούτων μὲν ἀπολωλέναι, ὑμᾶς δ' αὐτοῖς βεβοηθηκέναι. Sic Thalheimius scripsit; iam aliquoties observavi in talibus personali pronomine opus esse non reflexivo itaque rescribendum αὐτοῖς. In primam personam conversa habebimus: νομιοῦμεν .... ὑμᾶς ἡμῖν βεβοηθηκέναι, non ἡμῖν αὐτοῖς, quod mille exempla confirmabunt. Atqui ergo.

XXX. ΚΑΤΑ ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ.

§ 20: αὐτίκα πέρυσιν ἱερὰ ἄθυτα [τριῶν ταλάντων] γεγένηται τῶν ἐν ταῖς κύρβεσι γεγραμμένων. Quae uncinis inclusi, interpolata fuerunt ex proxime sequentibus.

§ 29: Νικόμαχον εἵλεσθε ἀναγράφειν τὰ πάτρια, ᾧ κατὰ πατέρα τῆς πόλεως οὐδὲν προσήκει. Licetne hinc coniicere Nicomachi matrem civem Atticam fuisse?

XXXI. ΚΑΤΑ ΦΙΛΩΝΟΣ.

§ 17: ἑτέροις ἡγούμενος, οἷς τὰ ὑμέτερα δυστυχήματα εὐτυχήματα ἐγεγόνει. Nonne multum praestat singularis εὐτύχημα?

§ 18: οἳ νῦν αὐτὸν δι' αὐτὸ τοῦτο οὐχ οἷοί τ' εἰσιν ἐπεξελθεῖν ἅπαντες. Intelligam: παρόντες.

§ 31: ἔτι δὲ ἐνθυμήθητε, ποίων ἂν ὑμῖν δοκεῖ ὅρκων Φροντίσαι .... ἢ ποῖα ἂν ἀπόρρητα τηρῆσαι, ὃς οὐδὲ τὰ προειρημένα ποιῆσαι ἠξίωσε. Hic locus valde memorabilis est: revera erat arcanum aliquod quod Areopagitae sancte debebant servare. Est ea de re fere *unicus* locus apud Dinarchum c. Demosthenem § 9: τὸ συνέδριον .... ὃ Φυλάττει τὰς ἀπορρήτους διαθήκας, ἐν αἷς τὰ τῆς πόλεως σωτήρια κεῖται. Docte de hoc loco egit Coraes,

Digitized by Google

Lettres Inédites à Chardon de la Rochette, Paris. 1877. Nimirum cum hoc testamento acutissime composuit ea quae leguntur in Oedipode Coloneo vs. 1518:

ἐγὼ διδάξω, τέκνον Αἰγέως, ἅ σοι
γήρως ἄλυπα τῇδε κείσεται πόλει.
χῶρον μὲν αὐτὸς αὐτίκ' ἐξηγήσομαι,
ἄθικτος ἡγητῆρος, οὗ με χρὴ θανεῖν.
τοῦτον δὲ φράζε μήποτ' ἀνθρώπων τινί
μήθ' οὗ κέκευθε μήτ' ἐν οἷς κεῖται τόποις,

deinde, aliis quibusdam interpositis:

ἀλλ' αὐτὸς ἀεὶ σῶζε χὤταν ἐς τέλος
τοῦ ζῆν ἀφικνῇ, τῷ προφερτάτῳ μόνῳ
σήμαιν', ὁ δ' ἀεὶ τὠπιόντι δεικνύτω
χοὕτως ἀδῇον τήνδ' ἐνοικήσεις πόλιν.

Lysias, uti vides, respexit eodem; sed ipse Coraes adeundus est. Contradicit Lobeckius *Aglaoph.* p. 965, sed vide eundem p. 280.

XXXII. ΚΑΤΑ ΔΙΟΓΕΙΤΟΝΟΣ.

§ 13: εἰ μηδένα ἀνθρώπων ᾐσχύνου, τοὺς θεοὺς ἐχρῆν σε δεδιέναι. Malim: μηδέν' ἄλλον.

§ 16: ἐκβάλλειν τούτους ἠξίωσας θυγατριδοῦς ὄντας ἐκ τῆς οἰκίας τῆς αὐτῶν ἐν τριβωνίοις, ἀνυποδήτους, οὐ μετὰ ἀκολούθου, οὐ μετὰ σρωμάτων, οὐ μετὰ ἱματίων, οὐ μετὰ τῶν ἐπίπλων. Hic locus monstrare poterit quid sit legendum apud Thucydidem VII 75: εἴ τῳ δὲ προλίποι ἡ ῥώμη καὶ τὸ σῶμα, οὐκ ἄνευ ὀλίγων ἐπιθειασμῶν καὶ οἰμωγῆς ὑπολειπόμενοι. Interpretes hic varia moliti sunt; scribit Classenius: οὐκ ἄνευ ὀλίγων hat bei allen Herausgg. Anstoss erregt. Fur ὀλίγων ist λυγρῶν, συχνῶν, οἰκτρῶν, ἀλόγων vermutet; Krüger u. Stahl streichen es, letzterer als *ex Gloss. ὀλολυγῶν ortum.* Ich verstehe ὀλίγος von der schwachen, kaum hörbaren Stimme der Sterbenden bei den letzten Anrufen der Götter und Klagen". Neque Herwerdeno, nec mihi Classenius hoc persuadere potuit: equidem corrigam: οὐ μετὰ ὀλίγων. Suprascriptum ἄνευ corruptelae causa fuit.

Digitized by Google

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

Fragmt. 11: Εἰ πρὶν ποιῆσαι ἠξίουν τῆς εἰκόνος τυχεῖν, ἐὰν ποιήσω, ἔδοτε ἄν· ποιήσαντι δ' ἄρ' οὐ δώσετε; μὴ τοίνυν μέλλοντες μὲν ὑπισχνεῖσθε, παθόντες δ' ἀφαιρεῖσθε. Supplebo: μέλλοντες μὲν (εὖ πάσχειν) ὑπισχνεῖσθε.

Fragmt. 15: τὸ μὲν ἐμὸν γένος ἀπ' ἐμοῦ τὴν ἀρχὴν τοῦ γνωρίζεσθαι λαμβάνει, τὸ δὲ σὸν μέχρι σοῦ τὴν δόξαν ἔσησεν. Emenda: ἔσχηκεν.

Fragmt. 28. Legitur apud Harpocrationem: ΕΛΕΟΚΟΠΩΝ. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους ἐπιτροπῆς· πέντε μησὶ μετὰ τῶν ἐλεοκόπων διαιτώμενος. Si hic non dicere habes qui ἐλεοκόποι sint, ipsum Harpocrationem adire poteris qui ita docet: ἐλεοκόπους λέγοι ἂν ὁ ῥήτωρ τοὺς τὰ ἕλη κόπτοντας, τοῦ Ε παρεμβεβλημένου, ὡς τὸ· ἐλεόθρεπτόν τε σέλινον παρ' Ὁμήρῳ. μήποτε δὲ παρὰ τὸ ἑλεόν, ὅπερ ἐςὶ σκεῦος ξύλινον, γεγένηται τοὔνομα. Ἀριςοφάνης Ἱππεῦσιν· εἰ προσκαθέλοι με τοὐλεόν (vs. 152?) Unusquisque videt absurda haec esse et novimus quam pudendis erroribus Harpocration interdum implicetur. Per nosmet ipsos id quod verum est, assequi possumus et confirmabit id quod volo grammaticus in Anecd. Bk. p. 248. 19: ΕΛΑΙΟΚΟΜΩΝ· τῶν ἐργατῶν τῶν τὰς ἐλαίας ἐργαζομένων· κομεῖν γὰρ τὸ ἐπιμελεῖσθαι, ἀφ' οὗ καὶ ὀρεωκόμος. οἱ οὖν ἐπιμελούμενοι τῶν ἐλαιῶν ἐλαιοκόμοι καλοῦνται., nec dubium est quin grammaticus eundem illum Lysiae locum ante oculos habuerit. Ἐλαιοκομεῖν et ἐλαιοκομία apud Pollucem inveniuntur et ἐλαιοκόμιον Corp. Inscr. Graec. 5594. Μελισσοκόμους Apollonius appellavit Argonaut. β 131; nihil huc pertinent νύμφαι ἐλειονόμοι apud eundem β 821 et γ 1219. Γαλακτοκόμος denique apud Hesychium est.

Digitized by Google

DE OVIDIO POETA COMMENTATIO.

SCRIPSIT

J. J. HARTMAN.

(*Continuantur e Vol. XXXII pag.* 419).

CAPUT V.

DE ULTIMAE METAMORPHOSEON PARTIS ENUNTIATIONE.

Talibus ergo aliisque disponendi, iungendi, colligendi artificiis utenti Ovidio optime procedunt omnia, placide decurrit narratio, limpidi rivuli instar leniter declivi alveo fluentis. Sed cum ad eum locum perventum est (XIII, 399), inde a quo tam multas notavimus locutiones ingratas, structuras impeditas, imagines invenustas, alia elocutionis vitia, etiam dispositio multo minus elegans fit. Aestuat poeta, haeret interdum, quomodo viam sibi struat vix invenit. Cum adversa quadam luctari videtur fortuna, nam postquam de Hecubae eiusque liberorum miserrimo fato narratum est (ergo inde a XIII, 575), non solum in reliquis annectendis admodum est infelix sed etiam vix unum profert versum, qui legentes gravius commovere atque aliquo admirationis sensu implere possit. Vix unum aio, nam qui in hac parte solus legitur par pulcherrimis illis quos prior pars tam multos praebet, XV, 233

Flet quoque, ut in speculo rugas adspexit aniles,
Tyndaris et secum cur sit bis rapta requirit,

is est e longiore illo de Pythagora loco (XV, 60—478), quem iam multo ante a poeta seorsum compositum, deinde huic Metamorphoseon libro insertum mihi quidem admodum est veri-

Digitized by Google

simile, colore enim orationis totus a sua abhorret vicinia. Sed iam quod de dispositione diximus exemplis illustremus et argumentis ubi opus est defendamus.

XIV 155 sqq. Aeneas Caietam venit, ibi obviam ei venit Macareus, ex Ulyssis comitibus unus, qui inter eos, quos Aeneae navis vehit, agnoscit Achaemenidem, et ipsum Ulyssis comitem, quem a proficiscente Ulysse casu aliquo apud Polyphemum relictum Aeneas praeternavigans supplicibus eius motus precibus in suam receperat navem. Hi inter se rogant quis eos casus eo ubi nunc sunt adduxerit, et Achaemenides quid sibi fuerit animi, postquam abiisse socios, se in dira illa insula destitutum senserit, in quanto metu ibi diu vixerit, quo modo tandem sibi sit ab Aenea allata salus exponit; Macareus se longarum viarum taedio et descensus ad inferos metu remansisse apud Circen docet, sed antea de magicis Circes artibus, quibus in sues converterit Ulyssis comites narrat, seque refert, iam restitutum in integrum, illo anno, quo cum Ulysse ceterisque commilitonibus apud Circen sit deversatus, ab ancilla quadam eius et alias audiisse fabulas et illam de Pico, Circe, Canente, quae nunc versibus 320—435 legentibus offertur. Hercule non sponte se haec metamorphoseon series iuncturaque obtulit poetae; magno difficilique labore eam est commentus. Sudantem eum cognoscimus et, ad incitas redactum, omnem speciem veri negligentem. Caietam enim Aeneae navis, qua Achaemenides vehebatur, appulerat, ibi huic obviam venit Macareus, qui apud Circen substiterat. Non idem est, ut opinor, Caieta et Circei, quamquam non ita longo spatio inter se hi loci distant.

XIV, 623 sqq. Rege Proca vivebat Pomona, pulcherrima virgo, cuius amore captus Vertumnus et aliis utitur dolis et sumpta anus figura eam sollicitare studet et monendo et narrando de Iphide et Anaxarete. Sequitur narratio illa (698—765) quae nos, nil tale suspicantes, subito ex Italia Cyprum transfert! At nihilo magis misero amatori narratio anusque figura prodest quam antea variae profuerant quas induerat formae. Etenim, quemadmodum vss. 643—652 cognoscimus

habitu messoris aristas
Corbe tulit verique fuit messoris imago.
Tempora saepe gerens faeno religata recenti

Digitized by Google

Desectum poterat gramen versasse videri;
Saepe manu stimulos rigida portabat, ut illum
Iurares fessos modo disiunxisse iuvencos;
Falce data frondator erat vitisque putator;
Induerat scalas, lecturum poma putares;
Miles erat gladio, piscator arundine sumpta.

Quid ergo nunc misellus ille agit postquam fallacias admonitiones narratiunculas irritas esse vidit? Vim parat: hoc intelligimus, hoc desperantis est. Sed vi opus non est, ipsa enim Pomona sponte amare eum incipit. Gratulamur iuveni, qui hunc constantis amoris et strenuae industriae fructum ferat. At non fides laborque haec ei tulerunt praemia sed .... quid putas? Ipsa iuvenis vera forma, quam missis iam dolis omnibus resumserat ille. Talis enim

apparuit illi,
Qualis ubi opposita nitidissima solis imago
Evicit nubes nullaque obstante reluxit.

Haud mirum ergo est quod nunc

vi non est opus inque figura
Capta dei nympha est et mutua vulnera sensit.

Verum, obsecro, si vera Vertumni facies eiusmodi est ut nulla ei puella, ne durissima quidem, possit resistere, cur omnino falsas formas induit ille? Si usquam, hic se prodit poeta: nodum, quem imprudens nexerat ipse, solvere apteque expedire non curat sed obtuso dissecat gladio.

Sed praesertim inde ab initio libri XV defunctorie noster agit et ad finem properat. Vixdum Romulum Hersiliamque in caelum eduxit et intelligit nihil se egisse nisi ad Augustum rem perduxerit. Praeterea videt utique aliquot esse inserendas fabulas ad ipsum Italiae solum pertinentes, sed iam taedet eum laboris neque plus uno libro adiicere ei lubet. Ergo in unum reliqua omnia constipentur librum, idque in eum librum cuius dimidium fere sit impleturus locus de Pythagora, quo vix quidquam promovetur negotium, quemque iam multo antea a poeta perfectum haud temere coniicimus. Operae pretium est videre qua vi et qua festinatione omnia perrumpantur obstacula ut tandem aliquando ad finem perveniatur, si non via et ratione, per salebras et saltibus miris.

Digitized by Google

1—59 Numa rex creatur. Is Crotonem se confert ut Pythagorae audiat doctrinam et praecepta. Sed in illam urbem ubi advenit prius quae sit illius origo quaerit: hac facultate poeta utitur ad inserendam narrationem de Myscelo et Hercule, quam, licet diutius nos detineat et a Pythagora seiungat, utcunque tamen aequo ferimus animo.

60—478 Pythagorae philosophia exponitur, descriptione quae, per se spectata, magna laude est digna sed iusto maius, hic certe, occupat spatium. Nam totum Numae regnum et mors eius septem versiculis (479—485) absolvitur.

486—90 Deflent Numam cives, deflet Egeria uxor, quae Ariciam redit seque ibi luctui tristitiaeque gravissimae dedit. Versibus utitur hisce poeta:

> Exstinctum Latiaeque nurus populusque patresque
> Deflevere Numam. Nam coniunx urbe relicta
> Vallis Aricinae densis latet abdita silvis.

Vide quam omnia simul poetam nostrum deficiant. Satis inepte hic coniunctio *nam* posita est: omnes homines Numam deflent, uxor vero eius in ea re modum excedit. Ipsum illud *vero*, quod in mea periphrasi legitur, hic erat ponendum et positum esset a poeta si paulo minus negligenter in hoc loco esset versatus. Ubi nunc illud *nam*, quod quantum saepe in prioribus libris (figura quae *praeteritio* dicitur) toti viciniae praeberet decus supra (V. 32, p. 412) vidimus?

490—546 Flentem afflictamque Egeriam solari conantur vicinae nymphae; eodem consilio ad eam venit „Theseïus heros". Virbius is est, cui Hyppolyto antea nomen fuit. Hippolyti tristem sortem ex Euripidea fabula norunt omnes. Recentior de eo narratio hic additur: in vitam eum reduxit Aesculapius, in Italiam transtulit Diana, quae prius, ne ab aliis cognosci posset, pro iuvenili virilem ei dederat vultum. Hic ergo Virbius erigere iacentem moestamque tentat, quo modo putas? Nempe narrando quae sibi dira miraque evenerint. At quid, obsecro, Egeriae tristitia commune habet cum Hippolyti casibus variis? Illa optimum maritum amisit, in hunc Neptunus, detestanti filio Theseo, Hippolyti patri, morem gerens, monstrum marinum immisit, quo territi equi eius corpus domini, e curru excussum sed loris impeditum per saxa trahunt virgultaque,

Digitized by Google

ita ut dirissimum in modum dilanietur. Apud inferos demum dii, quos pie coluit, opem ei ferunt: vitam corpusque integrum reddit Aesculapius, tutam sedem in Italia dat Diana. Quid ex tota narratione discere potest Egeria? Nihil, opinor, nisi hoc: diis faventibus in melius saepe converti res tristissimas. Aptiora huius rei adsunt exempla, Virbio nostro opus non est. Et quam suarum rerum conversionem Egeria, a Virbio monita, exspectabit? Nempe Numam quoque in vitam reductum iri. Nihil eiusmodi, quod tamen aliquo modo ad Egeriam pertinere censendum esset, bonus Virbius dicit, monet tantummodo ne in lamentando modum excedat, alios fuisse homines illa miseriores, in quorum numero praecipuum ipse teneat locum:

Num potes aut audes cladi componere nostrae,
Nympha, tuam? (vs. 530 sq.)

Quaeso, num verum illud est? Nonne quivis ea conditione dilaniari et ad inferos detrudi velit, ut inde reductus et integrum nactus corpus in amoenissimo loco heros fiat quem diligant et venerentur incolae? Dixeris Virbium Egeriae ea tantummodo ante oculos ponere quae dura sit perpessus, laetiora non consolandi gratia addere sed ut rem ad finem perducat. Iterum quaero: quid dira mors Hippolyti commune habet cum Egeriae luctu, qua ratione inter se comparari possunt pia uxor quae maritum amisit et pius filius qui, patre detestante, avi iussu dirissimum invenit vitae finem? Nihil responderi potest nisi hoc: tristiora hunc expertum quam illam, et hoc esse illud quod illam solari possit debeatque. Parum, hercle, idonea haec causa est cur Hippolytus huc adducatur: poterat Egeriae quivis popularium de Oedipode, Oresta, Antigone aliis narrare, qui vel Hippolyto miseriores fuerunt. Denique ineptum in modum „capillis huc attractus est", ut nos loquimur, Hippolytus a poeta quaecunque etiam in scriniis haberet aliquam continentia metamorphosin per fas et nefas uni huic libro inferciente. Ipse hic quoque se prodit: Hippolytum enim narrationis suae sic initium facientem inducit:

similes aliorum respice casus (vs. 494)

quo quid falsius absurdiusque cogitari potest? Non componentis disponentisque illud est sed ingratam sarcinam quocunque tandem loco deiicientis.

Digitized by Google

547—551 Nihil proficit sua narratione Virbius (minime mirandum illud!); in lacrimas liquescit Egeria et miserante Diana in fontem convertitur.

552—621 Rem novam admiratur vicinus Virbius. Sic et alii alio tempore stupuerunt homines. Libenter credimus! Tria rei, de qua nemo dubitabit, afferuntur exempla:

A. Miratus est Etruscus ille qui subito Tagen ex agro surgentem conspexit.

B. Miratus est Romulus cum hastam suam in arborem conversam cognovit.

C. Miratus est Cipus cum sua adspexit cornua.

Quid aliud est τὰ ἀσύγκλωστα συγκλώθειν nisi hoc est? Sed quid curat hoc poeta? Nihil omnino curat ille, dummodo Cipi historiae (565—621) aliquam, quamvis ineptam, inveniat sedem.

> Eheu, Musa via, dic, qua procedere possum?
> Ecce vadum limusque tenax nunc denique navem
> Excipiunt nostram; iunci cannaeque palustres
> Obsistunt prorae; remis non pellitur unda:
> Pingue lutum feriunt. Quanto velocior illa
> Quae quondam fatis Epidauria litora liquit,
> Perque undas volitans ventis felicibus acta
> Attulit huc divum, morbos cui pellere cura,
> Romulidisque dedit votis precibusque colendum.

Quam rideremus poetam, si sic perrexisset atque sic sibi transitum parasset ad narrationem de Aesculapio oraculi iussu Epidauro in Insulam translato. Sed esset tamen in risu illo laudis aliquantulum. Qualecunque enim illud esset, invenisset aliquid. At nunc palam profitetur se, quocunque se vertat, nullum videre exitum. Prorsus ad incitas se redactum clamat hisce versibus:

> Pandite nunc, Musae, praesentia numina vatum,
> (Scitis enim, nec vos fallit spatiosa vetustas)
> Unde Coroniden circumflua Thybridis alti
> Insula Romuleae sacris acciverit urbis.

Praesenti, profecto, numine hic opus poetae frustra caeno evellere plantam conanti. Hoc vero auxilio a Cipo ad Aesculapium transilit, et versibus 746—850 quam ob causam in ur-

Digitized by Google

bem accitus ille deus sit et qua ratione eo pervenerit narrat. Quo loco perfecto Caesarem Aesculapio annectit, quo vinculo putas? Audi ipsum:

Hic tamen accessit delubris advena nostris,
Caesar in urbe sua deus est. (vs. 745 sq.).

Si usquam, hic apparet quantopere sub finem carminis sui fiat dissimilis noster. In praecedentibus enim (V. 32 p. 414) vidimus quam lepide coniunctione *tamen* saepe usus esset ut *tristi* narrationi *tristiorem* adiungeret:

Ille *tamen* (Philoctetes) vivit quia non comitavit Ulyssem;
Mallet et infelix Palamedes esse relictus.

Quantam vim quantamque venustatem hic illa coniunctio habeat dicere non opus; at friget languetque in ista Caesaris cum Aesculapio comparatione.

Sic subito a pristina urbis historia ad praesentem aetatem non magno, hercle, pervenit labore. Habet quod sibi gratuletur: quantulum enim est quod restet?

746—850 De Caesare in coelum recipiendo deliberant dei, tandem vincit Venus atque

Caesaris eripuit membris neque in aera solvi
Passa recentem animam caelestibus intulit astris.

Prae nimia festinatione ne hunc quidem locum, quem ceteris omnibus praestare oportebat, venuste exornare studuit poeta, sed tanti momenti rem describens oratione inculta horridaque fuit contentus.

A Caesare ad Augustum multo facilius quam ab Aesculapio ad Caesarem transitur, atque hoc quidem negotio satis feliciter poetam functum esse non infitior, licet hic quoque (850—860) quaedam legantur minime probanda, utpote quae versum suum expleant magis quam ornent. Haec enim ibi leguntur: Caesar, in stellam conversus res humanas, quibus iam praeest Augustus, contemplatur, illiusque res gestas suis longe longeque praestare libenter agnoscit. Atque agnoscunt illud omnes mortales, excepto Augusto ipso, qui, qua est adversus patrem pietate, credi illud vetat. „O dii immortales, quotquot unquam urbi imperioque nostro favistis, talem nobis ducem incolumem servate; quem si tamen aliquando hinc abire crudelia fata iubent, hunc quoque in numerum vestrum recipite, ut sit quem prae-

Digitized by Google

cipuis colamus precibus!" Denique notissimis illis versibus: „iamque opus exegi e. q. s." carmen clauditur, quibus non tam gloriatur poeta quam gaudio exultat quod tandem aliquando nimis gravem sarcinam abiicere humeris sibi liceat.

Ergo et dispositione et elocutione et — quod gravissimum — ipsorum versuum structura poetam deprehendimus sub finem longi operis festinantem ideoque et alia multa peccantem et iis ipsis artificiis, quibus multo maiorem partem feliciter lepideque exornaverit, tam inepte utentem ut dedecori fiant toti carmini. Quod ubi semel nobis constat atque accurate est perspectum, parati sumus ad dirimendam quaestionem permagni momenti et saepe iam agitatam. Quid ipse de suis Metamorphosesin iudicaverit Ovidius novimus, suum ipse iudicium in fronte libri poni iubet, cuius totum fere argumentum in his inest versibus:

Quidquid in his igitur vitii rude carmen habebit,
Emendaturus, si licuisset, eram.

Quaeritur nunc quid illud sit quod Ovidius fuerit emendaturus. Respondemus: id quod omnino emendare potuit. Putemusne Ovidium, si in urbe manere ei licuisset atque illa secunda frui fortuna, quae iam propria ei videri poterat, magnopere totam operis fuisse mutaturum dispositionem? Num credibile illud de eo homine, qui „non ignoravit vitia sua sed amavit", qui „maluit ingenio suo indulgere quam imperare"? Immo vero ne cadere quidem videtur in naturam hominis. Faciat mihi periculum quicunque unquam composuerit aliquid literarum. Si semel res suam sibi formam nacta est, aliam induere iam non potest. Exemplo utar toti philologorum genti notissimo. Latine de quovis argumento, sive ad antiquas literas pertinet illud sive ad quotidiana praesentis aetatis negotia, non maiore negotio quam vernacule scribimus omnes, et sunt haud paucae res de quibus latine quam vernacule scribere malimus. Sed quantopere sudamus, quam arduo ingratoque labore nos fungi sentimus, si quid, quod semel vernacule scripsimus, aliquam ob causam *latine vertendum* nobis est. Verum faciamus poetam illum, qui quamvis eum amemus, quamvis saepe admiremur, tamen semper, etiam cum tristissimae ab eo res tractantur, ludere et iocari nobis videatur, revera adeo omnibus mortalibus industria et

Digitized by Google

assiduitate praestitisse ut perficere et ad exitum perducere potuerit rem, qua neque ante neque post eum quisquam unquam feliciter sit perfunctus, quid obstabat cur vel exsul opus illud aggrederetur? Tristitiae levandae nullum, ut opinor, aptius erat. Omnino magnopere suae ei Metamorphoses placebant, illis immortalitatem quandam se nactum haud iniuria opinabatur et verecunde quidem sed aperte tamen est professus:

carmina maior imago
Sunt mea, quae mando qualiacunque legas,
Carmina mutatas hominum dicentia formas.

Cur non emendavit — si potuit — monumentum aere perennius, quod insignem ei perpetuo in dilectissima urbe daturum erat locum? Ipse quidem causam affert hanc:

Vel quod eram Musas, ut crimina nostra, perosus

nam quae causa fuit cur in ignem libros illos coniiceret eadem ab emendando eum potuit deterrere. Sed mendax praetextum illud est, non causa vel argumentum. In exsilium cur revera missus sit Ovidius intelligere mihi videor, ipse quoties culpae partem in carmina sua confert, solam Artem accusat, de Metamorphosesin accusandis non cogitat: in illis quidquam esse quod regnantium in ipsum converterit iram, hoc ne in mentem quidem ei venit. Immo gaudet superesse eas, non eo periisse fato quod ipse iis destinaverat. „Nunc precor" ait

Nunc precor, ut vivant et non ignava legentum
Otia delectent admoneantque mei.

Quanto ergo efficacius sui admonuisset amicos ceterosque cives, si emendatas Metamorphoses in Urbem misisset, Metamorphoses, aio, *usque ad finem* lepide dispositas et venustis inter se iunctas vinculis! Si ita eas emendare felix florensque potuit Ovidius, et miser exsulque potuit. Sed neque ille potuit, neque eiusmodi aliquid quisquam potest mortalium:

Quid ergo illud
Emendaturus, si licuisset, eram

nos docet? Si quid video, confitentem hic reum habemus. Sentit Ovidius et sibi conscius est sub finem Metamorphoseon iusto magis se properasse, sarcinae abiiciendae cupidine ductum in unum constipasse librum ea, quae, si eadem qua praecedentia cura elaborata essent, sex septemve implessent libros, denique

Digitized by Google

non id se perfecisse quod ab initio sibi proposuerit: ut magnum illud opus tamquam culmen et fastigium haberet imperii Romani et principis Augusti magnificum et tanta re tantoque viro dignum praeconium. Atque accidit ei quod evenire fere levioribus solet hominibus, ut totius negotii eum taedeat. Pudet eum librorum suorum, sed ut eos denuo in manus sumat, ut limam iis adhibeat, ut vitia tollat, id vero a se impetrare non potest: Hoc est cur ne id quidem fecerit quod nunc de populo philologorum quivis facere possit: ut quos versus ultimi libri „sine causa ponderosos" haberent leviores gracilioresque redderet, ut pro contortis sententiis expeditas poneret, ut elocutionis corrigeret ineptias. Nam *singulis versibus* emendandis imparem fuisse Ovidium quis credat? Immo vero in prioribus libris unum alterumque ita traditum videmus ut perquam sit verisimile exemplaria illa „de funere domini rapta sui" nonnullos versus ita traditos habuisse ut emendationes vel emendandi certe conamina in margine vel inter lineas essent adscripta. Sed de his suo loco videbimus. Nunc manum de tabula!

CAPUT VI.

DE OVIDIO RHETORE. OVIDIUS CUR IN EXSILIUM MISSUS SIT QUAERITUR.

Ovidium autem sive laudamus sive vituperamus — et modo huius modo illius rei nobis praebet facultatem — unum est in quo semper sibi constet: in omnibus eius carminibus, quamvis diversae sint naturae, Arellii Fusci et Porcii Latronis agnoscimus discipulum. Rideat hic legentium aliquis et „o bone" dicat „num quisquam hoc etiam tibi disertis verbis monendus videtur? — Quid te docente hic opus, ubi tanto gravior nobis adest auctor Seneca pater?" Addat alius: „inepte profecto de Ovidio narras ea, quae in omnes convenire, qui latine scripserunt, non poetas solum sed etiam historicos, dudum constet inter omnes, qui in hac studiorum nostrorum parte non plane sint hospites. Quid nobis tamquam peculiare Ovidii affers vitium, quo et Tibullus Propertiusque, Livius Tacitusque laborarint?"

Digitized by Google

Veritatis multum in hac inesse reprehensione sentio atque concedo; quemcunque legimus scriptorem poetamve Latinum, cum rhetorum discipulo rem nobis esse tantum non semper est tenendum. Tota Romanorum poesis iisdem fere legibus paret, quae ab oratoribus observantur. Et tamen idem illud quod de omnibus poetis latinis constat, in Ovidio magis quam in ullo alio apparere meo iure mihi contendere posse videor. Si quisquam, Ovidius inter poetas rhetor est. Quod quoniam brevi disputatione in clara poni luce potest et, cum semel bene est intellectum, rem hactenus, licet multi multa de ea scripserint, obscurissimam, egregie illustrare mihi quidem posse videtur, pauca quaedam huc pertinentia, quae neque suo semper pretio aestimari mihi videantur, et prae ceteris omnibus poetae nostrae quae fuerit indoles doceant, hocce proponam capite. Deinde in meum usum ea convertere conabor.

Atque primum hic repetam quaedam quae de Ovidio declamante tradit Seneca.

p. 154 (editionis Bipontinae): „Latronis admirator erat (Ovidius), cum diversum sequeretur dicendi genus. Habebat enim ille constans et decens et amabile ingenium. Oratio eius iam tum nihil aliud poterat videri quam solutum carmen. Adeo autem studiose Latronem audivit, ut multas eius sententias in versus suos transtulerit. In armorum iudicio dixerat Latro: „Mittamus arma in hostes, et petamus". Naso dixit:

Arma viri fortis medios mittantur in hostes:
Inde iubete peti".

p. 155. „Memini Latronem in praefatione quadam dicere: „non vides, uti immota fax torpeat et exagitata reddat ignes?" ... Naso dixit:

Vidi ego iactatas mota face crescere flammas,
Et rursus, nullo concutiente, mori."

p. 156 sq. „Declamabat autem Naso raro controversias, sed non nisi ethicas: libentius dicebat suasorias. Molesta ei erat omnis argumentatio: verbis minime licenter usus est, nisi in carminibus, in quibus *non ignoravit vitia sua sed amavit.* Manifestum potest esse, quod rogatus aliquando ab amicis suis, ut tolleret tres versus, invicem petiit, ut ipse tres exciperet, in quos nihil illis liceret. Aequa lex visa est. Scripserunt illi quos

Digitized by Google

tolli vellent secreto, hic quos tutos esse vellet. In utrisque codicillis iidem versus erant: ex quibus primum fuisse narrabat Albinovanus Pedo, qui inter arbitros fuit:

Semibovemque virum, semivirumque bovem.

Secundum:

Et gelidum Boream, egelidumque Noton.

Ex quo apparet, summi ingenii viro iudicium non defuisse ad compescendam licentiam carminum suorum, sed animum".

p. 308 sq. „Ovidius nescit, quod bene cessit, relinquere. Non multa referam ... uno contentus ero. Cum Polyxena esset abducta, ut ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dixit:

cinis ipse sepulti
In genus hoc pugnat.

Poterat hoc contentus esse; adiecit:

tumulo quoque sensimus hostem.

Nec hoc contentus adiecit:

Aeacidae fecunda fui."

Quantivis pretii haec et verissima esse quis infitietur? Nonne suasoriae sunt illa colloquia, quae secum habent Medea, Scylla, Byblis, Myrrha deliberantes utrum amori suo resistant an prae illo cuncta alia nihili faciant? Unde melius accuratiusque quae fuerit controversiae in schola rhetoris habitae natura cognoscere possumus quam ex Armorum Iudicio? Paene perfectum se ibi causarum patronum praestat Ulysses. Quam apto exordio sibi iudicum atque coronae conciliat animos!

Si mea cum vestris valuissent vota Pelasgi,
Non foret ambiguus tanti certaminis heres,
Tuque tuis armis, nos te poteremur, Achille e. q. s.

Quam eleganter, quam mira varietate sua facta enumerat! Quam callide suam cum iudicum causa communicat vss. 270 sqq. (dixit Aiax se contra hostes atque deos ipsos arma tulisse):

Confiteorque tulit: neque enim benefacta maligne
Detrectare meum est. Sed ne communia solus
Occupet atque aliquem vobis quoque reddat honorem.

Sed callidius etiam suae invidiae partem in iudices reiicit vss. 308 sq.:

An falso Palameden crimine turpe est
Accusasse mihi, vobis damnasse decorum?

Digitized by Google

Et 313 sq.:

Nec Poeantiadem quod habet Vulcania Lemnos,
Esse reus merui: factum defendite vestrum,
Consensistis enim.

Quam praeclara denique totam orationem claudit peroratione 373 sqq.:

Iam labor in fine est; obstantia fata removi
Altaque posse capi faciendo Pergama, cepi.
Per spes nunc socias casuraque moenia Troum
Perque deos oro, quos hosti nuper ademi e. q. s.

Sic olim causas oraverat Cicero, sic declamaverat Ovidius et aequales audiverat declamantes. Quod autem dicit Seneca: „Ovidius nescit quod bene cedit relinquere" hoc quoque verissimum est et egregiis ab eo illustratur exemplis, quibus innumera alia ex eodem genere nullo addere possis negotio. Sed quamvis in elocutionis ornamentis adhibendis saepe nimius sit Ovidius et modum excedat, magis tamen in alia artis oratoriae parte lascivientem eum deprehendimus. In topica arte se regnare iusto magis sibi semper et ubique conscius est poeta noster, igitur ea saepe ad legentium satietatem et, fere dixerim, taedium abutitur. Iuvat rem insigni exemplo illustrare: Propertii et Ovidii locos eiusdem argumenti inter se opponam. Primum hic versus Propertii do, sicut mihi legendi videntur. Sunt ex elegia libri I octava; certior factus est poeta Cynthiam consilium cepisse cum novo amatore longe remotas petendi regiones, exclamat ergo vss. 9—16:

O utinam hibernae duplicentur tempora brumae,
Et sit iners tardis navita Vergiliis,
Nec tibi Tyrrhena solvatur funis *ab ora*
Neve inimica meas elevet aura preces;
Aut ego *tum* videam *faciles* subsidere ventos,
Cum tibi provectas auferet unda rates,
Et me defixum vacua *patiantur* in ora
Crudelem infesta saepe vocare manu.

[Vs. 11 *ab ora* e coniectura Burmanni senioris dedi pro *arena*; vs. 13 cum „deterioribus" cdd. lego *aut* pro *atque*, cum Baehrensio *tum* pro *non* et *faciles* i. e. mihi amicos recepi ab Heinsio, quamquam alio modo versum hic sanare studet, denique

Digitized by Google

vs. 15 ipse conieci *patiantur* sc. venti. Sic lenissimis correctionibus in integrum locus restitutus videtur; vehementioribus aliorum medelis, velut Scaligeri versus inter se transponentis, non utendum censeo.]

Profectionem ergo cari hominis, quem amans aliquis quatenus licet voce, gestu, oculis prosequitur, in *duas* partes dividit Propertius, legentibusque ante oculos ponit proficiscentem 1^0 cum navis etiam in portu moratur 2^0 cum iam aliquantulum est provecta [1]). Sufficere haec praeclaris suis versibus docet Propertius, qui nunc legentem vehementer commovent: quidquid addideris vim eorum fregeris. Non ita visum Ovidio, qui cum idem argumentum tractat, vel quinque se habere loculos unde sumat intempestive meminit .... atque ex omnibus sumit aliquid. XI, 460 sqq.:

(*a*) Vale dixit (Alcyone) (*b*) sustulit illa
Umentes oculos, stantemque in puppe recurva
Concussaque manu dantem sibi signa maritum
Prima videt, redditque notas. (*c*) Ubi terra recessit
Longius atque oculi nequeunt cognoscere vultus,
Dum licet, insequitur fugientem lumine pinum.
(*d*) Haec quoque ut haud poterat, spatio submota, videri,
Vela tamen spectat summo fluitantia malo.
(*e*) Ut nec vela videt e. q. s.

Poeta autem qui in carminibus suis ea sequitur praecepta quae a rhetore accepit et in declamando observavit, si bis saepiusve idem tractat argumentum, eodem fere modo tractat et totidem fere locis utitur. Quid narrationi de Ceyce proficiscente

---

1) Brevitatis studiosum et de re magis quam de arte sollicitum se et alibi praebet Propertius in subsimili argumento. Cynthiae crudelitate ad desperationem adactus poeta „magnum iter" suscipere decernit: mari in Graeciam est profecturus, atque et haec et alia, dum se fortem simulat, flebili voce profert (III, 21, 11 sqq.):

Nunc agite, o socii, propellite in aequora navem,
Remorumque *pari* ducite sorte vices,
Iungiteque extremo felicia lintea malo:
Iam liquidum nautis aura secundat iter.

(Vs. 12 pro *pares* conieci *pari*, ut *remorum vices* esset idem quod *remos alternantes*, et *pari vice* i. q. aequabiliter) Hic quoque Propertius duo tantummodo profectionis cogitat tempora et, ut nos loquimur, momenta: illud quo navis remis e portu in altum propellitur, et illud quo iam velis adacta mare findit apertum.

Digitized by Google

et Alcyone prospectante similius quam Laodamiae querela in memoriam sibi revocantis tristissimum illud tempus quo a marito sit relicta? (Her. XIII, 14 sqq.):

(*a*) Vix illud potui dicere triste „vale"
(*b*) Incubuit boreas abreptaque vela tetendit
Iamque meus longe Protesilaus erat.
(*c*) Dum potui spectare virum, spectare iuvabat,
Sumque tuos oculos usque secuta meis.
(*d*) Ut te non poteram, poteram tua vela videre,
Vela diu vultus detinuere meos.
(*e*) At postquam nec te nec vela fugacia vidi e. q. s.

Et certe plus decem annorum spatium post scriptam Laodamiae epistolam praeterierat, cum de Ceyce et Alcyone narrare Ovidius decrevit!

τὰ αὐτὰ λέγει περὶ τῶν αὐτῶν, neque quidquam refert utrum de rebus agat, quae ipsius animum vehementer commoverint, an in scenam producat Graecorum heroas et heroinas. Sic „cum subit illius tristissima noctis imago", quam ultimam degit in urbe carissima, et multa alia mente recolit et morandi causas, quas usque quaesierit inveneritque. Quarum vel gravissima ea est, quam hisce proponit versibus (Trist. I, 3, 61 sq.):

Denique „quid propero? Scythia est, quo mittimur" inquam:
„Roma relinquenda est: utraque iusta mora est".

Haec certe ex ipso poetae fluxisse pectore dixeris, neque hercle ego contenderim hic poetam non penitus sensisse ea quae chartae mandabat. Et tamen *locus* hic quoque est, hic quoque rhetorum discipulus se prodit, ne hic quidem topices spernit adminiculum. Conferas modo quae eadem illa Protesilea (*declamat* volui dicere) exclamat vs. 97 sq.:

De nave novissimus exi;
Non est, quo properas, terra paterna tibi!

Atque ex ipsis Tristibus vss. I, 2, 81 sq.:

Quod faciles opto ventos — quis credere possit? —
Sarmatis est tellus, quam mea vela petunt.

Et tamen, si usquam, in Tristibus Ovidius verus sincerusque est poeta, i. e. is qui quae ipse sentiat senseritque versibus exornet veritatis plenissimis.

Digitized by Google

Quod autem in initio huiusce capitis dicebam rem quae hactenus in densis lateat tenebris egregie nostra de Ovidio rhetore illustrari observatione, modo bene sit perspecta et suo aestimata pretio, huiuscemodi est. Habemus poetam qui aequalium quotquot audiverit et probaverit versus — et sunt hi innumeri — fideli teneat memoria, poetam in scholis rhetorum tam exercitatum ut τὰ αὐτά dicat περὶ τῶν αὐτῶν, sive ad ipsius vitam sive ad ficta heroum heroinarumque pertineant fata, poetam denique, cui ipsum illud versus facere usu adeo in naturam verterit, ut cum semel canendi ceperit impetum tacere non possit priusquam omnis canendi materies, quam argumentum praebet, exhausta sit, qui hexametros et disticha fundat, non tam quia ipse sic velit quam quia versus a quibus initium fecerit suam sibi pariant progeniem — num ullum mortalium genus fingi cogitarique possit quod sit innocuum magis? Quis tali viro ex animi sententia irascatur? Quis illum laedendi nocendique consilio aliquem conscripsisse librum suspicetur? Equidem hercle, si mihi aequalis esset Ovidius isque contumeliis et maledictis in me esset invectus, quid facerem? Quid censes? Primo riderem, deinde adversarii mei admirarer facundiam, postremo stilum sumerem et in margine literulas appingerem ut quot ille usus *locis* esset appareret. Et in hunc tamen hominem internecivum exercuisse odium, in hunc ira exarsisse quae nullis placari posset precibus lamentisque dicitur quis? Imperator Augustus. Profecto haud facile a me impetro ut virum illum amem: natura eum crudelem fuisse scio, dissimulatorem callidum, hominem denique qui pensi haberet nihil, dummodo ad finem sibi propositum perveniret, et possum sic multa eius enumerare vitia, sed hoc mihi, ut opinor, unusquisque concedet neminem unquam mortalium illo fuisse prudentiorem, neminem magis sobrium sanumque, neminem magis remotum a vanis inanibusque animi perturbationibus. Et is tamen vulgo creditur ita succensuisse Ovidio, ut vix ullis eius aerumnis satiari posset. Ovidio aio. Immo carminibus eius. Atque illis non modo succensuisse eum audimus, sed periculum etiam ab iis metuisse. Imperio suo ne calamitatem afferret Ovidii carmen Augustus veritus est. Et quod carmen? Ars amatoria. Difficile est hic risum tenere.

Digitized by Google

„Ridere tu in re tam seria possis?" sic me quivis vir paulo gravior interpellet: „quin potius cum imperatore tuo prudenti sobrioque graviter irasceris poetae lascivo, qui istud amare et peccare docens carmen in lucem emittere non veritus sit?" Quia irasci me vetat non hercle nimia quaedam adversus hoc literarum genus lenitas sed unicuique innatus ille aequitatis sensus. Dico enim palamque declaro inter poetarum Romanorum opera vix ullum reperiri quod ipsa hac Arte minus sit impudicum magisve verecundum. Hodiernis hominibus tres illi libri nimis lascivi videri possint, Ovidii aequalibus non potuerunt: aequo enim animo Catullum tulerant et ferebant Tibullum Propertiumque. Nos cum pueris nostris Artem tractare veremur, sed propter duos tantummodo locos, quibus demptis quid toto opere restat vituperandum, quod non recurrat apud omnes poetas tam latinos quam Graecos, quos pueris damus ediscendos? De amore agitur, scio, atque adeo de arte amandi — sed prorsus eodem modo quo in Terentii Plautique fabulis. Hoc Ovidii carmen si ex animi sententia veritus est Augustus ne mores civium suorum corrumperet, quidni aedilibus dedit negotium totam *τὴν νέαν κωμῳδίαν* cum omnibus eius versionibus contaminationibusque latinis conquirendi et in foro comburendi? Nam prorsus eandem rem tractat Ovidius in Arte atque eodem modo. Illum amorem docet, qui apud Romanos *concessus* et fuit semper et dictus est. Identidem clamat ipse:

I, 31 sqq. Este procul, vittae tenues, insigne pudoris,
Quaeque tegis medios instita longa pedes.
Nos Venerem tutam concessaque furta canemus,
Inque meo nullum carmine crimen erit.

II, 559 sq. En, iterum testor: nihil hic nisi lege remissum
Luditur; in nostris instita nulla iocis.

Et, ne ullus immeritae reprehensioni locus restet, palam monet (III, 613 sq.):

Nupta virum timeat; rata sit custodia nuptae:
Hoc decet, hoc leges iusque pudorque iubent

ut mirer nondum cuiquam virorum doctorum, qui fabellam de Ovidio propter Artem amatoriam in exsilium misso omnibus modis defendere et tutari studeant, in mentem venisse coniecturam de versibus illis postea a poeta insertis cum lascivi car-

Digitized by Google

minis poenam aut iam subiret aut metuere inciperet. Nam si Augustus ét toto carmine lecto ét eiusmodi cognitis poetae excusationibus, quas iustas verasque esse non posset negare, tamen tam gravi eum afficiendum poena censuit, qui potuit Horatio non ignoscere solum, cum turpissimam illam Satiram I, 2 in lucem emisisset, sed etiam inter dilectissimos eum habere amicos et carminibus eius se vehementer delectari palam proloqui? Quod, obsecro, Ovidii Ars bonis moribus minabatur periculum, quod illa satira non attulerit? Carminum lasciviam ut metueret Augustus tantum abfuit ut ipse, si ita res ferret, versus scriberet simul et impudicissimos et spurcissimos. Et hunc credamus *post decimum annum* tam vehementer succensuisse Ovidio propter Artem Amatoriam? Profecto si culti ingenii homo fuisset Augustus, si de patria sua egregie mereri venustum poetam penitus sensissit, Arte Ovidii lecta novam aliquam excogitasset coronam, civicae non imparem, qua eum ornaret. Nam inter omnes Ovidii libros primarium Artem obtinere locum dudum sibi persuasum habent docti philologi: ut et ii sentire possint, qui negotiis districti otium suum poetis latinis legendis oblectent, nuper effecit Paulus Brandt praestantissima illa et venustissima editione. En hoc est antiquarum literarum perpetuam defendere dignitatem! [1])

---

1) Si, id quod spero augurorque, mox venustissimi libri opus erit nova editione, auctor sum Brandtio ut:

A. in annotatione ad I, 430 illustrandi causa afferat Mart. VIII, 64:

Ut poscas, Clyte, munus exigasque
Uno nasceris octies in anno

n annotatione ad I, 587 Mart. V, 61 praesertim ultimum distichon:

Res uxoris agit? res ullas crispulus iste?
Res non uxoris, res agit iste tuas

in annotatione ad III, 201 (de mulierum superciliis) etiam mentionem faciat Petronii 126.

B. L. II, 49 sq. post *renidens* virgulam ponat, post *nescius* tollat.

L. II, 108 sq. post *dabit* virgula pro semicolo posita, pro inepto isto *sit* recipiat unice veram lectionem *sis*.

L. II, 726 secum reputet sitne, quod mihi in mentem venit, pro *desine* legendum *desere*, ut *deserendi* verbum pro *relinquendi* sit positum: adhibetur enim hic imago eius qui *maioribus velis usus* adversarium praeterit. Exempla huius usus in promptu mihi non sunt, sed res ipsa admodum verisimilis.

L. III, 29 pro *discutit* aliud eiusdem verbi legat compositum, e. c. *concutit*, nam *discutere* semper vim habet *a se repellendi*.

Digitized by Google

Innocuum esse carmen totam Artem illam, cum legimus eam, cum poetam audimus asseverantem se concessos solum spectare amores, denique cum illius temporis mores qui fuerint consideramus, pro certo nobis constare potest. Sed nescio an magis etiam eluceat illud cum quam multa ét tota poesis erotica Ovidii ét ipsa Ars cum ceteris eius carminibus habeat communia, quam multi ibi quoque recurrant loci observamus. Non ut sensibus blandiatur adolescentium carmina sua amatoria scribit Ovidius neque ut iis viam ad dulce Veneris monstret ministerium — nil opus illis moribus tali magistro! — huic soli rei ibi quoque dat operam ut quaecunque de illo argumento et dicta sint olim et omnino dici possint quam elegantissime exornet et quam aptissime disponat. Sic, ut ex immensa copia unum afferam, cum dominae suae ancillam Cypassidem se sollicitare fingit, postquam multa ei est pollicitus, in fine haec minatur (Am. I, 8, 25—28):

Quod si stulta negas, index anteacta fatebor
Et veniam culpae proditor ipse meae,
Quoque loco tecum fuerim quotiesque, Cypassi,
Narrabo dominae, quotque quibusque modis.

Lepidissimum esse locum hunc libenter concedimus, sed *locum* esse et *fingi* totam illam sollicitationem pro certo scimus, cum in fine pentametri et apud alium poetam Ovidio aequalem invenimus aliquid quod ab illo *quotque quibusque modis* vix quidquam discrepet. Legitur autem apud Tibullum (II, 6, 52):

Tunc morior curis, tunc mens mihi perdita fingit
Quisve meam teneat, quot teneatve modis.

In Arte vero hoc se praesertim spectare ut nihil omittat quod in chartis atque in memoria conditum habeat, sed ut omnia quam venustissime tribus illis comprehendat voluminibus diserte testatur ipse, idque in cuiusque libri fine:

I Pars superat coepti, pars est exhausta laboris;
Hic teneat nostras ancora iacta rates.
II Ecce, rogant tenerae, sibi dem praecepta puellae:
Vos eritis chartae proxima cura meae!

C. Hos operarii corrigat errores: I, 75 (in textu) *praetereat* pro *praeterat* et II, 527 (item) *blandire* pro *plandire*

Praeter paucas has minutias nihil in egregia editione desidero.

Digitized by Google

III Lusus habet finem! cygnis descendere tempus,
Duxerunt collo qui iuga nostra suo.
Ut quondam iuvenes, ita nunc, mea turba, puellae
Inscribant spoliis: „Naso magister erat".

Quaeso, utrum levis lascivique poetae ista sunt an diligentis et industrii?

Ubique ei ante oculos stat non Venus sed
imparibus vecta Thalia rotis

i. e. dea illa quae in *scholis* rhetorum, vel, quod eodem redit, poetarum colitur. Ubique quaerit quomodo novo operi inserere possit opuscula iam ante perfecta perpolitaque, et lepidissimis eum ad hanc rem uti artificiis quis neget? Sed cum incidis in fabulas amatorias, non notissimas solum qualis est illa de Pasiphaë, sed etiam in reconditiores de Myrrha et de Byblide, atque adeo in illam ex angulo doctrinae Alexandrinae protractam de Cydippe [1]), nonne sentis tibi rem esse non cum amore vero sed cum ficto doctoque? Metamorphoseon suarum scribendarum nondum ceperat consilium Ovidius, sed iam unum alterumque in scriniis habebat epyllion, quod postea illis erat inserturus. Nunc iis locum quaerit in opere, quod cum maxime manibus tenet, et facile invenit: nam est opus illud de arte amatoria et narrationum quoque illarum amor argumentum est. Invenitne autem locum narrationibus in Arte? Immo vero ex ipsis narrationibus tota Ars nata videtur: cum illas apto inter se vinculo iungere studebat, mox intelligebat communem dari omnibus titulum posse *de arte amatoria*: stabant tibicines, facile erat intervalla in iusti explere aedificii speciem. Sed restabant narrationes, in quibus amoris ne levissima quidem umbra erat: hae ergo revera *insertae* sunt. Et merito hic disponendi miramur artificem. Quid enim Daedalo Icaroque rei fuit cum amore? Tamen ne hanc quidem narrationem in libro de arte amatoria legentes ullum poetae cernimus laborem, tam facile procedunt et decurrunt omnia.

---

1) Ita certe nobis videtur et ita olim Romanis visum esse suspicor. Suspicor illos quoque, re non accuratius considerata, fabulam de Pasiphaë antiquam et decantatam putasse, fabulas de Myrrha et Byblide recentiores et reconditiores, illam vero de Acontio et Cydippe multo posteriore aetate a doctis poetis inventam. Haec ideo adscripsi ne quisquam putaret me de tempore, quo revera illae aliaeque fabulae primum sint prolatae, quidquam statuere. *οὐχ οὕτω τετύφωμαι.*

Digitized by Google

Sed quid sit τὰ αὐτὰ λέγειν περὶ τῶν αὐτῶν nunquam nos magis quam hic sensisse concedendum nobis est. Comparamus enim, ut ex immensa copia pauca afferam, enumerationem locorum, qui volantibus subiacent cum illa quae est in Metamorphosesin, comparamus hos ex Arte versus II, 49 sq.:

Tractabat ceramque puer pinnasque renidens,
Nescius haec umeris arma parata suis

cum hisce e Metamorphosesin:

Puer Icarus una
Stabat et ignarus sua se tractare pericla
Ore renidenti modo quas raptaverat aura
Captabat plumas, flavam modo pollice ceram
Mollibat.

Vel hosce ex Arte (77 sq.):

Hos aliquis tremula dum captat harundine pisces
Vidit et inceptum dextra reliquit opus

Cum hisce e Metamorphosesin:

Hos aliquis tremula dum captat harundine pisces,
Aut pastor baculo, stivaque innixus arator,
Vidit et obstipuit.

Ohe iam satis est. Satis enim, ut opinor, apparet *non potuisse* a tali poeta periculum reipublicae a se ordinatae metuere sanae mentis hominem, nedum Augustum, omnium quotquot fuerunt mortalium callidissimum.

At credidit ipse Ovidius carmina sua exstitisse causam cur tristissima illa poena afficeretur et carminum suorum solam Artem suo accusat nomine. Ut mittam rogare *reverane* illud Ovidius crediderit, i. e. ita crediderit ut, cum secum rem reputaret, meritam illam esse poenam agnosceret et idoneam illam esse tam gravis poenae causam intelligeret — haud desunt autem loci ubi de hisce rebus agens mirari se, stupere, in tenebris versari, nihil denique intelligere ostendat — hoc dico credere istud non potuisse Ovidium, nisi ei dictum fuisset ab iis, quibus fidem negare non posset, immo nisi factum illud esset, res tam mira, tam ipsa natura sua incredibilis, ne in mentem quidem ei potuit venire. Ergo, cum ad Ovidium nuntius perferebatur Tomos eum relegari, simul hoc addebatur condemnationem illam fieri propter impudicitiae praecepta in

Digitized by Google

Arte tradita, non potuit autem addi illud nisi addi iussisset Augustus ..... ergo ipse imperator Augustus MENTITUS EST. Nunc hanc disquisitionis disputationisque nostrae partem paulisper relinquamus, mox ad eam redibimus.

Nam et alteram quandam exilii sui causam ipse affert Ovidius: aut de *errore* aliquo suo loquitur aut *vidisse* se aliquid quod videre sibi non liceret profitetur. Quis non novit illud

Cur aliquid vidi, cur noxia lumina feci

multaque alia in eandem sententiam? Hinc autem vulgo viri docti efficiunt aliquas partes egisse Ovidium in Iuliae minoris Silanique adulterio et huic facinori aliquo modo favisse. Statim declaro horum me intelligere nihil. Lenam illam novimus, quam diligenter poetae Latini, Alexandrinorum ἀράς imitati, exsecrari solent, et quamquam constat non ex ipsa vita sed e schola sumptum illud argumentum, quadamtenus tamen veram lenam mente mihi informare possum. Quid vero illud sit quod *vir* aliquis dicatur alieno favere adulterio, vel in alieno adulterio ullas agere partes — nisi si aut ipse sit Satanas ille e Fausti fabula aut deversorii alicuius impuri dominus — prorsus me latet, neque investigare iuvat. Ne illi quidem scriptores, quorum tragoediae et fabulae Romanenses adulteriorum et divortiorum plenae sunt, quidquam praebent quod huic quaestioni lucem afferat ullam. Sed hoc concedo unam esse rem, quae alteram hanc causam aliquanto reddat probabiliorem quam prior illa sit. Etenim neptem suam „convictam adulterii Augustus damnaverat proieceratque in insulam Trimerum", ubi „viginti annis exilium toleravit" (Tac. A. IV, 71); cum autem a. 28 illa obierit, a. 8 adulterii est convicta damnataque — eodem anno quo Ovidius damnatus est; ergo, si propter adulterium illud hic quoque damnatus est, culpam poena secuta est statim, non decem anni intercesserunt. Sed sumimus nunc rem quae minime certa sit. Quis enim affirmare possit, cum Tacitus de viginti annis loquatur, nobis eum numerum sic esse accipiendum ut accurate significentur viginti anni? Paulo minus viginti unus anni „rotundo" hoc (ut nos loquimur) numero indicari possunt et semper ab unoquoque sunt indicati, et, quod in hac quaestione multo maioris est momenti, paulo plus undeviginti. Ergo e Taciti verbis haud-

Digitized by Google

quaquam pro certo efficere licet prius Silanum deinde Ovidium esse condemnatum. Quodsi prior est condemnatus Ovidius, prorsus ad nihilum redigitur tota illa coniectura, quae vel sic satis infirma est, de ratione quae inter Ovidii et Silani poenam intercesserit.

Sed faciamus tamen intercessisse aliquam rationem. Absurdissimam esse coniecturam de Ovidio adulterium Iuliae minoris adiuvante nunquam mihi eripietur. Quo ergo me vertam? Nil superesse video quam ut coniiciam Ovidio iam pridem aliquid de illo facinore suboluisse, poenasque eum dedisse quod non in tempore rem ad Augustum detulerit, sed silentio presserit. Hoc in rerum natura est, factum est nonnumquam, certe fieri potuit. Iterum nunc Tacitum inspiciamus (A. III, 24): „D. Silanus, in nepti Augusti adulter, quamquam non ultra foret saevitum, quam ut amicitia Caesaris pelleretur, exilium sibi demonstrari intellexit." Ergo in ipso adultero se cohibuit Augustus, et dummodo Roma Italiaque cederet (addas etiam, per me licet, „omnibus provinciis Caesaris"), ubi vellet vivere ei permisit: Athenas se conferre poterat ille vel in amoenissimum aliquod Galliae Asiaeve oppidum; sed hunc qui nihil commiserat nisi quod rem sibi intellectam celaverat, ad Bessos Getasque relegavit. Quis hoc credat?

Credamus tamen putasse Ovidium suum exilium originem duxisse ex Iuliae adulterio: utrum ipsius ea fuerit coniectura an hic quoque mentitus sit Augustus in medio nobis est relinquendum. Alterum quoque illud Augusti mendacium in praesentia admittamus, statuamusque, cum ad Ovidium mitteretur nuntius de relegatione ab Augusto iussa, sic virum, cum tristi illo imperio missum, esse locutum: „hac tu poena plecteris, quia neque principem edocuisti de Silani Iuliaeque amoribus, qui tibi innotuerant, ét turpem illam scripsisti Artem Àmatoriam, quae ante decem annos in lucem prodiit," cum Boissierio nunc nobis res est. Boissierius [1]) enim, ut mendacii liberet suspicione Augustum, e duabus causis unam efficit, ita rem maiorem habituram veri speciem ratus, atque hanc fingit narrationem: gra-

1) Gaston Boissier „l'exil d'Ovide" in „Revue des deux Mondes" anni 1867 mensis Iunii.

Digitized by Google

viter afflictus erat Augustus suae ipsius filiae sorte haud immerita, quam propter morum pravitatem, ne genti suae afferret dedecus, ab oculis hominum removerat; vehementer patrium eius pectus hoc laborabat vulnere, quod nondum coierat, ecce vix anni sunt elapsi decem et matri non praestare filiam cognoscit: neptis quoque sua adulterii crimine damnanda ei est. Quam vehementer tunc doluerit, quam parum abfuerit quin animum desponderet senex septuagenario maior facile intelligimus. In illa tristitia primum rumor, deinde certus nuntius ad eum perfertur facinoris istius fuisse conscium quendam, qui in eo perpetrando operam suam praebuerit: iratus et ad ulciscendum paratus quis ille sit rogat: Ovidium esse audit. Tum vero se continere non potest, ira exardescit et: „en iterum exclamat scelus istud hominis me petit, me oppugnat; ante novem annos nefaria ista scribenda Arte effecit ut irritae essent leges mihi tam carae sanctaeque de adulterio, per totum illud tempus *laesit religionem, violavit maiestatem,* nunc in domum meam tela sua iacit, per meam gentem venena sua spargit" .... et possumus sic pergere tandemque mirari quod princeps relegatione illa in ultimam barbariem fuerit contentus et non reum attrahi iusserit ut ante ipsius oculos diris cruciatibus ad necem adigeretur.

Sed num quidquam hac causarum coniunctione proficimus? Nihil, ut opinor. Neque in Arte quidquam erat quod doceri atque adeo fieri vel lex Iulia vetabat vel vetitura erat Papia Poppaea, et si tamen credidit illo carmine civium suorum corrumpi mores Augustus, per decem fere annos legi illud, describi, spargi aequo patiebatur animo, et demum re nova, quae cum libris illis commune haberet nihil, motus non illos conquiri comburique iussit, et venales prostare legique vetuit sed poetam procul ab urbe miseram trahere vitam coëgit?

Et quod ad alteram illam causam pertinet: faciamus reticuisse Ovidium Iuliae culpam sibi cognitam, immo verum esse faciamus, quod, quoniam in rerum natura non sit, verum esse potuerit nunquam: concedamus Ovidium in illo adulterio aliquas partes egisse, cur conscium dirissima afficiebat poena, quae a morte non multum distabat, in ipsum adulterum tanto fuit clementior?

Sed accedit aliquid quod totam illam Boissierii coniecturam

Digitized by Google

cunctasque, quae illi aliquo modo cognatae sunt, ita dispellit ut ne levissima quidem supersit umbra, estque illud eiusmodi ut ad veritatem inveniendam nobis monstret viam. Adulterium Augusto visum „laesam religionem" et „violatam maiestatem" Tacitus (A. III, 24) affirmat, et lubenter credimus: prae ceteris parentes amant liberos infirmos debilesque; quo quaeque lex minus est efficax eo magis in deliciis est ei qui tulit. Verum num Tiberio eadem erat amoris causa? Neque verisimile hoc est et disertis a Tacito negatur verbis .... ubi? In ipsis primis illius capitis verbis, quod illud excipit, ubi de Augusto traduntur nota ista: „culpam inter viros ac feminas vulgatam gravi nomine laesarum religionum ac violatae maiestatis appellando clementiam maiorum suasque ipse leges egrediebatur." In ipso, aio, capitis 25 initio haec de Tiberio traduntur: *„relatum inde de moderanda Papia Poppaea"*. Quidni ergo Tiberius Ovidio reditum in urbem concessit?

Nam — ut statim hinc ad alteram, quae affertur, exilii causam transeamus — ipsi Iuliae adultero in urbem redire permisit. Et fuit quidem haec venia cum contumelia aliqua iuncta, etenim (Tac. Ann. III, 24): „Tiberius gratias agenti Silano (fratri adulteri) patribus coram respondit .... adversus eum integras parentis sui offensiones, neque reditu Silani dissoluta quae Augustus voluisset" sed miserum tamen Ovidium haec quoque „benignitas satis superque ditasset".

Denique cur Tomos esset relegatus quamdiu vixit ignoravit Ovidius, sed credidit (mitto enim nunc alteram causam, quam ipse *errorem* nominat, quo vocabulo quid sibi voluerit semper, ut opinor, in tenebris latebit) se propter Artem hac affectum poena. Credere autem non potuit nisi ab idoneo auctore ei dictum esset: iussu ergo Augusti hoc ei dictum est. At ipse Augustus est mentitus: scire enim poterat absurdum esse innocui carminis, quod ante decem annos in lucem prodiisset, poetam gravi pessumdare sententia. Scire poterat, aio, sed obliviscebatur, aliis instigantibus, iisdem qui falsum istud crimen sunt commenti.

Et quis senem principem regebat ita ut tam absurdam rem ei suggerere posset? Neminem invenio praeter Liviam. Haec ergo causam cur poetam nostrum odisset habebat gravem, sed

Digitized by Google

simul eiusmodi ut de ea celandus esset Augustus, et omnes praeterea mortales uno excepto Tiberio. Atqui si Liviae victima cecidit Ovidius, simul intelligimus nunquam eum erigere voluisse Tiberium; melius etiam hoc intelligimus, si ipse quoque Tiberius propriam habuit odii causam. Et habuit .... eandem quam Livia. Legerant enim versus quosdam quos, illo ipso anno 8 primum sibi cognitos (admodum enim verisimile illud est), vix poterant non „in offensas suas vertere" (ut loquitur Propertius). De ferrei saeculi vitiis qui cantat, de *sua* cogitat aetate; si illius scelera insignia quaedam profert, facile putari potest principum hominum ipsi aequalium notasse scelera vel vera vel vulgo credita. Quid ergo mirum est si Tiberius de se dictum suspicatus est illud:

Filius ante diem patrios inquirit in annos

et Liviae idem in mentem venit versum illum legenti magis etiam suspicioni obnoxium

Lurida terribiles miscent aconita novercae.

Cetera vide apud Ge. Schoemannum in praestantissima illa commentatione quae legitur in Philologo 1882 p. 171 sqq. Mihi quidem semper ille rem acu tetigisse visus est et ex animi sententia spero fore ut aliquando inventi sui merita fruatur laude, nam hucusque iusto magis siletur vel ignoratur illud. Mihi sat erit, si posthac constabit nullam inter exsilium Ovidii intercedere rationem et Artem Poeticam, lepidissimum illud rhetoris atque poetae nostri opus, quod nullos unquam corrumpere mores potuit nisi eorum qui se corrumpi cuperent.

L. S.

Nuper, cum carmen illud meum in Naberi honorem compositum perlustrarem (Mnem. vol. 30 p. VII sqq.), subito obstupui perhorruique hunc scilicet pentametrum legens:

Unde odium mordax et livor omnis abest.

Qui fatine an opificis culpa natus sit non disputo, sed Mnemosynes emptores etiam atque etiam rogo ut suum quisque exemplar ista liberent macula legendo:

Unde odium mordax livor et omnis abest.

Nam sic me recitasse certo scio; saepe enim mecum illud distichon repeto neque unquam me ipsum in tam turpi deprehendo errore. Neque aut Naberum ipsum aut quemquam convivarum ullum dare terroris signum memini. J. J. HARTMAN.

Digitized by Google

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.

COMMENTUM AELI DONATI AD TERENTIUM.

SCRIPSIT

H. T. KARSTEN.

(*Continuantur e Vol. XXXII pag.* 322).

III.

SCHOLIA RHETORICA DONATI, MAGISTRORUM, EUGRAPHII INTER SE COMPARANTUR.

Secrevi scholia quae a Donato utique abiudicanda sunt et originem debent magistris, quorum duo, Philosophus et A, scholiorum speciem reliquerunt satis certam et distinctam, tres, B C D, minus certam [1]). Iam tempus est ipsius Donati scholia congregare, quantum fieri poterit.

Commenti partem longe maiorem Donateam esse inter omnes constat [2]). Nitet ea orationis simplicitate et perspicuitate proditque auctoris ingenium sincerum et acutum in enucleanda et describenda fabularum et scaenarum oeconomia, quam appellat (ad Andr. I 4. 1, III 1. 1 et 2. 1), personarum characteribus (qui etiam ad oeconomiam trahuntur, II 3. 25), et in aestimanda orationis, quin etiam verborum, quibus utuntur, opportunitate et lepore, quocum coniungitur saepe Latini poetae aliqua laudatio (*vere, mire, eleganter,* sim.). Haec genuina scholiorum species facile agnoscitur, nec difficilia cognitu sunt

1) Vide Mnemos. vol. XXXII 1904, p. 209 sqq, et 287 sqq.

2) Supersunt etiam nunc Commenti partes continuae interpolationibus fere vacuae, e. g. in ed. Wessneri Andr. p. 96—98, 108 sq., 174 sq., 217—219, 222 sq.

Alterum Wessneri scholiorum volumen nondum publici iuris factum esse vehementer doleo.

Digitized by Google

vulgo scholia genuina de verborum significatione et derivatione, de rebus grammaticis aliaque huiusmodi. Sed unum genus, rhetoricum, satis est ambiguum, quod cum multis doctorum dubitationibus fuerit obnoxium, peculiarem disquisitionem postulat.

§ 1. De commenti scholiis rhetoricis.

Post Usenerum et Leonem (Mus. Rhen. vol. XXIII 459 sq. XXXVIII 317—347) plenissime de his scholiis egit Gerstenbergius in libello „de Eugraphio Terentii interprete", a. 1886 p. 64—79) [1]).

Refutavit ille Usenerum, qui rhetorica omnia a Donato derivanda esse contenderat et probare conatus erat ea ex Eugraphii commentario in corpus Donatianum transscripta esse. Operae pretium est Gerstenbergii conclusiones describere et vera a falsis in iis secernere.

Legimus p. 70: „Haec igitur pro certo cognita habemus: et scholia illa rhetorica corporis Don. ex continuis commentariis rhetoricis fluxisse et maximam inter ea scholia et Don. et Eugr. similitudinem esse et Donatiana illa pleraque breviora et quasi ex Eugraphianis excerpta esse."

„Itaque scholia illa rhetorica ex ipsius Eugraphii commentario in corpus Don. transscripta esse conicimus:"

p. 73: „Duo genera schol. rhet. in corpore Don. discernenda sunt, quorum alterum, ab Eugraph. diversum, continet terminos Graecos, laudem artis Ter. oratoriae et praecepta rhetorica discrepantia."

p. 75: „Donatum talem tractationem rhet. continuam, qualem apud Eugraphium esse videmus, in commentum Terent. recepisse negamus."

p. 76: „Ergo Donatum rhetorem fuisse et incertum neque verisimile est, quamquam eum sicut omnes, qui illis temporibus pro viris doctis haberi voluerint, studiorum rhetoricorum haud imperitum fuisse concedimus, ut in commentariis de Terentii arte oratoria hic illic per occasionem verba facere, non commentarium scribere potuerit."

---

1) Cf. etiam Ed. Smutny in diss. Vindob. VI. a. 1898, p. 95 sqq.

Digitized by Google

p. 77: „Ergo Donatum tractatus illius rhetorici, qui in libris et Eugr. et Don. inest, auctorem esse negamus."

„Contra et summam scholiis illis Don. cum Eugr. similitudinem et condicionem eam esse intelleximus, ut scholia illa ex his excerpta esse videantur. Itaque tractatus illius rhet. ipsum Eugraphium auctorem fuisse et ex eo scholia excerpta in singulos commentarios Don. transscripta esse probabilissimum nobis est."

p. 78: „Non obstat sententiae nostrae, quod in corpore Don. scholia rhet. varii generis pretiique inveniuntur, quibus cum Eugr. res non est, quae cum ad singulos locos pertineant et Donato aliisque prioribus commentatoribus et interpolatoribus attribui possunt."

„Neque vero ea fabularum Ter. tractatio ... ex Eugraphii ingenio fluxit ... Immo potius iam ante Eugraphium talia studia rhet. in scholis usitata fuisse testimoniis allatis demonstravimus. Sed eas tractationes quasi in unum compendium conscripsisse hoc, quantum quidem enucleare potuerimus, Eugraphii meritum est."

„Quod nobis haec ratio poetarum opera tractandi languida et molesta est, non Eugraphii culpae adsignandum est, sed aetatis, quae a veris litterarum studiis abalienata adeo quasi obriguerat, ut formam magis quam rem ipsam spectaret; aetati tribuendum est, ... quod poetarum antiquorum opera non ipsorum causa legebantur, sed ad studia grammatica rhetoricaque expedienda adhibebantur."

In his vere disputata sunt haec:

Donatum fabulas Terentianas non ornasse commento rhetorico continuo.

Distinguenda esse in hoc corpore scholia rhetorica diversi generis et ex his multa Eugraphianis esse similia.

Donatum non omnium auctorem esse habendum, sed inesse tamen vere Donatiana.

Continere commentum praeterea interpolationes rhetoricas permultas.

Non vera sunt haec:

Scholia rhetorica Eugraphianis in genere tam similia esse, ut ex huius commentariis translata esse coniciendum sit. Sunt nempe discrepantiae numero et pondere non minores quam similitudines.

Digitized by Google

Continere commentum tractatum rhetoricum, vel laceras eius partes, huiusque auctorem fuisse Eugraphium. Immo scholia rhetorica commenti sunt disiecta membra, quae nunquam ad unum idemque corpus pertinuerunt, neque Eugraphii adnotationes unum tractatum continent, sed efficiunt tot corpuscula, quot causae per singulas fabularum scaenas ab auctore rhetorice tractatae sunt.

De Eugraphii opera et meritis in genere aliter iudicandum esse censeo, quam fecit Gerstenbergius, ut postea declarabo.

Minus ad rem facit utrum Donatus rhetor appellandus sit an non, cum tamen ipse G. scholia vere rhetorica ab eo composita esse concesserit. Attamen Sabbadini, in Stud. Ital. III 337 sqq., probabiliter demonstravit *Donatum Grammaticum Urbis Romae* et *Ael. Donatum Oratorem U. R.* revera unam eandemque fuisse personam, quocirca, si scholia plura vel pauciora ab eo abiudicanda sunt, id aliis de causis erit faciendum, quam quod hanc artem non ex professo tractaverit. Itaque hoc in praesens mihi sufficit, esse omnium consensu in commento scholia rhetorica ipsius Donati iuxta interpolationes ex Eugraphii opere vel aliunde derivatas.

Secludo a rhetoricis ea scholia quae notant *σχήματα λέξεως* vel *διανοίας*, de quibus separatim erit agendum.

Praeterea pro rhetoricis habenda non sunt pleraque ea quae leguntur ad primum quemque versum cuiusque scaenae et quae, ut G. scripsit p. 64, „de poetica fabularum compositione et „argumenti progressu agere solent". Haec igitur scholia sunt oeconomica ac perperam ille suspicatur „esse tenues amplioris commentarii rhetorici reliquias". Immo integra et absoluta sunt, ipsius Donati manu exarata.

Attento lectori ubique in commento duo scholiorum rhet. genera sese offerunt, alterum aridum, ieiunum, formulis scholasticis conceptum et discipulorum institutioni rhetoricae aperte destinatum, alterum scriptum stilo libero et eleganti, spectans textus interpretationem rhetoricam, non artis tractationem. Statim profiteor, illud genus me iudice semper magistris, hoc Donato adsignandum esse. Quodsi autem cum utrisque scholiis Eugraphiana identidem conferimus, videmus similitudines Eugraphii cum illis tam frequentes esse quam rarae sunt cum Donatianis.

Digitized by Google

Ipsa autem scholia Eugraphiana tertium quoddam genus constituunt medium inter utrumque et exaratam stilo satis decoro, quem corrupit tamen verbosa hominis prolixitas. Sed requirunt haec scholia descriptionem peculiarem.

§ 2. De scholiis rhetoricis Eugraphii.

Praecipuum Eugraphii consilium in scribendis commentariis hoc fuit, Terentii virtutem monstrare in adhibenda arte rhetorica. Profitetur hoc expressis verbis in praefatione ad Andriam p. 173 Kl.: „Cum omnes poetae virtutem oratoriam semper „‹pro?› viribus exsequuntur, tum magis duo viri apud Latinos. „Vergilius et Terentius. Ex quibus, ut suspicio nostra est, „magis Terentii virtus ad rationem rhetoricae artis accedit: „cuius potentiam per singulas comoedias, ut possumus, expli„cabimus. Ac prima nobis ea sit, quae et pueris [1]) ‹prima?› „semper est tradita: Andria" e. q. s.

Huic consilio accedebat aliud, ut „verba ac sensus obscura" illustraret. Hoc autem consilium, quod ab initio operis ei minoris momenti esse videbatur, nonnisi strictim hic illic tetigit ut ad Phorm. I 1. 1.

In singulis scaenis hanc igitur rationem iniit, ut consideraret, an tractaretur in ea aliqua causa, ac dein huius genus, statum, qualitatem, argumentorum locos, alia, uberrime plerumque indicaret ad primum quemque scaenarum versum, et brevius pro re nata ad singulos versus. In hoc tamen munere nequaquam certam viam et rationem secutus est, nam neque ea, quae dixi, omnia semper docentur, neque observatur certus ordo; omittuntur multa, modo causa plenissime illustratur, modo paucis absolvitur et ne in iis quidem scaenis, ubi promittit certum ordinem (Eun. II 3. 1) aut locupletem explanationem

---

1) Perperam Gerst. hinc conclusit, p. 28, eius consilium hoc fuisse, „ut pueri „commentarios perlustrantes et Terentium imitantes artis rhetorica elementa discant." Voluit sibi lectores arte rhetorica iam ita imbutos, ut adnotationes suas intelligerent et Terentii virtutem inde gustarent. Hoc est quod dixi, Eugraphium non scripsisse tractatum rhetoricum. Qui hanc artem nondum aliquatenus callebant, eius elementa ex his scholiis discere numquam poterant.

Digitized by Google

(ibid. III 3. 1, Heaut. II 3. 1, Andr. I 1. 1), id praestitit, quod pollicitus est. Ubi causa deest, id semel tantum commonemur (Pho. I 1. 1), alioqui hoc ex ipsa scholiorum rhetoricorum deficientia efficitur. Ea quae dixi his locis comprobantur:

Ad Eunuch. I 1. 1 p. 408 Kl.: ... deliberativa utique est: ab honesto et ab utili et ab eo, an fieri possit et an necesse sit, semper dividitur. Haec igitur an servata sint considerare debemus (h. e. considerandum est, utrum Terentius causam deliberativam ex artis regulis tractaverit).

Phorm. I 1. 1 p. 500: Haec (scaena) ... nihil aliud tenet, quam expositionem rerum gestarum, unde formam nullius causae habet. Ergo verba ac sensus, qui obscuri sunt, sequamur.

Ibid. V 8. 1 p. 522: Abhinc usque ad finem ... pulcherrimus statuum et figurarum ordo contexitur.

Andr. I 1. 1 p. 176: Haec per singulorum capita versuum plenius aperientur. II 2. 1 p. 191: Haec multis locis exprimemus. Eun. II 3. 1 p. 416: Quas (divisiones), ut aequum est, suo loco per ordinem tractabimus. Ibid. III 3. 1: Explicabimus singula. Heaut. II 3. 1 p. 511: sicut suis locis explanabimus. III 1. 11 p. 515: quae omnia (divisiones et cet.) suo loco plenius explicabimus, ne tantum ea quae obscura sunt (h. e. alius generis scholia), dicamus.

Ex iis, quae monui, consequens est, scholia rhetorica in singulis fabulis aut fabularum partibus valde inaequaliter esse divisa. Plurima vulgo leguntur ad prologos, nam, ut est in praefatione ad Andr. p. 173: „Omnis prologus Terentii habet controversiam", quamquam ne hoc quidem verum est, cum Adelphorum prologus et ea careat et ideo scholiis etiam rhetoricis, tam apud Eugraphium quam apud Donatum.

Quod ad ipsas fabulas attinet, cum Eugraphius secundum Andriae praefationem eas rhetorice praesertim illustrare decrevisset, hoc consilium deficiente nimirum materia missum fecit, etenim numerus rhetoricorum paulatim minuitur, at increscit eorum scholiorum, quae sunt de verborum et sensuum obscuris, ut locorum conspectus docebit, qui sequitur. Numeravi in Andria scholia CCCIII, in quibus rhetorica C. Sex scaenae scholiis rhetor. vacant I 4. 5. II 4. V 2. 4. 5.

Digitized by Google

Eunucho schol. CCCVI, in quibus rhetor. LXX. Septem scaenae rhet. vacant II 1: 2. 3. III 4. IV 5. 6. V 7.

Adelphis schol. CXCV, in quibus rhetor. XXXIV. Undecim scaenae rhet. vacant II 2. 3. 4. III 5. IV. 3. 7. V. 1. 2. 5. 6. 7.

Heautontimorumeno schol. CCC, in quibus rhetor. XXXIII. Novem rhet. vacant III 2. IV 2. 3. 4. 5. 6. 7. V 3. 5.

Hecyra schol. CIL, in quibus rhetor. XXXIII. Quinque scaenae rhet. vacant III 5. V 2. 3. 4. 5.

Phormione schol. CCLXXXI, in quibus rhetor. XX. Quatuordecim rhet. vacant. I 1. 2. 4. II 2. III. 1. 3. IV 1. 2. 4. 5. V 2. 3. 4. 5.

In scholiis igitur Eugraphianis rhetorica vix quartam partem occupant. Haec autem nullo vinculo inter se cohaerent, sed cuiusque scaenae rhetorica unum corpusculum efficiunt, in quo tamen non raro iusta dispositio et plena rerum tractatio desideratur. In permultis scaenis res rhetorica una adnotatiuncula absolvitur. De ipsis autem horum scholiorum argumentis ac similitudine aut differentia cum commento Donati postea videbimus; adparebit similitudinem in levioribus fere positam esse potiusque derivandam ex fontium communione, quam inde quod interpolatores Eugraphii commentarios in Donati corpus transtulerint. Ceterum confirmabitur identidem Eugraphium, hominem doctum et ingeniosum, in suum quidem usum convertisse, ut par erat, quae priores rhetores de his fabulis adnotaverant, sed haec nequaquam compilasse, verum ex solida artis cognitione, quam multo sibi studio paraverat, scaenarum causas suo ingenio ponderasse et descripsisse.

Ut genus Eugraphianum iam nunc a lectoribus quodammodo cognoscatur, dabo scholiorum specimen ad unam aliquam causam, quae satis plene et dilucide exponitur.

Legimus ad Andriam V 3. 1:

Haec scaenae venialem statum habet: accusatur enim (Pamphilus) a dictis (cf. vs. 6), a factis (ibid.), ab habitu faciei (vs. 7), quod peregrinam mulierem velit uxorem ducere (vs. 8—10) .... Accusatio incipit (scil. a patre vs. 6): „num cogitat quod dicat, num facti pudet?" Deinde defensio (Pamphili) a precibus: „Me miserum" (vs. 11). Tota rursus accusatio supponitur ⟨a⟩ factis praeteritis, quod diu amaverit meretricem,

Digitized by Google

a praesentibus, quod iam uxor sit, quod susceptus filius (vs. 11 sqq.). Deinde concluditur accusatio per σύγχυσιν: „Immo valeat, habeat, vivat cum illa" (vs. 18).

Tum haec ad vs. 18 „Mi pater": (Pamphilus) ex nomine benevolentiam comparat. Deinde petitur audientia (vs. 22 „licetne pauca"). Post subiungitur narratio, in qua est venialis status: „Ego me amare hanc confiteor" (vs. 25), quamquam incidit velut definitivus status („si id peccare est" vs. 25), quaeritur enim an amor crimen sit. Petit veniam sic: „Tibi me, pater, dedo" (vs. 26); exponuntur duae partes, una ex voluntate („vis me uxorem ducere? vs. 27), altera citra voluntatem („hanc vis mittere?" ibid.). Concluditur cum affectu: „ut potero feram" (ibid.).

Hunc locum praesertim elegi, quia ipsius quoque Donati scholia rhetorica supersunt easdem res atque E., quod raro obtinet, tractantia, sed vide quam sint brevia atque forma et rebus discrepantia. Legimus ad vs. 1:

„Hic accusatio est, quae solvitur defensione: in eo, quod ad „amorem pertinet, per concessionem (vs. 25 Pamph. concedit „se amare), in eo quod ad Critonis personam per coniecturam „(si id peccare est etc. 25 sqq.)."

ad vs. 11: „ „Me miserum" initium defensionis et deploratio „calamitatis et miseriae, qua in amorem culpam removet a „voluntate sua, cum pater, quod amat filius, vitium mentis „dicat esse, non impulsum dei."

Donatus omnia breviter et aliter. Pro statu veniali et definitivo concessionem [1]) habet et coniecturam, pro defensione a precibus deplorationem calamitatis, pro veniae petitione a voluntate culpae remotionem. Reliqua omittit. Utitur quidem locutionibus rhetoricis, sed ita, ut in quotidiano sermone fere delitescant et agnoscantur tantum a rhetoricae peritis. Ceterum forma horum scholiorum absoluta est neque ulla ex parte fragmentorum naturam refert.

Praeter haec duo autem nulla alia rhetorica in commento huius scaenae inveniuntur nec genuina nec spuria. Magistri ab

1) Vocabulo „venialis status" pro eo quod antiquiores dicebant „concessio", συγγνώμη, Donatus nusquam usus esse videtur.

Digitized by Google

excerpendis rhetoribus suis et indicandis argumentorum locis et causae partibus hic prorsus abstinuerunt. Donati vero ratio in scribendis scholiis rhetoricis hic ut alibi ea fuit, ut artem adhiberet tantum ad adiuvandam iustam poeticae argumentationis intelligentiam.

Scholiorum igitur quae Magistris debeantur specimina ad hanc scaenam afferre non possum, sed mox satis superque ea cognoscentur. Exhibent illi breviora et longiora. Illa facile deprehenduntur: „argumenta a necessario, ab utili, ab honesto", etc. etc. „an vere laudatus sit", „a summo ad imum", „deliberatio et partes eius", „accusatio facti", „derivatio causae" et sescentae formulae eiusmodi. Scholia longiora Donatianis primo obtutu nonnumquam similia videntur, sed tamen multis indiciis ab illis distingui possunt, quorum haec sunt praecipua: Non spectant fabularum interpretationem sed institutionem discipulorum, quae fit per formulas, definitiones, regulas e ludo desumptas; interponunt quaestiunculas et controversias a rhetoribus Terentium interpretantibus inventas, quae Annaeani libri fictiones identidem in memoriam revocant; peccant denique distinctionibus minutis et longe repetitis, argutiis, argumentulis speciosis, quae inepta diligentia et interpretatio vafra poetae verbis subesse simulat eo consilio, ut discipuli his rebus ex ipso textu quacumque ratione eliciendis mentis aciem artisque peritiam exerceant.

Quandoquidem Eugraphiana cum Donatianis adsidue comparare debebo, necesse est pauca disputare de Eugraphii fontibus, non quidem de omnibus, sed de ea quaestione, quam Gerstenbergius tractavit p. 36 sqq., quae nempe necessitudo intercedat inter scholia Eugraphii et Donati ac Servii ad Vergilium. Exstant enim horum scholia inter se tam similia, ut is, qui aetate posterior est, Eugraphius, ex alterutrius copiis sua hausisse debuerit. Quaestio igitur cohaeret cum illa altera, quid in Servii commentarios, sive pleniores sive breviores, ex Donati commentariis ad Vergilium, qui perierunt, fluxisse credendum sit. In hac autem re libenter utor auctoritate Thilonis, qui in Praefatione ad Serv. Comm. ex multorum scholiorum comparatione effecit p. XXI: „multa Serviani (brevioris) „commentarii ad Donatum referri posse", et p. LXXVII: „Donati

Digitized by Google

„commentarios Servium diligenter legisse et haud pauca ex eis (plenioribus) adsumpsisse" [1]). Sed ne a proposito nimis deducar, hanc rem nunc mitto.

Igitur Gerstenbergius XX fere locos similes Servii, Donati, Eugraphii contulit et inde primo sic conclusit p. 36: „Eugraphium ab Aelio Donato pendere elucet". At dein protulit alios locos XIII (p. 38 sq.), ubi „Eugraphii verba propius ad Serviana accedunt", et conclusionem sic mutavit p. 40: „Utrum igitur exscripserit Eugraphius, Donatum an Servium, pro certo disceptari non potest."

Neutra conclusio iusta est.

Primum hoc non omittendum est, Eugraphii ambitionem in componendis adnotationibus hanc fuisse, ut tam scribendi quam cogitandi rationem affectaret nativam ac propriam. Quae igitur mutuatur ab aliis, ea ita diffingere conatur ut pro suis haberi possint. Hinc factum est, ut forma prorsus nova adpareat, ubi res clamant imitationem. Interdum tamen hanc curam imprudenter omisit et auctoris sui observationes illius verbis reddidit. Hoc usu venit in his:

Andr. I 1.50, postquam citavit Verg. Buc. VIII 39 praeter alia haec leguntur: „XIII annum significat, qui vicinus est pubertati."

Serv. ad Buc. l.l.: „XIII (annus), et vult significare iam se vicinum fuisse pubertati."

Donatus citat tantum locum Bucol.

III 1.15: Iuno Lucina „pronuba est, h. e. nubentibus praeest", dein citatur Aen. IV 59: est pronuba Iuno, ubi Serv.: „quae nubentibus praeest". Quae tum sequuntur apud Eugraphium: „eadem et Lucina est, quae praeest parturientibus", vix dubites, quin, tametsi locus non citatur, memoriter sumpta sint e Serv. ad Aen. I 8: „Iuno est Lucina quae partibus praeest, ut Terentius" (l.l.).

Don.: „Iuno ab iuvando dicta, Lucina ab eo quod in lucem producet", sine exemplo Verg.

---

1) Thilonis conclusiones a Gerstenbergio minus recte sic redditae sunt p. 36: »neque quin Servius eos exscripserit dubium est", et p. 40: »Servium in libris conscribendis Aelii Donati Commentum exscripsisse constat.

Digitized by Google

Ad. IV 1. 21: „Lupus in fabula, proverbium cum ipse ad„venit, de quo loquimur." Serv. Buc. 9. 54: „Proverbium „quoties supervenit, de quo loquimur." Eugraphius non citavit Vergili locum, ut fecit Donatus, qui tamen longe alia adnotavit, quae referre non opus est.

IV 2. 37: „Sacellum, sacer locus, Verg. (Buc. III 9)." Serv. ad h. l.: „Sacello i. e. loco sacro". Don.: „ut Varro ait, sacra cella est".

Praeter sententias etiam singula verba notabiliora Servium auctorem produnt, ut in his:

And. I 1. 34. Multus est Eugr. de sententia „ne quid nimis" in ore mancipii, idque excusat cum aliis de causis tum hac: „primo omnium in hominibus natura i. e. sensus aequalis „est." Mirabilem hanc causam detorsit sine dubio e Serv. ad Aen. X 861: „Unde et Terentius servis dat plerumque senten„tias prudentissimas quidem, sed quae se per naturam offe„runt, ut ne quid nimis." Don.: „Terentia non incongrua „servo, quia et (est?) pervulgata."

III 5. 4: „Pretium h. e. meritum atque poenam: Verg. (IX „230 et XII 352)". Serv. ad hos ll.: „pretium i. e. poenam", et: „modo poenam". Don.: „Et pretium et praemium genera„liter pro bono aut malo facto redditur, sed discernuntur hoc „modo: pretium pro stultitia poena est, praemium pro virtute „et sapientia honor est et lucrum."

IV 3. 11: „quippe cum inde (a Vesta) vestibulum nominarint". Serv. ad Aen. II 469: „dictum autem vestibulum, quoniam Vestae consecratum est". Don. nihil.

V 4. 37: „ „Scrupulus" sollicitudo ... scrupuli dicuntur lapilli admodum leves et parvi, unde Verg. (VI 238)". Serv. ad h. l.: „lapillus brevis, qui ... pressus sollicitudinem creat". Don.: „lapillus minimus, nam nimis molestae sunt pedibus scrupulosae viae, ut Verg. (l.l.)."

Eun. II 2. 60: „Non temere, non passim, sine causa". Serv. ad IX 327 et 375 multa synonyma illius adverbii dedit, in quibus „passim" et „sine causa". Donatus sine vocis interpretatione citavit locum Aeneidis, quem Eugraphius indicare pepercit.

Aliis locis similibus optio vix dubia esse potest, utrum illo-

Digitized by Google

rum secutus sit Eugraphius. Incipio a loco, qui demonstrat eum, ut dixi, rerum ac verborum quadam novitate auctorem suum oblitterare studuisse.

Andr. II 1. 22: Similiter Iuno ab Aeolo postulavit primum „quod magnum est, Verg. (I 69). Ita secundo loco quod vole„bat petit (vs. 70). Hoc namque desiderabat, Troiani ad Italiam „ne venirent ac propterea dispergerentur."

Serv. ad I 70: „Sciendum sane est artem hanc esse petitio„nis, ut minora impetrare cupientes maiora poscamus; quod „etiam nunc Iuno faciit: scit namque se fatis obstare non posse, „sed hoc agit, ut eos arceat ab Italia."

Don. ibid. II 1. 28: „Primum quae maiora sunt petit, „postremo quae ex his videntur minima, et hoc arte, ut Verg. (l.l.)."

Mentio Troianorum et Italiae aliaque indicia auctorem designant Servium potius quam Donatum. Ceterum „artis" mentio apud utrumque suspicionem praebet Servium hoc scholion hausisse e Donati commentario Vergiliano.

Eiusdem generis sunt haec:

Andr. II 1. 31: „Mereatur primum hic est praestet (l.l. „perperam: instat), merendo enim praestatur, unde Verg. (IV „334)". Ad II 1. 47 „promeruit h. e. multum mihi praestitit".

Serv. ad I 74: „meritis praestitis, ut alibi (IV 334)" ... Idem ad IV 335: „promeritam praestitisse et bene gessisse ... „Terentius (Ad. IV 5. 47) ... Contra commeritum qui ali„quid delinquit, ut alibi ipse Terentius: quid commerui aut „peccavi pater, i. e. quid male egi." Id. ad VI 664: „me„rendo ... praestando, ut IV 335. Terentius: Ego, Charine, „etc. (II 1. 30)."

Don. ad Andr. l.l.: „Mereat i. e. praestat, ut Verg. (IV 334 „et VI 664), et e contrario laedit: quid commerui (Andr. I „1. 112). Ad. l.l.: Promeruit adiuvit, profuit, cui contra„rium est commeruit, nam mereri et promereri est praestare „beneficium, Verg. (IV et VI)."

Eugraphius breviter et negligenter aliquid conscribillavit, e Servio, opinor (cf. „merendo"). Servii adnotationes referre denuo videntur Donati commentarios, quem totius explicationis auctorem fuisse suspicor.

Andr. III 5. 15: „Semper pietas commovetur iratis, si illi,

Digitized by Google

„qui in crimine constituti sunt, se poenam meritos esse fatean-
„tur. Idcirco adiecit servus: „crucem".

Serv. ad I 519, ubi legati Aeneae ad Didonem veniunt orantes veniam: „Dicta autem venia ad eliciendam misericor-
„diam: meretur enim benevolentiam numinum, qui, licet in-
„nocens sit, veniam tamen, tamquam peccaverit, petit; unde
„est confessio illa in Terentio: quid meritu's? Crucem" (l.l.).

Don.: „Plena satisfactio est confessio peccati sine recusatione
„poenarum, nam mitiores eos reddimus, quibus ultro operae
„pretium pro delictis offerimus nostris, Verg. XII 931: equi-
„dem merui nec deprecor, inquit."

Eugraphius libere scripsit, obediens tamen potius Servio, quam Donato, cuius exemplum Vergilianum aptissimum (exemplum ex I 519 non quadrat cum loco Ter.) non, credo, omisisset.

Heaut. II 1. 15: „Procax a petendo dictum, unde et proci
„dicuntur nuptiarum petitores."

Serv. ad I 436: „Procax proprie petax est, nam procare est
„petere, unde et proci dicuntur."

Don. ad Hec. I 2. 84: „Procax despoliatrix ac petax, pro-
„care est enim petere, Verg. procacibus austris (l.l.) ... Unde
„et proci dicuntur, qui filias alienas in matrimonium petierunt."

Eugr. sordide denuo aliquid memoriter conscribillavit. Loci Servii et Donati procul dubio ad hunc auctorem redeunt in comm. Vergilianis.

Ad. prol. 9: „In prima fabula, i. e. in prima parte fabulae,
„ut Verg.: vidimus obscuris primam sub vallibus urbem"
(IX 242).

Serv. ad h. l.: „primam urbem h. e. primam partem urbis,
„nam Palatium in monte est non in vallibus."

Don.: „In pr. fab. h. e. in prima parte, ut dicimus in pri-
„mis digitis". Eugr. sequitur Servium, omittens exemplum Vergilianum.

Hec. II 1. 15: „Eiecta est [1]), communi genere liberos esse
„positos, ut feminas intelligamus."

Serv. ad X 532: „... nam liberos etiam unum dicimus

1) Quid in corruptela lateat nondum perspexi.

Digitized by Google

„filium, adeo ut Terentius etiam filiam liberos dixerit, ut in „Hecyra: cui liberos committerent."

Don.: „Nec unam sed liberos, sic Cicero: en cui tuos liberos „committas, ... et: habemus enim liberos parvos, de puella." Denuo negligentissime rem egit Eugr., non secundum Donatum, qui aptissima exempla attulit e Verrinis.

Quamquam autem Eugraphium, qui nullum fontem nominat, ex locis allatis Servii vestigiis identidem institisse concludendum est, idem tamen non potuit non cognovisse illarum fabularum, quas ipse tractabat, commentatorem celeberrimum Donatum, sed pro indole, veritus ne imitator haberetur, hanc cognitionem quantum potuit dissimulavit, neque imitationis vestigia supersunt in locis a Gerstenbergio collatis nisi levissimum hoc in Eunucho II 2. 16, ubi Donatus:

„Cetarii, qui cete i. e. magnos pisces venditant et bolonas „exercent." Eugraphius: „cetari sunt qui salsamenta vendunt, „nam cetariae(?) dicuntur bolonae. Cete genere neutro pisces „sunt, qui ad salsamenta proficiunt." In glossariis bolonae dicuntur redemptores tabernarum cetariarum (c. Gl. VI 1 p. 147 coll. p. 204). Servii scholion ad V 822 tractat tantum declinationem τοῦ cete.

Alterum vestigium fortasse superest in scholiis ad Andr. IV 5. 13, ubi Donat.: „Verg.: mene efferre pedem (Aen. II 657), „et ferte simul Faunique pedem (G. I 11). Sed critici adnotant „altius esse charactere comico tetulisse pedem." Eugraph.: „tetulisse pedem dixit per prothesin, est enim ferre ire et pro„fiscisci, ut Verg. (II 657)." Exemplum Vergilianum sumpsit fortasse a Donato. Serv. ad G. I 11 multum differt ab utroque.

Denique cogitationem Donati sua ratione fortasse reddidit ad Andr. II 2. 2, ubi ille simpliciter: „Ordine locutus est: prius „enim metum adimere, sic demum gaudio perfundere". Eugr. argutius: „Ordinem et rationem posuit: prius enim id quod „malum est debet excludi, ut id quod bonum est, melius feli„ciusque teneatur." Serv. ad I 720: „Ordo naturalis: prius „enim est avellere inhaerentia, et post nova inferre", quae e Donati comm. Verg. deprompta esse possunt.

Quae leguntur de derivatione nominis Mulciberi a mulcendo ad Hec. I 1. 8, sintne haec scripta secundum Donatum ad

Digitized by Google

h. l., an secundum Servium ad VIII 724, an, quod potius credo, e communi hominum doctrina, distingui iam non potest. Non minus incerta manet necessitudo inter effata simillima Don. et Eugr. ad Hec. III 4. 8 et Serv. ad VI 614.

Quae Eugr. habet de voce „penum" ad Eun. II 3. 19 minus respondent scholiis Donati ad h. l. aut Servii ad I 703, quam Glossographo in vol. V p. 509, 57.

Denique reliqui loci similes Donati, Eugraphii, Servii ad Eun. V 9. 51, Aen. III 353 (accipere = pascere), Andr. II 2. 33, Hec. I 2. 4, Georg. I 125 (nullus pro non), Andr. III 3. 1, Aen. II 3 (iubere = velle), Pho. V 1. 15, Georg. IV 444 (nam quis pro quisnam) breviores sunt quam ut de alterutrius imitatione quicquam decerni possit.

Igitur ex accurata locorum omnium consideratione pro conclusione Gerstenbergii hoc potius statuendum est: Eugraphium evitasse imitationem Donati ad Terentium et adhibuisse materiem Servianam, quam sciveritne ex magna parte fluxisse e commentariis Donati Vergilianis nescimus, sed quam plerumque ita deformavit, ut imitatio extrinsecus vix posset agnosci.

Hanc conclusionem alicuius momenti fore in frequenti scholiorum Donati et Eugraphii comparatione quae instat, vix est quod dicam.

Absolvi disquisitionem de Eugraphio et redeo ad commenti scholia rhetorica, quae ita recensebo, ut primum exhibeam, quae, secundum discriminis normam a me positam p. 133, ab ipso Donato ad singulas fabulas [1]) conscripta esse credam, deinde, quae interpolatoribus mihi debita videantur, tandem incerta quaedam accuratius examinem. Eugraphii denique scholia similia vel subsimilia identidem in comparationem vocabuntur.

§ 3. Scholia rhetorica ipsius Donati.

Scholia Donati, quae rhetoricorum titulo complector, duplicis sunt generis. Pauca tantum vere rhetorica sunt, quae primum ex omnium fabularum scholiis congregata simul exhibebo.

1) Prologorum scholia postea satius est simul omnia referre et inter se comparare.

Digitized by Google

Pleraque semi-rhetorica nominanda sunt, cum in iis illa ars ancillae vice tantum fungatur ad sententiarum et ratiocinationum interpretationem amplificandam. Haec post illa colligam.

a. Scholia vere rhetorica.

Ex his primum citandi sunt duo loci, in quibus Donatus rhetoricis se fontibus usum esse indicat.

Eun. I 2. 64 Non indiligenter consideraverunt hanc meretricis orationem, qui illam instar controversiae rettulerunt [1]),

---

1) Quinam illi rhetores fuerint nemo facile expediverit, sed post Quintilianum eos demum exstitisse sic evincitur:

Iam pridem tragici comicique latini ad artem rhetoricam exemplis illustrandam adhibiti sunt. Hinc olim in libros ad Herennium et in Ciceronis ll. de Inventione ex doctorum, quibus illi utebantur, institutione, in quibus Aelium Stilonem fuisse merito coniecit Fred. Marx (prolegom. edit. libr. ad Herennium p. 140), exempla fluxerunt apud auctorem ad Herennium ex aliis poetis dramaticis, apud Ciceronem etiam e Terentio, quem bis respexit I 27 et 33, laudans illic „partitionem" in prima Andriae scaena: „partitur apud T. breviter commode senex in Andriae", citatis vss. 22 sq., 24, 103, 141 sq., hic „narrationem", ibid. 35—39, quam eiusmodi esse dicit, „ut in ea simul cum rebus ipsis personarum sermones et animi perspici possint." Porro iuvenilis institutionis nondum immemor in ll. de Oratore II 172 et 328 ex eadem scaena — ex hac tantum exempla aut acceperat aut meminerat — laudavit iterum eosdem vss. 24 sq. quippe continentes „iucundam et ad persuadendum accommodatam orationem", et praeterea vss. 83 sq., tamquam exemplum „comparationis ex minore".

Post Marcum Tullium Quintilianus demum Terentii locos in usum rhetoricum designavit, sed is quoque raro: Citavit Andr. I 1. 41 ob sententiam duplicem „obsequium amicos parit, veritas odium" I. O. VIII 5. 4. Dein Eun. I 1. 1 quater adhibuit, ut exemplum interrogationis, ut antiquum sermonis initium, propter metrum et propter pronuntiationem (IX 2. 11, 3. 16, 4. 14, XI 3. 18). Eun. I 2. 5 propter figuram verborum quae adiectio nominatur (cf. Don. ad Andr. I 1. 28 (1)), ibid. 75 sq. propter ὑποτύπωσιν (IX 3. 18), denique Phorm. I 7. 22 ob formam „heri" (I 7. 22).

Ab horum igitur virorum ratione, quae non minus grammaticam spectat quam rhetoricam, longe distant posteriorum rhetorum lucubrationes, qui secundum Donatum totas scaenas discerpserunt et in partes rhetoricas diviserunt, quasi causas continerent deliberativas vel iudiciales. Donatus horum studia cognovit, sed nusquam nisi ubi ad fabularum interpretationem aliquid utilitatis conferrent, admittenda esse censuit, ut infra demonstrabitur.

Rhetores autem qui dicuntur minores horum studiorum vestigia vix ulla servarunt attuleruntque fere exempla a Cicerone et Quintiliano olim divulgata. Recurrunt enim apud eos: Andr. I 1. 24 (Victorin. p. 202, Iul. Vict. p. 424), ibid. 41 (Iul. Vict. p. 487 coll. Isidoro 512 et 519), ibid. 83 (Mart. Cap. p. 469: „comparatio

Digitized by Google

nam et principium est (vs. 1 me miseram) et narratio [vs. 27 Samia etc.) et partitio cum confirmatione (vs. 64? nunc etc.) et reprehensio (vs. 82 et 99 egone etc.) et conclusio per conquestionem (vs. 99—102).

Cognovit igitur D. huius orationis tractationem in controversiae formam redactam. Sed nihil amplius hinc efficere licet et Gerstenbergius, cum scriberet p. 75: „Hoc scholion etiam praeter Eugraphiana fabulas a rhetoribus secundum orationum formas tractatas esse testimonio est," festinantius ex hoc loco conclusit, omnes omnium fabularum orationes sic iam tractatas fuisse. Quod autem dicit „praeter Eugraphiana" hoc recte se habet, nam quae Eugraphius dedit ad hanc scaenam, quamquam in paucis quodammodo conveniunt (ad 6 et 15 principium, ad 15 et 27 narratio, ad 60 concludit), tamen in reliquis ita discrepant (desunt partitio, confirmatio, reprehensio, conquestio et vide verbosam eius disceptationem ad vs. 27), ut ex Donati fonte haec hausisse non potuerit.

Magistrorum scholia ad h. l. omnino desunt.

Phorm. II 3. 1 (1) In hac scaena, ut rhetoribus placet, veluti quaedam controversia est, quae uno tempore ex utraque parte tractatur, ut si quis dicat, legem esse ne de eadem re bis agatur et item, ut orbam proximus ducat. — Quidam absente patre sub hoc nomine uxorem coactus est ducere; vult illam pater adveniens eicere matrimonio: contra dicitur. — Meminisse autem debemus in omni contentione (scil. huius scaenae) ea maxime dici, quae simplici patri familiae et calumnioso sycophantae improbissimoque parasito poetae congrua visa sunt.

---

minorum", vide supra Cic.), Ad. I 1. 35 (Victorin. p. 203), Eun. I 1. 1 (Iul. Rufinian. p. 44: διαλογισμός cf. Quint.).

Nova his accedunt haec tantum: Andr. II 2. 28 (Victorin. p. 251 „signum"), Ad. II 2. 8 (id. p. 261: „contempto commodo suscipi maius commodum potest, ut Terentianum illud.") et apud Martianum Andr. I 1. 115 sq. „argumentum a contrario", cf. comm. ad h. l. V 4. 31 „exemplum inhonestum". Hec. I 1. 1 „ab iisdem litteris incipientia".

Quae praeterea citantur a Rhet. min. e Terentio sunt figurae verborum et sententiarum, vide p. 48—76 passim.

Igitur rhetorica scaenarum tractatio et sera demum viguit et extra Commentum atque Eugraphium nulla fere sui vestigia reliquit.

Digitized by Google

Postremam observationem cum laude poetae prorsus Donateam esse sentient periti. Quae lineolis inclusi, laxe interposita, referunt titulos controversiarum vulgares notos e Seneca eaque interpolatori tribuenda sunt (cf. mox Eugr. verba). Ceterum hanc controversiam satis celebrem fuisse ideoque, opinor, a Donato per exceptionem commoratam esse, docet Eugraphius, qui ex iisdem fontibus eam sic rettulit p. 510 Kl.:

Haec scaena tenet controversiam talem: Orba proxumo nubat, orbam proxumus ducat. Bis de eadem re actio ne sit. Quidam quasi orbam coactus est ducere absente patre; pater cum redisset vult agi, an illa sit proxima: contra dicitur. Deinde huius scaenae argmentatio nimis ampla interpretatione explicatur.

Haec sunt quae D. tradidit de fontibus rhetoricis.

In reliquis scholiis vere rhetoricis hoc etiam discernendum est, utrum legantur ad scaenarum initia an passim in scaenis. Eugraphii mos, ut ad primum scaenae versum causa explicetur, apud Donatum raro tantum reperitur, semel in Hecyra, Phormione et Adelphis et ter in Andria, nec causam indicavit nisi paucissimis verbis.

Andr. I 3. 1 (1) Hic brevis et comica deliberatio est magna exspectatione populum rerum imminentium commotura, aestuantis Davi consideratione proposita. (2) Persona aut ab altero commendatur aut se ipsam populo commendat aut et ab altero commendatur et a se ipsa, ut hic [1]) Davi èt per Simonem supra descripta est (I 1. 137), ubi dixit „mala mens malus animus" èt hic per se, dum hoc gestu ac sermone agit ac disputat secum.

Alterum scholion memorabile est, quippe unum ex paucis Donati, in quo artis regula citatur [2]), quod sescenties fit a magistris, sed adhibetur regula in usum interpretationis.

Eugraphius aliter, p. 183 Kl.: Haec scaena deliberativae vim tenet, nam territus a domino seniore Davus deliberat, cui obtemperet, an adulescentis animo an imperio senis satis faciat. Cf. ad 4 de partibus deliberativae.

---

1) „Hic" omittendum videtur.

2) Vide etiam infra ad Andr. II 1. 28 et Ad. V 8. 6, ubi tamen non ipsa formula scholiastica citatur ut h. l.

Digitized by Google

I 5. 1 Postquam sub (1) argumentum scaenae exposuit, sub (3) breviter hoc adnotat: Quasi deliberatio est, in qua duae partes sunt, una patris, altera amicae; pro suasore Mysis est.

Eugraphius similia sed multo plura ad 1.

II 3. 1 (1) Haec scaena deliberationem continet Davi et Pamphili.

Eugraphius: Et hoc loco deliberatio est in qua persuasio continetur. Sequuntur alia permulta.

V 3. 1 (1). Hic accusatio est, quae solvitur defensione: in eo quod ad amorem pertinet, per concessionem, in eo quod ad Critonis personam, per coniecturam.

Supra vidimus (p. 131) quantopere Eugraphii adnotatio a Donato discrepet.

Hec. II 1. 1 (1) In hac scaena accusatio socrus est, quae se coniecturaliter defendit, dicens nihil a se factum in perniciem nurus. (3) Conatur Terentius adversus famam bonum socrum reperire et incipit a generali exclamatione, quo vehementior sit eius accusatio, paulatimque ad speciale crimen descendit.

Multum differt quod habet Eugr. ad 1: Haec scaena locum communem tenet in socrum, qui dividitur his partibus, etc. (vide de partibus ad 2, 6, 8). Convenit cum Donato ad 13: hic iam specialis accusatio est, cet., quae verba communem fontem indicare possunt.

Reliqua scholia ad h. l. notatu digna sunt:

(2) Ἐμπαθῶς ab exclamatione coepta scaena est, senex enim est difficilis et iratus.

Primam observationem a Donato sumpsit idem magister, quid ad vs. 8 adscripsit: et haec quae ἐμπαθῶς ab exclamatione coepit, ad misericordiam spectat defendentis oratio.

Altera observatio de sene est ex supervacaneis additamentis, quae odit Donatus.

(4) Accusatio a persona, cui accidit ex sexu et quod socrus est.

Alius denuo magistri rhetorici scholion satis simile Donatei (1). Idem ad vv.: „quae est haec coniuratio" dedit (6): Accusatio a re.

Digitized by Google

(5) Consensio bonae rei est, coniuratio malae, et inde coniuratio Catilinae dicta est.

Differentia h. l. prorsus otiosa est et Philosopho reddenda.

III 3. 1 (1) In hac scaena conquestio est ad deliberationem descendens, an habeat Pamphilus, an excludat uxorem, in qua tota oratio Pamphili ad argumentum spectans amatoria magis quam maritalis est. Nam aliter non perveniretur ad ultimam cognitionem omnium rerum, nisi adolescens furtivum conceptum uxoris et partum aliquanto lenius, quam coniugalis dolor expetit, toleravisset.

Ecce scholium rhetoricum vere Donateum: praemittit pauca de causae genere ut dein oeconomiam scaenae et ipsius fabulae, quantum necesse est, explicet. Prima verba scribendi genus referunt, quod exhibent etiam scholia interpolata (confer e. g. III 2. 1 (1)), sed illa subsistunt in rhetoricis, Donatus numquam.

Eugraphius in scaenae characterem non penetravit, ut Donatus, sed ex rerum superficie haec delibavit ad 1: conquestio est, quod de amore multa sit passus, quod multa viderit, multa audierit, — quae reddunt quodammodo sententiam vs. 2 et 3.

III 5. 1 (1) Facete principium est interrogantis ita, ut sciat quid sibi responsurus sit, quem interrogat. Illaturus est enim argumentum per ἐπαγωγήν.

Scholion interpretativum magis quam rhetoricum cum laude poetae coniunctum. Eugr. aliter.

Adelph. II 3. 1 (1) In hac scaena gratiarum actio est ex persona eius, qui praestitit et eius cui praestitum est, et ex ipsius pretii quantitate.

Haec Donato dari possunt. Sed additamentum, quod sequitur, magistrorum morem refert regulas e ludo citantium: „Nam omne, quod geritur, aut in rebus est aut in personis aut in attributis eorum." Hic lector iam praegustat scholiorum genus interpolatum.

Phorm. II 3. 1 (1) Vide supra p. 141.

Digitized by Google

Post scaenarum versus primos ad reliquos passim haec rhetorica leguntur, quae Donato tribuenda esse censeam:

Andr. II 1. 28 (4) Prima quae maiora sunt petit, postremo quae ex his videntur minima; et hoc arte, ut (Aen. I 69) „incute vim ventis ‹submersasque obrue puppes›", ad postremum (70) „aut age diversos et disice corpora ponto."

Scholia simillima Eugraphii et Servii ad Aen. I 70 supra (p. 136) citavi et suspicatus sum, illum hunc potius imitatum esse quam Donatum et Servium invenisse hanc artis praescriptionem in Donati comm. Vergilianis. Donatus ipse eam cognovit ex disciplinae rhetoricae capite de argumentorum oeconomia et ordine [1]), eamque applicuit, credo, ad locum Vergilianum, unde transiit in Serv. et Eugr.

Eun. I 2. 18 (1) Oratorie ac facete additum „misera". (2) Et cum illa a derivatione causae argumentaretur, mire a Parmenone correpta est, verisimile non esse, ut quem quis amat eundem possit excludere.

Rhetorica operam praebet interpretationi. Eugr. longe alia.

Ad. V 8. 6 Incipit a persuasione sed latenter, ita ut ea, quae proposito consilio dicenda erant, ante demonstrarit, quam dicat, quid fieri velit. Et hoc semper fit ab oratoribus in iis rebus, a quibus incipere non oportet propter turpitudinem aut incommoditatem rei, quae persuadenda. Considera adeo Verg., ubi persuadet Iris matribus, ut naves suas incendant et invenias hoc ipsum consilium ultimum poni post argumenta quam plurima (Aen. V 606).

Scholion Donati rhetoricum omnium disertissimum, in quo Vergilii exemplum ita refert, ut hoc primus invenisse videatur. Servius de hac re tacuit et Eugr. multum differt, nisi quod vs. 13 persuasionem nominet. Regula a Donato allata denuo pertinet ad caput de oeconomia et ordine (*τάξις*), cf. supra ad Andr. II 1. 28 et antea (p. 138) ad Andr. II 2. 2.

---

1) Vide Volkmann, die Rhetorik d. G. u. R. p, 364 sqq. Cf. infra Ad. V 8. 6.

Digitized by Google

Ceterum magister huic scholio adnexuit hoc: et initium a possibili, nam dicit: huius uxoris est mater.

In Hecyra et Phormione nullum scholium vere rhetoricum repperi, quod Donato certo tribuendum sit.

Scholia rhetorica incerta Donati postea recensebo.

b. Scholia semi-rhetorica.

Composui scholia Donati quae iusto nomine rhetorica appellari possint, licet in his quoque rhetorica plerumque tantum adiutrix sit artis interpretandi. In omni scholiorum numero (circiter duo millia) illorum numerus (quatuordecim) valde est exiguus. Multo frequentiora sunt ea Donati scholia, quae colorem quidem aliquem rhetoricum hic illic ostendunt, sed tamen e maxima parte ad genus interpretatorium pertinent, ita ut saepe vix distingui possint ab iis, quae ad fabularum, scaenarum, personarum, verborum oeconomiam spectant.

Haec omnia referre longum est nec necessarium satiusque erit notabiliora describere et reliquorum locos designare.

Andria I 1. 8 (1) Commendatio personae quam [1]) servi, ne contra filium levi servo aliquid committi indecore videatur.

Eugr. praeter multa alia haec habet: Ne quid turpe dominus adversus filium servo mandare videatur.

35 (1) Latens argumentum, quare filius ad meretrices commeasse errans pater non ad corruptelam filii, sed ad obsequium amicorum traxerit.

Explicantur his quatuor versus seqq. Eugr. nihil.

I 5. 49 (2) Ex tempore probavit locutam vera esse et non ficta et simulata: nam qui sani sunt spe longioris vitae adulantur, Verg. (X 782). Idem rhetor aliquis sic expressit in (3): Affectus a tempore, quod postrema vox est.

II 2. 30 (1) Ille (Pamphilus) opinionem accommodat tantum,

1) Tametsi comparationis forma decurtata etiam Donato usurpata fuit (III 2. 4 (1), 25 (2) al.), tamen haec sententia eam non admittit et locus corruptus videtur. Temptavi: personae tam quam servi, vel: tam suae quam servi.

Digitized by Google

hic (Davus) multum attribuit coniecturis. (2) Quoniam argumenta sunt ex coniectura „opinor" dixit: nam contra opinionem certa res est. — Quae autem opinamur, putamus; quae putamus, incerta sunt.

Scholion (1) falsum est, etenim Pamph., cum dixerit „opinor", multum attribuit coniecturis, non Davus, qui reprehendit illud „opinor". Hoc sensit Eugraphius (p. 192 vs. 21): Coniecturam perspiciens „opinor" dixit; id Davus, quasi iam collecta sit veritas, indignatus negat dici debuisse [1]). Simile aliquid breviter Donatus indicavit in (2), dummodo postrema verba inepta: „Quae ... inserta sunt", non huic attribuas, sed interpolatori, quem suspicor esse Philosophum.

IV 1. 1 (4) A generalitate incipit, ut Cicero: Quam facile serpat iniuria e. q. s. (Verr. II 53). Exemplum valde appositum Donatum indicat auctorem. Eugr. (p. 201 vs. 26 sqq.) multus est de accusatione a generalitate incohanda, sed alio fonte usus est citans Divin. in Caec. 27.

V 3. 11 (1) Initium defensionis et deploratio calamitatis et miseriae, qua in amorem culpam removet a voluntate sua, cum pater, quod amat filius, vitium mentis dicat esse, non impulsum dei.

Vide quae de hoc Donati scholiorum specimine supra dixi p. 132.

12. Obiurgatio est, quod dictum est „olim"; confirmationem autem per repetitionem ostendit, ut ille: „Divum inclementia, divum" (Verg. II 602).

Exemplum Verg. auctorem indicat. Eugr. nihil.

4. 10 (1) Vide oratorie agi: ut gravius Critonem accuset, Simo nunc defendit filium, quem iamdudum increpuerat.

„Vide" semper denotat aliquam laudem Terenti, quam Donatus libenter praedicat.

---

1) In his aliisque scholiis Eugraphii rerum, non formae ac verborum, similitudo fortasse ad communem fontem revocanda est.

Digitized by Google

Eiusdem generis in Andria sunt praeterea haec: I 1. 121 (3), 5. 47 (2). IV 4. 30 (2), 32 (3), 5. 9 (4). Ad hos ll. Eugr. nihil.

Eunuchus I 2. 10 (3) Alia dissimulatio et durior post admonitionem.

Id illustratur scholio 8 (1): Plenus admirationis est nec accusationi nec satisfactioni locum reliquisse meretricem callide dissimulata iniuria. Utrumque vix rhetoricum videtur, sed confer Eug. p. 410 vs. 15.

Aliud certum Donati ad Eunuchum non invenitur.

Adelphi I 1. 28 Veniam addidit statim peccata ab adulescentibus ad aetatem removendo. Et vide quam breviter, quam pudice, quam ignoscenter locutus est.

Color rhetoricus latet in voce „removendo", pro quo ludi magister posuisset „remotionem criminis", sed ab horum formulis adhorret Donatus. In fine denuo laudatur Terentius [1]). Eugr. nihil.

2. 4 (3) Magno ordine accusavit: non, inquit, pudore monetur patrum, non metu parentum, non timore legum. Ergo gradatim αὔξησις oratoria processit.

C. l. T. Postrema sententia addita est a magistro A per ergo. (Cf. Mnem. 32 p. 287 sqq.). Eugr. nihil.

8 (1) Haec singula magna cum vociferatione inferenda sunt, stomachatur enim adversus male interrogantem [2]).

(2) Totum quidem unum crimen est: rapuit meretricem; sed vide qua pompa, qua vociferatione dilatetur accusatio Demeae de moribus Aeschinis nihil nisi inania referentis.

---

1) In sequentibus hoc indicabo litteris c. l. T., h. e. continet laudem Terentii, vel cum laude T.

2) Scholia Donati et interpolatorum interdum satis similia esse neminem praeteriit, sed tamen in ingenti scholiorum numero non tam frequentia ea sunt, ut inde cum viris doctis certos quosdam et adsiduos genuini quondam Commenti excerptores exstitisse concludendum sit. In scholiis rhetor., quae numerum fere explent CCCL, praeter hunc locum aliquam similitudinem repperi tantum in Ad. I 2. 4 (1) (2), 69 (1) (2). Pho. I 1. 1 (1) (3), II 1. 40 (1) (2)?, II 4. 18 cl. 13, et Philosophum imitatorem in Ad. I 2. 69, IV 5. 51.

Digitized by Google

(2) Donati est c. l. T., quem magister in (1) per compendium reddere voluit, sed perperam, nam Demea non incita voce loquitur quia stomachetur adversus Micionem, verum rerum quas narrat indignatione. Eugr. nihil.

II 1. 2 (1) Vide quam posteriora vehementiora sint ad incendendum populum: primo „miserum", post „innocentem", ad ultimum „inopem" posuit — et primo „ferte auxilium", post „subvenite". — Et totum hoc principium a benevolentia sumitur, quae comparatur ex invidia potentiae Aeschini, nam contraria (scil. miseriae, innocentiae, inopiae) in Aeschino esse vult intelligi.

Haec omnia Donati sunt praeter ridiculam, quam indicavi, interpolationem. Eugr. nihil.

III 4. 12 (1) Post alia Donatus sic pergit:

Haec autem omnia magnam vim habent, si per singulas partes orationis considerentur, ad commovendum precibus Hegionem.

Haec verba magister supplevit indicans argumentorum locos hunc in modum: Et „tu es patronus" ab honesto, „tu es parens" a iusto. Eugr. nihil.

III 4. 35 (1) Oratorie futurum testem et indicem laudat, sed ne improbe facere videatur, parcius id facit, non enim dixit „bonus et sollers", sed quod in servo sufficit, „non malus neque iners".

Quae dein adiunguntur ad oeconomiam fabulae pertinent.

(2) Duas hic res docet, et unde hae vivant, quod testimonium pudicitiae est, et gravem testem posse esse Getam.

Color rhetoricus, prudens testium laudatio et pudicitiae probatio, fere latet in sermone urbano et simplici. Eugr. nihil.

IV 3. 7. Servavit τὸ πρέπον adiciendo „una mecum eas", quippe ad incognitam matrem familias.

C. l. T. Eugr. nihil.

V 3. 20 In duas partes dividitur tota persuasio, nihil pas-

Digitized by Google

surum Demeam damni (vs. 20—34), nihil corruptelae (35-fin.).

Ad vs. 63 etiam Micio a Donato „suasor" appellatur, idemque ad 64 „suadet". Eugr. nihil.

9. 39. Haec quidem permissio est, sed et exceptionem in se continet et cum stomacho et velut minaci denuntiatione profertur.

Eugraphium de nullo horum locorum aliquid invenisse quod rhetorice illustraret, probat quantopere Donati adhibendae artis ratio ab illius ratione remota fuerit.

Phormio II 1. 45 (1) Potentior facta sententia et τῇ ἐρωτήσει; et oratorie: „nostrane culpa an iudicum?": duplex μετάθεσις, altera in accusatorem, altera in iudices; et bene suam miscuit personam (scil. cum dixit „nostrane" pro „Antiphonis culpa"), ut reum sublevet et suo (loquentis Phaedriae) merito et multitudine reorum.

Acuta observatio ad accuratam orationis Terentianae elegantiam monstrandam. C. l. T.

Sequitur autem alterum scholion: (2) Mire assurrexit in fiduciam defensoris, nam cum supra de Antiphone dixerit, nunc intulit „nostra".

Nemo non videt postremam sententiam id ipsum continere, quod Donatus in (1) expressit verbis „bene suam miscuit personam", quocirca (2) a Donato abiudicandum est.

51 (2) Oratorie crimen, quod obiectum est, non purgavit modo, sed etiam ad laudem convertit, quod rhetores περίστασιν dicunt. Et hoc de Apollodoro.

(3) Derivatio causa et est venialis status.

(4) Ingeniose non negavit hoc crimen, occasionem laudis de confessione sumpturus.

In (2) et (4) aliis verbis idem dicitur. Donato dandum censeo (4) [1]), eidemque debetur Apollodori mentio. Reliqua in (2) periphrasin continent scholii Donatei, cuius auctor tamen voca-

1) Forma scholii etiam Donatea est, cf. infra 4. 13 (1): „artificiose ... reprehensurus".

Digitized by Google

bulum περίστασιν (h. e. circumstantia, incidentia, cf. l.l. apud Volkm. p. 36) perperam usurpavit, nisi corruptum est.

(3) adnotatio est magistri in usum discipulorum.

Eugr. ad vs. 1 et 53 commemorat venialem statum.

63 (3) Et iam hoc perdidit senex, quod videbatur validum ad excusationem: ita gradatim illa singula subducuntur et accusationis impetus evanescit.

Eugr. ad 65 quaedam senis argumenta enumerat.

3. 10 (1) Communis locus in avaritiae generalitate approbatior, facilius enim hoc de omnibus quam de Demiphone credatur, — et ideo „ignoratur" dixit et „neglegitur", non „ignorat" nec „negligit" Demipho.

Philosophi additamentum facile agnoscitur. Eugr. nihil.

4. 13 (1) Artificiose personam defendit sententiam reprehensurus, ne, si inimicus sit, adimat auctoritatem sententiae suae. C. l. T.

Eugr. alia adnotavit de eadem sententia.

Vide praeterea II 1. 8 s. l. T., 3. 5 (2) c. l. T., 64 (1).

Hecyra I 2. 66. Magno compendio usus est non ostendens, cur hoc falsum sit, quod putet meretrix, sed cur hoc putet. Ita ex eius persona totum refellitur, quod obicit. C. l. T.

II 1. 40. Bene infirmavit defensionem senex dicendo: Si propter matrem abiit, cur tu exclusa es cum venires?

41. Infirmius defenditur socrus, ut error senis usque ad καταστροφὴν perseverat.

Scholion utrumque pertinet ad oeconomiam fabulae.

III 3. 1 (3) Hoc principium magna διαπορήσει oneratur, ut ostendantur aerumnae et multae et graves. Ut supra.

22 (1) A nomine et blandimento, mira, quia secreta confitetur, ut Verg.: Anna, fatebor enim, miseri post f. S. (IV 20): a principio idem elaboravit, ut adversus pudorem conscientia et voce et confessione duraret.

Elegans comparatio cum l. T. et Vergilii.

Digitized by Google

45 (1) Bene propensior in affectum est, ut verisimile fiat potuisse reticere. C. l. T.

Vide etiam 23 (5) (6), 27 (1), 31 (1). C. l. T.

III 5. 30. Bene tamquam ex deliberatione colligit, quod facturus est. C. l. T.

IV 1. 24 (2) Non in hoc est accusatio, quod haec locuta sit, sed argumentum est, quod celare voluerit partum, quae hoc olim dixerit.

26. Bene pergit quia taciturnitas pro confessione accepta est.

Plura huiusmodi scholia sunt in hac scaena et vulgo c. l. T.: 28 (2), 33 (1), 39 (1), 45.

IV 2. 1 (2) Vero ordine a purgatione sui incipit mater abitura, ne, quod discedit, iracundiae videatur. C. l. T.

3. 13 (1) Supra in personam socrus culpam iratus contulerat discordiae, nunc et uxori placatus et nurui parcens odiorum causam a personis transtulit ad aetates, sed ita tamen, ut magis iuniores accusaret et de adulescentibus questus commiseretur senex.

Luculentum denuo exemplum scholii interpretatorii, ubi rhetorica ratio latet in verbis „causam a. p. tr. ad aet.", quod rhetores vocant criminis vel causae translationem.

IV 4. 1 (3) Recte; nam et amicos incusamus leniter incipientes et graviora inferentes: hanc ergo partus causa leniter incusat, deinde, confirmat inferendo „graviter quidem", et statim causam subiungit, cur quidem ei irascatur. C. l. T.

V 1. 6. Ipsum prooemium mollius et lenius est, ut ostendat se non iurgaturum senex. C. l. T.

34 (1) Bona exceptio; hoc enim et cavere nobis et praestare aliis possumus. (3) Et hoc artificiose Ter., ne vel meretricem dure a Pamphilo segregaret. C. l. T.

Digitized by Google

His omnibus scholiis nullum in Eugraphianis respondet.

Dedi scholia quae sine ulla dubitatione Donato vindicanda esse censeo. Sunt numero LXIII. Ex his XIII rhetorica sunt, L rhetorice coloratas interpretationes continent. Omnia exarata sunt eodem stilo quo reliqua eius scholia, et nusquam exhibent scholasticam dicendi ac docendi rationem per formulas [1]). Cum Eugraphio nullam similitudinem deprehendimus praeter Andr. II 1. 28. Hec. II 1. 1 [2]).

Supersunt tamen aliquot scholia quae num Donato an interpolatoribus debeantur, certius iudicari demum poterit cum illorum commenta cognoverimus. De his igitur nunc agendum.

(*Continuabuntur*).

1) E sermone rhetorico haec vocabula a Donato sumpta sunt:
Deliberatio: Andr. I 3. 1, 5. 1. II 3. 1. Hoc III 3. 1.
Controversia: Pho. II 3. 1. Eun. I 2. 64, ubi etiam occurrunt partitio, reprehensio, conquestio.
derivatio causae: Eun. I 2. 18.
coniecturaliter: Hec. III 5. 1.
concessio: And. V 3. 1.
argumentum per *ἐπαγωγήν*: Hec. III 5. 1.
Praeterea haec vocabula: accusatio, obiurgatio, principium, persuasio, sim.
2) Infra accedet etiam Pho. II 4. 18 (1).

ΤΠΟΣΤΑΥΡΟΥΝ.

Qui ita equitat ut suus cursus alienum oblique secet, is *ὑτελαύνειν* dicitur: cf. Xen. Anab. I. 8. 15, ubi perversum illud *τελάσας* ab editoribus prudentibus optimo iure semper spretum esse denuo nuper ostendit Pantasides. Item qui ita murum aut vallum in obliquum ducit ut alterum murum aut vallum impediat quominus producatur, is *ὑποτειχίζει* aut *ὑποσταυροῖ*. At hercle, dixerit quispiam, istud *ὑποσταυροῦν* nusquam apud scriptores graecos apparet. Fateor, ut quidem nunc se habent libri; sed reddendum est Thucydidi 6. 101, ubi scribendum esse censeo *καὶ οἱ Συρακόσιοι ἐν τούτωι ἐξελθόντες καὶ αὐτοὶ ὑπεσταύρουν* [1]) *αὖθις ἀρξάμενοι ἀπὸ τῆς πόλεως διὰ μέσου τοῦ ἕλους, καὶ τάφρον ἅμα παρώρυσσον, ὅπως μὴ οἷόν τε ἦι τοῖς Ἀθηναίοις μέχρι τῆς θαλάσσης ἀποτειχίσαι.*

Novi Eboraci. MORTIMER LAMSON EARLE.

1) Codd. *ἀπεσταύρουν*.

Digitized by Google

Notus et ab Antonino in deliciis habitus est praeclarus ille de beneficiis locus: quemadmodum omne animal natura fertur ad certum quoddam opus et officium peragendum, sic homini, scilicet animali sociali, ζῴῳ κοινωνικῷ, proprium esse beneficia edere; quae res cum sit plane ex natura humana, in se ipsa, sicuti reliquae naturales actiones, suum habere finem debet, neve quid ultra quaerat aut exspectet.

Locum autem hunc et alibi expressit noster et l. IX. 42 in fine hisce verbis attigisse videtur: „Μάλιστα δέ, ὅταν ὡς ἀπίστῳ, ἢ ἀχαρίστῳ μέμφῃ, εἰς σεαυτὸν ἐπιστρέφου. Προδήλως γὰρ σὸν τὸ ἁμάρτημα, εἴτε περὶ τοῦ τοιαύτην διάθεσιν ἔχοντος ἐπίστευσας, ὅτι τὴν πίστιν φυλάξει, εἴτε τὴν χάριν δίδους, μὴ καταληκτικῶς ἔδωκας, μηδὲ ὥστε ἐξ αὐτῆς τῆς σῆς πράξεως εὐθὺς ἀπειληφέναι πάντα τὸν καρπόν. Τί γὰρ πλέον θέλεις εὖ ποιήσας ἄνθρωπον; οὐκ ἀρκεῖ τούτῳ, ὅτι κατὰ φύσιν τὴν σήν τι ἔπραξας, ἀλλὰ τούτου μισθὸν ζητεῖς; ὡς εἰ ὁ ὀφθαλμὸς ἀμοιβὴν ἀπῄτει, ὅτι βλέπει, ἢ οἱ πόδες, ὅτι βαδίζουσιν." κ. τ. ἑ.

Iam si iure haec verba ad locum illum de beneficiis rettulimus, sponte patet non recte se habere obiectum illud ἄνθρωπον; neque enim id agitur, in quem beneficia conferantur, sed quis sit ille, qui conferat, utrum sit homo, cui τὸ beneficia reddere naturale quoddam est officium, necne; ut verbo dicam, in subiecto neque in obiecto τοῦ beneficia conferre versatur omnis vis ac robur ratiocinandi. Itaque recte noster l. V. 6 haec exhibet: „Ὁ δέ τις τρόπον τινὰ οὐδὲ οἶδεν, ὁ πεποίηκεν· ἀλλὰ ὅμοιός ἐστιν ἀμπέλῳ βότρυν ἐνεγκούσῃ, καὶ μηδὲν ἄλλο προσεπιζητούσῃ, μετὰ τὸ ἅπαξ τὸν ἴδιον καρπὸν ἐνηνοχέναι, ὡς ἵππος δραμών, κύων ἰχνεύσας, μέλισσα μέλι ποιήσασα. Ἄνθρωπος δ' εὖ ποιήσας, οὐκ ἐπιβοᾶται, ἀλλὰ μεταβαίνει ἐφ' ἕτερον, ὡς ἄμπελος ἐπὶ τὸ πάλιν ἐν τῇ ὥρᾳ τὸν βότρυν ἐνεγκεῖν." κ. τ. ἑ., quibus verbis comparatis apparet etiam in loco prius allato nominativum ἄνθρωπος leni emendatione restituendum esse, quo facto omnia recte procedunt.

Ac fuit, cum ne hic quidem subsistendum esse putarem et in corrigendo ulterius progredi cuperem. Etenim nata mihi erat

Digitized by Google

suspicio, in verbis illis satis acribus et animi commoti manifesta indicia prae se ferentibus desiderari vocativum illum emphaticum, et aliunde et ex Antonino notissimum, qui est ἄνθρωπε [1]), quo recepto et ratiocinium integrum servari et singularem quandam vim et vitam toti loco affiari animadverteram. Quid quod sic demum locus revera Antonini stylum et indolem referre mihi videbatur. Qui auctor in libris ad se scriptis saepius se ipse interpellat et stylo concitatiore secum sermocinatur; immo singulare illud, quod in his libellis inest, delenimentum eo ipso efficitur, quod non tam Stoicum illum perfectum philosophum referunt, cui, utpote ex vita communi exuli et extorri, totum se disciplinae dare eiusque institutis et praeceptis exsequendis incumbere per otium licuit, quam hominem inter homines, egregia sane indole praeditum simul et optimae doctrinae addictum, sed tamen in mediis rebus gerendis, in mediis vitae vicissitudinibus luctantem, fluctuantem, ad meliora sese confirmantem. — Talia quaedam igitur etiam loco allato desiderari mihi persuaseram, itaque omnino vocativum illum ἄνθρωπε restituendum esse censueram.

Iam, quod attinet ad hanc ulteriorem coniecturam, equidem eam nimis urguere nolim, videant peritiores; ne tamen prorsus inepte haec protulisse videar, liceat ex eodem libro IX, styli illius abrupti et concitatioris unum et alterum afferre exemplum, quod interpretes fugisse videtur. C. 29 tali modo instituitur: „Χειμάρρους ἡ τῶν ὅλων αἰτία· πάντα φέρει. Ὡς εὐτελῆ δὲ καὶ τὰ πολιτικὰ ταῦτα, καί, ὡς οἴεται, φιλοσόφως πρακτικὰ ἀνθρώπια! μυξῶν μεστά. Ἄνθρωπε, τί ποτε; Ποίησον, ὃ νῦν ἡ Φύσις ἀπαιτεῖ." κ. τ. ἑ. Agnoscis nostrum in prioribus verbis animum despondentem et se aliosque acerbe deridentem, at subito cum indignatione sese interpellantem et fortiter se admonentem. Itaque locus paullo clarius distinguendus erat et, quemadmodum talia a Stichio indicari solent, sic edendus ..... μυξῶν μεστά. — Ἄνθρωπε, τί ποτε; κ. τ. ἑ.

Secundus, quem volo, locus legitur c. 37. „Ἄλις τοῦ ἀθλίου βίου, καὶ γογγυσμοῦ, καὶ πιθηκισμοῦ. Τί ταράσσῃ; τί τούτων καινόν; τί σε ἐξίστησι; τὸ αἴτιον; ἴδε αὐτό." κ. τ. ἑ. Etiam hic

1) Vocativus ἄνθρωπε, etsi, ut res ipsa indicat, plerumque sententiam inchoat, tamen haud raro in fine periodi apparet. Cf. XI. 15. Τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; et passim apud Epictetum.

Digitized by Google

auctorem deprehendimus, dum se ipsum desperantem interpellat atque consolatur, itaque et hic lectori consulendum erat distinguendo: *Ἄλις τοῦ ἀθλίου βίου, καὶ γογγυσμοῦ, καὶ πιθηκισμοῦ. — — Τί ταράσσῃ; κ. τ. ἑ.* J. H. LEOPOLD.

TO $\overline{\text{T}}$ ATTIKON ANTI CIΓMATOC.

ad scholia Aristophanis.

Alterius Pacis quae dicuntur vestigia fallacia dum post alios persequor, incidi in scholion, quod Nubium versui 699

„οἵαν δίκην τοῖς κόρεσι δώσω τήμερον"

in codicibus Veneto et Ravennate legitur adscriptum [1]):

τήμερον] *ἀντὶ τοῦ σήμερον. καὶ τήμερος ὁ σημερινός. καί ἐστι τεταγμένον ἐπὶ σώματος. τὸ δὲ τήμερον ἐπὶ χρόνου λέγεται καὶ ἐν τῇ Εἰρήνῃ· „ἰὼ Λακεδαῖμον, τί ἆρα* [2]*) πείσῃ τήμερα;" ἀντὶ τοῦ σημερινή.*

Ante omnia hic deleatur scioli observatio *„καὶ τήμερος ὁ σημερινός,"* quam pepererunt scholii verba ultima. Dein pro *τήμερα* scribendum esse *τήμερον* multi dixerunt. Quod vitium quomodo sit natum luculenter docet codex V, in quo utrum *τήμερ̃* sit exaratum an *τήμεῤ* sive lectioni vitiosae *τήμεῤ* (= *τήμερος*) adscripta vera ` (= *-ον*), dicant oculatiores quam sum equidem.

Multo gravior dein corrigendus est error, immo dudum correctus. Nam versum qui e *Pace* affertur revera in *Holcadibus* lectum fuisse aliunde [3]) constat.

Quid vero sibi vult mirificum illud: *„καί ἐστι τεταγμένον ἐπὶ σώματος"*? — Ludicrum huc irrepsit vitium, quod inde a primo scholiorum editore Musuro multis imposuit. Dederat grammaticus: *„καί ἐστι τὸ* $\overline{\tau}$ *ἀττικὸν ἀντὶ σίγματος"*, quemadmodum in Etymologico M. 710, 44 legimus: *„οἱ δὲ Ἀττικοὶ τὸ σῶ τῶ λέγουσιν, ὡς σήμερον τήμερον"*. Litterae TOTATτικON perperam lectae sunt TΘTAΓμενON.

Sic igitur scribatur scholion in quo emendando versamur:

τήμερον] *ἀντὶ τοῦ σήμερον. καί ἐστι τὸ* $\overline{\tau}$ *ἀττικὸν ἀντὶ σίγματος. τὸ δὲ τήμερον ἐπὶ χρόνου λέγεται καὶ ἐν Εἰρήνῃ· „ἰὼ <Πρασιαὶ ... ὡς ἀπολεῖσθε τήμερον"* [4]*) καὶ ἐν Ὀλκάσι· „ἰὼ> Λακεδαῖμον, τί ἆρα πείσει τήμερον;" ἀντὶ τοῦ σημερινή.*

V. L.

1) E scholiis Aristophaneis migravit in lexicon Suidae.
2) Voculam *ἆρα* omittit V.
3) Ex Herodiano in scholiis ad Homeri Γ 182
4) Pac. 243.

Digitized by Google

ADNOTATIONES CRITICAE

AD

ANTIPHONTIS AESCHINIS HYPERIDIS DINARCHI ORATIONES.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

I. Antiphon.

ΚΑΤΗΓΟΡΙΑ ΦΑΡΜΑΚΕΙΑΣ.

§ 3: *ἐὰν ἀποδείξω τὴν τούτων μητέρα Φονέα οὖσαν τοῦ ἡμετέρου πατρός*. Quod unusquisque videt, nomen *Φονεύς* hic feminino genere usurpatum est, nec tamen minus § 10: *μετέρχομαι τὸν Φονέα τοῦ πατρὸς* et § 11: *ἀπηγγέλθη ὅτι ἐπεξίοιμι τοῦ πατρὸς τὸν Φονέα*, non articulus corrigendus erit, sed cum Hartmanno scribendum: *τὸν Φόνον*. Alia ratio § 20: *ἐπειδὴ ἀπέσπεισαν, τὸν ἑαυτῶν Φονέα μεταχειριζόμενοι ἐκπίνουσιν ὑςάτην πόσιν*, ubi fieri potest ut verior scriptura sit: *συνεκπίνουσιν*, sed reliqua non sunt sollicitanda. Sicuti recte scribit Herwerdenus *Mnem.* 1883 p. 206, orator *ποιητικώτερον* hoc loco *τὸν ἑαυτῶν Φονέα* dixit *letiferum poculum*, quod ut comprobet affert Sophoclem in Aiace vs. 1026. Sed multis annis ante iam hoc viderat Bakius in *Schol. Hypomn.* I p. 212.

§ 11: *ἐγὼ γάρ εἰμι τοῦτο μέν, ὁ θέλων αὐτὸς βασανιςὴς γενέσθαι, τοῦτο δὲ τούτους αὐτοὺς κελεύων βασανίσαι ἀντ' ἐμοῦ*.

Digitized by Google

Haec verba planissime hominis sunt sibi ipsi contradicentis: simul se velle dicit et nolle. Correctio perfacilis est: *ὀφείλων αὐτὸς βασανιστὴς γενέσθαι*. In Ionia, veluti apud Herodotum, indeque etiam in vetere Atthide *ὀφείλειν* verbum paulo crebrius usurpatum fuit quam postea.

§ 17: *ταῖς Κλυταιμήστρας [τῆς τούτου μητρὸς] ὑποθήκαις*. Egerunt de hoc loco Cobetus *Mnem.* 1880 p. 276 et Herwerdenus *Mnem.* 1883 p. 205; sed, quod miror, neuter animadvertit insiticia esse verba quae uncinis inclusi. Accusator novercam Clytaemestram appellavit: talia unusquisque statim intelligebat, cf. Andocid. Myster. § 129, et Quadrantaria Clytaemestra a Coelio dicta fuit.

§ 19: *πλέον δίδωσι τῷ Φιλονέῳ, ὡς, εἰ δοίη πλέον, μᾶλλον Φιλησομένη ὑπὸ τοῦ Φιλόνεω*. Tria postrema verba Herwerdenus eiecit *Mnem.* 1881 p. 203; mihi magis displicet quod inutiliter adscriptum est: *εἰ δοίη πλέον*.

§ 26: *ἡ δὲ πέμψασα τὸ φάρμακον καὶ κελεύσασα ἐκείνῳ δοῦναι πιεῖν ἀπέκτεινεν ἡμῶν τὸν πατέρα*. Num Philoneus amici uxorem invitarat ad epulas, quas in Piraeo pararat? Qui rem obiter considerat, affirmabit propter § 17: *ἔδοξεν οὖν αὐτῇ* (Philonei concubinae) *βουλευομένῃ βέλτιον εἶναι μετὰ δεῖπνον δοῦναι, ταῖς τῆς Κλυταιμήστρας ὑποθήκαις ἅμα διακονοῦσαν*, quae verba satis aperta esse dixeris, etiamsi nemo hucusque duo postrema vocabula expedire potuerit. Convenit quoque quod in Orationis Argumento legitur: *δεδώκασιν ἀμφοτέροις τὸ φάρμακον ἐν πώματι*. Verum quae § 17 verba praecedunt: *ἡ οὖν παλλακὴ τοῦ Φιλόνεω ἠκολούθει τῆς θυσίας ἕνεκα*, quum de una negare videatur qui affirmet de altera, malo credere scelestam novercam ad coenam non fuisse adhibitam. Nec tamen propterea crediderim eam concubinae *misisse* venenum, quod multo tutius per manus tradi poterat. Hinc si in mendo cubat participium *πέμψασα*, proclivis suspicio est reponendum esse *πέψασα*. Ipsa suis manibus potionem letiferam confecerat. Unum fateor obstat: *Φάρμακον ἕψειν* magis dicitur quam *πέσσειν*. Hinc aliis fortasse *τρίψασα* magis placebit.

Digitized by Google

§ 28: θαυμάζω δ' ἔγωγε τῆς τόλμης τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τῆς διανοίας. Reiskius ἀνοίας coniecit, Jernstedtius ἀναιδείας· facilius fortasse corriges ἀπονοίας.

§ 31: οἶμαι δὲ τοῖς θεοῖς κάτω μέλειν οἳ ἠδίκηνται. Lege: οἵ' ἠδίκηνται.

ΤΕΤΡΑΛΟΓΙΑΙ.

Α. δ. 8: ἡ δὲ νὺξ οὐκ ἄσημος· τοῖς γὰρ Διιπολείοις ὁ ἀνὴρ ἀπέθανε. Imo: οὐκ ἀσέληνος, nam haec sacra celebrantur ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Σκιροφοριῶνος μηνός, h. e. tempore plenilunii, cf. Anecd. Bk. p. 238. 21.

Γ. γ. 2: τοὺς μὲν γὰρ (scil. νεωτέρους) ἥ τε μεγαλοφροσύνη τοῦ γένους ἥ τε ἀκμὴ τῆς ῥώμης ἥ τ' ἀπειρία τῆς μέθης ἐπαίρει τῷ θυμῷ χαρίζεσθαι. Magis arguitur ἡ ἀμετρία τῆς μέθης, cui in senibus opponitur ἡ ἐμπειρία τῶν παροινουμένων.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΗΡΩΙΔΟΥ ΦΟΝΟΥ.

§ 5: οὐ γὰρ δίκαιον οὔτ' ἔργῳ ἁμαρτόντα διὰ ῥήματα σωθῆναι, οὔτ' ἔργῳ ὀρθῶς πράξαντα διὰ ῥήματα ἀπολέσθαι. Stobaeus qui locum laudavit scripsit ῥήματι σωθῆναι et διὰ ῥῆμα ἀπολέσθαι itaque utrobique reponendum est διὰ ῥήμά τι.

§ 10: τίμησίν μοι ἐποίησαν, ἀνταποθανεῖν τοῦ νόμου κειμένου τὸν ἀποκτείναντα. Quantum comperi, magis dicitur τίμησιν ποιεῖσθαι, unde ἐποιήσαντο legere malim, quo facto ἀνταποθανεῖν ultro fiet ἀποθανεῖν.

§ 17: ἔτι δὲ μάλ' ἐδέθην παρανομώτατα ἁπάντων ἀνθρώπων. Hic omnes propemodum interpretes haeserunt. Reiskius inserere voluit μάλ' οἰκτρῶς, ἀδίκως vel ὠμῶς. Cobetus *Mnem.* 1880 p. 280 scribit latere aliquid vitii, sed nihil se extundere. Sequenti anno, *Mnem.* 1881 p. 205, Herwerdenus in hanc fere sententiam locum resarcire voluit: ἔτι δὲ μᾶλ(λον τοῦτ' ἀνιῶμαι ὅτι) ἐδέθην. Deinde Hartmannus in *Studiis Antiphonteis* p. 10, qui Herwerdeni assensum extorsit *Mnem.* 1883 p. 209, traditae

Digitized by Google

lectionis patrocinium suscepit. Nam primum docta sane disputatione evincere conatur, „semper ubi saepius idem vocabulum usurpetur, vel alio modo aliqua iteratio vel enumeratio significetur, particulam μάλα addi solere." Sed prae ceteris confidit duobus Aristophanis locis: alter est in Pace vs. 50:

ἐγὼ δὲ τὸν λόγον γε τοῖσι παιδίοις
καὶ τοῖσιν ἀνδρίοισι καὶ τοῖς ἀνδράσιν
καὶ τοῖς ὑπερτάτοισιν ἀνδράσιν Φράσω
καὶ τοῖς ὑπερηνορέουσιν ἔτι τούτοις μάλα.

Alter in Ranis vs. 860:

ἕτοιμός εἰμ' ἔγωγε κοὐκ ἀναδύομαι
δάκνειν δάκνεσθαι πρότερος εἰ τούτῳ δοκεῖ
τἄπη τὰ μέλη τὰ νεῦρα τῆς τραγῳδίας.
καὶ νὴ Δία τὸν Πηλέα γε καὶ τὸν Αἴολον
καὶ τὸν Μελέαγρον κἄτι μάλα τὸν Τήλεφον.

Etenim Hartmannus pergit sic: „ubi κἄτι μάλα significat fere „quin etiam"; quod si κάτι μάλα significare potest, quidni nostro quoque reo in enumeratione iniuriarum quibus affectus est, dicere licet ἔτι δὲ μάλα ἐδέθην: „quin etiam in vincula me coniecerunt"? Docte haec disputata sunt, quibus fortasse acquiescendum ducerem, si de emendatione desperarem; sed iam pridem sese mihi obtulit lenissima correctio: ἔτι δ' εὖ μάλα ἐδέθην. Illud εὖ μάλα vel μάλ' εὖ inde ab Homero apud omnes frequenter legitur: Odyss. χ 190:

σύν τε πόδας χεῖράς τε δίδεν θυμαλγέϊ δεσμῷ
εὖ μάλ' ἀποσρέψαντε διαμπερές.

item ψ 175, alibi. Quocirca Iliad. Σ 254:

ἀμφὶ μάλα Φράζεσθε, Φίλοι· κέλομαι γὰρ ἔγωγε,

quum vix intelligam quomodo adverbium μάλα cum verbo Φράζεσθαι iungi possit, saepe sum suspicatus longe praestare:

ἀμφὶ μάλ' εὖ Φράζεσθε, Φίλοι.

§ 23: ἐπειδὴ δὲ μετεξέβημεν εἰς τὸ ἕτερον πλοῖον ἐπίνομεν. Nempe συμπόσιον factum est; deinde appetente nocte Herodes inebriatus in littus escendit; hinc commendo: συνεπίνομεν. Cf. § 26.

§ 29: ἐπειδὴ δ' ἐγὼ μὲν Φροῦδος ἦ πλέων εἰς τὴν Αἶνον, τὸ δὲ

Digitized by Google

πλοῖον ἦκεν εἰς τὴν Μυτιλήνην ἐν ᾧ ἐγὼ καὶ ὁ Ἡρῴδης ἐπλέομεν, πρῶτον μὲν εἰσβάντες εἰς τὸ πλοῖον ἠρεύνων. Non est admodum lucidus ordo in narratione, sed intelligimus quid rerum actum sit. Erat πλοῖον ἀςέγαςον, quo reus et Herodes vecti Mytilena appulerunt ad agrum quendam Methymnaeorum ibique, quum pluvia ingrueret, navigium conscenderunt ἐςεγασμένον. Iam advesperascebat et in altero illo navigio consederunt ad compotandum; nocturno tempore Herodes solus egressus est, nec postea usquam comparuit; navigium autem ἀςέγαςον Mytilenen rediit, reus ἐν ἐςεγασμένῳ πλοίῳ Aenum abiit. Itaque in tradita lectione nulla prorsus difficultas superest et loquitur orator quemadmodum locutus fuerat § 22: ἐν ᾧ μὲν γὰρ ἐπλέομεν ἀςέγαςον τὸ πλοῖον ἦν. Minime autem assequor cur Weilius pro ἐπλέομεν correxerit ἐπίνομεν et cur Blassius ridiculam suspicionem in ipsum adeo textum intulerit. Remanet autem eiusdem generis corruptela § 28: ἐν μὲν ᾧ ἔπινε πλοίῳ καὶ ἐξ οὗ ἐξέβαινεν, ἐν τοῦτῳ Φασὶν εὑρεῖν σημεῖα, ἐν ᾧ αὐτοὶ μὴ ὁμολογοῦσιν ἀποθανεῖν τὸν ἄνδρα. Scilicet, ut perhibebatur, inventa fuerant caedis vestigia ἐν τῷ ἀςεγάςῳ πλοίῳ quod Mytilenen redierat, in quo navigio Herodes non ἔπινε, sed ἔπλει. Itidem dubitatum fuit de duobus hominibus qui Mytilenen reversi ἐβασανίσθησαν, sed eum locum recte expedivit Hartmannus p. 7.

§ 34: ἀπέκτειναν ἄγοντες τὸν ἄνδρα. Reiskius ἀπάγοντες commendavit, Cobetus ἀπαγαγόντες· mihi haud displicet ἄγχοντες.

§ 46: διετείναντο αὐτὸν μὴ εἰσελθεῖν εἰς ὑμᾶς, μηδ' ἐμοὶ ἐγγενέσθαι παρόντι ἄξαι τὸν ἄνδρα καὶ βασανίσαι αὐτόν. Dobraeus ἐλέγξαι coniecit, Baiterus ἐξαιτεῖν, Herwerdenus ἀπελέγξαι· equidem cogitaram de ἐξετάσαι.

§ 62: Supplendum: τοῦτο τὸ ἔργον ἐγὼ (πῶς) ποτ' ἂν ἐπείσθην ἀντ' ἐκείνου ποιῆσαι;

§ 73: ἐν μὲν γὰρ τῷ ἐπισχεῖν ἔςι καὶ τὰ δεινὰ ταῦτα ποιῆσαι ἃ οὗτοι κελεύουσιν· ἐν δὲ τῷ παραχρῆμα οὐκ ἔςιν ἀρχὴν ὀρθῶς

Digitized by Google

βουλεύεσθαι. Lege: οὐδ' ἔξιν ἀρχήν = omnino non. Hic iuvat adscribere luculentam emendationem quam aliquando reperi in inedita Cobeti ad Bakium epistula et quam haud satis scio an numquam cum virorum doctorum natione communicaverit. Legitur locus in Ioannis Chrysostomi altera oratione in laudem Pauli Apostoli, quae cum Hemsterhusii et Valckenarii Orationibus edita fuit Lugd. Bat. 1784 p. 42: μὴ γάρ μοι πόλεις εἶπῃς καὶ ἔθνη καὶ βασιλεῖς καὶ στρατόπεδα καὶ ὅπλα καὶ χρήματα καὶ σατραπείας καὶ δυναστείας, οὐδὲ γὰρ ἀράχνην ταῦτα εἶναι ἐνόμισεν. Vertunt: *haec enim ille aranearum fila reputavit*, quae nemo sine risu releget, postquam cognoverit veram scripturam: οὐδὲ γὰρ ἀρχὴν ταῦτ' εἶναι ἐνόμισεν.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΧΟΡΕΥΤΟΥ.

§ 28: τοῖς δὲ λόγοις οἷς αὐτοὶ λέγουσι πιστεύειν ὑμᾶς φασι χρῆναι, οὓς ἐγὼ εἰ ἔλεγον ἄνευ μαρτύρων, ψευδεῖς ἂν κατηγόρουν εἶναι. Malo: οἵους.

§ 29: εἰ μὲν πάνυ μὴ παρεγένοντο μάρτυρες, ... εἰκότως ἂν οἱ τούτων λόγοι πιστότεροι ἦσαν. Coniicio: εἰ μὲν τοίνυν.

§ 34: παρεσκευάζοντο αἰτιᾶσθαι καὶ προαγορεύειν εἴργεσθαι τῶν νομίμων. Sana ratio postulat: προηγόρευον. Cf. § 35.

§ 36: ῥᾳδίως ἔμελλον ἀποφεύξεσθαι καὶ δίκην οὐ δώσειν ὑμῖν ὧν ἠδίκησαν. Lege: ἠδικήκεσαν. Recte § 50: νῦν δίκην διδόασιν ὧν ἠδικήκασιν.

§ 47: πῶς ἂν ἄνθρωποι σχετλιώτεροι ἢ ἀνομώτεροι γένοιντο; Malim: ἀνοσιώτεροι. Cf. § 48: τούτους νομίζειν ἐπιορκοτάτους καὶ ἀνοσιωτάτους· § 51: οὗτοι οἱ ἀνοσιώτατοι.

§ 51. Supplebo: (ἐπὶ) ποῖον οὖν δικαστήριον οὐκ ἂν ἔλθοιεν ἐξαπατήσοντες;

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

Fr. 1. Legitur apud Harpocrationem v. σασιώτης Antiphontis

Digitized by Google

fragmentum: περὶ τούτων ὧν Ἀπόληξις κατηγόρηκεν ὡς ϛασιώτης ἦν ἐγὼ καὶ ὁ πάππος ὁ ἐμός. Blassius edidit ϛασιώτης ἦ (καὶ) ἐγὼ καὶ ὁ πάππος. Malim equidem omisso pronomine: ϛασιώτης ἦν καὶ ὁ πάππος ὁ ἐμός. Secundum lexicographum oratori nunc ϛασιώτης est qui alibi δορυΦόρος, quod ut probet ex eadem oratione μετὰ τῆς μεταϛάσεως affert: οὐκ ἂν τοὺς μὲν τυραννοῦντας ἠδυνήθησαν οἱ πρόγονοι κολάσαι, τοὺς δὲ δορυΦόρους ἠδυνάτησαν. Praeferam: οὐκ οὖν τοὺς μέν, κτἑ., qui dicendi modus apud oratores frequens est, ut significent duas res ita cohaerere, ut qui alteram concedat, neutiquam possit negare alteram.

Fr. 2. Itidem apud Harpocrationem legitur: διαϛῆσαι ἀντὶ τοῦ διαταράξαι καὶ οἷον ἀδύνατον ποιῆσαι. Coll. v. ἀδιάϛατον τὸ μήπω διεϛηκὸς μηδὲ διακεκριμένον ἈντιΦῶν εἶπεν, est fragm. 144, facile sentimus hanc ipsam vocem restituendam esse, sed palam est hic aliquid fuisse turbatum. Idem Harpocration διάϛασιν affert ex Antiphonte Sophista, sed plane diverso modo interpretatur.

Fr. 17: ἀντὶ δὲ τοῦ ἀποδεδόμεθα διεθέμεθα εἶπεν Ἀντιφῶν. Repone: ἀπεδόμεθα.

Fr. 57. Nobilis est Antiphontis locus, quem Athenaeus excerpsit ex oratione de Pavonibus, quos Demus alebat Pyrilampis filius. Sed consideranda verba sunt: εἴ τις ἐθέλοι καταβαλεῖν εἰς πόλιν τοὺς ὄρνιθας, οἰχήσονται ἀναπτόμενοι· ἐὰν δὲ τῶν πτερύγων ἀποτέμῃ, τὸ κάλλος ἀΦαιρήσεται. Quaeritur quid lateat sub verbo καταβαλεῖν. Equidem respondeo mihi prae ceteris placere verbum βουκολεῖν. Ad etymologiam vocabuli iamdudum nemo attendebat: ipse Homerus Il. Υ 222: τοῦ τρισχίλιαι ἵπποι ἕλος κάτα βουκολέοντο, unde Sophocles et Euripides etiam ἱπποβουκόλον appellarunt. Ipsum hoc verbum βουκολεῖν sententiae egregie satisfacit, nam de cavea, ex qua non tam facilis pateret exitus, ne cogitarunt quidem, metuentes, credo, ne inclusae aves pennas frangerent vel certe non panderent et maximam spectatorum oblectamentum periret. Ceterum quae proxime sequuntur verba: τὰ πτερὰ γὰρ αὐτῶν τὸ κάλλος ἐϛίν, ἀλλ᾽ οὐ τὸ σῶμα, non ipsius Antiphontis sunt, sed Athenaei.

Digitized by Google

Fr. 67: Idem Athenaeus quaedam excerpsit ex Alcibiadis λοιδοριῶν. Orator vehementissime invehitur in adulescentem, qui Abydum profectus est τῇ σαυτοῦ παρανομίᾳ καὶ ἀκολασίᾳ τῆς γνώμης ὁμοίους ἔργων τρόπους μαθησόμενος παρὰ τῶν ἐν Ἀβύδῳ γυναικῶν. Corrigam: ὁμοίους ἔργῳ τρόπους μυηθησόμενος. In praecedenti fragmento 66, quod Plutarchus servavit, in quo illa sunt: εἰπὼν ..... ἄσωστον αὐτῷ τὸν λοιπὸν βίον ἔσεσθαι, miror quod Blassius non ausus est recipere Cobeti emendationem: ἀβίωτον.

§ 96. Per se ferri fortasse poterit quod Harpocration habet v. περιφοριῶσθαι· ἐπ' ἀνθρώπων τάσσουσι τὴν φορίνην, sed cum idem in voce φορίνης ita scribat: καὶ ἐπ' ἀνθρωπείου δέρματος ἐλέγετο ἡ φορίνη, illic quoque praestare dixerim: ἐπ' ἀνθρώπων.

Fr. 127. Antiphontis Sophistae fragmentum est apud Stobaeum: εἰσί τινες οἳ τὸν παρόντα μὲν βίον οὐ ζῶσιν, ἀλλὰ παρασκευάζονται πολλῇ σπουδῇ, ὡς ἕτερόν τινα βίον βιωσόμενοι, οὐ τὸν παρόντα, καὶ ἐν τούτῳ παραλειπόμενος ὁ χρόνος οἴχεται. Commendo: παραναλισκόμενος.

Raptim pauca quaedam addam de declamationibus quae una cum Antiphonte edi solent.

ΓΟΡΓΙΟΥ ΕΛΕΝΗ.

§ 17: ἤδη δέ τινες ἰδόντες φοβερὰ καὶ τοῦ παρόντος ἐν τῷ παρόντι χρόνῳ φρονήματος ἐξέςησαν. Intelligam: ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ.

ΓΟΡΓΙΟΥ ΠΑΛΑΜΗΔΗΣ.

§ 4: αἰτία γὰρ ἀνεπίδεικτος ἔκπληξιν ἐμφανῆ ἐμποιεῖ. Requiro: ἀναπόδεικτος.

§ 28: ἀναγκαῖον .... καί τι τῶν ἀληθῶν ἀγαθῶν εἰπεῖν ἐν εἰδόσιν ὑμῖν. Immo: ἀληθῶς.

§ 33: οἶκτος μὲν οὖν καὶ λιταὶ καὶ φίλων παραίτησις. Malim: παραιτήσεις.

Digitized by Google

ΑΛΚΙΔΑΜΑΝΤΟΣ ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

§ 15. Tegeae rex Nauplium arcessit πυθόμενος πορθμέα τε εἶναι αὐτὸν καὶ δεινόν, ut puerum Telephum maris fluctibus mergat. Legendum: περίδινον. Scilicet Φαίνεται οὐκ αἰσχρὸν τοῖς ἀρχαίοις ὃν τὸ λῃστεύειν, ὡς Θουκυδίδης εἴρηκεν, quemadmodum legimus in Scholio ad Odysseam, de quo loco Cobetum vide *Mnem.* 1873 p. 32.

§ 19: ἀφικομένου δὲ αὐτοῦ καὶ πάλιν εἰς Ἀσίαν ἄγοντος τὰ χρήματα. Legam: ἀναγομένου.

ΑΛΚΙΔΑΜΑΝΤΟΣ ΠΕΡΙ ΣΟΦΙΣΤΩΝ.

§ 22: βουλομένων ἔτι τῶν ἀνθρώπων ἀκροᾶσθαι προαπολείπουσι τοὺς λόγους. Neutrum verbum est προαπολείπειν itaque e textu eliminandum est τοὺς λόγους. Cf. Antiph. Caed. Herod. 93: ἔτι γὰρ τοῦ σώματος ἰσχύοντος ἡ ψυχὴ προαπολείπει, quam sanissimam lectionem non tentare debuerat Herwerdenus *Mnem.* 1883 p. 221.

§ 23: ἐν δὲ τοῖς αὐτοσχεδιασμοῖς ἐπὶ τῷ λέγοντι γίγνεται ταμιεύεσθαι τοὺς λόγους πρὸς τὰς δυνάμεις αὐτῶν ἀποβλέποντι. Ita Blassius corruptum locum edidit; malim equidem: πρὸς τὰς διανοίας.

II. Aeschines.

ΚΑΤΑ ΤΙΜΑΡΧΟΥ.

§ 6: προσήκειν δ' ἔγωγε νομίζω .... τοὺς μὴ πειθομένους κολάζειν, εἰ δεῖ τὰ τῆς πόλεως καλῶς ἔχειν. Quasi hoc dubium esse possit: expectabam: εἰ μέλλει τὰ τῆς πόλεως καλῶς ἕξειν.

§ 14: τιμᾶται δὲ ὁ νόμος καὶ τὸ θεῖον. Saepissime, ut ait Cobetus *Var. Lect.* p. 357, coniunguntur ὅσιος καὶ δίκαιος et

Digitized by Google

ὅσιος καὶ νόμιμος, quibus opponuntur ἀνόσιος καὶ ἄδικος et ἀνόσιος καὶ παράνομος· deinde hunc usum idoneis exemplis stabilivit. Hinc arguam necessarium esse: ὁ νόμος καὶ τὸ ὅσιον. Tum humana lex, tum τὸ ὅσιον liberos iubet parentes sepelire et τὰ νομιζόμενα ποιεῖν. Nihil huc pertinet τὸ θεῖον.

§ 19. Recitat orator verba legis: Ἂν τις Ἀθηναίων ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέσω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι — ὅτι οἶμαι σεφανηφόρος ἡ ἀρχή — μηδ' ἱερωσύνην ἱεράσασθαι — ὃς οὐδὲ καθαρῷ διαλέγεται τῷ σώματι — μηδὲ συνδικησάτω τῷ δημοσίῳ, κτέ. Cobeto in *Variis Lectionibus* p. 613 spuria sunt verba, quae Aeschines in ipsius legis verbis recitandis interpolat: ὅτι οἶμαι σεφανηφόρος ἡ ἀρχή et ὃς οὐδὲ καθαρῷ διαλέγεται τῷ σώματι. Blassius eam suspicionem Cobeti cum compluribus aliis ne dignam quidem habuit quam in margine memoraret, sed in textum intulit Frankii coniecturam qui coll. Aesch. F. L. § 88 commendavit: ὡς οὐδὲ καθαρεύοντι τῷ σώματι. Poterit in utramque partem disputari nec quidquam praefracte defendere ausim, sed hoc intelligere mihi videor neque Aeschinem neque interpolatorem qui post venerit, scribere potuisse: οὐδὲ διαλέγεται τῷ σώματι, sed τῷ ϛόματι. De frequenti horum vocabulorum confusione, novis quibusdam exemplis allatis, dixi *Mnem.* 1888 p. 102 et haud ita multo post *Mnem.* 1893 p. 360 incidi in locum imprimis memorabilem Xen. Cyrop. VIII. 7. 26, ubi verba traduntur Cyri moribundi: ὅταν δ' ἐγὼ ἐγκαλύψωμαι, μηδεὶς ἔτ' ἀνθρώπων τοὐμὸν σῶμα ἰδέτω. Itane vetuit ne corpus bonae feminae lavarent et ungerent? Sed metuit, credo, ne quis post mortem distorta oris lineamenta conspiceret; eodem pertinent ea quae proxime praecedunt: εἴ τις οὖν ὑμῶν ἢ δεξιᾶς βούλεται τῆς ἐμῆς ἅψασθαι ἢ ὄμμα τοὐμὸν ζῶντος ἔτι προσιδεῖν ἐθέλει, προσίτω· deinde addit illa quae supra laudavi: ὅταν δ' ἐγὼ ἐγκαλύψωμαι et quae sequuntur. Sed ad Aeschinem redeo. Cur tandem τῷ ἡταιρηκότι non licet ἱερωσύνην ἱεράσασθαι? Respondebit Suidas in voce: ᾧ τὸ ἱερὸν πῦρ οὐκ ἔξεσι φυσῆσαι, tradere Timaeum ὡς οἱ περὶ Δημοκλείδην κατὰ Δημοχάρους εἶπον ὅτι μόνῳ αὐτῷ πάντων Ἀθηναίων οὐκ ἔξεσι τὸ ἱερὸν πῦρ φυσῆσαι ὡς μὴ καθαρεύοντι τοῖς ἄνω μέρεσιν. Δοῦρις δὲ τῷ ι' Πυθέαν κατὰ Δημοσθένους τὸ ὅμοιον εἰπεῖν. Nempe hisce conviciis omnes ora-

Digitized by Google

tores sese invicem proscindebant et Polybius apud Suidam v. Δημοχάρης Timaeum graviter increpat, qui istiusmodi αἰσχρολογίαν ex turbidis fontibus derivaverit. Aeschines Fals. Leg. § 88 in Demosthenem invehitur his verbis usus: ἆρ' οὖν δοίητ' ἄν μοι συγγνώμην εἰ κίναιδον αὐτὸν προσειπὼν καὶ μὴ καθαρεύοντα τῷ σώματι, μηδ' ὅθεν τὴν Φωνὴν ἀΦίησιν, ἔπειτα κτἑ. Et hic quidem τῷ σώματι, uti vides, se recte habet; sed conferendum est id quod legimus Fals. Leg. § 23: ὁ δ' οὐδὲν ἄπρατον ἔχων μέρος τοῦ σώματος [οὐδ' ὅθεν τὴν Φωνὴν προΐεται]. Spuria habenda sunt quae verba uncinis circumdedi, quum in tribus optimis Codicibus desint et translata videantur ex § 88: sed illic προΐεται longe malim quam ἀΦίησιν et gratia habenda interpolatori qui genuinam lectionem servaverit. Confirmatur id quod dixi Theonis testimonio apud Walzium I p. 170: Αἰσχίνης εἰς ἀρρητοποιΐαν τὸν Δημοσθένην διαβάλλων Φησὶν αὐτὸν μὴ καθαρεύειν τὸ στόμα μηδ' ὅθεν τὴν Φωνὴν προΐεται, ubi unusquisque videt legendum esse τὸ σῶμα, sed προΐεται quam maxime genuinum est.

§ 25: εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι πάντες ἐκπεπλεύκατε εἰς Σαλαμῖνα καὶ τεθεωρήκατε τὴν Σόλωνος εἰκόνα. Contuli § 44: πάντες ὅσοι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐγίγνωσκον Μισγόλαν et Dem. Cherson. § 24 p. 96: πάντες ὅσοι πώποτε ἐκπεπλεύκασι παρ' ὑμῶν στρατηγοί et supplebo: πάντες (ὅσοι) ἐκπεπλεύκατε. Ad ipsam rem pertinet quod legimus Ctes. § 158: οὐκ αἰσχύνεσθε εἰ ἐπὶ μὲν τοὺς πορθμέας τοὺς εἰς Σαλαμῖνα πορθμεύοντας νόμον ἔθεσθε, ἐάν τις αὐτῶν ἄκων ἐν τῷ πόρῳ πλοῖον ἀνατρέψῃ, τούτῳ μὴ ἐξεῖναι πάλιν πορθμεῖ γενέσθαι, κτἑ. Sed quid est ἄκων? Interpretatur Scholiasta: ἀπὸ ἀπειρίας λέγει ἢ ἀτυχίας, quo non multum proficitur.

§ 33: ὑμεῖς δ' ἔτι προσέθεσθε καινὸν νόμον μετὰ τὸ καλὸν παγκράτιον ὃ οὗτος ἐπαγκρατίασεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Adiectiva καινὸν et καλὸν sedem suam permutanto.

§ 51: εἰ οὗτοσὶ διέμεινε παρὰ τῷ Μισγόλᾳ .... μετριώτερ' ἂν διεπέπρακτο. Supplendum: μετριώτερ' ἂν (αὐτῷ) διεπέπρακτο. Cf. § 89: τῶν ταὐτὰ διαπεπραγμένων αὐτῷ.

Digitized by Google

§ 70: *οὐ δοκεῖ ὑμῖν πρὸς τὸν πόρνον πεπορνεῦσθαι; ἢ τίνας αὐτοὺς [οὐκ] οἰόμεθα ὑπερβολὰς ποιεῖσθαι βδελυρίας;* Altero loco negationis vim non capio.

§ 72: *μαρτυρίαν μαρτυρῆσαι ἐξ ἧς ὑπάρχει αὐτῷ ἐπιδεικνύναι ἔνοχον ὄντα ἑαυτὸν τοῖς ἐσχάτοις ἐπιτιμίοις.* Malo futurum: *ὑπάρξει*. Cf. supra ad Dem. Symmor. § 24 p. 184.

§ 131: *οὐ κακῶς ὑπὸ τῆς Φήμης [ἀλλ' οὐχ ὑπὸ τῆς τίτθης] Βάτταλος προσαγορεύεται.* Uncinis inclusa delenda.

§ 135: *πεποίηκα ἐρωτικὰ εἴς τινας ποιήματα.* Imo contemtim *ποιημάτια* appellavit eademque correctione utendum § 136. Idem legitur vitium apud Dionysium Halic. VII 72 p. 1492.

§ 142. Homerum *ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις καὶ σοφωτάτοις τῶν ποιητῶν εἶναι τάττομεν.* Mediocris ea laus est, sed omnes habebant Homerum poetarum longe antiquissimum et doctissimum, h. e. *ἐν τοῖς πρεσβύτατον καὶ σοφώτατον*. Etiam apud Platonem aliquoties hoc modo erratum fuit, veluti Men. p. 94 A et apud Lucianum Conviv. § 38, cf. *Mnem.* 1901 p. 274. Videatur praeterea Dobraeus *Advers.* I p. 117.

§ 158: *περὶ δὲ τῶν ὁμοτρόπων τῶν Τιμάρχου, φεύγων τὰς ἀπεχθείας, ὧν ἥκιστά μοι μέλει μνησθήσομαι.*. Hic Cobetus haud semel sibi placuit, dum corrigebat: (*οὐ*) *φεύγων τὰς ἀπεχθείας*. Tamen ea suspicio stare non potest, sequitur enim § 165: *τὸ δ' ὄνομα οὐ λέξω, τὰς γὰρ ἀπεχθείας φεύγω*. Nec semper omnibus maledicentia impune abiit; veluti cum malo suo hoc expertus est Nicodemus Aphidnaeus § 172, qui *ἐπαρρησιάζετο πιστεύων τοῖς νόμοις καὶ ὑμῖν.* Hinc Aristog. I § 45 p. 783: *τὸ μὲν οὖν ἐξετάζειν ἀκριβῶς οἷον ἀνάγκη τὴν Φύσιν εἶναι τὸν Ἀριστογείτονι χαίροντα, ἐάσω, ἵνα μὴ πολλὰ καὶ βλάσφημα ἀναγκάζωμαι διεξιέναι.*

§ 180: *Ἀλλ' οὐ Λακεδαιμόνιοι (τάδε)· καλὸν δ' ἐστὶ καὶ τὰς ξενικὰς ἀρετὰς μιμεῖσθαι* Inserendum est quod vides; vide complura eius locutionis exempla apud Cobetum *Mnem.* 1856 p. 390.

Digitized by Google

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΑΡΑΠΡΕΣΒΕΙΑΣ.

§ 10: *τὸ τῆς Ἱερείας ἐνύπνιον.* Albertus Poutsma *Quaest. Aeschin.* p. 79, aliorum testimoniis in unum collatis, rectissime suscepit probare esse legendum: *τὸ τῆς Ἱμεραίας ἐνύπνιον*, expuncto inutili additamento *τῆς ἐν Σικελίᾳ*. Sunt etiam alia in generi mei dissertatione academica scite animadversa.

§ 14: *παρελθὼν δὲ ὁ μισοΦίλιππος Δημοσθένης κατέτριψε τὴν ἡμέραν ἀπολογούμενος.* Per se hoc recte dictum est et redit *ὁ μισοΦίλιππος Δημοσθένης* Ctes. § 66 et *ὁ μισοτύραννος Δημοσθένης* Ctes. § 92. Sed quum proxime praecedant verba: *ἀρρώστως δ' ἔχων ὁ Φιλοκράτης ἐκάλεσεν αὐτῷ συνήγορον Δημοσθένην, ἀλλ' οὐκ ἐμέ*, parum eleganter proprium nomen tam brevi intervallo iteratur et malim: *ὁ μισοΦίλιππος δή*. Vide illud *δή* eodem modo usurpatum § 21, de quo loco Cobetus egit *Var. Lect.* p. 538, et § 43: *ἐμὲ δὴ λέγων*, et ubi non?

§ 24: *ἐάν τι μὴ λύσω τῶν κατηγορημένων, οὐχ ὑμᾶς ἀλλ' (αὐτὸς) ἐμαυτὸν αἰτιάσομαι.* Supplevi id quod vides. Nicocharis est fragmentum *Anecd. Bk.* p. 349. 8, quod conieci sic scribendum esse *Mnem.* 1880 p. 41:

εἰ πεύσομαι
τὸν ἀηδόνιον μόνον ὕπνον ἀποδαρθόντα σε,
αὐτὸς σεαυτὸν αἰτιῶ.

Cf. etiam Arist. Ran. 630 et in universum Cobet. *Mnem.* 1860 p. 164.

§ 39: *ἐνταῦθα ἤδη καὶ παντελῶς ἐξισάμενος αὐτοῦ καταΦανὴς ἦν.* Nonne verum est: *ἐνταῦθα δή*?

§ 49: *ἀνίσαται τελευταῖος Δημοσθένης καὶ τερατευσάμενος ὥσπερ εἴωθε τῷ σχήματι καὶ τρίψας τὴν κεΦαλήν, κτἑ.* Hunc morem ut explicet, Blassius *Eloq. Att.* III. 2 p. 368 rectissime confert Quinctiliani locum XI. 3. 158: in hac cunctatione sunt quaedam non indecentes, ut appellant scenici, morae: *caput mulcere*, manum intueri, cet. Accedunt duo loci quos laudavit Dobraeus I p. 326; priorem locum Athenaeus V p. 213 C ex

Digitized by Google

Posidonio excerpsit et describitur quanto cum fastu aliquando Athenis philosophus in concionem Atheniensium prodierit: μικρὸν δ' ἐπισχὼν ἐπὶ τούτοις καὶ ἐάσας τοὺς πολλοὺς συλλαλῆσαι περὶ τῶν παραδόξως προηγγελμένων, τρίψας τὸ μέτωπον, τί οὖν, εἶπε, συμβουλεύω; κτέ. Alter locus invenitur apud Achillem Tatium VIII. 10. 2: ταῦτα εἰπὼν καὶ τερατευσάμενος καὶ τρίψας τὸ πρόσωπον, κτέ. Qui hoc facit orator, simulat se non habere quid dicat et studet ἀίδρει Φωτὶ ἐοικέναι tandemque oculos paulum tellure moratos tollit ad auditores exspectatoque resolvit ora sono. Ne nostris quidem hominibus incognitus est ille mos quem ipsa natura docuit. Graphice de Lucilio Horatius, si foret, inquit, hoc nostrum fato delatus in aevum saepe *caput scaberet*, vivos et roderet ungues. Cicero Pison. 25. 61: Ita enim sunt perscriptae (literae) scite et literate, ut scriba ad aerarium qui eas retulit, perscriptis rationibus, secum ipse, *caput sinistra manu perfricans* commurmuratus sit: Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται. — Verum perfricare frontem et παρατρίψασθαι τὸ μέτωπον plerumque alio modo dicuntur.

§ 125: λέγεις μὲν, ὅτι Φιλίππῳ μεθ' ἡμέραν πολλάκις μόνος μόνῳ διελεγόμην, αἰτιᾷ δὲ εἰσπλεῖν με νύκτωρ κατὰ τὸν ποταμόν· οὕτω νυκτερινῆς ἐπισολῆς τὸ πρᾶγμα ἐδεῖτο. Necessario paulo plura describenda fuerunt ut lectores continuo intelligerent cur corrigendum censeam: τί οὖν νυκτερινῆς ἐπισολῆς τὸ πρᾶγμα ἐδεῖτο;

§ 151: οὐ γὰρ ἂν τοῦτό γ' εἶποις, ὡς ἔλαθεν· οὐ γὰρ ἠγνοεῖτο. Commendo: οὐ γὰρ ἂν ἠγνόητο.

§ 163: καὶ τῷ γε δῆλος ἦν εἰ μήγε ὥσπερ ἐν τοῖς χοροῖς προῆδον; Cobetus *Var. Lect.* p. 554 prius γε expungit; malim equidem: καί(τοι) τῷ γε δῆλος ἦν;

ΚΑΤΑ ΚΤΗΣΙΦΩΝΤΟΣ.

§ 1: ὑπὲρ τοῦ τὰ μέτρια καὶ [τὰ] συνήθη μὴ γίγνεσθαι [ἐν] τῇ πόλει. Apparet quid coniiciam; cf. § 6: ἂν διατηρηθῶσιν οἱ

Digitized by Google

νόμοι τῇ πόλει· § 8: βεβαιοῦτε τῇ πόλει τὴν δημοκρατίαν· § 25: ἀντιγραφεὺς ἦν χειροτονητὸς τῇ πόλει· § 156: οὓς ὑποδέχεσθε τῇ πόλει.

§ 17: πρὸς δὲ δὴ τὸν ἄφυκτον λόγον ὃν φησι Δημοσθένης βραχέα βούλομαι προειπεῖν. Requiro futurum: φήσει· vide § 35: πυνθάνομαι αὐτὸν μέλλειν λέγειν, § 242: φήσεις δύνασθαι λέγειν, Timarch. § 25: ἥξει καὶ ἕτερος λόγος, et alibi persaepe.

§ 31: πῶς οὖν ἄν τις περιφανέστερον ἐπιδείξειεν ἄνθρωπον παρανομώτατα γεγραφότα; Emendo: παράνομα ταῦτα. Alibi superlativo locus est § 107: γένη παρανομώτατα et § 113 ἄνδρες παρανομώτατοι.

§ 45: ὅταν οὖν ἀποδείξῃ τοῖς μὲν ὑπὸ τῆς βουλῆς ςεφανουμένοις τὸ βουλευτήριον ἀναρρηθῆναι, κτέ. Postulo: ἐναναρρηθῆναι· talia composita pro re nata ab unoquoque finguntur, v. c. § 150: τὴν Ἀθηνᾶν Φειδίας ἐνεργολαβεῖν εἰργάσατο καὶ ἐνεπιορκεῖν Δημοσθένει, nisi forte credas haec composita vulgi usu recepta fuisse. Adde Dem. Leochar. § 23 p. 1087: ἐνεργαζόμενοι καὶ ἐμπαιδοτροφούμενοι.

§ 99: ἃ εὖ οἶδεν οὐδέποτ' ἐσόμενα, τολμᾷ λέγειν εἰς ὁπότ' ἔςαι. Insolito more hoc dictum est; quidni scribimus: εἰς ὁπόςην?

§ 104. Hunc locum operae pretium est paulo accuratius considerare. Oritae pro nescio qua praestita opera Demostheni polliciti erant unum talentum, deinde ἐξανηλωμένοι ἐν τῷ πολέμῳ καὶ παντελῶς ἀπόρως διακείμενοι, πέμπουσι πρὸς αὐτὸν Γνωσίδημον δεησόμενον τὸ μὲν τάλαντον ἀφεῖναι τῇ πόλει, ἐπαγγελούμενον δ' αὐτῷ χαλκῆν εἰκόνα. Itaque videmus ex aere statuam aliquanto minoris redimi posse uno talento. Verum Demosthenes, ut Aeschines perhibet, Gnosidemo morem gerere noluit: ὁ δ' ἀπεκρίνατο ὅτι ἐλαχίςου χαλκοῦ οὐδὲν δέοιτο, τὸ δὲ τάλαντον διὰ τοῦ Καλλίου εἰσέπραττεν. Atque sic Oritae ad incitas redacti ὑπέθεσαν αὐτῷ τοῦ ταλάντου τὰς δημοσίας προσόδους καὶ τόκον ἤνεγκαν Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς

Digitized by Google

μνᾶς, ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν. Satis videmus Aeschinem exagitare adversarii sordidam avaritiam, sed quid est illud quod scribit respondisse Demosthenem se οὐδὲν δεῖσθαι ἐλαχίστου χαλκοῦ? Interpretes multa moliti sunt; sunt qui ἐλαχίστου delere voluerint, sunt qui οὐδὲν· alii corrigunt ἐλάχιστα· nemo quidquam attulit quod satisfacere possit. Cf. Bakii *Schol. Hyp.* IV p. 325.

Hic quum nullum exitum viderem, id feci quod omnes hucusque supersederunt facere et adii τὸν τεχνολογικώτατον Hugonem Blümner, qui in operis sui quarto volumine de metallis agit. *Ducimus* metalla et ἐλαύνομεν· hinc ἔλασμα dicitur, σφυρήλατος, χρυσήλατος, χαλκήλατος, alia. Indidem est adiectivum ἐλατός, *ductilis* quod Latine dicitur. Scribit Pollux VII 105: καὶ τροχίαν μὲν χαλκὸν τὸν χυτὸν χρὴ καλεῖν, τυπίαν δὲ ὃν ἂν οἱ νῦν καλοῖεν ἐλατόν. Psalm. 97. 6: ἐν σάλπιγξιν ἐλαταῖς. Theoph. ad Autolyc. I p. 338 B: τοῖς θεοῖς σου τοῖς λιθίνοις καὶ ξυλίνοις, ἐλατοῖς τε καὶ χωνευτοῖς. Erant autem omnia opera tum τὰ ἐλατά, tum vero etiam τὰ χωνευτά, quod magis mireris, ex tenuissimo metallo confecta. Audiamus Blumnerum ipsum p. 326: „Es ist bekannt, dass die Alten im Gusz von Bronzestatuen es zu einer ausserordentlich grossen Geschicklichkeit gebracht hatten, welche die heutige Technik in ähnlicher Weise kaum erreicht hat. Vor allen Dingen verstand man sich darauf, ungemein dünnwandig zu giessen, so dass das Gewicht der Statue verhältnissmässig ein sehr geringes ist. Den berühmten Berliner Adoranten kann ein einziger Mann ohne besondere Mühe wegtragen; eine lebensgrosse weibliche Bronzestatue in München wiegt noch nicht 50 Kilo". Nunc, credo, intelligimus id quod Demostheni exprobratur: honorem quem Oritae ipsi tribuere volebant, contemnebat; fabri aerarii artem et manupretium non curabat; quodnam emolumentum sperare poterat ex statua Orei in foro posita? Pretium *pondere* iudicabat et sciebat hoc pondus fore perexiguum, haud parum infra sibi debitum talentum. Itaque respondit ὅτι ἐλάτου χαλκοῦ οὐδὲν δέοιτο. Ductile aes ei inutile erat; cupiebat nummos videre in arca.

Unicum novi quod huic coniecturae opponi possit. Nempe ipse Dobraeus iamdudum correxerat ἐλαχοῦ, sed inventum suum statim repudiavit. Magni, ut par est, equidem Dobraei auctori-

Digitized by Google

tatem facio; sed nunc certe totam rem non diligentissime examinavit, quod si fecisset, non secutus fuisset novicium usum nec coniecisset ἐλαφοῦ, cum fugere eum neutiquam potuisset, si animum attendisset, ἐλατοῦ id esse scribendum. Mihi quidem συνέμπτωσις gratissima fuit, nam Dobraeum inspexi diu postquam ἐλατοῦ conieceram.

§ 130: οὐχ ἱκανὸν ἦν τὸ τοῖς μυσηρίοις Φανὲν σημεῖον [ἢ τῶν μυσῶν τελευτή]. Dele istam ἐπεξήγησιν, coll. Schol.

§ 162: οὗτός ποτε νεανίσκος ἑτέρων τὴν ὄψιν διαφέρων (ὀρφανὸς) γενόμενος ᾤκησεν ἐν τῇ Δημοσθένους οἰκίᾳ. Locum acute supplevit Bakius *Schol. Hypomn.* IV p. 327.

III. Hyperides.

ΚΑΤΑ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ.

Col. XXVI vs. 12: Κόνων μὲν ὁ Παιανιεὺς ὅτι ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ ἔλαβεν τὸ θεωρικὸν ἀποδημοῦντος, πέντε δραχμῶν ἕνεκεν ἱκετεύων ὑμᾶς τάλαντον ὤφλεν. Hoc solo loco legimus aliquando θεωρικοῦ nomine quinas drachmas distributas fuisse cf. Böckh. *Oec. Civil.* I p. 315. Eodem respicit Dinarchus c. Demosth. § 56: τὸν τὴν πεντεδραχμίαν ἐπὶ τῷ τοῦ μὴ παρόντος ὀνόματι λαβεῖν ἀξιώσαντα καὶ τοῦτον ὑμῖν ἀπέφηνε, scil. Areopagus. Sed hoc interest: is, cui secundum Hyperidem unius talenti mulcta irrogata fuit, secundum Dinarchum absolutus est: adeo illis oratoribus nihil credi potest, etiam de iis rebus quae paucis mensibus ante acciderunt. De Conone Hyperides dixerat in oratione κατ' Ἀρχεστρατίδου, cf. Harp. v. θεωρικά.

Col. XXIX vs. 5: ὅπερ μέγιστον καὶ ..... τατον τῆς τοῦ δήμου διανοίας σημεῖον. Novem literulae uti vides exciderunt, quas hoc modo optime supplebimus: μέγιστον καὶ (περιφανέσ)τατον. Cf. Euxenipp. § 2: οὕτως ὑπὲρ μεγάλων ἀδικημάτων

Digitized by Google

καὶ περιφανῶν αἱ εἰσαγγελίαι τότε ἦσαν. Item Lysias XXII § 11: μέγιστον δ' ὑμῖν ἐρῶ καὶ περιφανέστατον τεκμήριον ὅτι ψεύδονται.

ΥΠΕΡ ΑΤΚΟΦΡΟΝΟΣ.

§ 2. Difficilis locus est de Aristone quodam sycophanta: οὗτος προσκαλεῖται μὲν περιὼν πάντας ἀνθρώπους, τῶν δὲ ὅσοι μὲν ἂν μὴ διδῶσιν αὐτῷ ἀργύριον, κρίνει καὶ κατηγορεῖ, ὁπόσοι δ' ἂν ἐθέλωσιν ἀποτίνειν, ἀφίησιν. Hoc quidem satis intelligimus: deinde quid tum? τὸ δ' ἀργύριον Θεομνήστῳ δίδωσιν· ἐκεῖνος δὲ λαμβάνων ἀνδράποδα ἀγοράζει καὶ παρέχει ὥσπερ τοῖς λῃσταῖς ἐπισιτισμὸν καὶ δίδωσι τούτῳ ὑπὲρ ἑκάστου τοῦ ἀνδραπόδου ὀβολὸν τῆς ἡμέρας, ὅπως ἂν ᾖ ἀθάνατος συκοφάντης. Et hoc quoque satis apertum; sed cur tandem Theomnestus mancipiis illis alimenta praebet *tanquam praedonibus*? Haec Babingto certe non intellexit: scribit enim: „Hyperides seems to mean that Theomnestos furnished Ariston's slaves with food, and kept them in readiness like a band of pirates, for any service that might be required". Nihil mirum tam absurdam interpretationem Schneidewino non potuisse probari itaque disputat: „Aliorsum ducit articulus τοῖς λῃσταῖς. Mihi ἐπισιτισμὸν παρέχειν Theomnestus dici videtur non servis a se emptis, sed ei qui corrogabat pecuniam, Aristoni. Nempe praedones tum ita videntur tenuisse, ut ἐπισιτισμὸν in dies acciperent ab iis, quorum in servitutem homines a se captos tradidissent. Ita Theomnestus, si quid video, Aristoni quotidie praebebat obolum in singulos servos, ut οἱ ἀνδραποδισαὶ τοῖς λῃσταῖς ἐπισιτισμόν". Sed ipsum sibi Schneidewinum, quum haec scriberet, displicuisse arbitror: addit certe: „Laudabitur qui haec rectius enarrata dabit". Experiamur eamne laudem possimus consequi.

Primum ut liquido appareat quid tandem Hyperides tradat, omissis obscuris verbis ὥσπερ τοῖς λῃσταῖς, reliqua spectemus. Ita scriptum fuit paulo supra: Theomnestus ille, ut videtur, Ἀρίσωνος ἀνδράποδα εἶχεν ἐν τοῖς ἔργοις idque aliquando in alia causa ipse advocatus testatus fuerat. Hoc enim habebat Aristo sycophanta: quidquid sordidae mercedis calumniando collegerat, id Theomnesto tradebat; Theomnestus autem ista pecunia mancipia coemebat, ἀνδράποδα ἠγόραζεν iisque praebebat alimenta,

Digitized by Google

παρεῖχεν ἐπισιτισμόν. Aristo autem, quem haud satis scio dicamne foeneratorem an mancipiorum dominum, pro singulis capitibus unum obolum a Theomnesto accipiebat in diem: δίδωσι τούτῳ ὑπὲρ ἑκάστου τοῦ ἀνδραπόδου ὀβολὸν τῆς ἡμέρας. Nempe Aristo, qui τῶν πολιτευομένων et esse et videri volebat, turpem quaestum a se scilicet alienum iudicabat: quidquid ex argentifodina redibat, cedebat Theomnesto, qui servos Aristonis pecunia emtos alere dedebat et pro credita pecunia persolvere id quod audivimus. Erant, nam ad rem pertinet hoc firmiter tenuisse, servi revera Aristonis, sed videri poterant Theomnesti esse, qui emerat.

Quod dixi, luculenter confirmatur Xenophontis loco de Vectig. IV 14, quem locum Cobetus examinavit ad Hyperid. p. 119: ἀκηκόαμεν ὅτι Νικίας ποτὲ ὁ Νικηράτου ἐκτήσατο ἐν τοῖς ἀργυρείοις χιλίους ἀνθρώπους, οὓς ἐκεῖνος Σωσίᾳ τῷ Θρᾳκὶ ἐξεμίσθωσεν, ἐφ' ᾧ ὀβολὸν ἀτελῆ ἑκάστου τῆς ἡμέρας ἀποδιδόναι. Itaque Nicias, quum exigebat ὀβολὸν ἀτελῆ, quotannis lucrum faciebat, idque *limpidum* ut nostri mercatores hodie loquuntur, decem talentorum et, si mille illos servos emit drachmis circiter centenis quinquagenis, cf. Boeckh. *Oec. Civ.* I p. 96, limpidum illud lucrum centesimarum erat fere quadragenum. Sed ipsorum servorum conditionem miserrimam fuisse credo, quum Sosias ille maligne victum praeberet, nam, si quis gravem aerem non tolerans febricitaret et debilitatis viribus periret, utile damnum. Faciebat Nicias quod omnes faciebant et pergit Xenophon: ἐγένετο δὲ καὶ Ἱππονίκῳ ἑξακόσια ἀνδράποδα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦτον ἐκδεδομένα, ἃ προσέφερε μνᾶν ἀτελῆ τῆς ἡμέρας, unde efficimus quotidianum illum ὀβολὸν ἀτελῆ propemodum legitimum pretium locationis fuisse; suspicor autem ipsorum servorum in latifundiis Americanis conditionem olim vix miseriorem fuisse quam mancipiorum in Laureoticis metallis ἐκδεδομένων. Sed post pauca pergit Cobetus et affert Plutarchi locum in Nicia c. 4: Ἐκέκτητο γὰρ ἐν τῇ Λαυρεωτικῇ πολλὰ καὶ μεγάλα εἰς πρόσοδον — καὶ πλῆθος ἀνδραπόδων ἔτρεφεν αὐτόθι καὶ τῆς οὐσίας ἐν ἀργυρίῳ τὸ πλεῖσον εἶχεν· Ὅθεν οὐκ ὀλίγοι περὶ αὐτὸν ἦσαν αἰτοῦντες καὶ λαμβάνοντες· ἐδίδου γὰρ οὐχ ἧττον τοῖς κακῶς ποιεῖν δυναμένοις ἢ τοῖς εὖ πάσχειν ἀξίοις. Itaque ubi Teleclides comicum inducit sycophantam ita dicentem:

Digitized by Google

τέτταρας δὲ μνᾶς ἔδωκε Νικίας Νικηράτου·
ὧν δ' ἕκατι τοῦτ' ἔδωκε καίπερ εὖ εἰδὼς ἐγώ
οὐκ ἐρῶ, Φίλος γὰρ ἀνὴρ, σωΦρονεῖν τ' ἐμοὶ δοκεῖ.,

intelligimus quid dicat: nimirum homini Nicias offam obtulerat ne latraret. Idem argumentum Hyperides obiter attigit Euxenipp. § 36: αἱ καινοτομίαι πρότερον ἐκλελειμμέναι διὰ τὸν Φόβον νῦν ἐνεργοί, καὶ τῆς πόλεως αἱ πρόσοδοι αἱ ἐκεῖθεν πάλιν αὔξονται, ἃς ἐλυμήναντό τινες τῶν ῥητόρων ἐξαπατήσαντες τὸν δῆμον καὶ δασμολογήσαντες τοὺς ΕΚ..... ubi hodie parum eleganter edidur τοὺς ἐκεῖθεν, Cobetus autem commendarat: τοὺς ἐκδόντας. Itaque nunc optime intelligimus quid fecerit Aristo. Ipse sycophanta erat et experientia doctus norat quanta esset pauperum erga opulentos invidia; dives factus opes suas sedulo occultat ne plebecula resciscat; negotia gerit Theomnestus, qui ipse sibi servos comparare videtur, sed pecunia Aristonis est, qui servos ἐκμισθοῖ vel ἐκδίδωσιν. Hinc fortasse mirabantur homines, mancipia illa tam inclementer tractari, quibus Theomnestus aliquatenus certe pepercisset si dominium penes se fuisset, sed τοῖς ἐκδεδομένοις necessaria ad victum alimenta vix praebebat.

Iam redeamus ad locum unde profecti sumus: Theomnestus mancipiis suis παρέχει ὥσπερ τοῖς λῃσαῖς ἐπισιτισμόν. Nempe pellucet: ὥσπερ τοῖς ἐκδότοις. Scilicet servorum quos ipse emerat, non maiorem curam gerebat quam vulgo τῶν ἐκδεδομένων. Aliquamdiu Aristo pone scenam latitare potuit, sed res divulgata fuerat in causa Archestratidis.

Sed dixerit quispiam temerarium esse pro ΛΗΙΣΤΑΙΣ reponere ΕΚΔΟΤΟΙΣ, quum literarum ductus prorsus dissimiles sint. Respondeo, me fortasse ostendere posse quomodo etiam vetustissimi librarii describendo errarint ut ἐκδότοις fieret λῃσαῖς, sed nolo hoc argumento uti ne lusisse videar. Praestat componere Harpocrationem, ut luculento indicio appareat quam nullius iudicii veteres grammatici fuerint. Hic autem scribit in voce ἀπρότων· Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθέου· ἐμπεπεδηκότων τῶν ῥητόρων ὥσπερ ἀπρότων εἰς τὸ ἐμπόριον. μήποτε γραΦικὸν ἁμάρτημα καὶ δεῖ γράΦειν ὥσπερ λῃστῶν. ἐν τισὶ δὲ γέγραπται· ὥσπερ παρνόπων. εἰσὶ δ' οἱ πάρνοπες εἶδος ἀκρίδος. Citra controversiam sola vera lectio est παρνόπων, quam Aristophanes confirmabit in Acharnensibus: ὅσον τὸ χρῆμα παρνόπων προσέρχεται. Sed quid

Digitized by Google

homine facias, qui quum emendatam lectionem in nonnullis libris reperisset, non viderit *ἀπρότων* leviter esse corruptum, deinde ridiculam coniecturam periclitatus sit *λῃστῶν*. Dixerim apud Hyperidem quum forte depravatum esset *τοῖς ἐκδότοις*, supervenisse doctum scilicet grammaticum, qui rescriberet primum vocabulum quod sibi forte in buccam venisset. Alteram rationem si sequi placet, nam per me quidem licet, fieri potest ut ΕΚΔΟΤΟΙΣ primum factum sit ΕΚΔΟΤΑΙΣ, deinde abierit in vocabulum non Graecum quidem, sed cuius externa species Graeca est ΔΟΚΤΑΙΣ, idque, ut tu vides, iam proxime aberat ab eo quod est ΛΗΙΣΤΑΙΣ.

§ 3: *παρεκελευόμην αὐτῇ ὅπως μὴ πλησιάσῃ Χαρίππῳ ἀλλὰ διαφυλάξει αὐτήν*. Nonne in fine supplendum est *ἀγνήν*?

ΚΑΤ' ΑΘΗΝΟΓΕΝΟΤΣ.

§ 2: *οὕτως ὡς ἔοικεν ἐξίσησιν ἀνθρώπου Φύσιν ἔρως προσλαβὼν γυναικὸς .....ίαν*. Ut lacuna expleretur, interpretes varia coniecerunt *καρδίαν, αἰμυλίαν, κακίαν, ποικιλίαν, πανουργίαν, ἀπιστίαν*, sed omnino tenendum est locum esse quatuor vel quinque literis. Antigonam illam, de qua sermo fit, haud satis certo scio fueritne lena an meretrix; erat certe amica Athenogenis contra quem Epicrates Hyperidis opera usus est. Saepe autem mulierculae *πραεῖαι καὶ Φιλάνθρωποι* dicuntur habemusque apud ipsum Hyperidem col. XXV vs. 7: *τῆς ὑμετέρας πραότητος καὶ Φιλανθρωπίας ἓν μόνον παραφυλάττοντες*. Xenoph. Oecon. 19. 17: *ἡ γεωργία οὕτω Φιλάνθρωπός ἐστι καὶ πραεῖα τέχνη*. Hinc corrigam: *προσλαβὼν γυναικὸς (Φ ι λ α ν θ ρ ω π)ίαν*. Nempe erat scriptum ΦΙΛΑΝΙΑΝ.

§ 5: *σὺ μὲν γάρ, ἔφη, τὸ ἀργύριον ἐπ' ἐλευθερίᾳ καταβάλλεις τοῦ Μίδα καὶ τῶν παίδων· ἐγὼ δέ σοι ἀποδώσομαι αὐτούς*. Monet Herwerdenus *Mnem.* 1893 p. 387, ne quis corrigat *καταβαλεῖς*. Cur tandem?

§ 8. Convenere Athenogenes et Epicrates in Antigonae domum: Epicrates hoc agit ut accepta pecunia Athenogenes servum suum

Digitized by Google

Midam cum duobus filiis manumittat; significat autem Athenogenes se vendere malle, ut Epicrati liceat manumittere si sibi videatur itaque patronus fiat. Ad eum finem scriptam syngrapham domo attulerat eamque tum primum promsit, postquam adulescentis inconsiderantiam et turpem amorem satis cognovit eumque dextre palpando sibi mansuetum reddidit. Sunt Epicratis verba: *ὡς γὰρ εἰπόντος αὐτοῦ ταῦτα ἐγὼ προσωμολόγησα, εὐθὺς ἐκ τῶν γονάτων λαβὼν τῶν αὐτοῦ γραμματεῖόν τι τὸ ἐγγεγραμμένον ἀνεγίγνωσκεν.* Ain tu? *ἐκ τῶν γονάτων*; Hoc quidem absurdum est et experiamur num verum reperire liceat. Non solebant veteres ad mensam sedentes scriptioni operam dare, sed in lectulo recumbentes. Est v. c. Augusti exemplum apud Suetonium c. 78: „A caena in lecticulam se lucubratoriam recipiebat; ibi, donec residua diurni actus aut omnia aut ex maxima parte conficeret, ad multam noctem permanebat." Sic Horatium quoque lectulus excipiebat, si quid daretur otii ut chartis illuderet. Offendit Hippocrates Democritum *ἔχοντα ἐν εὐκοσμίῃ πολλῇ βιβλίον ἐπὶ τοῖν γουνάτοιν* et *ὅτε μὲν ξυντόνως γράφοντα ὅτε δὲ ἠρεμέοντα* cogitabundum, cf. Hippocr. Epist. 17. Alios locos vide apud Beckerum in *Gallo* II p. 250. Verum quid hoc ad rem? Aguntur haec in domo Antigonae, quae quum, uti suspicor, perraro aliquid perscribere erat solita, Athenogenes providus futuri scriptam syngrapham domo attulerat ut nihil deesset praeter subscriptionem et sigillum. Quid igitur? Num servabat instrumentum *inter genua*? Reposuerat, credo, in lectulo in quo per totum illud colloquium sedebat, sub stragula veste, ut tempore utili expromeret: h. e. *ἐκ τῶν στρωμάτων*. — Non magis concoquo quod continuo post sequitur: *σημαίνεται τὰς συνθήκας εὐθὺς ἐν τῇ αὐτῇ οἰκίᾳ, ἵνα μηδεὶς τῶν εὖ Φρονούντων ἀκούσαι τὰ ἐγγεγραμμένα.* Nempe Athenogenes videri volebat imperito adulescentulo insigne obtulisse beneficium itaque cavit ne quis *τῶν ἐμοὶ Φθονούντων ἀκούσαι τὰ ἐγγεγραμμένα*. Atque sic fallaciis Epicrates irretitus fuit.

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

Fr. 49: *Ἱερά· τὰ τῶν τεθνηκότων ὀστᾶ. Ὑπερείδης κατ' Ἀρχεστρατίδου.* Ita legitur in Antatticista Bekkeri p. 100. 18; item

Digitized by Google

apud Ammonium p. 73: *ἱερά· τὰ ὀσᾶ τῶν ἀνθρώπων*. Sunt haec supra quam dici potest absurda; sed supersunt laciniae veteris fortasse doctrinae, qua tradebatur quid inter *τὰ ἱερά* et *τὰ ὅσια* interesset.

Fr. 118: *τίνα φήσουσιν οἱ παριόντες αὐτοῦ τὸν τάφον; οὗτος ἐβίω μὲν σωφρόνως, ταχθεὶς δ' ἐπὶ τῇ διοικήσει τῶν χρημάτων εὗρε πόρους, ὠκοδόμησε δὲ τὸ θέατρον, τὸ ᾠδεῖον, τὰ νεώρια, τριήρεις ἐποιήσατο, λιμένας, τοῦτον ἡ πολις ἡμῶν ἠτίμωσε καὶ τοὺς παῖδας ἔδησεν αὐτοῦ*. Scribam: *ὃς ἐβίω* et post *λιμένας* inseram: *κατεσκευάσατο*.

Fr. 134: *οἱ πλουσιώτατοι παρακρουόμενοι τὴν πόλιν σὺν πέντε καὶ ἓξ τριηραρχοῦντες μέτρια ἀνήλισκον*. Omnino malim: *σύμπεντε*, sicuti scribitur Euxenipp. 16: *αἱ Φυλαὶ σύνδυο γενόμεναι*.

Fr. 165: *Καθάπερ ὁ τῆς Τιμάνδρας κατηγορῶν ὡς πεπορνευκυίας τὴν λεκανίδα καὶ τοὺς ὀβολοὺς καὶ τὴν ψίαθον καὶ πολλήν τινα τοιαύτην δυσφημίαν ἑταιρῶν κατήρασε τοῦ δικαστηρίου*. Sed nulla iusta offensio si obolos suo nomine appellaveris: conieci: *ὀρόβους*.

Fr. 204: *Ἀρχομένων δεῖ τῶν ἀδικημάτων ἐμφράττειν τὰς ὁδούς· ὅταν δ' ἅπαξ ῥιζωθῇ κακία καὶ παλαιὰ γένηται, καθάπερ σύντροφος ἀρρωστία, χαλεπὸν αὐτὴν κατασβέσαι*. De eo loco quem Stobaeus servavit Flor. 46. 63 ita scribit Cobetus *Mnem.* 1860 p. 129: „Quomodo quis *exstinguere* potest id quod *radices egerit*? Numquam veteres et probati scriptores talia putide et incogitanter miscent. Locus pessime interpolatus esse videtur et insanabilis." Equidem non assentior: nemo non et olim et nunc imprudens ita peccat; veluti Cicero pr. Leg. Manilia c. 3 § 7: delenda vobis est illa macula, Mithridatico bello superiore suscepta, quae penitus iam insedit atque inveteravit in populi Romani nomine. Hartmannus nuperrime multo plura de hoc argumento conquisivit.

Digitized by Google

Fr. 208: *Δεῖ τὸν ἀγαθὸν ἐπιδείκνυσθαι ἐν μὲν τοῖς λόγοις ἃ φρονεῖ, ἐν δὲ τοῖς ἔργοις ἃ ποιεῖ.* Est haec una e sententiis quas praeceptor olim meus Laurentius Beynen anno 1837 edidit; sed nonne verba *φρονεῖ* et *ποιεῖ* locum permutare debent?

IV. Dinarchus.

ΚΑΤΑ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ.

§ 1: *ἐξελήλεγκται δῶρ' εἰληφὼς παρὰ τούτων, οἷς ἐναντία πράττειν ἔφη τὸν ἄλλον χρόνον.* Lege: *παρὰ τῶν·* ab *iis*, non: ab *his*.

§ 13: *ἀξιοῖ δωρεὰς αὐτῷ δεδόσθαι τὰς μεγίστας.* Imo: *δίδοσθαι.* Similiter corrige § 29 *παραδιδούσης.*

§ 14. Timotheum *ἑκατὸν ταλάντων ἐτιμήσατε, ὅτι χρήματ' αὐτὸν (Ἀριστοφῶν) ἔφη παρὰ Χίων εἰληφέναι.* Aristophontis nomen quod exciderat, accessit ex Philocl. § 17, ubi eadem verba recurrunt; sed utrobique reponam: *ἔφηνε*, ne quid iudices sic simpliciter testi iniurato fidem videantur habuisse. Areopagitae *ἀποφαίνουσι*, quod utraque pagina legitur: singuli homines *φαίνουσι*, veluti, ut uno exemplo defungar: Isocr. Trapez. 42: *ὀλκάδα γάρ, ἐφ' ᾗ πολλὰ χρήματα ἦν ἐγὼ δεδωκώς* (sed lege: *δεδανεικώς*) *ἔφηνέ τις ὡς οὖσαν ἀνδρὸς Δηλίου.* Ipse quoque Dinarchus Philocl. 17: *οὗτος ἐξαγγελεῖ τοῖς πολεμίοις σύνθημα φήνας καθ' ὑμῶν.* Item c. Demosth. § 53: *εἷς ἀνὴρ ἔφησε Πισίας Ἀρεοπαγίτης ὢν ἀδικεῖν με, καταψευδόμενος κἀμοῦ*, malim *ἔφηνε*, sed § 49: *οὔτε μ' ἀπέφηνεν ἡ βουλὴ οὔτ' ἐμέλλησεν.*

§ 17: *οὐκ ἄνω καὶ κάτω μεταβαλόμενος.* Dicendum hoc fuit sicuti recte legitur Plat. Phaed. 96 A: *ἄνω κάτω μετέβαλλεν* et vide quae de ea locutione congessi *Mnem.* 1900 p. 357. Obiter addo, quum agerem de adverbio *περικάτω Mnem.* 1901 p. 277 me Epicuri immemorem fuisse *περὶ Φύσεως* Papyr. Herculan. 1502. 22: *περικάτω γὰρ ὁ τοιοῦτος λόγος τρέπεται.*

Digitized by Google

Deinde, in eadem Dinarchi paragrapho: *ὑπομένων καὶ κρίνεσθαι, εἰ δόξειεν τοῖς δικαςταῖς*, Wolfium sequar qui rescripsit *κατακρίνεσθαι*, quamquam alia placuerunt Bakio *Mnem.* 1859 p. 109. In fine autem: *οὐδ' ἕτερα Φρονῶν καὶ δημηγορῶν*, necessarium duco: *οὐδ' ἕτερα μὲν Φρονῶν, ἕτερα δὲ δημηγορῶν*, quemadmodum recte legitur § 47: *ἕτερα μὲν λέγων, ἕτερα δὲ Φρονῶν.*

§ 18: *τὴν δὲ παρὰ [Θηβαίων] τῶν παλαιπώρων (πρεσβείαν) προσδεξαμένων.* Quam eleganter hic omittetur proprium Thebanorum nomen, sicuti § 24 Cobetus correxit apud Kleinium *Mnem.* 1859 p. 83: *σπείρεται τὸ [Θηβαίων] ἄχυ τῶν κοινωνηςάντων ὑμῖν τοῦ πρὸς Φίλιππον πολέμου.* Item corrigam § 38: *βοηθήσαντες τοῖς [εἰς Θήβας] κατιοῦσι τῶν Φυγάδων* et § 76: *οἱ μὲν πρότερον ὄντες λαμπροὶ διὰ τοὺς ἡγεμόνας [Λακεδαιμόνιοι] καὶ ὑπὸ τοῖς ἐκείνων ἤθεσι τραΦέντες ταπεινοὶ πρὸς τὴν πόλιν ἡμῶν ἦκον.*

§ 26 supplebo: *ἐν ταῖς Ὀλυνθίων καὶ (ταῖς) Θηβαίων συμΦοραῖς*, deinde: *ἐν ὑμῖν αὐτοῖς καὶ τοῖς θεοῖς τὰς ἐλπίδας τῆς ςωτηρίας ἔχετε*, tum Thalheimius tum Blassius omiserunt adnotare Cobetum coniecisse *σὺν τοῖς θεοῖς Mnem.* 1859 p. 92.

§ 27: *μόνως γὰρ οὕτως, μόνως καὶ τοὺς ἄλλους ποιήσετε βελτίους.* Longe praeferam bis *μόλις* scribere. Tum in verbis: *οὐδεὶς οἶδεν οὐδὲ ζητεῖ πυθέσθαι τί πεπόνθασι*, libenter delebo id quod est *πυθέσθαι.*

§ 31: *τοσοῦτον ἐδέησεν ὁ δημαγωγὸς — πρᾶξίν τινα προΦέρειν.* Multis vitiosa lectio visa est: supplebo equidem: *προΦέρειν (ἔχειν).*

§ 35: *γράΦων ἐπιςολὴν καὶ καταισχύνων τὴν τῆς πόλεως δόξαν ἐκ τῶν δακτύλων ἀναψάμενος περιεπορεύετο.* Cur tandem spernitur Cobeti correctio *ἣν καταισχύνων* coll. Aesch. Ctes. III 164, vide Kleynium *Mnem.* 1859 p. 94.

§ 39: *πείσαντος ἐξελθεῖν ὑμῶν τοὺς προγόνους* ΚεΦάλου.

Digitized by Google

Nimis violenta est Thalheimii correctio πατέρας· equidem scribam: τοὺς περιπόλους. Dixit de his Harpocration in voce.

§ 40: εἰλημμένοι δῶρα καθ' ὑμῶν εἰληφότες. Verbum εἰλῆφθαι per se hoc modo recte usurpatur; habemus § 29 εἰλημμένον ἐπ' αὐτοφώρῳ δῶρ' ἔχοντα, § 77 τὸν ἐπ' αὐτοφώρῳ κλέπτην εἰλημμένον, § 104: εἴληψαι πεποιηκώς, Aristog. § 6: τοὺς εἰλημμένους ἔχοντας ἐπ' αὐτοφώρῳ δῶρα et Aristog. § 21 εἴληπται ἀδικῶν. Nec tamen εἰλῆφθαι et εἰληφέναι bene copulantur: εἰλημμένοι εἰληφότες. Contuli autem Demosth. § 1: ἐὰν ἐξελεγχθῇ ὁτιοῦν εἰληφώς, § 47 ἐξεληλεγμένος δῶρα κατὰ τῆς πόλεως εἰληφώς, § 113 ἐξελήλεγκται Φενακίζων, item Philocl. § 1, 3 et 22: ἐξεληλεγμένοι κατὰ τῆς πατρίδος δῶρ' εἰληφότες atque sic illic pariter praestare dixerim: ἐξεληλεγμένοι — εἰληφότες. Quod simili modo scriptum est § 53 ἐπ' αὐτοφώρῳ [χρήματα λαμβάνων] εἴληπται, Kleinius l.l. p. 85 expungi iussit quod uncinis indicavi, sed fortasse praestat scribere ἐξελήλεγκται.

§ 43: τὴν εἰς τὴν ἀγορὰν ἀνατεθησομένην εἰκόνα. Verum statua non ἀνατίθεται et ἀνάκειται, sed ἵσταται vel ἕστηκε· sic continuo sequitur τὸ χαλκοῦς ἐν τῇ ἀγορᾷ στῆσαι Βηρισάδην καὶ Σάτυρον. Ac proinde scribere necesse erit: σταθησομένην.

§ 44 in longiore sententia inutile fulcrum est κελεύουσιν et § 45: ἀδίκως εἰς ὑμᾶς πεποιῆσθαι τὰς ἀποφάσεις, Graecitas, nisi fallor, postulat: ἀδίκους. Sic Demades, ut hoc utar, § 61: ἀδίκους οἱ συκοφάνται ποιοῦνται τὰς διώξεις.

§ 56: τὸν παρ' αὐτῶν ἀποστερήσαντα τὸ ναῦλον τὸν πορθμέα ζημιώσατε πρὸς ὑμᾶς ἀπέφηνε. Sic sine sensu editur, sed facillima correctio est: τὸν πρῴην ἀποστερήσαντα. Cf. § 95: ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ταύτῃ τῇ πρῴην γεγενημένῃ.

Prorsus otiosum est § 71 verbum ἀξιοῦν, sed utilius erit digitum intendere in § 81: δύο ταύτας μόνας ἐν τῷ βίῳ Δημοσθένης πεποίηται ἀποδημίας, μετὰ τὴν μάχην ὅτ' ἀπεδίδρασκεν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ νῦν εἰς Ὀλυμπίαν. Ubique Dinarchus impudenter mentitur, sed etiam in mendacio certi fines sunt, quos

Digitized by Google

non impune transgredi licet; quid autem omnibus notius quam Demosthenem plus semel legationes obiisse ad Philippum regem? Maetznerus tolli iubet ἐν τῷ βίῳ, quo nihil proficitur. Nec magis Kleinius l.l. p. 85 multa moliendo quidquam promovit. Hoc vult credo Dinarchus, bis tantum Demosthenem *libenter* peregre profectum fuisse: δύο ταύτας μόνας (ἄσμενος) ἐν τῷ βίῳ Δημοσθένης πεποίηται ἀποδημίας (ταυτΑΣ ΜΟΝΑΣ ΑΣΜΕΝΟΣ).

§ 84: ἡ βουλὴ εὗρηκε Δημοσθένην. τί δεῖ πολλῶν λόγων; ἀποπέφαγκεν. Areopagus, credo, Demosthenem non invenit sed κέκρικε. Vide verbum κρίνειν de eadem re usurpatum in hac ipsa oratione § 86, Aristog. 21 et ubi non?

§ 92: μετοιωνίσασθαι τὴν τύχην καὶ μεταλλάξασθαι βουλόμεθα. Hodie vulgo male audiunt qui ubique interpolationes odorantur et concedo Kleinium fervore aetatis abreptum interdum in ea re modum excessisse, sed nunc quidem recte obelo notavit verba: καὶ μεταλλάξασθαι. Vide modo supra § 29: μετοιωνίσασθε τὰς τῆς πόλεως πράξεις. Harpocr. μετοιωνίσασθαι· ἀντὶ τοῦ μεταθέσθαι τὸν φαῦλον οἰωνόν.

Contra aliquid supplendum est § 97: πόθ' οὗτος ἢ διὰ ψηφίσματος ἢ (διὰ) νόμου ἐπηνώρθωσε τὸ ἱππικόν;

§ 97 Pergit orator conviciari et Demosthenem appellat τὸν ἐν ταῖς πολεμικαῖς πράξεσιν ἄπιστον γεγενημένον itemque τὰς ὑπὲρ τοῦ δήμου πράξεις ἐγκαταλελοιπότα. Atque illud quidem recte, sed scribere malo: τὰς ὑπὲρ τοῦ δήμου τάξεις.

§ 109: μὴ οὖν ἄχθεσθε αὐτοῦ κλαίοντος. Arridet: μὴ οὖν ἀνέχεσθε, sed nihil definire ausim. In sequentibus autem supplebo: τὴν χώραν ἣν οὗτος εἰς τοὺς (ἐσχάτους) κινδύνους καθίσησιν.

ΚΑΤ' ΑΡΙΣΤΟΓΕΙΤΟΝΟΣ.

§ 2: ὀφείλων τῷ δημοσίῳ κατὰ τῶν ἐπιτίμων γέγραφεν οὐκ ἐξὸν αὐτῷ. Nonne μετὰ τῶν ἐπιτίμων?

Digitized by Google

§ 3: πονηρίαν γὰρ ἀρχομένην μὲν κωλῦσαι τάχ' ἄν τις κολάζων δυνηθείη, ἐγκαταγεγηρακυῖαν δὲ καὶ γεγευμένην τῶν εἰθισμένων τιμωριῶν ἀδύνατον εἶναι λέγουσιν. Metuit Dinarchus, sicuti pergit dicere, ne in civitate malitia fiat δευσοποιός, nec tamen minus eandem, uti arbitror, τιμωρούμενοι possumus κωλῦσαι. Verius utique fuerit κολοῦσαι.

§ 19: τοῦτον μόνον ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ τοῖς ἐζητηκόσι καὶ εἰδόσιν ἀποπέφαγκεν. Ipsi Areopagitae debebant ζητεῖν, non populi hoc officium est. Hinc corrigam: τοῖς ἐξητακόσι καὶ εἰδόσιν. Continuo recte sequitur: οὐ γὰρ παρ' ἐκείνης ὑμεῖς πυθόμενοι ἴσε πονηρὸν καὶ ἄδικον ὄντα.

ΚΑΤΑ ΦΙΛΟΚΛΕΟΥΣ.

§ 3: In longiore sententia quam describere nihil opus est, praestabit, opinor, καταπεφρονηκώς, non καταπεφρόνηκε.

§ 4: ὁ μὲν κοινὸς τῆς πόλεως νόμος, ἐάν τις (ἐνὸς) ἐναντίον τῶν πολιτῶν ὁμολογήσας τι παραβῇ, τοῦτον ἔνοχον εἶναι κελεύει τῷ ἀδικεῖν. Dobraeus eiicere voluit participium ὁμολογήσας· si quid mutandum, malim: ὁμόσας.

§ 14: ἑωρακότες τὸν δῆμον ἅπαντα κατήγορον τούτου γεγενημένον καὶ προκεχειρικότα πρῶτον τῶν ἄλλων ἐπὶ τὸ τὴν τιμωρίαν ἐν ὑμῖν δοῦναι. Sunt aliae scripturae προκεχειρηκότα et προκεχωρηκότα, quae manu ducunt ad: προκεχειροτονηκότα, quae lectio faciet ad defendendam Bakii doctrinam *Schol. Hyp.* IV p. 283, ni forte malis: προκατακεχειροτονηκότα.

His adnectam paucula quaedam de Demadis fragmentis.

§ 4: κτήσασθαι γὰρ ἰδίῳ θανάτῳ δημοσίαν εὔνοιαν καλόν. Hoc quidem stulte dictum est; lege: εὔκλειαν.

§ 12: ἀπέκειρε γὰρ τὴν ἀκμὴν τῆς Σπάρτης ὁ Θηβαῖος καὶ τοὺς ὅρους τῆς Λακωνικῆς τεθειμένους τὴν ἀκμὴν τῶν νέων συνέκλεισε ταῖς τέφραις. Quam est hoc mire dictum! Unusquisque, credo, loco semel perlecto, incidet in ταῖς τάφροις. Quaeris fortasse

Digitized by Google

num revera Epaminondas Spartam circumvallaverit? Primum non sunt talia apud oratores ad historicam fidem exigenda; satis illis est haud improbabilia fingere et Agesipolis verbi causa, postquam Mantineam pervenit, Xen. Hellen. V. 2. 4, statim ex itinere *τάφρον ὤρυττε κύκλῳ περὶ τὴν πόλιν*. Sed audi Aeneam Poliorcet. 2: *Λακεδαιμόνιοι, Θηβαίων ἐμβαλόντων, ἔκ τε τῶν ἐγγυτάτω οἰκιῶν ξύλα λύσαντες καὶ ἐκ τῶν αἰμασιῶν καὶ τειχίων ἄλλοι κατ' ἄλλους τόπους φορμοὺς γῆς καὶ λίθων πληρώσαντες — ἐκώλυσαν τοὺς εἰσβάλλειν ἐπιχειροῦντας εἰς αὐτὸ τὸ πόλισμα.*

§ 26. De Thebanorum urbe legimus in novis fragmentis quae Hauptius in Codice Palatino invenit: *νῦν δ' εἰσὶν οἰκόπεδον πόλεως καὶ λείψανα κακῶν ταῖς τῶν ἐχθρῶν χερσὶν εἰς ἔδαφος ἀχθεῖσαι*. Proclive est restituere: *ἀραχθεῖσαι*.

§ 52: *ἐκεῖνοι γὰρ οἱ λόγοι τὴν ὀργὴν τοῦ βασιλέως ὥσπερ ὕπνῳ κατεκοίμησαν*. Praestat: *κατεκοίμισαν*.

§ 53. Hodie omnia secundum oratorem vergunt in peius: *νόθαι δὲ γεγόνασιν αἱ τῶν φίλων ἐλπίδες*. Intelligam: *νωθραί*. Sed haec fragmenta indigna sunt in quibus multum studii ponas.

AD APOLLINAREM SIDONIUM.

Ep. VI. 12. 6 *illum dubia fama* conciliat *per rudes adhuc et Dodonigenas populos duabus vagum navibus, quibus postea deinceps formam draconum deputaverunt, ignotam circumtulisse sementem.*

Pro voc. *conciliat* (alt. lect. *conciliet*) Mohr Luetjohanni coni. *concinnat* quamvis dubitanter recepit; ipse *cantitat* — Brakman *concinat* proposuit.

Legendum esse *confirmat* docet me Ep. VII. 7. 1: *siquidem nostri hic nunc est infelicis anguli status, cuius*, ut fama confirmat, *minus fuit sub bello quam sub pace condicio.*

Ceterum hoc loco non cum Mohrio ante *minus* addendum videtur *misera* nec *mala* cum Brakmanno neque cum Luetjohanno scribendum *minus* ‹tristis›, sed restituendum *infirma*, quod propter litterarum similitudinem post *confirmat* excidisse credo.

P. H. D.

Digitized by Google

AD EPIGRAMMA DELPHICUM.

SCRIPSIT

CAROLUS GULIELMUS VOLLGRAFF.

Inter titulos incisos in monumentis Delphicis recenti Gallorum opera recuperatis non ultimo loco numeratur carmen quo pro patre Cratero Craterus filius votum se solvisse testatur:

υἱὸς Ἀλεξάνδρου Κράτερος τάδε τὠπόλλων[ι]
ηὔξατο τιμάεις καὶ πολύδοξος ἀνήρ,
στᾶσε, τὸν ἐμ μεγάροις ἐτεκνώσατο καὶ λίπε παῖδα,
πᾶσαν ὑποσχεσίαν πατρὶ τελῶν Κράτερος·
ὄφρα οἱ ἀίδιον καὶ ἀρπαλέον κλέος ἄγρα,
ὦ ξένε, ταυροΦόνου τοῦδε λέοντος ἔχοι·
ὅμ ποτε, Ἀλ[εξάν]δρῳ τότε ὅθ' εἵπετο καὶ συνεπόρθει
τῷ πολυαιν[ήτῳ τ]ῶδε Ἀσίας βασιλεῖ,
ὧδε συνεξαλάπαξε καὶ εἰς χέρας ἀντιάσαντα
ἔκτανεν οἰονόμων ἐν περάτεσσι Σύρων [1]).

De signis quibus haec disticha olim subscripta fuere, copiosius egit Perdrizetus [2]); qui et de ipsa „venatione Alexandri" quo modo Delphis efficta fuisse videatur et de vita utriusque Crateri patris filiique luculenter exposuit. Constat Craterum Alexandri Magni familiarem, cum auctumno anni 322 uxorem duxisset, iam proxima aestate in Asia mortem obiisse. Unde Droysenus probabiliter confecisse videbatur vix posse fieri ut puer vitae lucem adspexerit ante patris interitum. Nunc vero ex ipsius epigrammatis verbis: ἐτεκνώσατο καὶ λίπε (quasi dicas:

1) *Bulletin de correspondance hellénique*, 1897, p. 598 sq.
2) *Ibidem*, 1898, p. 566 sqq.; *Journal of Hellenic Studies*, 1899, p. 274 sqq.

Digitized by Google

modo procreatum reliquit) manifesto apparet infantem paulo *ante* genitoris obitum natum esse. Quonam autem anno filius patris votum persolverit, id neque ex inscriptione Delphica, ut vides, neque aliunde colligi potest. Hoc unum ab Hermippo Callimacheo quem laudat Athenaeus [1]) discimus: Alexinum philosophum Eleum paeana fecisse qui Delphis in honorem Crateri certis intervallis caneretur. Ecquis in dubium vocabit quin filii mandatu hoc factum sit, cum pro patre votum solveret? Ceterum operam perditurum esse contendit Perdrizetus, si quis perscrutari voluerit utrum epigramma de quo agimus ab ipso Cratero scriptum fuerit, an vero ab Alexino. Quod licet ego minime infitias eam (Craterum enim, quamvis et ipse scriptitaret, cuilibet ex amicis clientibusve hoc negotium mandare potuisse apertum est), illud tamen certum mihi videtur ab Alexino hoc carmen non esse compositum. Prodit enim manum versuum pangendorum imperitiorem et cum sententia recte decurrat nec hercle spiritus deficiat, cetera nihilominus laborant incuria quadam a scriptoribus doctis suaeque famae studiosis illa certe aetate aliena. Quam tarda atque molesta accidit nominum adiectivorum geminatio: *τιμάεις καὶ πολύδοξος, ἀίδιον καὶ ἀρπαλέον*! Quantum offendit eadem fere syllaba ter repetita: *τοτ' ... τόθ' ὅθ'*! Quam frigide denique verbo nimii vigoris *συνεξαλάπαξε* (*vastavit*) subiunxit ista: *καὶ εἰς χέρας ἀντιάσαντα ἔκτανεν* (*et comminus occidit*). Talia quin Alexino et omnino aequalibus eius quotquot poësi et arti rhetoricae de industria operam navarint abiudicanda sint, non est dubium, quandoquidem illis imputari non possunt quae apud ceteros mortales forsitan veniam habeant.

Quamquam insunt in hoc carmine, ut nunc habet, vitia quaedam, quae ne tiro quidem aut *ἰδιώτης* plane poeta commiserit. Primum enim caret obiecto verbum *συνεπόρθει*, cuius natura obiectum flagitat. Deinde insequenti versu Macedonum rex permire audit rex ... Asiae, quo nomine neque quod sciam unquam vivus appellari voluit nec profecto mortuus a suis Macedonibus nuncupatus fuerit. Utraque autem offensio una literula in lapide mutanda tolli potest, si mecum legas:

---

1) XV, 696 F.

Digitized by Google

'Αλεξάνδρῳ τόθ' ὅθ' εἵπετο καὶ συνεπόρθει
τῷ πολυαινήτῳ τῷδ' 'Ασίαν βασιλεῖ,

i. e. „tunc temporis, cum Alexandrum sequeretur et una cum hocce inclito rege Asiam popularetur." Lapicidam cum culpandum esse arbitrer, non abs re videtur adnotare eiusdem socordiae etiam aliud in his versibus conspici documentum. Neglexit enim post ἀίδιον voculam τε, qua omissa claudicat metrum.

AD APOLLINAREM SIDONIUM.

Ep. VI. 8. 2 *quem propediem non iniuria reor mercatorem splendidum fore, si hinc ad vestra obsequia festinans frigoribus fontium civicorum saepe fontem* mercatoribus *anteferat.*

Var. lect. *mercatoribus — mercatoris — mediatoris,* in qua scriptura incerta alii alia latere credunt, Leo *caloris tui* — Mohr *meri* vel *merum caloris vestri* — Brakman (*frontem*) *Mercatoris* (= Redemptoris).

Equidem quin vera lectio esset *meraciorem* dubitavi numquam. Cf. Ep. III. 10. 1 *ad meracissimum scientiae fontem,* IV. 1. 1 *purius, fortius, meracius amat,* II. 5. 2 *vestri ... fonte consilii.*

Vel sic tamen aliquid restabat quod offenderem, nam voc. *saepe,* ut languens ac frigidum, huic loco minime accommodatum esse intellegebam, sed de corruptelae origine deque lectione restituenda multum dubitavi diuque. Denique iam Sidonio sua reddidisse mihi videor ita:

si ... frigoribus fontium civicorum sancti spiritus *fontem* meraciorem *anteferat.*

Vocabula quae sunt *sancti spiritus* ita exarata fuisse suspicor, ut fere sunt: *sc̃isp̃s*, litteras autem *c* et *i* propinquitate nimia coaluisse in unam litteram *a*, quo facto scriba, qui pro duobus vocabulis unum legi putaret, litterae *s* cum parum diligenter pictae essent, non dubitaverit quin voc. *saepe* ante oculos haberet.

P. H. D.

Digitized by Google

DE OVIDIO POETA COMMENTATIO.

SCRIPSIT

J. J. HARTMAN.

(*Continuantur e pag.* 124).

CAPUT VII.

AD VARIOS METAMORPHOSEON LOCOS ANNOTATIONES VARIAE.

Quod in hisce annotationibus conscribendis non ultra „Iudicium Armorum" progressus sum probabit qui ét plerasque earum critici generis esse cognoverit ét in memoriam redierit eorum quae capitibus primo, tertio, quinto scripta sunt. Ceterum nemo hic magnifici quidquam exspectet: non novos indagavi codices, non novum codicum excogitavi stemma, ne notum quidem aliquem codicem denuo excussi. Variae sunt observatiunculae mihi per longam annorum seriem natae, quae neque ad certam normam redigi possint et vix ullo inter se cohaereant vinculo. Ex quo enim Kornii editio in lucem prodiit — sunt anni viginti tres — quae fideliter in calce paginae parvo spatio quid ubique sit in codicibus, quid ubique viri docti coniecerint, refert, dicere non possum quoties totum librum ab initio ad finem percucurrerim, nam unius alicuius loci vel cum discipulis vel in phrontisterii mei recessu accuratius examinandi quisque fere dies praebebat facultatem. Hic quotiescunque mihi vel versum vel annotationem consideranti in mentem veniebat aliquid, quod nondum ab aliis esset observatum et tamen ad poetam nostrum vel rectius intelligendum vel accuratius eden-

Digitized by Google

dum conferre posse videretur aliquid, in margine signum aliquod appingebam, quo facilius commenta mea interdum novo possem submittere examini. Tandem aliquando omnia tam bene perpensa videbantur, et cum sat multa reiecissem, tanta tamen restare copia rerum publica luce non prorsus indignarum, ut omnia in unum colligere decernerem libellum, quem iam disquisitionibus meis de Ovidio poeta annecto.

Quem ut in medium proferre auderem res exoptatissima effecit: tandem aliquando manibus tenemus Metamorphoseon editionem ab Ehwaldo curatam et egregiis annotationibus instructam. Nam antea multos quidem multorum de Ovidio legeram commentarios, sed magnum tamen restabat periculum ne ineptum in modum tamquam nova proponerem quae dudum ab aliis essent perspecta. Ehwaldum vero communi doctorum sententia constat omnia quae ad Ovidium pertineant legisse vel legere; editionis illius, quae quam vera illa doctorum sit sententia luculenter docet, altera pars anno 1898 in lucem prodiit, altera anno 1903: vides fere ad nihilum redactum illud de quo dicebam periculum. Nam praestantissimum illum librum tam diligenter excussi ut nullam cuiusquam viri docti sententiam, quae in rem praesentem faceret, me fugisse affirmare audeam.

Sunt autem, ut iam dicebam, observationes meae varii diversique generis: modo antiqua tuebor, modo emendationem commendabo, modo — quamquam rarius hoc fiet — ipse aliquam meam proponam coniecturam. Hic illic quaedam ad textus historiam pertinentia observabo et locos indicabo e quibus appareat in Ovidii amicorum manus pervenisse exemplaria quibus ipse poeta iam manum emendatricem adhibere coeperit, ita tamen ut plerumque ad veram lectionem constituendam non perveniret sed inter duas haereret dubius, denique, si qui versus novum mihi afferre videbitur argumentum rei in prioribus capitibus dictae, ne id quidem silebo.

Non tamen rudis indigestaque moles haec est. Naturali quodam vinculo omnia inter se cohaerent. Omnia enim eo tendunt ut alios docere coner — atque utinam ne propter illud *docendi* verbum graviter a nonnullis increper — id quod mihi semper persuasissimum fuit et hisce lucubrationibus ad finem perductis magis etiam, si fieri potest, constat:

Digitized by Google

Quisque locus suam sibi requirit emendandi interpretandique normam. Non est una lex quae ad omnes pertineat quaestiones criticas nisi haec — si *lex* vocari haec potest — caute semper et circumspecte esse agendum et in quovis loco hoc solum rogandum quid, non propter testimonia sed propter rem et locum ipsum, maximam habeat speciem veri. Hoc autem nemo melius docet quam ipse, quem tractamus, poeta scriptorve et sua quemque mens longo illius usu exercitata atque limata. Denique nescio an nihil melius quae artis criticae vera ratio sit doceat quam decantatum illud Francogallorum dictum:

INVENIAS QUOCUMQUE LOCO, REM, QUAE BONA, SUME!

Liber I.

1 In nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora: di coeptis (nam vos mutastis et illas)
Aspirate meis.

Finem vs. 2 tentarunt multi. Quod in mea editione posui: „coeptis (nam vos mutastis) et ausis" desperantis erat coniectura, non digna quam inter virorum doctorum conamina Ehwaldus referret. Boni enim nihil in ea est nisi quod non, ut lectio vulgata, aliquid praebet quod *plane* sit sensu cassum. Sed est hiberna nive frigidior: „de mutatis corporibus canto: vos, o dii immortales, huic consilio favere aequum est, quoniam illius mutationis auctores estis". Nullum est argumentum in quod non conveniat illud: „de rerum natura cantabo; vos o dii coeptis aspirate meis, nam vos res creastis", vel: „de diro facinore cantabo, vos o dii me adiuvate, nam vos illud fieri permisistis" vel quid non? Ovidium tamen equidem credo (et quis non credat?) Metamorphosesin suis praemisisse aliquid quod illarum sit proprium — et quod paululum certe habeat acuminis. Merkelii *illac* suum sibi requirit Oedipodem. Neque quidquam proficimus Ehwaldi annotatione: „denn wie alle anderen so sind auch diese Verwandlungen euer werk": neque operae pretium duco hic Stobaei Eclogas inspicere ut a Posidonio docear quae sint illae *aliae omnes* mutationes: „cosmicas et

Digitized by Google

physicas" esse cogitandas etiam sine Posidonio quivis intelligeret, si revera hic duo genera mutationum inter se opposuisset Ovidius. Sed non opposuit neque potuit opponere. Denique quid multa? Unice verum est quod recepit P. Lejay e cod. ϵ *illa*. Utrum autem cod. ϵ illud habeat a manu secunda, an idem librarius qui totum codicem scripsit tamquam variam lectionem adscripserit (Kornius enim annotat: „illas: illa ϵ", Ehwaldus lectionem esse dicit codicis ϵ^2) neque scio neque curo magnopere. Veram enim lectionem hanc esse constat. Veramne? Immo plane necessariam. An putemus Ovidium, cum ad novum carminum genus accederet, ne uno quidam verbo monuisse se eundem illum esse poetam, qui antea longe alia cecinerit? Sic notus Ulysses? Nullus fere eius liber est in cuius initio non legatur aliquid quod in mentem nobis revocet priora eius de poesi merita. „Coeptis meis o dii aspirate, nam vos, qui corpora mutastis, de quibus narraturus sum, etiam mutastis coepta illa". Hoc acuminis sat multum habet, hoc in solas Metamorphoses convenit, hic ipsum agnoscimus Ovidium. An non sentis eiusdem esse hoc

> In nova fert animus mutatas dicere formas
> Corpora, di coeptis (nam vos mutastis et illa)
> Aspirate meis,

et illud in Tristium I, 1, 117 sqq.:

> Sunt quoque mutatae, ter quinque volumina, formae,
> Nuper ab exsequiis carmina rapta meis.
> His mando dicas, inter mutata referri
> Fortunae vultum corpora posse meae.

Qui olim magno de mutationibus operi aliquid de sua mutatione praemiserat quod grandi illo conamine dignum esset, postea idem illud opus commemorans de sua mutatione ita iocatur ut iocari solent quos ridiculos facit ipsa miseria: sed utrobique eundem illarum inter se oppositarum mutationum agnoscimus auctorem.

8 sq. Nec quicquam nisi pondus iners congestaque eodem
Non bene iunctarum discordia semina rerum.

Ne hic quidem codex ϵ spernendus mihi videtur, qui pro *congestaque* habet *coniectaque*. Nam temere res *coniiciuntur*, sed qui

Digitized by Google

congerit consulto agit et de industria. Quae sunt *congesta* vix dici possunt non esse *iuncta*.

26 Ignea convexi vis et sine pondere caeli
Emicuit summaque locum sibi fecit in arce.

Hic pro *fecit* non codex *ε* solus sed etiam summae auctoritatis liber N dat *legit*, quod non, ut Ehwaldus censet, e coniectura natum videtur eius qui memor esset versus XII, 43:

Fama tenet summaque locum sibi legit in arce

(Ehwaldi est sic omnia semper in promptu habere, non τοῦ τυχόντος librarii), sed ab ipso Ovidio profectum. Etenim Ovidius τὰ αὐτὰ λέγει περὶ τῶν αὐτῶν semper, quidni et hic? Quod *evolantis* Famae est, idem et *emicantis* aetheris. Uterque locum legit, capit, occupat, denique *possidet*, quod verbum vs. 30 sq. rectissime adhibetur:

Circumfluus umor
Ultima possedit.

Contra *locum sibi facere* eius est qui obstantia removet, non qui vacuum et inane occupat spatium.

151—162 Quanto melius totum hunc locum omisisset Ovidius! Nam nunc quae de *hominibus* narrantur ingrata ista *Gigantum* commemoratione divelluntur. Negligenter ab ipso, ut opinor, Ovidio hi versus sunt inserti, ne quidquam quod in scriniis haberet huc pertinens omitteret. Non possum Ehwaldo assentiri *de industria* ab Ovidio interpositos ut aptum sibi pararet transitum ad narrationem de Lycaone, atque eodem consilio de Gigantum progenie, e sanguine eorum orta, satis audacter ab eo dici:

Sed *et illa* propago
Contemptrix superum (fuit)

„*et illa*: item ut ferreae aetatis homines, quorum tamen adversus deos impietas nulla est commemorata, sed huius quoque impietatis nunc mentionem facere debet poeta quia annectere vult Lycaonis adversus summum deum facinus dirum" hoc sibi vult Ehwaldi ad h. l. annotatio. Ego secus censeo: apte disposita *erant* omnia et paratus transitus. Postquam multa ferreae aetatis sunt enumerata scelera quae iam non potuerit ultra aspicere Virgo Astraea, egregie sequitur:

Digitized by Google

Quae pater ut summa vidit Saturnius arce
ingemit

et sponte in memoriam redit impietatis horrendae qua adversus ipsum unus ex illo numero usus iam sit. Nonne nunc *sponte* se narratio de Lycaone offert? Sed corrupit omnia nimio doctrinae studio ipse poeta. Ut alia omnia taceam: quam egregie illa

Quae pater ut summa vidit Saturnius arce

statim post longam enumerationem scelerum, quibus ferrea aetas ipsam fugarit Astraeam, ponuntur, quam parum apte illud *quae* refertur ad versus qui nunc proxime praecedunt:

Sed et illa propago
Contemtrix superum saevaeque avidissima caedis
Et violenta fuit: scires e sanguine natos.

Nihil hic dicitur quod vel summus deorum oculis suis contemplari possit, nulla hic est enumeratio, quae pronominis relativi pluralem provocet numerum.

165 Foeda Lycaoniae referens convivia mensae.

Referens rectissime Ovidio iam Hauptius vindicavit allato Fast. IV, 667:

Numa visa revolvit
Et secum ambages caecaque iussa refert.

Neque tamen mirum fuisse qui nostro versu *repetens* legendum esse coniiceret, nam *referendi* verbum sat raro sic adhiberi videtur ut sit: sibi in mentem revocare. Quapropter operam me non perditurum existimo si unum etiam exemplum adscripsero, idque disertissimum. Legitur apud Propertium I, 1, 34 sq.:

Quod si quis monitis tardas adverterit aures,
Heu *referet* quanto verba dolore mea.

170 sqq.

Hac (sc. via lactea) iter est superis ad magni tecta Tonantis
Regalemque domum. Dextra laevaque deorum
Atria nobilium valvis celebrantur apertis.
Plebs habitat diversa locis; a fronte potentes
Caelicolae clarique suos posuere penates.

Tandem aliquando exstitit Ehwaldus qui sentiret haec sic ab Ovidio scribi non potuisse. Quid enim? *a fronte* non omnes dii

Digitized by Google

maiores habitant sed unus Iupiter, ceteri dei nobiles dextra laevaque viae lacteae, ad caeleste illud Capitolium tendentis, domos suas habent. Recepit ergo Ehwaldus fragmenti Bernensis lectionem *hac parte* pro *a fronte*, quo facto non ipse sibi Ovidius obloquitur. Remanet tamen vel sic scrupulus quidam. Non observasse Ehwaldus videtur quam ingrate illis:

hac parte potentes
Caelicolae clarique suos posuere penates

haec annecterentur:

Hic locus est e. q. s.

Clavum ergo clavo expulisse vir praestantissimus videtur. Equidem totam illam minorum deorum commemorationem non ab Ovidio, qui hic facile eam omittere potuit, profectam censeo, sed a putido magistello, qui lacunam, quam sibi deprehendisse videretur, utcunque versiculis expleverit; hunc autem Ovidii mente parum intellecta *a fronte* scripsisse suspicor et lectionem Bernensem esse emendandi conamen. Eiectis autem versibus *Plebs — penates* omnia egregie procedunt: adverbio *hic* Capitolium caeleste ipsum cum suo clivo comprehenditur, cuius loci totius una pars (summa nimirum) Palatium caeli dici possit. Magistelli autem illius cum mihi informo imaginem, eiusdem esse incipio credere versus 87 sq.:

Sic, modo quae fuerat rudis et sine imagine, tellus
Induit ignotas hominum conversa figuras

quos proscripsit Bentleius. Statim iterum eius audiemus vocem.

199 sqq. Postquam de Lycaonis impietate narravit Iupiter:

Confremuere omnes studiisque ardentibus ausum
Talia deposcunt. Sic cum manus impia saevit
Sanguine Caesareo Romanum exstinguere nomen,
Attonitum tanto subitae terrore ruinae
Humanum genus est totusque perhorruit orbis.
Nec tibi grata minus pietas, Auguste, tuorum est,
Quam fuit illa Iovi. Qui postquam voce manuque
Murmura compressit, tenuere silentia cuncti.
Substitit ut clamor pressus gravitate regentis,
Iuppiter hoc iterum sermone silentia rupit.

Ad versus 207 sq. Kornius annotat: „proscripsit Merk.", errore

Digitized by Google

ut opinor, nam vs. 208 certe carere non possumus quin omnia concidant. Sed suboluisse aliquid Merkelio (et cui non?) hic libenter credo. Ut mittam *tenuere silentia* vix latine dici posse pro *siluere*, quis puer unquam sic locutus est: „postquam murmura compressit, tenuere silentia cuncti"? quod prorsus idem est ac si quis diceret: „postquam cuncti siluerunt, cuncti siluerunt". Vix minus ingratum: „murmura *compressit* — substitit ut clamor *pressus*", vel duobus versibus post istud „tenuere *silentia*" iterum „*silentia* rupit". Et quam ridiculum istud: grata fuit illa Iovi pietas, ergo ..... statim murmura illam pietatem testantia compressit. Et inter Augustum Iovemque quod est illud, quod aiunt, tertium comparationis? Etiamne Augustus, simulatque senatorum pias exclamationes audit, tacere eos iubet? Nam quod Ehwaldus pro *tuorum est* edidit *tuorum* (unde autem habeat istud e nulla apparet annotatione critica) annotatque „supple *fuit*", augetur sic molestia. Nam quando, vel ubi, Augustus prae ceteris illam ob Caesaris necem indignationem oculis suis vidit et auribus audivit? In senatune? Nam senatu utique opus est, si Iovem in suo sedentem concilio comparare vis cum Augusto in suo concilio sedente. Sed quam intempestive, ubi de caede Caesaris agitur, tamquam exemplum pietatis commemoratur senatus, cuius bona pars se Caesaris cruentaverat sanguine. Ne multa: dele versus 204—206 (Nec tibi grata — silentia cuncti), pro loco, quem scripsisse puerum pudeat, habebis locum Ovidio dignum. Solito me audaciorem hic esse sentio: videant ergo cautiores quo modo haec in integrum restituant; aliquid certe tentandum esse mihi constat et constitit Merkelio.

202 Attonitum tanto subitae terrore ruinae
nescioquid habet languidi; cum cod. λ multo malim legere:
Attonitum tantae subito terrore ruinae
nam improvisus fuit *terror*, et ingens *ruina*.

233 sqq. Lupus, in quem Lycaon convertitur, sic describitur:
Exululat frustraque loqui conatur: ab ipso
Colligit os rabiem, solitaeque cupidine caedis
Vertitur in pecudes et nunc quoque sanguine gaudet.

Digitized by Google

In villos abeunt vestes, in crura lacerti,
Canities eadem est eadem violentia vultus
Idem oculi lucent, eadem feritatis imago.

Praeclara descriptio, nihil deest, et de *lupo* agi, si non ex ceteris omnibus, ex uno illo *vertitur in pecudes* lucide apparet. Quis ergo *in media hac singularum rerum enumeratione* inseri ferat versum, qui totam conversionem complectitur:

Fit lupus et veteris servat vestigia formae?

Vestigia: nonne omnia quae praecedunt quaeque sequuntur *vestigia* veteris formae sunt?

264 Claudit Iupiter ventos pluviam fugantes
Emittitque Notum. Madidis Notus evolat alis.

Minime spernenda lectio codicis *ε advolat*, nam istud *e*mittit... *e*volat ét ingratum est ét languidum: emitti et evolare fere idem est. Contra *advolat* (sc. ad opus sibi mandatum peragendum) mirum quantum habet vigoris.

288 sqq.

Siqua domus mansit potuitque resistere tanto
Indeiecta malo, culmen tamen altior huius
Unda tegit pressaeque latent sub gurgite turres.

Si *turres* sub gurgite latent, minime mirum latere domos; non possunt haec simplici coniunctione *que* inter se iungi: opus est vinculo quale est *quin etiam*. Veram lectionem a Seneca servatam recte Heinsius statuisse videtur *labant*: turres, tanto quam domus altiores, emicant quidem sed in breve tempus: gurges earum inferiorem partem quatit, mox concident neque ullum praebebunt hominibus animalibusque perfugium. Non opus nunc cum Ehwaldo eo confugere ut vocabulo q. e. *turres* hic omnia significari aedificia altiora dicamus. Quem vero Lycophronis locum Ehwaldus hic affert, si Ovidio lectum Lycophronem crederem, haud spernendum illo nostrae sententiae auxilium ferri dicerem. Lycophronis enim haec sunt hemistichia:

οἱ δὲ πρὸς πέδῳ
πύργοι κατηρείποντο.

Digitized by Google

388 sq.
Interea repetunt caecis obscura latebris
Verba datae sortis secum inter seque volutant.
Vitium quo modo tollatur non video, sed video vitium hic latere; deest vocula quae *repetunt* et *volutant* inter se iungat, nullus enim hic asyndeto locus. Fortasse lectio cod. M *verba deae sortes* viam monstrat. Nolim enim sic iungere et distribuere: *repetunt secum, inter seque volutant.*

425 sqq. In limo, quem Nilus reliquit, cum sole calefactus est:
Plurima cultores versis animalia glaebis
Inveniunt, et in his quaedam modo coepta sub ipsum
Nascendi spatium, quaedam imperfecta suisque
Trunca vident numeris.
Hic iure vs. 426 omnes editores Naugerii *sub* pro *per* recipiunt, de ceteris desperare videntur. Quo magis laetor quod mihi contingat ut possim loci corruptissimi tandem aliquando proferre emendationem, quam palmarem et certissimam dicere non vereor, quoniam non mea est sed optimi collegae van Leeuwen. Is enim lenissima transpositione legendum esse me monuit:
Inveniunt, et in his quaedam perfecta, sub ipsum
Nascendi spatium, quaedam modo coepta suisque
Trunca vident numeris.
Quin sic ipsa Ovidii restituatur manus neminem iam dubitaturum opinor. Cum *perfecta* a sua sede aberrasset eo ubi prius *modo coepta* legebatur, non poterat non accedere praefixum negativum.

434 sq. Ergo ubi diluvio tellus lutulenta recenti
Solibus aetheriis *altoque* recanduit aestu.
Cur hic Burmanni lectio *almoque* spernatur frustra quaero, neque video quomodo *altoque* defendi possit. Certe nihili est Gierigii argumentum *aetheriis solibus* melius convenire *altum aestum*. Mihi satis absurde *altus* dici videtur aestus, quem sol facit.

464 sq. quantoque animalia cedunt
Cuncta deo, tanto minor est tua gloria nostra.
Communem, ut videtur, codicum lectionem *deo* sollicitavit Heinsius *tibi* legendo, quae speciosa quidem est lectio sed tamen

Digitized by Google

falsissima. Sic enim Amor ratiocinatur: „tua, Phoebe, praeda animalia sunt, mea praeda tu es, ergo tanto mea gloria tuae praestat quanto deus quivis animalibus". Nunc praeda cum praeda, venator cum venatore comparatur, rectissime; in Heinsiana bis venator cum praeda, quod satis absurdum. Haec ideo scripsi, ne quis posthac in eundem incidat errorem in quo olim versabar ego.

471 sq.

(telum) quod facit (amorem) auratum est et cuspide fulget acuta,
Quod fugat obtusum est et habet sub harundine plumbum.

Elegantissimum chiasmum Merkelius suo *hamatum* (pro *auratum*) corrupit: altera sagitta auream eamque acutam habet cuspidem, altera plumbeam eamque obtusam. Sic equidem vulgatam accipiendam censeo, non ut accipit Ehwaldus.

474 sqq.

Protinus alter amat, fugit altera nomen amantis,
Silvarum tenebris captivarumque ferarum
Exuviis gaudens innuptaeque aemula Phoebes.
Multi illam petiere, illa aversata petentes e. q. s.

Egregia haec et optime cohaerentia, sed disturbat omnia et corrumpit versus qui post illum *exuviis* e. q. s. nobis obtruditur:

Vitta coercebat positos sine lege capillos.

Non intercederem, si totus hic venatricis cultus ornatusque describeretur, sed nimis exilis unus ille de capillis versus est, qui nunc legentes ingrate moratur. Quin sit delendus eo minus dubito quod codex M eum *in margine a secunda manu* habet.

500 sqq. Laudat digitosque manusque
Bracchiaque et nudos media plus parte lacertos:
Siqua latent meliora putat.

Sic omnes codices, at Quintilianus *quaeque*, quod unice verum arbitror, non enim video quomodo *siqua*, quo fit ut dubitetur de re minime dubia, defendi possit.

530 auctaque forma fuga est.

Mihi multo venustior videtur codicis *ε* lectio *aucta fuga forma*

Digitized by Google

est quam et λ suo *aucta via forma est* sustentat; particula *que* post *obviaque — et levis* languet; omissa illa exclamationem quandam habemus huic loco aptissimam.

544 *Victa labore viae* e. q. s. Nolo hic longas Kornii et Ehwaldi describere annotationes criticas (non potest autem brevis esse qui accurate de variis horum versuum lectionibus refert) sed breviter dicam quid ego hic evenisse suspicer. Ovidius primum scripserat:

Victa labore fugae „tellus" ait „hisce vel istam
Qua nimium placui mutando perde figuram"

(haec est codicis M lectio, qui verba *tellus — istam* supra rasuram posita habet). Postea Ovidio in mentem venit *quae facit ut laedar*, quod inter lineas asscripsit. Mox tamen intellexit ne sic quidem probari versus posse et novum conamen

Victa labore fugae spectans Peneidos undas
„Fer pater" inquit „opem, si flumina numen habetis"

in margine posuit, neque tamen decernere quidquam voluit priusquam exemplar describendum traderet librariis. Novi conaminis margo codicis M (a manu saec. XV) alteram partem (fer — habetis) servat, codices λ et ε cuncta inter se permiscent. Quin haec *fere* sit loci varie tentati historia non dubito: habemus ergo hic insigne exemplum rei, de qua p. 108 egi. Edendum autem censeo novum ipsius Ovidii conamen, nihilque praeterea addendum. Feliciter enim Ovidius se ipsum correxit: consentaneum est Daphnem tantummodo patris opem implorare, non ipsam ei subiicere opis ferendae rationem.

568 sq. Neque qui possit *silva* claudere *nemus* neque quid sit *silva praerupta* video. Corruptum ergo puto:

Est nemus Haemoniae, praerupta quod undique claudit
Silva

sed nil in mentem venit.

585 sq. Inachus filiam

Luget ut amissam, nescit vitane fruatur
An sit apud Manes, sed quam non invenit usquam
Esse putat nusquam, atque animo peiora veretur.

Digitized by Google

Haec olim improbavi, neque nunc probare possum. Licet enim feramus triplicem repetitionem (nam „luget ut amissam" et „esse putat nusquam" et „peiora veretur" eodem redeunt), satis obscure tamen dictum esse *peiora veretur* hoc sensu: veretur quod ex duabus hisce rebus gravius est, et misere languere istud *animo* concedendum est. Etiamnunc suspicor Ovidium aliquid dedisse in hanc sententiam:

Esse putat nusquam: vero leviora veretur

Confero enim quod X, 8 legitur: „exitus auspicio gravior".

590 Iupiter ad Io, redeuntem a flumine patrio

‚pete' dixerat ‚umbras

Altorum nemorum' et nemorum monstraverat umbras.

Sic nunc editur et olim edebatur. Mihi tamen Ovidii manus servata videtur in lectionibus codicis λ:

aut horum nemorum aut horum et m. umbras

et codicis ε:

aut horum aut horum nemorum (et monstraverat ambas).

Nam neque intelligo qui illae lectiones nasci potuerint, cum traditum esset *altorum nemorum e. n. m. u.*, et illud *aut horum aut horum* blande est invitantis ideoque egregie sollicitantem decet amatorem.

639 sq. (Io fugiens)

Venit et ad ripas, ubi ludere saepe solebat
Inachidas ripas; novaque ut conspexit in unda
Cornua, pertimuit.

Quin egregie emendarit vs. 640 Merkelius legendo

Inachidas; *rictus* novaque ut conspexit in unda

non dubito. Vox quae est *rictus* hic tantum non necessaria, cf. vs. 741 *contrahitur rictus*. Verborum quidem dispositionem Merkelius praebet paulo minus usitatam, subsimilis tamen est II, 406:

Arcadiae tamen est impensior illi
Cura suae; fontesque et nondum audentia labi
Flumina restituit.

Digitized by Google

676 sq. Mercurius Argum decepturus, ceteris omnibus rebus, quibus agnosci possit, depositis tantummodo virgam retinet:

Hac agit, ut pastor, per devia rura capellas,
Dum venit, *adductas*.

Sic codices. Heinsius *abductas*, quam certissimam emendationem si qui etiam sunt qui in textum recipere dubitent, hoc velim reputent: *adduco* Graece est ἔρχομαι ἄγων vel ἔχων, ergo *dum venit adductas* non est minus absurdum quam si Graece diceres: ἆς ὅτε ἦλθεν ἦλθεν ἄγων. Contra lepidissimum est *abductas*: in ipso itinere suo furandi munere functus est.

682 sq. Ab Argo invitatus

Sedit Atlantiades et euntem multa loquendo
Detinuit sermone diem, iunctisque canendo
Vincere harundinibus servantia lumina temptat.

Corrupta haec esse etiamnunc mihi constat; notum illud *diem detinere* non est huius loci, neque, si esset, addi *euntem* poterat. Haud dubie ad ipsum Argum illud participium est referendum: cum abire Argus volebat, eum Mercurius multa loquendo detinuit, deinde canendo sopire eum conatur. Quid eo loco scripserit Ovidius, ubi nunc est *sermone diem*, in medio relinquo. Nam, quod gravissimum, simul ferri *sermone* et *multa loquendo* prorsus nequeunt.

710 sqq. Narrat Mercurius Pana audito cannarum palustrium sono:

„Hoc mihi concilium tecum" dixisse „manebit!"
Atque ita disparibus calamis compagine cerae
Inter se iunctis nomen tenuisse puellae.

Haec olim corrupta dixi haud hercle ignarus annotationis Hauptianae: „Pan behielt in der vielröhrigen Hirtenflöte den Namen und *nur* den Namen der Syrinx". Sed hic *tenuisse* positum esse pro *retinuisse* quominus credam obstat versus proxime praecedens (705)

Corpore pro nymphae calamos tenuisse palustres

ubi *tenuisse* est *amplexum esse*; et omnino utrobique tam parvo spatio positum *tenuisse* Ovidio indignum est.

Digitized by Google

742 Ovidio abiudicandum censeo et hunc versum:

Ungulaque in quinos dilapsa absumitur ungues

Est enim versus admodum ingratus et absurde *absumi* ungula dicitur. Codex M a manu secunda eum habet in margine; si omittitur, septem restant versus iique venustissimi quibus quomodo humanum corpus resumserit Io describitur: sufficiunt hi, ut opinor.

LIBER II.

20 Venit et intravit dubitati tecta parentis.

Annotat Kornius „dubitati λ", quod quid sibi velit prorsus me latet. Opinor et in aliis codicibus illud legi [1]).

36 si das usum mihi nominis huius.

Nimis puerilis haec vocabulorum dispositio, neque dubium quin Heinsius legendo *si das huius mihi nominis usum* rem acu tetigerit. Utile est observare quam saepe in Metamorphosesin Ovidius vocabulum q. e. *usus* in versus fine scripserit: in deliciis hoc ei fuisse videtur.

116 In M est: Tuem (T i. r. ex Q) patere ut terras mundumque rubescere vidit. Editur nunc plerumque:

Quem petere ut terras mundumque rubescere vidit

e coniectura Merkelii (in λ sic versus incipit: Tum pater). Sed quid hoc sit quod Lucifer dicatur *terras petere* me latet. Unice verum videtur quod Heinsius coniecit:

Ut pariter terras mundumque rubescere vidit,

nisi quod e λ pro *mundum* recipiendum est *caelum*.

---

1) Haud raro mihi, Kornii apparatum criticum inspicienti, eiusmodi aliquid rogare in mentem venit. Sed semel vel bis tantummodo dubitationem meam chartae mandavi; sufficere hoc putabam neque plane inutile esse. Fieri enim potest ut, si apparatus ille, ceteroquin tam utilis, novo fuerit submissus examini, editor a me monitus eum paulo reddat vel accuratiorem vel perspicuum magis.

Digitized by Google

126 Si potes his saltem monitis parere parentis.

Hic quoque Heinsium sequendum esse arbitror, qui pro *parentis* dedit *paternis*. Quis ab Ovidio ingratum sonum *parere parentis* profectum credat?

147 In margine a m. b codex M habet hunc versum:

Dum potes et solidis etiam nunc sedibus adstas

quem equidem Ovidio vindicare non ausim. Omnia enim hic sunt ingrata, praesertim vero istud *solidis sedibus* displicet, et totum versum a magistello fictum, qui putaverit *dumque*, a quibus vocibus versus 148 incipit, in praecedenti suum sibi *dum* requirere, admodum est verisimile.

200 sqq. (Phaethon) .... lora remisit.

Quae postquam summo tetigere iacentia tergo,
Exspatiantur equi.

Corrupta haec esse fere constat, vulgoque recipitur Heinsii coniectura: *summum — tergum*. Sed ingrate nunc istud *iacentia* abundare, immo vitiosi esse sermonis *postquam* (i. e. *simulatque*) *iacentia tetigere* non observare videntur vv. dd. Quapropter ego propono:

Quae postquam summo *sensere* iacentia tergo.

Sic omnia quam venustissima fieri videntur et est emendandi quoque ratio haec multo quam Heinsiana probabilior. Ipsae Latini sermonis leges ullum eo loco verbum legi, cuius non *equi* sint subiectum, vetant [1]).

215 sq.

Cumque totas etiam populis incendia gentes
In cinerem vertunt.

Equidem *gentes cum populis suis* non concoquo, ambabusque manibus arripio codicis λ lectionem *terras*. Vide quam apte nunc *suis* addatur (quod in vulgata lectione non fit, licet cum Ehwaldo *populos* esse partem *gentis* statuas): terrae (regiones)

1) Atque haec causa est cur IV, 346 sq. recte edidisse censendus sit Ehwaldus:

Tum vero *stupuit*, nudaeque cupidine formae
Salmacis exarsit

spreta „meliorum" codicum lectione *placuit*.

Digitized by Google

cum suis populis i. e. cum suis incolis. Eodem modo dicitur: navis cum suis nautis, arx cum suis militibus. Etiam quod praecedenti versu legitur:

magnae pereunt cum moenibus *urbes*

hic suas sibi *terras* flagitat.

275 Phaethonte omnia comburente
Alma Venus
Sustulit oppressos collo tenus arida vultus.

Sustulit oppressos vultus satis mire dictum et omnino qua re opprimatur tellus haud facile dictu; participium illud ita accipere ut fere sit idem quod *vexatos* desperantis est. An ergo Hauptii probemus interpretationem: „bekümmert, von Angst bedrückt"? Mihi certe nullus locus notus est ubi vox *oppressus* ita sit posita, neque facile u. o. illo sensu hic eam positurus erat Ovidius, quia magnum erat periculum ne legentes eam solito acciperent sensu ergoque nihil hic intelligerent. Nullus esse hic locus videtur nisi epitheto ornanti, et arripienda lectio codicum ε et λ *omniferos*, quam e docti alicuius viri coniectura natam quis credat? Ob eandem autem causam cur hic *omniferos* probem, vs. 288 recte mihi Ehwaldus restituisse videtur lectionem traditam *sacraque ita voce locuta est*, ubi pro *sacra* Bentleius coniecit *sicca*, alii alia *praesentem* Terrae conditionem significantia.

288 sq. „Haeccine merces mea" Tellus Iovem rogat
Quod pecori frondes alimentaque mitia, fruges
Humano generi, vobis quoque tura ministro?

Istud *quoque*, licet omnium codicum consensu nitatur, praesertim propter locum ubi legitur, ferendum non est. Unice verum est quod olim edebatur *quod*. Hoc sensus requirit, hoc suam sibi habet emphasin, hoc denique bono poeta dignum. At *quoque* balbutientis est et nugantis.

326 Iterum in proxima vicinia *quoque* prave ponitur. Nymphae Phaethontis
Corpora dant tumulo, signant quoque carmine saxum:
„Hic situs est Phaethon e. q. s."

Ubi poetae manum codex Berolinensis utrum servaverit an

Digitized by Google

restituerit non interest, sed habet quod solum probandum *signantque hoc.*

340 Ehwaldus edens

Nec minus Heliades fletus et inania morti
Munera dant, lacrimas

(*fletus* est in cod. ε) non reputasse videtur *fletus et lacrimas* tautologiam esse vix ferendam. Multo praestat quod ante Heinsium edebatur:

Nec minus Heliades *lugent* e. q. s.

412 Callisto spernebat muliebres artes et muliebrem cultum:

ubi fibula vestem,
Vitta coercuerat neglectos alba capillos;
Et modo leve manu iaculum, modo sumpserat arcum,
Miles erat Phoebes.

Recte sic edidit Ehwaldus spretis coniecturis virorum doctorum et variis codicum lectionibus. Sed post *capillos* virgula erat ponenda.

431 Iupiter Dianae forma sumpta ad Callistonem venit

et oscula iungit
Nec moderata satis *nec sic a virgine danda.*

In codice ε est: *nec enim moderata fuere* suprascripto *l nec sic a virgine danda.* Videtur codex ille ipsius Ovidii hic servare emendationem.

468 Callistonem sibi paelicem factam olim senserat Iuno sed poenas distulerat:

Causa morae nulla est, et iam puer Arcas (id ipsum
Indoluit Iuno) fuerat de paelice natus.

Sanum esse non potest *et iam*; cogitabam de *nam iam*, sed hoc auribus (nostris certe [1]) ingratum. Ecquid *cum iam* vel *ubi iam*?

---

1) At in his rebus nostris diffidendum esse auribus luculentum mihi Ehwaldus praebet exemplum. Vss. enim 722 sqq. plerumque sic editur:

Quanto splendidior quam cetera sidera fulget
Lucifer, et quanto te, Lucifer, aurea Phoebe,
Tanto virginibus praestantior omnibus Herse,

Digitized by Google

487 Qualescunque manus ad caelum et sidera tollit;
Ingratumque Iovem, nequeat cum dicere, sentit.

Vitium latere suspicor in isto *ad caelum et sidera*, quod nimis verbosum est. Etiam Kornio et Ehwaldo hic suboluisse aliquid videtur, cum post *tollit* ne virgulam quidem ponant. Sed sic certe locum non emendant.

512 sq. Ad Oceanum Tethynque se confert Iuno eosque sic alloquitur:

Quaeritis, aetheriis quare regina deorum
Sedibus huc adsim.

Annotant editores recte Latine dici *huc adesse*, quod nemo negabit. Sed ablativi *aetheriis sedibus* rationem explicare negligunt. Mihi vehementer arridet lectio codicis M *absim*, ut sit: huc venerim a sedibus aetheriis.

600 De perfidia Coronidis sibi amatae edocetur Apollo
Laurea delapsa est audito crimine amantis.

Sic codices, sed plane necessaria est Heinsii emendatio *amanti*.

610 Coronis telo Apollinis percussa pauca lamentatur:
Hactenus, et pariter vitam cum sanguine fudit.

Hic est aptissimus finis narrationis de puellae morte. Sed additur etiam versus ineptissimus, quem delere non dubitaverim:

Corpus inane animae frigus letale secutum est [1]).

Nihilo praestat hic versus illi quem paulo ante omnes editores omittunt. Post versum enim 555 (Pallas Erichthonium)

Clauserat Actaeo texta de vimine cista
555 Virginibusque tribus gemino de Cecrope natis
Et legem dederat, sua ne secreta viderent.

in margine codicum M et λ legitur etiam:

---

e coniectura Heinsii, quae quamquam primo aspectu venustissima est, tamen est falsissima: Luna enim dici potest *splendidior* quam Lucifer, non omnino *praestantior* (i. e. pulchrior). Rectissime ergo Ehwaldus revocavit ab exilio traditam lectionem: "quanto quam Lucifer aurea Phoebe", sonum ingratum *quanto quam* non vitans.

1) Eiusdem esse suspicor cui debemus versum, quem merito damnant omnes VI, 294:

Oraque compressit, nisi postquam spiritus ibat

aut certe ex eadem schola poetae.

Digitized by Google

Servandum dederat sic inconfessa quid esset.

Scilicet haud tulerat sciolus elegantem verborum structuram: *hunc virginibus et legem dederat* pro quotidiana: *virginibus dederat hunc et* (*simul*) *legem*.

644 sqq. Nondum inventa videtur probabilis emendatio loci, quem corruptum esse ne tenacissimus quidem traditarum lectionum negare potest:

Animas tibi reddere ademptas
Fas erit; *idque* semel dis indignantibus ausus
Posse dare *hoc* iterum flamma prohibebere avita.

Nihil enim Ehwaldus annotat.

673 sq. utque vagi crines per colla iacebant
In dextras abiere iubas.

Pro *dextras* coniecit *densas* Riesius rectissime ut ego opinor. Sed negat Ehwaldus affertque locum e Varrone de r. r. (III, 7, 5), ubi legimus signum esse boni equi si iuba eius sit *crebra*, *fusca*, *subcrispa*, *subtenuibus saetis*, *implicata* (ecquid *inclinata*?) *in dexteriorem partem cervicis*. Verum num Ovidius quoque sciebat illud et scire eos qui Metamorphoses lecturi erant putare poterat? Accedit hoc quod gravius est etiam: Metamorphoses omnes hoc habent: „ut quo quidque loco deprensum est perstet in illo". Sic longa Ocyrrhoes palla cauda fit. Crines ergo eius in iubas mutantur densas, sed ut fuerant *vagi per colla* sic nunc quoque ab *utraque* parte pendent colli. Absurdum videtur esse totum illud quod de *dextris iubis* Varro docet, sed sit verum, qui Varronem non legit neque rei equestri dedit operam putare debet *arte*, non natura, fieri ut iuba dextrorsum dependeat. Et sic Prop. IV, 4, 37 sq.:

Ille equus .....
Cui Tatius dextras collocat ipse iubas.

773 sq. Iuno irata ad Invidiam venit.
Utque deam vidit (Invidia) formaque armisque decoram
Ingemuit vultumque deae ad suspiria duxit.

Traditam lectionem *deae ad* restituit Ehwaldus, locumque sic interpretatur: „Sie stöhnte und verzog (verächtlich) ihr Gesicht,

Digitized by Google

als sie die Göttin stöhnen hörte". Hactenus certe recte quod *Iunonis* suspiria hic quoque sunt commemoranda, cf. 753 sqq.:

Et tanto penitus traxit suspiria motu
Ut pariter pectus positamque in pectore forti
Aegida concuteret

unde admodum fit verisimile postea quoque Iunonem suspirasse. Sed contemptui hic nullus locus. Suspicor autem (nam neminidum successisse videtur emendatio) Ovidium aliquid dedisse in hanc sententiam: „conspecta dea tam pulchra tamque splendide ornata, Invidia ingemuit; at ubi eiusdem audivit suspiria, paululo tamen facta est hilarior". Eiusmodine flosculum, qui se mihi (et cui non?) sponte offert, ab Ovidio neglectum putemus?

Liber III.

42 (Martius anguis ille)
.... immensos saltu sinuatur in arcus.
Quid hic legendum sit nescio, sed *saltu* sanum esse non potest.

52 Rectissime Ehwaldus edidit „*d*erepta leon*i* pellis", sed miror eundem vs. 58 aequo animo ferre „fidissima *corpora*" spreta lenissima elegantissimaque Heinsii coniectura *pectora*. Quod II, 644 legitur:

„Cresce puer" dixit „tibi se mortalia saepe
Corpora debebunt"

afferri non oportuit ad vulgatam defendendam lectionem: ibi enim refertur vaticinium de Aesculapio *mortalia corpora* sanaturo, sed cum sua pernicie etiam *animas* revocaturo.

90 Donec Agenorides coniectum in gutture vulnus
Usque sequens pressit.
Utique hic recipienda lectio *guttura*, quam Bentleyus proposuit. Etiamsi cum Ehwaldo illud *in* cum verbo *pressit* iungendum esset, tamen accusativo opus esset; sed cum illo iungi vetat vocabulorum dispositio.

Digitized by Google

99 Ille diu pavidus pariter cum *mente* colorem
Perdiderat, gelidoque comae terrore rigebant.

Quin deteriores codices hic Ovidii ipsius exhibeant mentem „cum *voce* colorem" praebentes non dubito. Ingratissimae verbositatis est „pavidus mentem perdiderat". Et vocis hic mentio omitti non potest. Cf. decantatum illud:

Obstupui, steteruntque comae, *vox* faucibus haesit.

135 Legendum cum scholiis Lucani:

ultima semper
Expectanda dies hominis.

Quoniam sententia est: „priusquam beatum dicas aliquem hominem, *eius* mors tibi est expectanda", sive: „ea est inconstantia *humanae* sortis, ut neminem e. q. s." Et rectissime sequitur:

dicique beatus
Ante obitum nemo supremaque funera debet.

Nunc enim utrobique monemur ne iusto citius *iudicium* pronunciemus. Longe aliud quid vulgata lectio *homini* menti nostrae offert: „homo semper putare debet se hoc ipso die mori posse; homini semper mors debet esse ante oculos".

152 Comites ut quietem capiant Actaeon monet hoc argumento:

Nunc Phoebus utraque
Distat idem terra.

Pro *terra* Bentleyus coniecit *meta*; praeterea Ehwaldus annotat „*meta* L 4 vulg. (nach vs. 145)". Et verum est vs. 145 legi:

Et sol ex aequo meta distabat utraque

ideoque facile alicui vs. 152 *terra* legenti suspicionem nasci potuisse hic quoque *meta* requiri. Verum num ea causa est cur Bentleyi coniectura *non* recipiatur? Immo cum constet nullum unquam sanum sensum e lectione *terra* extractum iri, semper unicuique illa nascetur suspicio. Atque id quod inter omnes verum esse constat, tandem aliquando tamquam verum est agnoscendum.

205 In cervum conversus est Actaeon:

Quid faciat, repetatne domum et regalia tecta
An lateat silvis? pudor hoc, timor impedit illud.

Digitized by Google

Unde nata sit veterum editionum lectio: „timor hoc, pudor impedit illud" nescio; fortasse e coniectura alicuius viri docti. Sed saepe coniectura inventum est quod unice verum esset. Quae enim causa cogitari potest cur Ovidius hic a communi usu recesserit et de industria obscure locutus sit, cum posset eodem labore clare loqui?

251 sq. Ehwaldus restituit versus ab Heinsio proscriptos:

Nec nisi finita per plurima vulnera vita
Ira pharetratae fertur satiata Dianae.

Ego eos utique abiiciendos censeo. Cui argumenta Hauptii non persuadent, is etiam secum reputet quae horum sit versuum sententia: intelliget nullum iis locum hic esse. *Ira Dianae satiata est*: ergone ab eo tempore Cadmi progeniem persequi desiit? At in Dianam ceteri Cadmi nepotes neptesque commiserant nihil, uni Actaeoni succensebat illa.

261 (Iuno cognito novo Iovis furto) *tum* linguam ad iurgia solvit,
„Profeci quid enim toties per iurgia" dixit.

Rectissime Ehwaldus hic pulcherrimam Bothii recepit emendationem *dum*. Qui traditam lectionem retinent, dicant quid sibi in illa velint coniunctiones *quid enim*.

290 sq. Iovis ad Semelen verba sunt:

Quoque magis credas, Stygii quoque conscia sunto
Numina torrentis: timor et deus ille deorum est.

Coniecit hic Hellmuthius: „timor *et meus* ille deorum est", ingeniosissime sed ut recte vereor: „hunc, quem alii dei metuunt, ego quoque metuo", sic *deos* alloqui potest Iupiter. Sed cum ad *mortalem* verba facit, multo rectius est: „hoc numen etiam dei metuunt", et ad Semelen movendam hoc aptissimum. Ceterum cum Heinsio post *deorum* omissum malim *est*.

341 sq.

Prima fide vocisque ratae temptamina sumpsit
Caerula Liriope. (de Tiresia agitur)

Rectissime Ehwaldus Prisciani lectionem *ratae* (pro *datae*) recepit. Ne dubites cf. IV, 387 sq.:

Digitized by Google

Motus uterque parens nati rata verba biformis
Fecit.

Nam nostro loco praecedit: „scire futura dedit" (Tiresiae), quod prorsus eodem redit ac si poeta dixisset: „*rata* fecit eius verba".

348 De Narcisso consultus essetne
Tempora maturae visurus longa senectae
Fatidicus vates „si se non *noverit*" inquit.

Quis primus coniecerit id quod est in vetustis editionibus *viderit* nescio, sed persuasum mihi est illud solum verum esse posse. Illud ipsum quod se *non* novit Narcissus perniciem ei affert; salvus fuisset si se nunquam vidisset.

362 Sed rectissime Ehwaldus in his (quae narrantur de Echo, tantum ultima verba referente):

Fecerat hoc Iuno, *quia cum* deprendere posset
Sub Iove saepe suo nymphas in monte iacentes,
Illa deam longo prudens sermone tenebat
Dum fugerent nymphae,

sprevit Bentleyi coniecturam *quae ne*, quam vel una vox *saepe*, quae in vulgata lectione lepidissime ponitur, refutat.

365 Sequitur:

Postquam hoc Saturnia sensit
„Huius" ait „linguae, qua sum delusa, potestas
Parva tibi dabitur, vocisque brevissimus usus"
Reque minas firmat: tamen haec in fine loquendi
Ingeminat voces auditaque verba reportat.

Primum vs. 365 importunum istud *hoc* delendum censeo. De vs. 368 videamus. Nullus hic locus coniunctioni *tamen*, nam quae eam sequuntur minime opponuntur praecedentibus sed egregie cum iis congruunt. Quod autem coniecit Bothius *tantum* languidissimum est, nam quae Echus fuerit loquendi imminuta potestas dudum novimus. Lenissima emendatione restituere mihi videor flosculum Ὀβιδιανότατον. Suspicor in antiquo codice non fuisse: tn̄ hc̄ (tamen haec) sed iā nc̄ (iam nunc):

Reque minas firmat

i. e. statim Iuno effecit ut minae suae ratae essent:

Digitized by Google

iam nunc in fine loquendi
Ingeminat voces auditaque verba reportat

i. e. ubi Iuno loquendi finem fecit, „usus" repetiit Echo.

400 sq. Ab exilio revocasse Ehwaldum versus:

Inde latet silvis nulloque in monte videtur,
Omnibus auditur: sonus est qui vivit in illa

ab Heinsio proscriptos miror doleoque. Quid enim? *Inde latet silvis!* At vs. 393 dictum iam est: *spreta latet silvis.* Et quorsum istud *nullo in monte videtur*? Tum *omnibus auditur*: immo vero iis tantum qui ipsi locuti sunt, vel prope fuerunt cum loquebatur alius. Qui solus per silvas ambulat, vel qui una euntes silent, iis surda illa est.

434 sq. Narcissum sic poeta alloquitur:

Ista repercussae, quam cernis, imaginis umbra est:
Nil habet ista sui.

Immo: „nil habet *ipsa* sui". Cf. VIII, 513 ubi Bentleyus *ipse* pro *ille* reposuit, certissima coniectura quam iam probant editores.

482 Pectora traxerunt *roseum* percussa ruborem.

Satis ridicule *rosas* nunc statim excipiunt *poma*:

Non aliter quam poma solent.

Quapropter non dubito quin altera lectio *tenuem* sit recipienda. Quod adscribunt vv. dd. versum ex Amoribus:

Candida candorem roseo suffusa rubore

rem non conficit: quin rubor recte *roseus* dicatur nemo dubitabit unquam. Sed singuli loci per se spectandi sunt.

503 Lumina *mors* clausit domini mirantia formam.

Codices variant inter *mors* et *mox*, quod admodum verisimilem reddit coniecturam Heinsii *nox*. Sed difficilis optio, nam in *ultimis* vocabulis est omne versus acumen.

575 Tradunt manibus post terga ligatis
Sacra dei *quondam* Tyrrhena gente secutum.

Reduviem morituri curasse videtur I. Ch. Iahnius *quendam* con-

Digitized by Google

iiciendo. Totum versum eiiciendum esse recte statuit Heinsius. Nam absurdum est hic poetam partem narrationis, quae secutura est, praeripere. Satis homo ille descriptus iam est praecedentibus:

„Hunc" dixere „tamen comitem famulumque sacrorum
Cepimus".

Et continuo post „comitem famulumque sacrorum" addere *sacra secutum* puerile est. Contra: „hunc comitem famulumque sacrorum cepimus *inquiunt et tradunt* manibus post terga ligatis", eodem manente obiecto disertissimum venustissimumque videtur.

641 sqq. De variis huius loci lectionibus conferatur Ehwaldus. Equidem persto in sententia legendum esse:

„Quis te furor" inquit „Acoeta"
Pro se quisque „tenet". „Laevam pete" maxima nutu
Pars mihi significat, pars quid velit ore susurrat.

Quae maximam partem Heinsii est lectio. Verbi quale est *inquit* a suo subiecto, quod sequitur, seiunctum disertum praebet exemplum IV, 770:

„Nunc o fortissime" dixit
„Fare precor" Cepheus [1]).

692 sq.

„Praebuimus longis" Pentheus „ambagibus aures"
Inquit „*ut ira mora vires absumere posset*".

Ultima quomodo accipi soleant scio. Sed mihi suspecta fuerunt semper et nunc etiam sunt. Non enim Ovidiano more adiuncta praecedentibus videntur, et illud *ira vires absumit mora* mire dictum videtur.

707 Cur ad h. v. Kornius annotet: „sic A" me fugit. Quis ergo dubitat quin vera ea sit lectio?

715 Ruit omnis in unum (Actaeonem)
Turba furens. Cunctae coeunt trepidumque sequuntur.

Sic plerique nunc edunt atque etiam Ehwaldus, spreta varia

1) Plane enim necessariam duco hanc Hauptii emendationem: *Cepheus* pro *Perseus*.

Digitized by Google

lectione *cunctaeque* (pro *trepidumque*) quam neque ego defenderim. Sed sequitur:

Iam trepidum, iam verba minus violenta loquentem
Iam se damnantem, iam se peccasse fatentem.

Ipsam per se repetitionem *trepidum — iam trepidum* non improbo, sed quam misere vis iterati *iam* perit, nisi a primo *iam* incipit aliquid quod *plane novum* sit! Ergo nondum dubito quin cum Scheppero legendum sit *fremituque* aliudve in eandem sententiam.

Liber IV.

53 Hoc placet, *hanc*, quoniam vulgaris fabula non est,
Talibus orsa modis, lana sua fila sequente.

Sic Heinsius, me iudice recte, certe ferri neutra traditorum lectionum potest: *hoc* anaphoram praebet, quae non est huius loci, nisi forte fingimus sic referri Minyeïdum acclamationes, quod absurdum est; si *haec* legimus, post *est* sententia est incidenda, sed tum sequens versus aliqua coniunctione (igitur, ergo) praecedenti est annectendus.

89 Semper haesi in isto *ibi arbor morus erat*, atque ingrata videtur repetitio *arboris, arbor*. Fortasse locum in integrum restituit Ehwaldus sic interpungendo: (constituunt Pyramus et Thisbe ut)

Conveniant ad busta Nini lateantque sub umbra
Arboris: arbor ibi niveis uberrima pomis
(Ardua morus erat) gelido contermina fonti.

Certe admodum lepidum illud, malim tamen post *morus* parenthesin claudere.

122 sqq. vitiato fistula plumbo
Scinditur et tenui stridente foramine longas
Eiaculatur aquas.

Unde nata sit antiquarum editionum lectio:

tenues stridente foramine longe
Eiaculatur aquas

Digitized by Google

nescio, sed quin sic scripserit Ovidius non dubito: neque *longas aquas* neque duplex adiectivum substantivo *foramine* additum ferendum videtur.

131 sq. Non sunt distinguendi ut nunc fit:

Utque locum et visa cognoscit in arbore formam,
Sic facit incertam pomi color: haeret an haec sit.

Sed ut olim:

Utque locum et visa cognoscit in arbore formam,
(Sic facit incertam pomi color) haeret an haec sit.

Nam neque iunctura *ut ... sic* (hoc sensu: *simulac* cognoscit, facit) huius est loci, et ultima pars vs. 132 non potest sic *ἀσυνδέτως* proferri. Deinde in codd. „deterioribus" non *visa* est sed *visam*. Equidem neutrum legendum censeo sed *ūsam* i. e. *versam*. Quod *versa forma* dicitur arboris, cuius pomorum *color* mutatus est, eiusdem est qui vs. 125 haec habet: *in atram vertuntur faciem*.

259 sq. Clytie, insano Solis amore tacta, ab illo spernitur:

Tabuit ex illo dementer amoribus usa
Nympharum impatiens, et sub Iove nocte dieque
Sedit humo nuda.

Hanc codicum (levis enim est inter eos discrepantia) lectionem retinet Ehwaldus et verba: *nympharum impatiens* sic interpretatur: „unvermögend, die Gesellschaft der Nymphen (ihrer Schwestern) zu ertragen", neque ullam aliam interpretationem locus admittere videtur. Sed quaero quorsum illa nympharum commemoratio pertineat: neque cum praecedentibus neque cum sequentibus bene iungi potest. Gravius hic vulnus latere opinor, quod ego sanare non possum. Nam neque hoc aequo fero animo quod *substantive* hic participium *usa* positum est. In *nympharum* latere suspicor nominativum *nympha*:

Tabuit ex illo dementer amoribus usa
Nympha, ... et sub Iove nocte dieque e. q. s.

Quid scripserit Ovidius eo loco ubi nunc *rum impatiens* legitur non definio.

340 Quamvis centum iubeant Lachmanni *flexuque genu submisit* legere, nunquam credam ab Ovidio eiusmodi profectam

Digitized by Google

tautologiam; *genu flectere* et *genu submittere* prorsus idem est. Quid tamen poeta dederit incertum: gravi morbo hunc quoque laborare versum arbitror.

340 sq. At ille
Scilicet ut vacuis et inobservatus in herbis.
In hac codicis M lectione coniunctio *et* sermoni Latino vim facit. Quapropter legerim aut
Scilicet ut vacuis *non* observatus in herbis
aut, usus verbis *ut puer*, quae praebet codex λ, quaeque e coniectura nata credibile non est:
At ille
Ut puer, ut vacuis non observatus in herbis.
Hoc demum Ovidio dignum videtur.

356 „Vicimus et meus est" exclamat nais.
Nimis friget istud *et*. Vera lectio quin sit „vicimus, en meus est" non dubito.

388 — incerto fontem medicamine tinxit.
Sic legendum cum „deterioribus", ut *incertum medicamen* sit m. quod *incertum* (i. e. *semivirum*) reddit eum qui in illum fontem descendit. „Meliores" habent *incesto*, quod hinc alienum.

429 sq.
Quidque furor valeat Penthea caede satisque
Ac super ostendit.
Sanum esse istud *satisque ac super* credere non possum.

473 sqq. Sic haec Iunone locuta
Tisiphone canos ut erat turbata capillos
Movit.
Admodum ingrate in *sic haec* alterutrum abundat. Satis elegans et aptum huic loco foret: *vix haec*. Neque audax coniectura.

556 Illa manus ut forte tetenderat in maris undas.
Heinsii annotationem: „non sunt Nasoniani numeri" minime spernendam ratus coniicio:

Digitized by Google

Illa ut forte manus *porrexerat* in maris undas.
Sic simul verborum ordo magis fit Nasonianus.

631 sq. Nondum mihi persuaserunt adversarii sanum esse:
Hic hominum cunctos ingenti corpore praestans.
Neque vs. 636:
Errabant et humum vicinia nulla premebant.
Quomodo explicari illa soleant novi neque puer ignoravi.

(*Continuabuntur*).

EMENDATUR APOLL. SIDON. EP. I. 5. 5.

quo loci (Ravennae sc.) *veterem civitatem novumque portum media via Caesaris ambigas utrum conectat an separet. insuper oppidum duplex pars interluit Padi certa, pars alluit; qui ab alveo principali molium publicarum discerptus obiectu et per easdem derivatis tramitibus exhaustus sic dividua fluenta partitur, ut praebeant moenibus circumfusa praesidium, infusa commercium.*

Est haec Mohrii recensio, qui se lectionem *certa* vix sanam ducere ad paginae calcem adnotat, in Praefatione postquam monuit, fortasse scribendum esse *tecta* vel melius etiam *septa*, distinctione post *duplex* posita iussu Mommseni. Hic enim *insuper oppidum duplex:* e Taciteo magis quam e Sidoniano scribendi genere ante proposuit. Ceterum in cod. ms. T pro *certa* exaratum est *cetera*, C. Brakman v. d. *discreta* nuper coniecit.

Nimirum voc. *duplex* non ad *oppidum*, sed ad *pars* referendum est, scribendum vero:

insuper oppidum duplex pars interluit Padi, tertia *pars alluit.*

P. H. D.

Digitized by Google

VARIA.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

Tituli metrici in Journal of Hell. Stud. XXIV 262 vs. 6 sic traditur:

ΚΑΙΚΟΥΡΑΙΕΙΜΕΡΑΙΚΑΛΛΟΣΑΓΑΣΣΑΜΕΝΑΙ.

Quae verba nihil mali suspicatus editor *Ramsay* in hunc modum transscripsit:

καὶ κοῦραι εἱμεραὶ (sic!) κάλλος ἀγασσάμεναι.

Quasi vero ἱμερός = ἱμερόεις graecum sit vocabulum. Dubium non est quin versifex, cuius verba, si apographo fides, ita mutilavit quadratarius, dederit salvis numeris et sententia:

καὶ κόραι ἱμερ⟨τ⟩αὶ κάλλος ἀγασσάμεναι.

BCH XXVIII p. 43 *Cousin*, Inscriptions du sanctuaire de Zeus Panamaros, tit. 27 B 12 scripsit sine sensu: Ἱερεὺς ἐξ ἐπανγελίας Κομυρίου μετὰ γυμνασιαρχίαν ἑλκυστὴν Τι. Φλά. Φλά. Φαίδρου υἱὸς κτἑ. Sive ita revera legitur in lapide sive minus, genuina lectio videtur εἰκοστήν.

Didymus in commentario ad Dem. Phil. XII (vulgo XIII) § 32, edito nuper a Dietrichio et Schubartio, agens de etymologia vocis ὀργάς citat Aeschyli fragmentum ex Eleusiniis (cf. Plut. Thes. 29 prope finem); scribens: καὶ Αἰσχύλος ἐπὶ τῶν πρὸ τῆς Καδμείας νεκρῶν τῶν πρὸς τὴν ταφὴν ἑτοίμως ἐχόντων·

ὄργα τὸ πρᾶγμα, διεμύδαιν᾽ ἤδη νέκυς.

Ex Eleusiniis hucusque nihil supererat praeter Hesychii glossam: ἀοζήσω· διακονήσω, ὑπουργήσω. Αἰσχύλος Ἐλευσινίοις et

Digitized by Google

argumenti mentionem ap. Plutarchum l.l. Secundum Aeschylum Theseus, non victis Thebanis ut in Supplicibus exposuit Euripides, sed factis induciis, *συνέπραξεν Ἀδράστῳ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ πεσόντων* permisitque Adrasto, ut *duces* Eleusine humaret, cum gregarii milites Eleutheris sepulti essent. De his igitur, non de illis, h. l. agi videtur et fortasse ad Thesei orationem hoc fragmentum pertinet. Manifesto autem *νέκυς* non de uno dictum est, sed collective de universis. Verte *urgebat res; penitus iam putrescebant cadavera*, nam haec vis videtur verbi compositi, nusquam alibi lecti, quocum comparetur *διαμυδαλέος*. *Ὀργᾶν*, proprie *vehementer appetere*, hic *κατεπείγειν* significat. Post *πρᾶγμα* potius semicolon ponatur quam virgula.

Dionysii periegetae (ed. C. Mueller ap. Didotium Geogr. gr. min. II Paris. 1861) vs. 292:

κεῖθι γὰρ εἰς ὀφίων σκολιὸν δέμας ἠλλάξαντο,
ὁππότ' ἀπ' Ἰσμηνοῦ λιπαρὸν μετὰ γῆρας ἵκοντο.

Non *post senectutem*, ut arbitror, sed *in senectute*, itaque corrigendum *κατὰ*.

Ibidem vs. 465:

Ἑπτὰ δέ οἱ ταί γ' εἰσιν, ἐπώνυμοι ἀνδράσι πλωτὰὶ κτἑ.

Procul dubio recipienda fuerat multorum codicum lectio *δέ τοι*, quae labem traxit e vs. 469:

ἄκρα δέ οἱ (Siciliae) *Πάχυνός τε Πελωρίς τε Λιλύβη τε.*

Ibidem vs. 757:

Ῥεῖα δέ τοι καὶ τήνδε παραγράψιμι θάλασσαν.

Nusquam alibi Dionysius optativum potentialem sine particula conditionali usurpavit, quod aetate hellenistica interdum sibi permiserunt, permisisse saltem creduntur, scriptores. Corrigatur igitur:

Ῥεῖα δέ τοί κεν κτἑ.

ut legitur vs. 831:

Ῥηϊδίως δ' ἄν τοι λοιπὸν πόρον αὐδήσαιμι.

Digitized by Google

AD LIBANIUM.

SCRIPSIT

H. J. POLAK.

Textui Libaniano, qualem nova nunc Foersteri exhibet editio, — insignis opus eruditionis stupendique prorsus laboris, — hic illic Herwerdenus noster, et ipse indefessae vir industriae, manum emendatricem admovit prolata nuper in *Museo Rhenano* coniecturarum sat ampla serie, secundum inprimis Foersterianae editionis volumen spectantium. In longe plurimis me certe habet adstipulantem; de nonnullis, ut fit, aliter sentio, quas epicriseos nomine hic subiicio, ipsius cummaxime Foersterique expectans iudicium.

Ac primum omnium locos aliquot tangam, in quibus me quidem iudice coniecturis omnino abstinendum erit. Qualis est qui legitur *Orat.* XVIII § 60 (I p. 544, 7 R.). Agitur de Iuliani severitate in disciplina militari tuenda: *ἀλλὰ τοῖς μὲν τὰ σημεῖα φέρουσιν ὅπως εἰδεῖεν τὴν τάξιν τηρεῖν, δίκην ἐπέθηκε ζῶσι, τὸ μὴ καὶ ἀποκτεῖναι τῇ νίκῃ δούς.* Vox *ζῶσι* Foerstero corrupta videtur, Herwerdeno insiticia. Neutrum probaverim, et iam olim Reiskium optime locum interpretatum esse censeo: „sic ut in vivis eos superesse sineret, mortis supplicio haud mutilaret" (mult.?). Res iam commemorata paulo ante (I p. 541 i. f. R.): *καὶ οὐδὲ τοῖς τὰ σημεῖα φέρουσιν, οἳ φυλάττειν δὴ μάλιστα μεμελετήκασι τάξιν, ὁ νόμος ἐσώζετο. ὡς δ' ἐνέκλιναν, μέγα βοήσας ὁ βασιλεὺς ——ἐπέθηκε δὴ τελευτῶν, ὡς, εἰ δέδοκται φεύγειν, αὐτὸν δεήσει κτείναντας τότ' ἤδη δραπετεύειν, ὡς ζῶντά γε οὐκ ἐπιτρέψειν.*

Digitized by Google

argumenti mentionem ap. Plutarchum l.l. Secundum Aeschylum Theseus, non victis Thebanis ut in Supplicibus exposuit Euripides, sed factis induciis, *συνέπραξεν Ἀδράστῳ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ πεσόντων* permisitque Adrasto, ut *duces* Eleusine humaret, cum gregarii milites Eleutheris sepulti essent. De his igitur, non de illis, h. l. agi videtur et fortasse ad Thesei orationem hoc fragmentum pertinet. Manifesto autem *νέκυς* non de uno dictum est, sed collective de universis. Verte *urgebat res; penitus iam putrescebant cadavera*, nam haec vis videtur verbi compositi, nusquam alibi lecti, quocum comparetur *διαμυδαλέος*. Ὀργᾶν, proprie *vehementer appetere*, hic *κατεπείγειν* significat. Post *πρᾶγμα* potius semicolon ponatur quam virgula.

Dionysii periegetae (ed. C. Mueller ap. Didotium Geogr. gr. min. II Paris. 1861) vs. 292:

κεῖθι γὰρ εἰς ὀφίων σκολιὸν δέμας ἡλλάξαντο,
ὀππότ' ἀπ' Ἰσμηνοῦ λιπαρὸν μετὰ γῆρας ἵκοντο.

Non *post senectutem*, ut arbitror, sed *in senectute*, itaque corrigendum *κατὰ*.

Ibidem vs. 465:

Ἑπτὰ δέ οἱ ταί γ' εἰσιν, ἐπώνυμοι ἀνδράσι πλωτὰὶ κτἑ.

Procul dubio recipienda fuerat multorum codicum lectio *δέ τοι*, quae labem traxit e vs. 469:

ἄκρα δέ οἱ (Siciliae) Πάχυνός τε Πελωρίς τε Λιλύβη τε.

Ibidem vs. 757:

Ῥεῖα δέ τοι καὶ τήνδε παραγράψιμι θάλασσαν.

Nusquam alibi Dionysius optativum potentialem sine particula conditionali usurpavit, quod aetate hellenistica interdum sibi permiserunt, permisisse saltem creduntur, scriptores. Corrigatur igitur:

Ῥεῖα δέ τοί κεν κτἑ.

ut legitur vs. 831:

Ῥηϊδίως δ' ἄν τοι λοιπὸν πόρον αὐδήσαιμι.

Digitized by Google

AD LIBANIUM.

SCRIPSIT

H. J. POLAK.

Textui Libaniano, qualem nova nunc Foersteri exhibet editio, — insignis opus eruditionis stupendique prorsus laboris, — hic illic Herwerdenus noster, et ipse indefessae vir industriae, manum emendatricem admovit prolata nuper in *Museo Rhenano* coniecturarum sat ampla serie, secundum inprimis Foersterianae editionis volumen spectantium. In longe plurimis me certe habet adstipulantem; de nonnullis, ut fit, aliter sentio, quas epicriseos nomine hic subiicio, ipsius cummaxime Foersterique expectans iudicium.

Ac primum omnium locos aliquot tangam, in quibus me quidem iudice coniecturis omnino abstinendum erit. Qualis est qui legitur *Orat.* XVIII § 60 (I p. 544, 7 R.). Agitur de Iuliani severitate in disciplina militari tuenda: *ἀλλὰ τοῖς μὲν τὰ σημεῖα φέρουσιν ὅπως εἰδεῖεν τὴν τάξιν τηρεῖν, δίκην ἐπέθηκε ζῶσι, τὸ μὴ καὶ ἀποκτεῖναι τῇ νίκῃ δούς.* Vox *ζῶσι* Foerstero corrupta videtur, Herwerdeno insiticia. Neutrum probaverim, et iam olim Reiskium optime locum interpretatum esse censeo: „sic ut in vivis eos superesse sineret, mortis supplicio haud mutilaret" (mult.?). Res iam commemorata paulo ante (I p. 541 i. f. R.): *καὶ οὐδὲ τοῖς τὰ σημεῖα φέρουσιν, οἳ φυλάττειν δὴ μάλιστα μεμελετήκασι τάξιν, ὁ νόμος ἐσώζετο. ὡς δ' ἐνέκλιναν, μέγα βοήσας ὁ βασιλεὺς ——ἐπέθηκε δὴ τελευτῶν, ὡς, εἰ δέδοκται φεύγειν, αὐτὸν δεήσει κτείναντας τότ' ἤδη δραπετεύειν, ὡς ζῶντά γε οὐκ ἐπιτρέψειν.*

Digitized by Google

Hic quoque in eadem re, sed alio modo, lusit rhetor de more in verbis ἀποκτείνειν et ζῆν.

Post paulo, § 76 (p. 547, 7 R.): Iulianus προῆγε τὰ μὲν δηῶν, τὰ δὲ κτώμενος. ὀψὲ δέ ποτε οἱ δυστυχεῖς ἱκέτευον, δέον πρὸ τοῦ πυρός. Usi verissima Herwerdeni observatione, πῦρ apud Libanium frequenter adhiberi significatione metaphorica, ut valeat τὸ δεινόν, ὁ κίνδυνος, hanc statuemus his inesse sententiam: *sero miseri hostes victori supplicaverunt, cum ante illatam cladem oporteret.*

Ibid. § 199 (p. 589, 8 R.): ἀλλ' ὅμως τὸν οὕτω βραδὺν εἰς φόνον πάλιν ἐβούλευσαν ὁπλῖται δέκα κτεῖναι. — — μέθη δέ, εὖ ποιοῦσα, προλαβοῦσα τὸν καιρὸν πάντα ἐξήλεγξε, καὶ τὸ τέως λανθάνον ᾖδετο. Ultimum vocabulum non sollicitaverim. Permulti loci sunt ubi Libanius, minime quidem Attice, ᾄδειν verbum latiore significatione adhibet, non *canendi*, sed *celebrandi* vel *divulgandi*. Paucis ex magna copia exemplis defungar. *Or.* XXX (Πρὸς Θρασύδαιον) II p. 234 in. R. de Menedemo quodam, alius rhetoris aemuli auditore: νῦν δὲ ὁ μὲν καὶ τεθνεῶτας ἐκείνους („magistros suos") θεραπεύει, καὶ ὅ τι αὐτοῖς οἴεται καλὸν εἰρῆσθαι, τοῦτο εἰς μέσον ἀεὶ καὶ φέρει καὶ ᾄδει. Et in ipsa nostra oratione (p. 552, 3 R.) de insperatis Iuliani victoriis: πάσης φωνῆς ταὐτὸν ᾀδούσης, οὐχ ὅπλων ταυτὶ μᾶλλον ἢ τῆς ἐκείνου διανοίας (sc. εἶναι).

Or. XIX § 52 (I p. 647 i. f. R.) Antiochiam laudans τοιαύτην δὲ καὶ οὕτω πολλὴν περίκειται γῆν, ὥστε πάντα μὲν φέρειν, αὐτῇ δ' ἀποχρῆν. Videor mihi ultima intellegere. Civitatis nostrae ager — inquit — tam uber est, ut omnia ferat sibique sufficiat; i. e. ut urbi nostrae minime frumento aliisque rebus importatis opus sit, vel — ut Thucydidea dictione utar — ὥστε μὴ χρῆσθαι ἐπεισάκτῳ μήτε σίτῳ μήτ' ἄλλῳ τινί.

His igitur locis vulgatam sanam duco. Sed aliter sese res habet in iis de quibus nunc est agendum.

Ad *Orat.* XIV (Ὑπὲρ Ἀριστοφάνους) unum habeo idque levissimum. Unice verum § 69 (I p. 449, 18 R.) mihi videtur: μὴ πλείτω πρὸς τὰ πέρατα τῆς γῆς Ἀριστοφάνης μετὰ δακρύων, ἀλλὰ — — — ἐν μέσῃ Πελοποννήσῳ διηγείσθω τὰς σὰς (Iuliani) ἀρετάς. ἔχει γλῶτταν ἀρκοῦσαν τοῖς ⟨σοῖς⟩ ἔργοις. λεγέτω πρὸς τοὺς

Digitized by Google

Ἕλληνας, ἐν οἷς ζῇς καθ' ἡμέραν, ἃ τεθέαται, quod etiam Herwerdeno in mentem venerat, sed mox, — si eius mentem recte cepi — ab eo abiectum. Ad ultima illa: ἐν οἷς ζῇς καθ' ἡμέραν quod attinet, possunt sane ea significare quod Reiskius volebat: „qui quotidie tui mentionem in sermonibus suis faciunt." Malo tamen sic accipere: „in quibus (i. e. in quorum monumentis litterariis) tu Iuliane vitae tabernaculum posuisti."

Or. XV (Πρεσβευτικὸς πρὸς Ἰουλιανόν) § 53 (I p. 468 i. f. R.) Orator misericordiam implorans pro factiosa semper urbe cui ille haud immerito succensebat, inter alia et hoc ponit, Iuliano gratissimum futurum: ἴσως τις ἀπήγγειλέ σοι μετὰ τῶν ἄλλων, νεὼς ἔτι πολλούς τε καὶ μεγάλους παρ' ἡμῖν ἑστηκότας, ὃ τῆς τῶν ἐνοικούντων εὐσεβείας ἐποιοῦ σημεῖον, ὡς τῶν μὲν βουλομένων καθαιρεῖν ὄντων, σεσωσμένων δὲ τῶν οὐ κειμένων ταῖς τῶν ἀχθομένων τῇ καθαιρέσει μάχαις. Iam Reiskius hic vitium odoratus erat. „Exhibui *locum affectum*, prout in libris circumfertur, qui h. l. — — opem nullam affer(unt). Quare ad divinationem confugiendum erit." Vitii sedem esse in voce ὄντων omnes consentiunt. Reiskius ἀπιόντων vel ἀπελθόντων proponebat, alii alia, Herwerdenus „πεφευγότων aut ἀπεωσμένων aut simile quid"; ipse scribam: ὡς τῶν μὲν βουλομένων καθαιρεῖν ⟨ἐνδ⟩όντων, insertis tribus litteris quas antecedens vocabulum absorpsisse videtur.

Or. XVIII (Ἐπιτάφιος ἐπὶ Ἰουλιανῷ) § 77 (I p. 547, 10 R.): Ad Iulianum Germani devicti legatos mittunt pacem petitum. Ὁ δὲ ἥκειν τὴν ἡμέραν νομίσας, ἣ τὰ τῶν Γαλατῶν θεραπεύσειν ἔμελλε, τὸ μὲν πρῶτον αὐτοὺς ἀτίμως ἀπέπεμψεν. ὡς δ' αὖθις ἦκον, αὐτοὺς ἄγοντες ἱκέτας τοὺς βασιλεῖς, ⟨οἳ⟩ καὶ τὸ σκῆπτρον ἔχοντες εἰς γῆν ἔκυπτον, — — — ὠνεῖσθαι τὴν εἰρήνην ἐκέλευε τῆς ἰάσεως τῶν κακῶν, πόλεις μὲν ἐγείροντας, σώματα δὲ ἄγοντας. Ut sententia constet, supplevi relativum, quemadmodum iam Reiskio (post καὶ) οὗτοι inserendum videbatur. Quod autem in hoc inciso sceptrorum mentio Herwerdeno adeo offensioni erat, ubi „de supplicantibus submisso vultu" agatur, ut paene desperans pergeret: „quaerat alius!", id vero satis mirari non possum. Quidni supplices illi Germanorum duces eodem modo cum sceptris venerint, dignitatis indiciis, quemadmodum legimus olim Tigranem Armeniae regem devictum Pompeio ad genua

Digitized by Google

procubuisse diademate cinctum, quod mox ad victoris pedes deposuerit? Τέλος, ὡς πρὸς αὐτὸν ἦλθε τὸν Πομπήϊον, ἀφελόμενος τὴν κίταριν ὥρμησε πρὸ τῶν ποδῶν θεῖναι, ut apud Plutarchum est (*Pomp.* c. 33 med.).

Or. XVIII § 18 (I p. 528, 5 R.) Iulianus e Platonis libris et alia didicit et τί τε ἡ ψυχὴ καὶ πόθεν ἥκει καὶ ποῖ πορεύεται καὶ τίσι βαπτίζεται καὶ τίσιν αἴρεται καὶ τίσι καθέλκεται καὶ τίσι μετεωρίζεται κτλ. Quoniam αἴρεται et μετεωρίζεται prorsus idem dicunt, scribam καὶ τίσιν αἴθεται, ut compositionis et oppositionis ratio constet.

Iterum et gravius labat oppositio eiusdem orationis § 139 (I p. 568, 9 R.) Agit orator de infinita illa turba aulicorum et parasitorum, qui Constantio imperante insontes gentes mille modis depascebant, donec a Iuliano turpiter abigerentur. Ὅλως δὲ τῶν ἀφορμῶν [1]) ἡ μὲν ἐν ἀφανεῖ τε καὶ συχνή, ἡ δ' ἐν φανερῷ τε καὶ δήλη, σχῆμα νόμου λαβοῦσα καὶ οὐ σφόδρα τῆς ἑτέρας ἐλάττων. Vocem συχνή nihil huc facere, quin corrumpi ea artificiosae oppositionis rationem, editori quivis det. Pro ea Foersterus proponebat νυχία, Herwerdenus κρυπτή, utrumque ad sententiam recte, sed litteris traditis minime congruens. Commendo: ἡ μὲν ἐν ἀφανεῖ τε καὶ στεγνή κτλ. Ad breviorem formam (στεγνός) quod attinet, legitur ea et alibi et apud Xenophontem (*Anab.* VII, 4 § 12: ἔξω αὐλίζεσθαι ἐν ἐχυροῖς χωρίοις μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς στεγνοῖς.; *Oecon.* VII § 19: ἡ δίαιτα τοῖς ἀνθρώποις οὐχ ὥσπερ τοῖς κτήνεσίν ἐστιν ἐν ὑπαίθρῳ, ἀλλὰ στεγνῶν δεῖται.) Libanio diligenter lectum et expressum. (Cfr. i. a. Or. V §§ 21; 30; 40).

Or. XVIII § 184 (I p. 583, 16 R.) Pluribus agitur de Iuliani in iure dicundo religione. Εἶχε μέν, εἴπερ ἐβούλετο, παραβαίνειν τοὺς νόμους, καὶ οὐκ ἔμελλεν εἰς δικαστήριον εἰσαχθεὶς δώσειν δίκην. οὕτω δὲ ἀκριβέστερον τῶν σμικροτάτων δικαστῶν ᾤετο δεῖν τοῖς κειμένοις ἐπὶ τῶν κρίσεων ἐμμένειν, ὥστε τινὸς — —γράμ-

1) „Sc. τοῦ συκοφαντεῖν, homines insontes vexandi et expilandi terroribus accusationum obiectis." Sic Reiskius. Malo tamen h. l. accipere ἀφορμὰς *ditandi se modum* vel *reditum fontem*, ut v. c. *Or.* XLI (II p. 381, 19 R): παῖδες μὲν οὖν ὄντες εἶχον ἐξ αὐτῆς τῆς νεότητος τὴν τροφήν (i. e. florem aetatis vendebant). Εἰς ἄνδρας δὲ ἥκοντες, ἐπιλιπούσης αὐτοὺς ἐκείνης τῆς ἀφορμῆς, εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ — —θεάτρου βλέψαντες ἀναστάντες ἔδραμον.

Digitized by Google

μασι πεπλασμένοις βιαζομένου τὸ δίκαιον, ἥσθετο μέν, τοῦ δ' ἀδικουμένου γράφεσθαι τὸ γράμμα οὐκ ἔχοντος, ἔκρινε τὸν ἀδικοῦντα νικᾶν. Subridiculum esse σμικρότατος de iudice in propatulo est; neque facile quisquam contendat, vocem idem valere atque εὐτελέστατος, φαυλότατος, ut minoris dignitatis iudices opponantur imperatoriae maiestati. Foersterus duas attulit ad locum hunc sanandum coniecturas Aug. Gasdae, qui — quod ex eius editione didici — ante triginta circiter annos artem criticam in rhetore nostro factitavit, ἀκροτάτων alteram, alteram σμικρολογωτάτων. Hanc iure reiecit Herwerdenus, observans σμικρολογίαν in vitio poni. Ipse volebat ἀκριβολογωτάτων, non lenem hercle medicinam et vel propter antecedens ἀκριβέστερον minus probandam. Equidem, si Gasdae ἀκροτάτων parum placet, — sed quidni dicatur ἄκρος δικαστής, ut ἄκρος ἰατρός, ῥήτωρ simm.? — commendo: ἀκριβέστερον τῶν ⟨ὁ⟩σιωτάτων δικαστῶν, ut consimile δικαιότερος κριτής est I p. 636, 13.

Post pauca, § 189 (I p. 585, 5 R): ἄρτι μὲν οὖν τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐμεμνήμην κοινότητος, νῦν δ' ἔχω τι μεῖζον εἰπεῖν. Verissime Herwerdenus: „nulla in antecedentibus fit mentio Iuliani in re sacra κοινότητος, sed § 182 seqq. orator agit de hac eius virtute in exercendis iudiciis." Neque tamen propterea ei dederim, ἐν τοῖς δικαστηρίοις esse rescribendum, nam et quae deinde sequuntur, ad iudicialem imperatoris praestantiam pertinent. Prorsus aliter m. i. locus hic accipiendus est. Nempe in proxime antecedentibus orator narraverat, etiam duas Syriae urbes, — Seleuciam et Apameam Reiskio videbatur designare, — de dignitate scilicet decertantes ad Iuliani tribunal accessisse. Λόγων δὲ μακρῶν εἰρημένων, καὶ τῶν μὲν (Seleucienses) ἄλλα τε διεξελθόντων ἃ τῆς ὥρας ἦν, καὶ πολίτου τινὸς σοφίαν, τῶν δ' ἐν μεσογείᾳ (Apamea) ξένου τε καὶ πολίτου, — — τὴν μὲν τῶν λίθων αὐγὴν χαίρειν ἀμφοτέροις ἀφεὶς, ἄνδρας δ' ἀλλήλοις παρθεὶς, προτέραν ἐποίησε τῇ τιμῇ τὴν τούτοις κρατοῦσαν. Non erat haec vera causa, sed causae simulacrum. Quapropter rhetorem dedisse suspicor transitione omnibus usitata: ἄρτι μὲν οὖν τῆς ἐν τοῖς σμικροῖς ἐμεμνήμην κοινότητος, νῦν δ' ἔχω τι μεῖζον εἰπεῖν.

Or. XVIII § 224 (I p. 597, 18 R.): τοῖς μὲν δι' ὄχθης ὑψηλῆς τε καὶ στενῆς ἐλαύνουσι τὸ μὴ βραχῆναι ὑπῆρχε, σφαλερὸν δὲ ἡ στενότης.

Digitized by Google

οἱ δ' ἐκεῖνο φεύγοντες ἐν τοῖς ὕδασιν ὠχοῦντο, καὶ δεσπότῃ τε δοῦλος χεῖρα ὤρεγε καὶ δοῦλον [ὁ cum Herw.] δεσπότης ἀνέστα. Neque ὠχοῦντο neque ἐχοῦντο — nam utrumque legi videtur — tolerari potest. Reiskio εἱλοῦντο placebat, quod vel in textum intulit, idemque probat nunc Herwerdenus. Praetulerim ὠθοῦντο. Usurpat nempe Libanius in praeteritis utramque formam, et cum et sine ε. Cfr. v. c. *Or.* I § 202, *Or.* III § 38 in ed. Foerst. all.

Or. XVIII § 276 (I p. 615 in. R.): ἃ δ' ὑπὲρ τοῦ Περικλέους Θουκυδίδης φησίν, ὅτι τῇ τελευτῇ λαμπρότερον ἔδειξεν ὅσος ἦν ⟨ἢ⟩ αὐτοῖς τοῖς πράγμασι, ταῦτ' ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν καὶ περὶ τοῦδε. Ita hunc locum constituerim (codd. ὅσον, αὐτός, et omm. ἦ), magna ex parte cum Fabricio, Reiskio, Herwerdeno. Respicit rhetor Thuc. II 65 § 6 sqq., ubi tamen verba aliter sunt conformata.

Or. XVIII § 281 (I p. 617 in. R.) Interfecto Iuliano Libanius in hosce questus erumpit: διὰ τί οὖν, ὦ θεοὶ καὶ δαίμονες, μὴ ταῦτα ἐκυρώσατε; διὰ τί μὴ τὸ μὲν ὑμᾶς ἐπιστάμενον γένος εὔδαιμον, τὸν δὲ τούτοις εὐδαιμονίας αἴτιον κατεστήσατε; Adnotat editor: „Post αἴτιον vocabulum quale est νικῶντα excidisse putat Gasda." Rectissime Gasda defectum vocabuli notavit, minus feliciter defectum exempli causa per νικῶντα sarsit. Supplendum putaverim ἀΐδιον, quod post αἴτιον facillime excidere potuit. Verba enim sic iungenda sunt: διὰ τί μὴ τὸ μὲν γένος (τὸ) ὑμᾶς ἐπιστάμενον (gentiles puta) εὔδαιμον (κατεστήσατε), τὸν δὲ τούτοις εὐδαιμονίας αἴτιον ⟨ἀΐδιον⟩ κατεστήσατε; Cur genti quae vos esse deos credere pergit, beatitudinem denegastis? Cur non ei, qui his gentibus felicitatis auctor fuit, immortalitatem tribuistis?

Or. XVIII § 288 (I p. 620, 8 R.) Post Iuliani necem actum est etiam de laude emolumentisque eloquentiae. Ῥητορικῆς δὲ διδάσκαλοι, συζῶντες πρότερον τοῖς ἀρχὰς ἔχουσιν, ἀπελαύνονται τῶν θυρῶν ὥσπερ ἀνδροφόνοι. πλήθη δὲ νέων τὰ περὶ αὐτοὺς πρότερον ταῦτα ὁρῶντες φεύγοντες ὡς ἀσθενεῖς τοὺς λόγους ἄλλην ἰσχὺν ζητοῦσι. Herwerdenus: „procul dubio corruptum est ταῦτα, pro quo oppositio postulat δυνατά aut ἰσχύοντα aut σθένοντα, e quibus δυνατά fortasse reliquis est praeferendum." Pressius ad litteras poterit quoque proponi τὰ περὶ αὐτοὺς πρ. γ α ῦ ρ α ὁρῶντες κτλ. Sed minime, re saepius perpensa, apud me pro certo constat vulgatam omnino ferri non posse sic accipiendam, qualem

Digitized by Google

teste eius interpunctione Reiskius accipiebat: πλήθη δὲ νέων τὰ περὶ αὐτοὺς πρότερον, ταῦτα ὁρῶντες κτλ. Adesse tunc oportebat ὄντα: concedo; sed quis in scriptore sero nato, veteres conamine laborioso utcunque referre satagente, hoc acriter culpaverit? Ad ultima conferenda erit consimilis sententia *Or.* XV (Πρεσβευτικὸς πρὸς Ἰουλιανὸν) p. 474, 9 R.: οὐ τὸ μὲν καλὸν ἀσθενὲς ἐγεγόνει, τὸ δὲ (sc. ἐναντίον) τὴν ἰσχὺν εἶχεν;

Or. XIX (Πρὸς Θεοδόσιον περὶ τῆς στάσεως) § 10 (p. 629, 8 R.): καὶ τουτὶ τὸ κακὸν (seditiones) ἔλθοι μὲν ἄν ποτε καὶ ἐπὶ σμικρὰν πόλιν· αἷς δ' ἐστὶ μεγέθη, πολὺ τοῦτο ἐν ταύταις. Supplendum videtur: αἷς δ' ἐστὶ μεγέθη, πολὺ <πλέον> τοῦτο ἐν ταύταις. Eodem modo *Or.* XXIV (II p. 74, 10): οἶμαι δὲ ἐν τῷ μέχρι τῆσδε τῆς ἡμέρας χρόνῳ πολὺ πλείους οἰκετῶν ἐλευθέρους ἐν τῇ ψυχῇ (vita sua) δεδωκέναι τὴν δίκην.

Or. XIX § 28 (I p. 637, 17 R.): Antiocheni seditiosi προελθόντες οὗ Φλαβιανὸν εὑρήσειν ἔμελλον οὐχ εὑρόντες εἶτα ἀνέστρεφον ὅθεν πρῶτον ἐκινήθησαν, ἀπτόμενοι μὲν ῥημάτων οὐ καλῶν, μέλλοντες δὲ καὶ ἔργων. Requiritur: „ubi Flavianum se reperturos *expectabant*"; neque aliud fere rhetor dedisse potuit quam: οὗ Φλαβιανὸν εὑρήσειν ἐνόμιζον.

Or. XX (Πρὸς Θεοδόσιον ἐπὶ ταῖς διαλλαγαῖς) § 4 (I p. 655 in.) Oratio versatur in exponendo, excusando, deflendo eodem tumultu Antiocheno, qui Theodosio imperante p. Chr. 387 eruperat, atque oratio praecedens ad eundem imperatorem sive habita sive transmissa. Inprimis sermo est de statuis Theodosii, uxoris, liberorum, ab incensa plebe deiectis atque contumeliis omne genus afflictis. Vociferantes τὰ διὰ τῶν ἔργων (ὑβριστικὰ) ἐπέθηκαν, ὁρμόντες ἐπὶ σέ τε καὶ τὴν γυναῖκα τὴν σὴν καὶ τέκνα, χερσί τε καὶ κάλοις ταῦτα δείξαντες χαμαί. καὶ οὐκ ἀπέχρη ταῦτα, ἀλλ' εἷλκον οἱ μὲν ὅλους οἱ δὲ διεσπασμένους. Quidquid δεικνύναι significare potest, — potest autem permulta, — mihi tamen non minus quam Herwerdeno mirum foret, si etiam idem atque ἐπιτεῖν, ἕλκειν χαμαί posset valere. Neque tamen alterum utrum horum rescribendum existimem, sed rhetorem exquisitiore verbo usum esse suspicor. Nempe correxerim: χερσί τε καὶ κάλοις ταῦτα σείσαντες χαμαί. Causa huius praesertim verbi adhibendi fuisse videtur locutio proverbialis πάντα κάλων σείειν (ut in notissimis Crinagorae de *Hecale* versibus, A. P. IX 545:

Digitized by Google

Καλλιμάχου τὸ τορευτὸν ἔπος τόδε· δὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ | ὤνηρ τοὺς Μουσέων πάντας ἔσεισε κάλως.), fortasse etiam quod apud Aristophanem dicitur: ἐκσέσεισται χαμᾶζ'· οὐχ ὁρᾷς σειόμενον; quamquam verbum de lapidibus excutiendis quam de concutienda statua accuratius adhibetur.

Or. XXI (Πρὸς Καισάριον Μάγιστρον, qua oratione „Caesario gratias agit pro opera ab eo navata in salute urbis Antiochenae tuenda et pace ei reddenda," ut Reiskii verbis utar) § 19 (I p. 688 seqq. R.) agitur de incredibili celeritate qua, Fortunae ductu, Caesarius curru ad Theodosium volaverat, causam Antiochensium suscepturus. Καὶ νῦν τοίνυν τῷ βουλομένῳ ταχέως διαδραμεῖν παρ' ἐκείνης (sc. τῆς τύχης δέδοται) καὶ τὸ δεδυνῆσθαι, μηδενὸς τῶν ὑποσκελίζειν εἰωθότων παρηνωχληκότος, οἷα πολλὰ ἂν ἐξ ὀχήματος συμπέσοι· ἀλλ' ὥσπερ ἐξ ἀδάμαντος ὄντων μὲν τῶν τροχῶν, ὄντων δὲ καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς, οὕτω πάντα κρείττω τοῦ τι παθεῖν ἤρχετο (i. e. ἦει), πληττόμενα μὲν τοῖς πεφυκόσι λυμαίνεσθαι, κρατούμενα δ' ὑπ' οὐδενός. Καίτοι τὸν ἀπερισκέπτως τῇ τοῦ τάχους ἐπιθυμίᾳ χρώμενον πολλὴν ἐφέλκεσθαι καὶ τὴν βλάβην ἀνάγκη. Ἀλλ' ὅμως ἐνίκα τὰ νικώμενα, καθάπερ δι' ἀέρος, οὐδὲν ἐφαπτόμενα τῆς γῆς, πορευόμενα. Describenda erant compluscula ut loci tenor appareret, simulque rectissime monuisse Herwerdenum, et corruptum videri participium νικώμενα ex statim antecedente verbo natum, et aperte desiderari aliquam *currus* mentionem, et nihil ad hoc nos adiuvari varia lectione κινώμενα. De certa emendatione reperienda desperavit, — nullum enim vocabulum quo *vehiculum* designaretur in -μενα exit, — sed recte, si quid video, non acquievit in interpretatione qua Reiskius olim vulgatam tuebatur: „τὰ νικώμενα, res fragiles, — — ut rotae, et ferramenta, et alia ligna curruum." Certam emendationem neque ipse proferre habeo; suspicio tamen mihi subnata est annon rhetor, argute currum designans, dederit: ἀλλ' ὅμως ἐνίκα τὰ ἐνιζόμενα, καθάπερ δι' ἀέρος, οὐδ' ἐφαπτόμενα τῆς γῆς, πορευόμενα.

Continui me intra paucos paucarum orationum locos. Fortasse post pluribus ad Libanium redeundi occasio erit.

Digitized by Google

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
ASTOR, LENOX TILDEN FOUNDATIONS

COMMENTUM AELI DONATI AD TERENTIUM.

SCRIPSIT

H. T. KARSTEN.

(*Continuantur e pag.* 153).

§ 4. Scholia rhetorica interpolatorum.

Scholiorum rhetoricorum pars longe maxima interpolatoribus debetur [1]), eorumque duplex genus olim distinximus (Mnem. XXX p. 133), breviora et inania ac longiora eademque vulgo meliora, de quorum origine ita statuendum esse conicio.

Artis rhetoricae doctores, qui a scholiastis nostris probe secernendi sunt, secundum Eugraphium in praefatione ad Andriam (Mnem. XXX p. 129) e poetis praeter Vergilium adhibuerunt etiam Terentium, cuius fabularum partes erant qui iam ante Donatum (Mnem. XXX p. 144 sq.) controversiarum instar rettulerant. Exercitabant igitur discipulos ut in personarum soliloquis et disceptationibus discernerent causarum, si quae erant, genera, status, qualitates, argumentorum locos, figuras, similia, simulque iis dictabant artis regulas praecipuas et interdum theses generales in personarum disputationibus latitantes [2]), in

1) Scholia rhetor. numeravi fere CCXC, unde si deducimus semirhetorica Donati LXIII, restant CCXXVII vere rhetorica, in quibus supra Donatea deprehendimus XIII, quibus addenda sunt ex incertis fere X, ut mox adparebit. Igitur CC amplius debentur magistris, omnia vere rhetorica.

2) Vide e. g. Andr. I 1. 81 (3), Eun. V 4 38: „Causa finalis: virginem civem apud meretricem vitiavit, mercedem offert, petitur ad supplicium". Pho. II 3. 1 (1), de quo vide Mnem. XXX p. 141 sq.

Digitized by Google

quibus elaborandis discipuli suo marte vires exercerent. Haec omnia cum ipsi doctores sibi nimirum ad rerum memoriam sustentandam descripta habebant in libellis vel fortasse in fabularum exemplaribus, tum studiosi auditores, quantum auribus et ingenio assequi poterant, plene et recte aut breviter et pessumdata scripto mandata asservabant. Sic exstiterunt libelli et fabularum exempla rhetorice tantum illustrata, genere et bonitate valde disparia. Haec subsidia magistri, prouti in manus inciderant, expilarunt atque inde modo satis largam et utilem scholiorum materiam hauserunt, modo exilem et ineptam, ut erant vulgo verae doctrinae incuriosi et in fontium obsequium propensi, e quibus prodiderunt nihil novi, sed artis doctrinam vulgarem et in medio positam. E tali igitur rerum eventu eam scholiorum inaequalitatem diversamque dignitatem prognatam esse suspicor, quam modo deprehendemus.

Etiam Eugraphius eiusmodi fontes consuluit, sed optimos tantum, unde hic illic quaedam excerpsit, quae igitur cum commenti scholiis [1]) ipsis verbis aliquoties concordare non mirandum est; attamen commentarii illius rationem et consilium a scholiastarum opera tantopere differre antea vidimus (Mnem. XXX p. 129, 131, 133), ut discrepantiae similitudines multum superent, quod ideo factum est praesertim, quia Eugraphius abstinuit ab omnibus relationibus, quae ad artis institutionem tantum pertinerent et copiosus contra fuit in eiusmodi causarum explanatione, qua Terentii virtus in rhetoricis eluceret.

Ut autem horum scholiorum indoles varia probe cognoscatur et differentia cum Donato penitus sentiatur, non pauca tantum specimina, sed omnia referre necesse est et in quorundam consideratione accuratius versari. Etenim in hac difficili materia talis modo demonstrandi ratio efficax esse poterit, qua lector repetita genuinorum et spuriorum comparatione paulatim normam discernendi aera a lupinis satis certam et sinceram nanciscatur, ad quam unumquodque scholion exigens aliqua veritate iudicare possit sitne Donati an non. Sequuntur igitur scholia omnia quae a magistris post Donatum orta sunt.

---

1) Scilicet cum interpolatis, nam cum Donateis congruentiam fere nullam esse ostendimus in Mnem XXX. p. 153.

Digitized by Google

Andria.

I 1. 24 (2) Argumenta per coniecturam. Eugr. ad 23 totam doctrinam de argumentis coniecturalibus amplissime profitetur.

42 (3) Hic digressio est, nam proposuit gnati vitam dicere. E. (h. e. Eugraphius) doctrinam de digressione paucis refert.

72 (1) An vere laudatus sit. (2) Et singula hic pro argumentis sunt. Et excusatio est, non esse stultitia falsum.

Ad (1): Quaestionum indicatio per „an" vel „utrum" vulgaris erat in disciplina rhetorica, ut identidem docent Senecae controversiae. Veluti II 3. 4: „Latro sic divisit: an" etc. Hic autem longe quaesitum est et nimis speciosum, inesse in Simonis verbis „hac fama impulsus" quaestionem, an vere laudatus sit filius. Arduum sane fuit discipulis hanc quaestionem in his verbis reperire, sed tironibus pulcra et utilis est ardua exercitatio. E. nihil.

Ad (2). Argumenta illa E. persequitur ad 69 et 72. Ceterum magister, qui scripsit: „excusatio est n. e. st. f." differt ab (1) putatque Simonis verbis hoc inesse: senem, cum Pamphili ingenium laudaret, non per stultitiam errasse, quoniam et alii et Chremes illum magni facerent. Haec etiam interpretatio satis longe arcessita est et rhetore nimis acriter scrutante digna. Eiusdem rhetoris acumen etiam alibi „excusationes" odoravit; vide mox 89 (3), 94 (1), 118 (6). E. nihil.

89 (3) „Etiam". Alia suspensio audientis et excusatio. Don. voculam „etiam" explicavit „adhuc" et de tota sententia hoc habet: Bene suspendit auditorem. Itaque acutus rhetor duplicem suspensionem detexit, aliam cum Donato in tota sententia, „aliam" in voce „etiam"!

E. non ineleganter et secundum Donatum vel antiquiorem fontem: Hic auditorem mali interpositione suspendit, qui mitiori narratione tenebatur.

94 (1) Excusatio necessaria. Immo mera est rationis indicatio.

Digitized by Google

118 (6) Don. c. l. T.: nec „amicam", sed „pro uxore": mire ergo, quasi hoc non doleat quod amet, sed quod pro uxore habeat.

Idem denuo mag. his inepte subiunxit per tritam formulam *et simul*: et simul excusatio filiam denegaturi soceri.

81 (3) Utrum potuerit in exsequiis non videre patrem.

Lepidum exemplum quaestiunculae, quae tironibus pertractanda dabatur, fierine potuerit ut Pamphilus praesentem ibi patrem non conspexerit.

104 (1) A voluntate, a facultate, a summo ad imum, ubi sunt dicta et facta, ubi est pathos.

Cum hoc scholio una tractanda sunt haec:

II 2. 19 (2) A summo ad imum divisiones, quibus dicta et facta continentur, sub quorum genere sunt species non dictorum nec factorum cum consideratione rerum personarumque.

6. 17 (1) Quod ille a summo ad imum proposuit, hic causae derivationem opposuit.

III 2. 32 (2) Et a summo ad imum et ex factis et ex dictis et ex rebus atque personis sumit argumenta.

Ad I 2. 37. A summo ad imum proposita solvuntur.

Hec. IV 4. 55. A summo ad imum.

„ II 1. 44. Imago hic quaedam argumentationis, quae dicitur ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, quod latine dicitur: ab initio ad finem. Et ut generaliter coepit invectionem (cf. ad vs. 1 (3)), ita generaliter conclusit in socrum; et est sensus: e. q. s.

Locum „a summo ad imum" Sulpitius Victor (Halm. p. 325 sq.) sic definivit:

Dividitur coniectura perfecta locis his: probationum expetitione, facultate, voluntate, a summo ad imum, aliquando iure absoluto, derivatione, verisimili probatione ... Quartus locus a s. ad i. vocatur, in quo persequimur ordine criminum signa non simul omnia, sed carptim singula, unde locus a s. ad i. vocatur.

Idem locus esse videtur, qui ad Hecyram II 1. 44 appellatur „ab initio ad finem", si audimus C. Iulium Victorem (ibid. p. 387): Plena coniectura dividitur locis septem: a persona, a

Digitized by Google

causa, a consiliis, a potestate, ab initio ad finem, a translatione causarum, a verisimili defensione ... Ab i. ad f., in quibus factum ipsum excutimus, variae sunt usquequaque quaestiones; nam in illis facta, dicta, affectus, eventus etiam considerari solent, e. q. s.

Graecum nomen ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους aliter tamen derivabatur atque a s. ad i. apud Sulpitium, nempe sic: quia ab initio ad finem disquisitiones illa tractabantur: ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ ζητήματος μέχρι τέλους ταῦτά ἐστι τὰ ἐξεταζόμενα (Rh. Gr. IV 313) [1]).

Eugr. ad I 1. 102: ... in materia coniecturae accusantis haec argumenta sunt semper ‹a facultate›, a voluntate, a summo ad imum; his enim tribus partibus nititur accusator ... Ergo probationes ad s. ad i. suscipientur, quae continent dicta et facta et quod a doctoribus adiungitur, pathos: namque pathos est supra, quod flevit, facta sunt ... quod accurrit, quod mediam mulierem complectitur, deinde dicta sunt, quod dixit: „mea Glycerium" cett. Cf. II 2. 21: Omnis coniectura a s. ad i. divisiones habet, quae divisio dicta et facta continet, quamquam saepe et ex hoc coniectura colligi possit, quod non dictum nec factum sit.

Reliquis locis Eugr. a s. ad i. non usurpavit; ad II 6. 17 nominavit derivationem causae, III 2. 32 dicta et facta.

Scholia igitur supra citata fragmenta sunt lacera eorum, quae rhetorici, qualis Eugraphius fuit, ad hos vss. adnotaverant.

I 1. 115 (1) Argumentum ex coniectura per ratiocinationem a contrario, ut si dicas: forti viro praemium debetur, si desertori poena constituta est.

Exemplum in scholis usurpatum habet etiam Martianus Capella (H. p. 462): Si vir fortis meretur praemium, desertor dignus est poena. Exempla iustiora et elegantiora eiusdem ratiocinationis exhibet Victorinus, Donati aequalis (H. p. 236, 400).

Eugr, ad 110: est locus argumenti qui dicitur a contrariis.

117 (1) Argumentum ex coniectura de testibus. E nihil.

---

1) Vide Volkmann p. 377.

Digitized by Google

137 (2) Argumentum a natura et an aliquis sine causa malus an ab impulsione. E nihil.

I 2. 2 (2) Argumentum quod supra, ab eo quod nostri faciunt.
E.: dixi enim supra (ad I 1. 102), quod non solum de factis nostris ad coniecturam argumenta colligi possunt, verum et nostrorum.
Apud scholiastam „quod supra" non habet quo referatur, igitur hoc scholion extractum videtur ex Eugraphio vel ex eodem fonte. Idem valet de sequentibus scholiis compluribus.

3. 3 (1) Exhortatio a periculo.
E.: Habet igitur deliberativae exordium, in qua exhortatio est ... quae ipsa exhortatio a periculis incitatur.

5 (1) Partium tractatus quae supra sunt, „Pamphilumne adiutem an auscultem seni" (vs. 4).
E. ad 4: Hinc incipit deliberativa, cuius partes sunt duae „Pa. adiutem, an ausc. s."; deinde partium tractatus, e. q. s., in quibus E. longus est de illarum partium tractatione.

19 (2) Redit ad narrationem. E. nihil.

5. 3 (2) Propositio iniuriae.
E. ad 1 fin. Postea iungit propositionem ipsam iniuriae. Dein ad 3 iniuria describitur.

14 (3) Coniecturale argumentum.
E. ad 13 hoc argumentum describit.

22 (1) Duo patent in defensione, aut vera aut ad tempus accommodata. Citatur aliqua regula scholiastica, quae e longinquo tantum ad hos vss. applicari potest. E nihil.

24 (3) Deliberatio et partes eius.
E. partes deliberationis ampliter tractat ad 24 et 25.

26 Amor misericordia huius, nuptiarum sollicitatio, tum patris pudor.

Digitized by Google

(1) Haec oratoria sunt, cum unum negotium in multas distrahimus partes. (2) „Amor" a necessario, misericordia ἀπὸ τοῦ ὀσίου — (3) „*Misericordia huius* ἀμφιβολία — „Nuptiarum sollicitatio" a perturbatione; quibus colligit consulere se non posse.

(1) Donato potest concedi, sed loci argumentorum in (2) et (3) magistri sunt, qui non quidem ex Eugraphio, sed tamen e simili fonte ea prompsit. E. enim ad 25: Ab amoris parte haec sunt argumenta: primum necessitas: „amor" inquit, deinde humanitas; misericordia a parte patris, an imperio patris obtemperet.

A commenti compilatore perperam inserta sunt ea, quae Wessnerus (3) cursive expressit, sed quae iusta observatio potest esse Donati.

37 (1) Ab eius beneficiis. (4) Argumenta a consequenti: si eam deserit, haec subiciuntur (i. e. obiciuntur cf. 46 (2)). E. nihil.

49 (3) Affectus a tempore, quod postrema vox est.

Vide schol. (2) Donati. E. ad 41 multa habet de tempore et de affectu postremae vocis.

60 (5) Conclusio per mandatum et obtestationem efficax satis.

E. ad 56: Allocutionem efficaciter concludit per mandatum et monitum.

63 (2) Conclusit partem deliberationis suae per electionem.

E. ad 56 f. Concludit deliberationis suae partem per electionem.

Haec ipsis verbis conveniunt (cf. Gerst. p. 68), potius tamen ex eodem fonte sumpta dixerim, quam scholiastam Eugraphium, qui multo plura habet, compilasse, nam eiusmodi similitudo satis rara est et opponi possunt discrepantiae, quales vidimus et etiam videbimus.

II 1. 2 (2) De loco „apud forum", de tempore „modo", de persona „e Davo". (5) Plurima dicit ad confirmandum Byrria, quod interrogatus est: a loco, a tempore et a persona.

Etiam (5) a Donati sinceritate abhorret, nempe illa „plurima"

Digitized by Google

continentur his paucis: „Apud forum modo e Davo audivi", praeterea in voce „modo" vix inesse argumentum a tempore E. sensit, qui haec tantum adnotavit: Compendium interrogationi faciens et personam et locum dicit.

5 (2) Consolatio, ad id quod fieri non potest, ‹id quod fieri potest› suadens. E. plenius et elegantius: (Oratio) posita est, ut voluntas ab eo quod fieri non potest consolatione suscepta ad id quod fieri potest convertatur: quod vocatur dissuasio.

19 (2) Ut in petitionibus fieri solet, beneficium petens utitur partibus deliberativae.

E.: Ut defendat deliberativae utitur partibus — (id semper impetrationem esse docuimus?) —, quae habet principium ad benevolentiam conciliandam precibus.

22 (3) A necessario, quia vivere non potest. E nihil.

2. 15 (1). Oratorie a summa coepit, cuius partes multis dicentur.

E. nos docet solemniter, ut solet, quid insit in illa adnotatiuncula: Primum hanc rem semper facere debet orator, uti ante partium, quae longo genere narrandi explicabantur, summa primitus collocetur ... Est igitur summa: Uxorem etc. (vs 15). Dein E. partes indicat.

(3) Praeparatio est auditoris ad eam narrationem, quae ostendit argumenta falsarum nuptiarum.

Cf. E. ad 13 in fine.

16 (4) Coniecturam facit ex malis, quae praecesserint.

Hoc nimis subtiliter inventum est neque Eugraphio observatum. Donatus multo verius et simplicius in (5): Dicit cur primo crediderit veras, dicturus subinde cur falsas (nuptias) putet.

17 (3) Argumentum est quaerere potuisse eum, quid sit territus. E. nihil.

23 (2) Mire et moraliter. Sic Donatus, ut saepe, quod

Digitized by Google

magister inepte ita interpretatur: ex his enim quae facta non sunt, docet, quid fecisse deberet. Cf. E. ad 21 in fine.

25 (1) Signa ab his, quae sunt, quae non esse deceret. E.: Haec ab his sunt, quae facta non sunt, cum fieri denique debuerint.

29 (2) A consequentibus argumentum. E. aliter.

30 (1) Cf. supra p. 146 sq.

37 Confirmata re a factis et personis deliberativa nascitur. Stupes hanc regulam positam esse ad ultimum scaenae versiculum. E. nihil.

3. 6 (6) A necessario argumentum. E. aliter.

13 (1) Coniectura atque divinatio, an hoc an illud eventurum sit. (2) ab imitatione, *mimesis enim dicitur*. (3) a possibili. E. nihil.
Interpolatio a Wessnero notata alius est magistri.

15 (4) Ab utili. E.: ab utili subiungitur.

16 Hic est eventus. E. nihil.

19 (2) Redit ad consilium et coniungit eventum.
E. ad 18: Redit rursus ad consilium: „Patri dic velle", et concludit eventum: „Cum velit t. i. irasci, non queat".

21 (6) Ne alteram (sc. uxorem) quaerat. 22 (2) Sed ne inopem quaerat. 24 (2) Sed ne quaerendo inveniat.
Lepidissima scholia argumentatiuncula suppeditant quae proferri possunt contra ratiocinationem Davi et quae discipuli nimirum exercitandi gratia elaborare deberent.
E., ut par est, nihil.

4. 6 (2) A possibili. 7 (1) Ab utili eventu.
Cf. E. ad 1 et 6.

III 2. 31 (1) Locus communis, an famae credendum sit.

Digitized by Google

E.: Sed incipit quaestio per l. c. an famae (Kl. a me) credendum sit: adiungit argumenta ex pluribus rebus.

32 (2) Et a summo ad imum et ex factis et ex dictis et ex rebus atque personis sumit argumenta.

E.: ibidem paulo post sic pergit: ex factis praecedentibus et dictis, quod e. q. s. ... at hoc coniecturaliter refutatur et utitur testimoniis. Post fit argumentum a persona.

3. 4 (2) A docilitate. E. ad 1 et 2 multa sed longe alia.

14 (2) Ab utili argumentum. Cf. E. ad 2.

20 (2) *Et hoc a possibili est.* Verba a W. notata interposita sunt media scholio Donateo. E. nihil.

38 (3) Ab honesto. „ „

44 (1) Est commendatio testis ut (v. II 1. 2). „ „

4. 18 (2) A possibili argumentum. „ „

IV 1. 20 (1) Ab his quae facta sunt ad ea quae facta non sunt. E. nihil.

3. 1 (5) Et simul hoc ipsum a re et a persona: a re „nihil esse proprium", a persona „cuiquam". Argumentorum loci accurate discipulis indicantur. E nihil.

V 1. 9 (1) Hic est tota accusatio.

E.: Hic est omnis aperta illa accusatio, quae summam continet omnium factorum e. q. s.

15 Defensio per coniecturam. 16 (1) argum. a persona. (2) a causa ratiocinativa.

E.: Hic incipit defensio secundum coniecturalia argumenta. ... facit autem argumenta a persona ... deinde a causa, cett.

Adsidua horum scholiorum cum Eugraphianis comparatio de similitudine quorundam hanc conclusionem suppeditat.

Eugraphius non hausit ex commento, cum eius adnotationes multo divitiores sint et ubique prodant ipsius amplam et prolixam scribendi rationem, a scholiis prorsus alienam.

Scholiastae in genere non hauserunt ex Eugraphio, nam identidem loquuntur ubi ille tacet ac non raro discrepant et vulgo peioris sunt notae.

Digitized by Google

Quod tamen multi loci meliores prorsus sunt similes, inde derivandum videtur, quod utrique uno aliquo fonte usi sunt bono et locuplete unde sumpserunt consimilia, quae etiam in commento vulgo satis utilia sunt. Eugraphius tamen, ut alibi Servianam, ita huius quoque fontis materiam novo verborum vestitu induit, sed sic etiam manserunt, quae ipsis verbis reddidit, ita ut congruant cum scholiis, quorum auctores proprium scribendi genus non adfectabant.

Praeter hunc fontem scholia conflata sunt, ut supra exposui, e rhetorum notis marginalibus, unde fluxit ingens copia breviorum, quae uno vel duobus saepe verbis constant et desunt vulgo apud Eugraphium. In fontibus expilandis scholiastae nulla constantia versati sunt et excerpendi ardor, ut fit, paulatim extinctus est, ita ut post magnum numerum scholiorum in actu I et II, paucissima legamus in III et fere nulla in IV et V. Idem obtinet in Phormione. In Hecyra tamen ab initio ad finem eadem industria laborarunt, cum ea fabula largam segetem rhetoribus etiamque Donato aliquatenus praebere videretur. Eunuchum et Adelphos fere neglexerunt.

Haud scio an benevolum lectorem iam aliquantum commoverim et in partes meas traxerim, ut agnoscere incipiat esse grave discrimen inter genuina Donati et reliqua ac iam suspicetur fieri posse ut alterum genus satis certis finibus separetur ab altero, quod confirmatum iri spero reliquorum scholiorum citatione.

Eunuchus.

I 2. 83 (1) Hic iam quaestiones tractantur: sed ille munus advexit, (3) sed ille benignus est. — Cf. p. 237, 21, 22, 24.

2. 89 (1) Post verba Donati haec sequitur conclusio magistri: Ergo a tempore inducitur exprobratio.

II 3. 91 (4) Priori prorsus simile, nam denuo scholion vere Donateum c. l. T.: „Terentius laudat argumentum huius fabulae, in quo exemplum promitur, quod prosit parentibus obsit meretricibus", excipit additamentum: et simul deliberationibus tractans ⟨an⟩ sit faciendum.

Digitized by Google

96 (1) A consequentibus argumentum, nam illud factum (scil. quod in priore versus parte legitur) vituperatio sequitur, hoc (scil. quod in posteriore) approbatio.

Observatio utilis tironibus rhetoricis, fabulae lectoribus otiosa.

III 5. 42 (1) Ab auctoritate personae, ut fit in exemplis.

Cf. Victorinus p. 239. 10: Exemplum est, quo rem aliquam alicuius hominis aut negotii auctoritate vel casu aut hortamur aut dehortamur.

IV 3. 3 (1) Accusatio facti. Cf. Eugr. ad 9; Hinc incipit accusatio, e. q. s. E. multus est de causae, quae agitur, divisione et partibus. Ibid. (3) argumentum ab his, quae sunt post negotium gestum.

4. 33 (2) Et hae sunt obliquae interrogationes, quibus uti oratores videmus, cum derivare testimonium nituntur. (4) Prope infirmatum est testimonium: quod enim Parmeno „dicebat" eum esse, potest falsum esse.

Cf. supra ad 96 (1). Aliter de his verbis disputavit Don. in (1) (3) (5).

37 (1) A personae qualitate derogat fidem, nam quid credendum est servo eunucho fugitivo? (2) Haec a persona quae convincebatur oratorie ad factum rettulit.

46 (1) Testis aut ab adversario convincitur falsitatis aut a se ipso, si variaverit dicta: ergo priora quia non potuerant convinci, ab inconstantia testis praesidium defensionis est inquisitum.

Regula e ludo adplicatur ad praesentem causam.

48 (1) Post verba Donati sequitur hoc: Et est deploratio ab eis sic dicta. Immo „oiei" est exclamatio conquestionis, σχετλιασμός, ut recte Don. in praecedentibus.

V 4. 38. Causa finalis: virginem civem apud meretricem vitiavit, mercedem offert, petitur ad supplicium.

Titulus controversiae, qualem supra habuimus ad Andr. I 1. 81 (3).

Digitized by Google

5. 15. Extenuatio criminis, quod virginem, quod civem vitiaverit.

6. 11 (2) Obiurgatio de tempore.

Sunt in his scholiis quaedam rebus et forma praestantia iis, quae vulgo a scholiastis tradita esse vidimus. Haec manasse suspicor ex uno aliquo illorum fontium antiquorum, quos Donatus se inspexisse testatur ad I 2. 64 (Mnem XXX p. 140). Eugraphius hunc fontem non usurpavit, nam eius adnotationes his scholiis nusquam respondent, quamquam multarum scaenarum causas accuratissime exposuit, ut docet commentarius ad I 1. 1, 4, 5, 11. 2. 1, 5, 6, 9, 15, 27. II 3. 1, 3, 10, 18, 27, 29, 45, 52, 54, 70, 77, 78. III 2. 1, 18, 21, 48. 3. 1, 25. IV 1. 1. 3. 1, 9. 4. 1, 22, 37, 53. V 2. 1, 33, 38. 3. 1. 4. 1, 45. 5. 1, 9, 12, 18. 6. 1. 8. 1, 39, 47.

Adelphi.

I 2. 11 A praeiudicato et auctoritate rumoris.

21 Ad verba Micionis:

Non est flagitium, mihi crede, adulescentulum scortari neque potare; non est: neque fores effringere:

(1) Non peccatum negat esse, sed flagitium non esse contendit et ideo subindignanter pronuntiandum est, (2) ut si dicat: scortari quidem adulescentulum delictum est, sed non est flagitium. Et veniae locus non tam in facto, quam in persona est constitutus [1]).

Scholion duplex et in posteriore parte rhetoricum: „veniae locus" etc. h. e. venia non datur scortando, potando, effringendo, sed adulescentiae.

Prior pars, quam primo obtutu aliquis non ineptam iudicaverit, vide quam revera sit falsa et inepta. Micio nequaquam cogitat de differentia facienda inter peccatum et flagitium, sed contra severum Demeae iudicium in 8 sqq. illa adolescentulorum facinora elevat, et prorsus excusat, sequuntur enim haec: „Haec si neque ego neque tu fecimus, non siit egestas facere

1) Wessn. perperam correxit „ut veniae" et „sit constitutus". Sine dubio V veram exhibet lectionem.

Digitized by Google

hoc". Scholion, quod insuper languet tautologia prorsus dignum est Philosopho, nisi quod altera pars e bono fonte rhetorico deducta est ab alio magistro. Si quis etiam dubitat, consideret Donati scholion:

(2) Mire respondit (Micio) et oratorie ad haec, quae invidiose dicta sunt (a Demea). Nam quod ait ille (8 sq.): „Eripuit mulierem, quam amabat", hic scortari dicit, quod „irruit in aedes alienas", quasi ex vino furens, potare: quod cum aliis (h. e. in aedes alienas, dominum et familiam mulcare usque ad mortem, vs. 9 sq.) grave propositum est, hoc solum dicendo leve reddit, id est „fores effringere".

37 A summo ad imum proposita solvuntur. Vide supra p. 232.

65 Argumentum a contrario, nam placare (v. 64 „placo") contrarium est irritantibus augentibusque iracundiam.

69 (2) Et hoc cum venia et defensione, nam colere meretricem flagitium ‹non› est. Simul etiam vitiatae virginis adhuc ignarus ostenditur Micio.

Scholion duplex, cuius prior pars ex eodem fonte derivata est ac I 2. 21 in parte posteriore, dum additamentum per *et simul* debetur alii magistro, qui hoc petivit e Donati scholio praecedenti (1), ubi in fine legitur: „Ostendatur Micionis hoc solum adhuc scientis et nihil de vitiata virgine" [1]).

II 1. 11 Iusiurandum dabitur, te esse indignum iniuria hac. Enuntiatum ambiguum recte Don. interpretatus est sic:

(2) Iurabimus te esse indignum, cui iniuria fiat huiusmodi.

Ab hac interpretatione differt ea, quam ex alio fonte dedit aliquis magister (3): Aut separatim „iusiur. dabitur" et separatim „te esse ind. iniur. h.". Denique quarta pars scholii e rhetorico fonte denuo manavit et iurisiurandi usum explicat: (4) Et sic melius: verba enim satisfacient, cum res colligitur in generalibus causis [2]), nam saepe irae ac lites sunt iure iurando terminatae.

---

1) De hoc scholio vide infra p. 259.

2) H. e. quae habent constitutionem generalem, de qua vide Victorinum, p. 180. 88 H.

Digitized by Google

Eugraphius hic quoque aliis fontibus usus nec cum Donato facit nec cum scholiasta, sed verba perperam ita interpretatur: „Quod indignus fueris, qui hanc iniuriam mihi faceres".

3. 1 (1) Post scaenae explanationem a Donato datam sequitur alius regula rhetorica:
Nam omne, quod geritur, aut in rebus est aut in personis aut in attributis eorum. Cf. Victorin. p. 267, 5 sqq.

4. 8 (2) Insinuatio beneficii ex periculo ‹et› difficultate ob tempus.

III 2. 43 Post interpretationem Donati („vitiasse filiam") sequitur definitio figurae: Et complexio est δίπλευρος oratoria, in qua utrum concesseris, contrarium tollis cogiturque quod ex altera parte sit, hoc est tacere.
Cf. Victorinus p. 233. 10: Complexio (i. e. dilemma) e duplici latere constat, unde quicquid fuerit electum, necesse est, ut contrarium sit.

4. 10 (3) „Tu es patronus" ab honesto, „tu es parens" a iusto.

30 (2) Scholio Donatiano praecedit rhetoricum: Conclusio accusationis.

37 Similiter h. l. magister: Ἄτεχνος πίστις. Donatus: (Et) bene ipse de se plus apertiusque quam Hegio largitur.

IV 5. 51 (1) Communem locum inducit a loco, a persona, a facto, a tempore.

V 8. 6 Scholio Donati, quod rettuli Mnem. l.l. p. 145 magister subiunxit:
(2) Et initium a possibili factum, nam dicit: „huius uxoris est mater". Nemo facile intelliget his verbis incipi argumentum a possibili.
Praeter haec certa magistrorum scholia infra aliquot in medium proferam, de quibus adhuc anceps mihi est iudicium.

Digitized by Google

Eugraphius hic quoque nusquam citari potuit, cum nihil simile exhibeat. Sunt autem eius adnotationes ad Adelphos rariores et minoris momenti quam ad Eunuchum vel Andriam. Causarum genera accuratius indicavit tantum ad scaenas III 2 et 4, V 3, 4, 8. In ipsis autem scaenis scholia eius pauciora et leviora sunt quam in illis fabulis.

Phormio.

I 1. 1 (3) Insinuatio personae eius, quae inducitur ad audiendum argumentum. (4) Et vide servum ostendi Davum et non ostendi, cuius sit servus. (6) „Amicus" a voluntate, „popularis" a fortuna.

De insinuatione vide Victorin. p. 197, 1 sqq. et Mart. Cap. p. 486. Reliqua pars scholii (3) convenit fere cum schol. Donati (1) et (6), ubi exponitur quae sit persona protatica in genere (1) et in hac fabula (6).

Cum Eugraphius affirmet (p. 500), hanc scaenam „nullius causae formam" habere seque idcirco tantum „verba et sensus, qui obscuri sunt", secuturum esse, manifestum est denuo, scholion (6) ex alio fonte manare quam ille usurpavit.

2. 16 Recte tacetur cur Chremes ierit et dicitur cur Demipho. Sic Donatus vere, c. l. T. Magister adnotat: Utrumque pro argumento est, — nimirum, ut moneat discipulos utramque rem, dictum et non dictum, in argumentorum numero habendam esse.

77 (1) A persona eius cum quo agitur: potuit enim dici „quid mecum est tibi".

(4) A denuntiatione in personam, ne diceret „non mihi denuntiasti".

Explicantur tironibus loci, qui Davi verbis subsunt. De scholio (3) postea videbimus.

3. 1 (2) Comparativa qualitas in hac scaena est inter Antiphonis vitam et Phaedriae; genus causae demonstrativum. Contendunt autem, uter magis miser sit.

E. ex eodem fonte suis tamen verbis sic p. 504: Haec scaena

Digitized by Google

vitae comparationem tenet Antiphonis et Phaedriae ... In quo negotio efficitur qualitas comparativa, qui miserior sit, et est causae genus demonstrativum.

II 1.1 (1) In hac scaena accusatio est et contradictio per remotivam qualitatem: ergo controversia [1]).

E. aliquatenus tantum convenit p. 506: Haec ergo scaena continet accusationem et habet controversiam talem: quod etc. ... Dein dicit ab altera parte esse statum venialem, ab altera qualitatem absolutam. De his formulis cf. Fortunatianum p. 92 et 93.

4 (5) ... Si negare voluerint ... si purgare: omne enim crimen a defensore aut negatur aut purgatur. E nihil.

40 (1) Principium per insinuationem subtilem. (3) Oratorium principium ἀπὸ τῆς ἐπιεικείας τοῦ λέγοντος.

Utrumque aut alterutrum a Donato abiudicandum est. Magistri non raro Graecas formulas dederunt (cf. p. 247, 249).

E. p. 507: Hoc est exordium plenissimae intentionis et defensionis, e. q. s.; diversa.

41 (3) Haec tractatio est criminis oratoria, in qua defensor excusat crimen reumque purgat.

Regula rhetorica satis fatua.

43 (2) Bene se adiungit ad crimen, ut levet culpam.

Ecce iusta observatio Donati c. l. T., de eo, quod Phaedria dicit „nostrae". Vide quae dixi Mnem. l.l. p. 150 de scholiis ad seq. vs. 45.

51 (4) Derivatio causae, et est venialis status. Vide ibid. p. 150 sq.

E.: Haec pars venialis est ex aetate.

58 Duplex accusatio est de eo, quod fecerit. Et haec conveniunt in eas personas, quas spectare non oportuerit.

Ex loco de personarum dignitate. Cf. infra II 3. 20 (1).

---

1) Wessn. *ergo controversia* cursive expressit, sed pertinent ad praecedentia et conclusionem habent magistri docentis tirones. Conf. etiam seqq. ex Eugraphio.

Digitized by Google

II 3. 1 (1) De titulo controversiae interpolato: „Quidam absente patre" e. q. s. vide Mnem. l.l. p. 141.

15 (5) Argumentalis narratio dicitur, quae nunc subiecta est et ad fidem faciendam et ad constituendam personam defensoris.

Pseudo-Asconius in divin., p. 100. 13 Or.: Est enim argumentalis narratio ad priorem divisionem, in qua quaeritur, an recte Cicero ex defensore accusator effectus sit.

20 (1) Qualitas iniuriae a dignitate personae: multi enim tales sunt, ut cognatione abdicandi sint.

64 Praescriptio, cum iam alterum factum sit, utrumque fieri non posse.

Praescriptiones alias commemorat E. ad 62.

66 (1) Maiora sunt argumenta, quae per interrogationem proferuntur. 66 Scriptum et voluntas.

4. 1 (2) Haec deliberativa est, in qua advocati ‹tres› sunt, quorum unus suadet, alter dissuadet, tertius, qui sequi alterutrum debuisset, eiusmodi sententiam dicit, ut rursum deliberatione opus esse videatur.

Scholiasta haec ex optimo fonte descripsisse videtur, quem fontem E. suis verbis sic reddidit: Haec scaena deliberativam tenet. Deliberat enim senex e. q. s. ... Ideo sententiae ‹dicuntur?› ab advocatis tribus, una dissuadentis, persuadentis altera; tertia, quae accedere ad sententiam possit, talis est, ut rursus deliberatione opus esse videatur.

Apud E. „possit" rectius est quam „debuisset" in (2), nam advocatus tertius, Crito, non debuit, sed potuit ad alterutram sententiam accedere aut ipse novam proferre.

Ut appareat scholiastam et Eugraphium iuxta similitudines tamen ita differre, ut alter ex altero sua promere non potuerit, operae pretium est amborum scholia componere, in quo ducem sequor E., cuius integra adnotatio superest.

9 E.: principium tale est (sequuntur verba vs. 9).

Schol.: Bene principio ἀπὸ τῆς τιμῆς τοῦ συμβουλεύοντος benevolentiam suam commendavit et sic consilium dedit.

10 E.: Deinde ipsa sententia (vs. 10). Schol. vacat.

11 E.: Deinde breviter a iusto (vs. 11).

Digitized by Google

Schol.: „Aequum est" ab honesto, „et bonum" ab utili.

12 E.: An fieri possit (vs. 12).

Schol.: (1) A possibili. (2) Et leviter deliberativae tres locos tetigit, iustum (E. ad 11), utile et possibile.

13 E.: Ne, contraria dicturus, videatur inimicitias exercere, defendit contrariae partis patronum, ut dicat illum „sedulo", hoc est sine fraude et dolo dixisse quod dixerit.

Schol. (1) Artificiose personam ‹non› reprehendit sententiam reprehensurus, ne, si inimicus sit, adimat auctoritatem sententiae suae.

(2) Subiunxit locum ἀποκρίσεως [1]) oratoriae, ut invidiae contradicturus occurreret.

Quod ad sententiam haec non differunt. Scholion (1) l.l. p. 150 Donato tribuendum esse duxi, qui igitur eodem fonte h. l. usus est, quo E. et auctor scholii (2).

15 et 16 E.: Hoc utique ab inhonesto dictum non(?) intelligimus.

Schol. (1) „Mihi non videtur" a possibili. (2) „Quod sit factum legibus": hic alio ordine locos suasoriae (cf. ad 12) tetigit, primum a possibili, secundum ab honesto; — 16 *„Et turpe inceptum est" ab honesto.* — Utilitatis partem praetermisit quae, ubi ‹quid› non potest fieri, frustra sectatur [2]).

18 E. vacat. Schol.: Causa ampliandi sententiam.

19 sq. E. ad verba „Incertior sum multo quam dudum": Dicta ratione incertiorem se factum dixit, siquidem suasit unus, dissuasit alter, contra tertius nihil dixit, quoad se recipiat, quando (filius) redeat.

Schol. ad eadem vv.: Ex tribus enim unus suasit, alter dissuasit, tertius nihil dixit.

Uterque igitur repetit, ille pro more longius, hic breviter, quod iam dixit ad vs. 1; neque id, credo, sua sponte faciunt quod nimis mirum foret, sed secundum fontem ad hunc versum communem, quem etiam Donatum cognovisse indicare videtur eius scholion ad vs. 13.

---

1) De apocrisi vide Carm. de fig. p. 64, 31 H.

2) Schoell. et Wessn. propter locum in Rh. l. m. 571. 17: »Stoici ne duo quidem illa, i. e. honestum et utile, existimant separanda", speciosius quam verius correxerunt »separatur". Legendumne scrutatur passive (Prisc. I 396. 15) an retinendum sectatur nempe a rhetoribus, secundum Varronem R. R. II 9. 6: »qui vellet se a cane sectari"?

Digitized by Google

III 2. 1 (1) Haec scaena in petitione est, quae saepe admittit deliberativae locum.

E.: Haec sc. petitionem tenet, quod deliberativae saepe genus diximus; quippe cum leno cett. ... Hic ergo petitionis modus ab utili et honesto et ceteris partibus tractabitur.

11 (1) Ab honesto. E. ad 8: ab utili cett., 10: a facili cett., 11: a persona (sic leg. videtur).

IV 1. 1 Narratio simplex. E.: In hac sc. narratio itineris et reversionis simplicem continet expositionem, e. q. s.

V 9. 1 Hic velut controversia est, in qua reus fit maritus malae tractationis, et est status qualitas venialis.

E.: In hac sc. reus senex fit, quod alia in villa uxorem habuerit, et est status venialis.

25 Qualitas venialis a concessa actione. E. aliter.

28 (1) Ab imprudentia defensio. E.: Cum veniali statu, quod vinolentus sit, in qua re ignoratio et obsecratio opponitur.

Ibid. (2) A tempore defensio.

46 Verba venialis status sunt: „ignosce, confitetur".

E. aliter ad hunc v. Sed in genere de hac scaena dixit ad 1 in f.: Abhinc usque ad finem continuati [1]) pulcherrimus statuum et figurarum ordo contexitur. Vide praeterea ad 22 et 25.

Communis fontis indicia praesertim habemus ad 1 et 28.

Hecyra.

I 2. 1 (2) Duae coniecturae sunt in hac sc.: an verae sint nuptiae et an veri simile sit adolescentem abstinere potuisse a virgine sibi nuptum tradita.

Ecce egregium exemplum scholii, non ineleganter scripti, sed revera falsi ac spurii. Exhibuit ludi magister in usum discipulorum duas quaestiones, in quibus tractandis vires sane rhetorice exercere poterant, sed quas nemo sanus hanc scaenam legens vel punctum temporis in poetae mente fuisse suspicabitur. Neque Eugraphius duas hic repperit, sed unam aliamque, non minus longe arcessitam, cum dicat:

Haec sc. ... in prima parte continet tractatum, an iuste

1) Corr. videtur: „continuatio (s. continuitas) pulcherrima st. et fig. [ordo = glossema v. continuitas] contexitur".

Digitized by Google

meretrix faciat, cum aliquem diligat, in postrema narrationem (a vs. 40), cett.

Donatus adnotat tantum (4), meretricis, lenae, Parmenonis indoles qualis sit, ex ipsorum verbis cognosci.

11 (4) Haec argumenta sunt, an se oblectare potuerit, a persona .., a loco .., a tempore .., a re.

Magister dictat discipulis argumenta reperienda.

E.: Ac (An?) oblectatio sit argumentum .., ab habitu .., a loco .., a tempore.

16 (1) Iterum a loco ... A persona. 17 A re. 19 (1) A tempore. 53 (4) Quae (Bacchis) nunc accusatrix est, et est argum. ab animo. 56 (2) Argum. a persona, quod ait „mecum". (3) Argum. a dictis. 63 A persona (bis) a loco .., ab abitu et occasione. 64 Ab impulsione et ex accidentibus. 71 Bonus color purgationis, diceretur enim: Quare, si illam odio habebat, ducebat uxorem? 73 Ἀποστροφὴ καὶ ἠθοποιία ἀπὸ διηγήματος εἰς μιμητικήν. 89 Qualitas comparativa. 93 Qualitas relativa.

Desudavit ludi magister in usum discipulorum, quibus sedulo argumentorum locos in hac scaena monstravit. Ad v. 71 quaestiunculam proposuit, quae obici posset, longe repetitam, quamque poetam antevertisse indicat. Ad 73 Graeca leguntur, ut supra p. 245.

E. pauca habet rhetorica eaque prorsus diversa praeter vs. 10.

Cf. E. ad 30, 61, 78, 101, 106 in f. Haec omnia ex alio fonte derivata, an ex ipsius ingenio prolata? Fuit enim E. homo non indoctus neque illepidus.

In Mnem. l.l. p. 151 Donati schol. ad Hecyram rettuli, quae qui comparabit, sentiet quid intersit inter illius et magistrorum curas Terentianas.

II 1. 2 [1]) (1) Bono argumento utitur: laesisti nurum, quia socrus est, et nulla socrus diligit nurum. (2) Accusatio a causa eadem (scil. propter „omnes").

In (1) repetuntur verba Lachetis in vs. 4. E. nihil.

5 (1) Aliud argumentum: laesisti nurum ut mihi advorsareris, nam mulier es et omnes mulieres adversantur viris.

Repetitur quod est in vs. 5, et cf. schol. Donati ad II 1. 1 (3).

1) Scholia magg. ad II 1. 1 una cum Donateo rettuli Mnem. l.l. p. 143.

Digitized by Google

9 (2) Ἄτεχνος πίστις per iusiurandum.

13 (1) Don.: Iam sic accusat, quasi probaverit crimen. **Mag.**: Et est amplificatio. (2) Haec exaggeratio est, quae δεινότης appellatur, cum ex uno maleficio multa fiunt ab oratoribus crimina.

Definitio e ludo. Cf. Rh. Lat. H. p. 329. 29, 555. 2.

E.: Hic iam specialis accusatio est, cett.

35 (1) Praevenit defensionem, et eam sic pronuntiavit ut crimen. Observatio speciosa et scholiastica.

38 Defensio a derivatione causae, in qua ostenditur, non hanc esse quam obicit causam senex, cur abierit nurus ad matrem suam.

Haec quoque ex intima disciplina sunt. E. minus rhetorice: Hic causa mutatur, quod illa forte domo discesserit, non quod socrus odium vitare vellet, sed ‹ut› diutissime cum matre moraretur, e. q. s.

Ceterum E. hanc sc. contemplatus est ut locum communem in partes divisum.

II 2. In hac scaena, ut in superiore, scholia leguntur longiora quae propter formam Donato non videntur indigna. Cur tamen ab eo abiudicanda sint paucis ostendam.

Primum vix dubitari potest de spuria scholiorum natura, qualia sunt haec:

5 (3) Principium a persona eius cum quo agitur et sua, et an utile sit, nimis obsequi hominem suis. 9 Narratio. Cf. E. ad 8. 10 Et est confirmatio. E.: Hoc ut diligenter confirmare possit, cett. 12 (2) Ergo refellimus per coniecturam, purgamus per ceteros status. Huius scholii interpolator ansam cepit ex differentia Donati, quae praecedit. 21 (1) Principium similiter (cf. ad 5) a personis factum est. 24 (1) Hic est remotio. 28 (5) Qualitas venialis. 29 (1) Conclusio.

Sed est quod dubites de 5 (1), 18 (3), 20, 21 (2).

Argumentum scaenae hoc est: Laches exprobrat Phidippo quod filiam aegram domi suae retineat, nec remittat in domum Lachetis, cuius filio Pamphilo nupta est; reprehendit Phidippum, quasi sit in illarum (uxoris et filiae) potestate (vs. 8); pollicetur puellam, Pamphili causa, non minus amatum et curatum iri apud se quam apud patrem (vs. 17 sqq.). Phidippus humaniter respondet (vs. 21 sqq.) se non dubitare de Lachetis

Digitized by Google

diligentia et benignitate et cupere ut puella redeat, sed, ut est animo leni, adversari se non posse uxori et filiae, quae sancte adiurat, se absente Pamphilo (cf. I 2. 98) apud socrum et socerum perdurare non posse.

Donatus ea quae dicuntur ab utroque de more interpretatur psychologice, i. e. ex utriusque natura et rerum condicione in in qua versantur (1 (1), 3 (2), 8 (3), 17, 18 (1), 19, 21 (3), 27 (1) et (2), et haec vulgo c. l. T.). Restant loci dubii.

Initium facio ab 18 (3). Cum Don. dixerit 18(1): Et causam sui amoris ostendit (Laches) et mariti (Pamphili) nullam erga coniugem culpam, quippe qui amet, scholion (3) ita audit: Hic subtiliter oneratur culpa nurus (filiae Phidippi), si quidem indignis iniuriam faciat socero et marito. — At nihil horum inest in verbis Lachetis, qui causas tantum allegat, positas in suo Pamphili amore et in huius amore puellae, cur tuto redire haec possit. Nimia tantummodo scrutantis rhetoris sagacitas talia his verbis subesse contendere potuit. Idem valet de scholio consimili ad 20: Hic subtiliter etiam terrorem iniecit iracundiae mariti, — h. e. minatur Laches filium, si redux erit, iracundum fore nisi uxorem invenerit. Sed verus verborum sensus hic est: Antevertere vult pater, ne filius rediens graviter ferat, vehementer doleat, si amatam uxorem non invenerit.

Ad 21 Donatus sic (3): (Phidippus) ab eo coepit, quo maxime notus est et quod inprimis sibi purgandum fuit, ne suspectam aut voluntatem („benignitatem") aut diligentiam habere videatur affinium. Et cum affectu quodam et gemitu dixit „Laches", quod ille (vs. 14) ait „Phidippe". Iam audi rhetorem 21 (2): Remotivo statu agit Phid. pro persona sua, nam in filiam removet culpam, cur non redeat, et relativam simul temptat qualitatem [1]): potest enim videri eam iniuria socrus ad hanc voluntatem esse collapsam. — Vide quomodo innocentissimi prorsusque naturales animi affectus, quibus in agendo et loquendo per totam fabulam commovetur bonus Phidippus eiusque filia miserrima, contorqueantur a rhetore et diffingantur in causam iudicialem, ubi pessimis animi motibus, odio et vindictae studio, homines in litigia aguntur.

1) Fortunatianus p. 98; Relativus status, cum reus culpam refert in eum, propter quem arguitur. Cf. 846 sq.

Digitized by Google

Ex eadem officina videtur esse quod legitur ad 5 (1):

Expostulatio Lachetis apud Phidippum accusationem continens, tamquam causam iniuriarum intendat. Cf. supra 5 (3).

E. ad 1 commemorat patris locutionem ad filiam (cf. Don. 1 (1)) et dein generaliter disputat, parum rhetorice, de accusatione Lachetis eiusque narratione (usque ad 10), tum pauca et exilia de Phidippi purgatione (16, 23, 29), quae nulla in re conveniunt cum commento.

Scholiastae hic quoque fontem compilarunt, qui totam scaenam rhetorice excutiebat, satis locupletem. Eodem fonte usi sunt per totam fabulam.

III 1. 1 Donatus c. l. T. (1): Hic allocutio est per conquestionem, (2) et bene non se amatoribus modo, sed infelicibus amatoribus comparavit. Mag. pergit (3): Et principium a summa totius mali. Idem (4): Ab eo loco conquestionis, in quo dicitur, quod nulli fere talia adversa contigerint.

2 (1) Ab ipsa simplici exclamatione. (2) Ab eo quod ab adversis ad adversa delatus sit. 3 Ab eo quod contra spem contigit malum. 4 (1) A malorum suorum comparatione. 12 (1) Genus consolationis non a substantia sed a quantitate est: non *dicit* non esse causam sollicitudinis, sed l e v e m dicit. (3) A quantitate. 14 (2) Ante rem. (3) An miser sit in amore ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους: ante rem, in rem, post rem. 25 A re et a tempore. 30 Argumentum a simili. 32 Artificiose: .. a persona .., a similitudine .., a facto .., ab accidentibus similitudinis .., a collatione personae mulieris accidentium .., qua sententia totum hic sublatum est quod ait: (vs. 24 sq.)

III 2. 8 (2) Causa a sententia morali. 10 (1) Alia causa ab eventu.

3. 22 (2) Venialis status, in quo confessio est et precatio. (3) Morale blandimentum ante confessionem. Cf. quae Don. dedit in (1). 23 (1) Confessio est. (2) Coepit a causa. 26 Precatio. 29 (2) Ab ante acta vita. 32 A possibili, nam hoc nomine ostendit tacere eum posse, quod conscius sit ipse solus [1]). 40 (4) Ab utili. 41 (3) Conclusio per enumerationem: et non laederis, inquit, et proderis miserae [1]).

1) Scholiasta modo brevius modo plenius rhetoris dicta rettulit.

Digitized by Google

E. cum his concinit ad 23: Confessio ipsa criminis veniali statu constat. 23 . . . Deinde preces omnes adhibentur. 40 Adiecit ab utili et ab honesto. 41 Deinde conclusum est ad misericordiam captandam. De schol. Donati et Eugraphii ad vs. 1 vide Mnem. l.l. p. 144).

Igitur eodem fonte usi sunt E. et scholiastae.

IV 1. 7 (1) Hoc ante rem, et simul argumentum delicti est, quod exiit a filia marito ingresso mulier. 9 (1) Accusatio ab increpatione incipiens. 12 (3) Propositio criminis. 13 (2) A verisimili argum. (3) Solutio criminis per fiduciam respondentis: Sallustius: Ita fiducia quam argumentis purgatiores dimittuntur [1]). 15 (1) Alia intentio criminis. 17 (1) Invectio. (2) Ab aetate infantis invidia. 18 (1) Ab accidentibus invidia. 19 (1) A voluntate peccantis invidia. 21 (3 in fine) Argum. ex antecedentibus dictis et factis. 34 (1) A persona. 56 Quaestio, unde sit.

E. minus sedulus fuit in hac scaena et vix usquam convenit; cf. ad 1, 4, 9, 12, 13, 15, 41, 52.

IV 2. 1 (1) In hac scaena velut qualitas negotialis [2]) in disputationem venit, iustumne sit repudiari coniugem causa matris, et omnino quod fieri debeat [3]).

E. Hic ergo in hac scaena iustitiae tractatus est ac per negotialem qualitatem ab eo quod fieri deceat, amplius purgat se, nulla sua culpa factum, uti uxor domo discederet, ut odium sui caperet. Hoc per coniecturam tangitur.

3 (1) Coniectura quae solvitur iureiurando. Cf. E l.l.

13 (1) etc.: A persona .., a causa .., a loco .., a persona .., a facto. (2) Vide quam oratorie omnia congesserit, (hucusque Donatus, dein Mag. denuo:) a personis, a causis, a locis, a factis, (in his inepta pluralia interpolatorem produnt). (3) Ab utili. 14 (1) Ab honesto. 24 (3) ‹Ut› supra (vs. 14), ab honesto. Denique 16: In dissuadendo miscuit et honestatem et utilitatem.

1) Hoc scholion Donato concedi potest, nam exemplum ex Hist. II doctum Grammaticum prodit, et pugnat quodammodo cum (1).

2) Victorinus p. 278. 20 sqq.: Haec negotialis habet litem, cum quaestio est, quid esse debeat, quod colligitur ex iure iam constituto, quomodo id sit habendum, unde controversia est.

3) Wessn. propter Eugr. correxit: <ab eo> quod fieri deceat. Sed in interpolatorum scholiis talia corrigere minus tutum est; et confer locum Victorini.

Digitized by Google

Praeter 1 (1) etiam pauca conveniunt apud E. ad 7 (possibili, utili), 9 (honesto, utili).

4. 37 A futuro. 38 (2) A derivatione causae defensio, et praeterea status est venialis ab imprudentia descendens.

E.: Purgat ... puellam veniali statu, quod imprudentia aetatis hoc admiserit:

53 Coniectura, ‹an› amet meretricem Pamphilus. 55 A summo ad imum. 75 Ubi argumenta et testimonia deficiunt, ibi iureiurando opus est: id est ἄτεχνος πίστις. E.: Circumventus adulescens solo iuramento se vult purgare. — Eugraphii non erat regulas citare in usum discipulorum.

V 1. 1 (3) Coniecturalis causa est: Recipis Pamphilum? Non recipio. 17 (2) Intentio criminis. (5) Propositio accusatoria est [1]), et breviter proposuit crimen, quod postea dilatatur. (8) Status coniectura, quae coniectura diluitur per ἄτεχνον πίστιν, i. e. iusiurandum ac tormenta servorum. 18 (3) Ante rem, a praeteritis et ante actis. (8) A persona sua. 20 (4) A praesentibus et a futuris. 27 (2) Hinc deliberativa incipit.

E. convenit in quibusdam ad 1: Haec sc. mixta est, nam et controversiae speciem tenet deliberativae. Controversia in hoc est ... Coniecturalis est causa .., fides efficitur per genera testimonii, ac primum per iusiurandum, deinde per fidem tormentorum. Cf. ad 21 in f.: Hic iam deliberativae imago est.

Ad reliquas scaenas, qui IV sunt numero, nihil scholiastae neque Eugraphius.

Vidimus rhetores magna cura hanc fabulam cum discipulis rhetorice tractavisse, scholiastas autem ex illorum copiis nonnumquam transtulisse explicationes longiores plenasque, saepius tamen operae et chartae pepercisse ac singulis tantum verbis argumentorum locos hic illic rettulisse. E. partim eosdem fontes adhibuit partim alios, nisi ex sua doctrina multa interpretatus est, quod mihi satis verisimile videtur.

---

1) Scholia (2) et (5), quod coniunctum fuit, opinor, cum (6), indicant duplicem rhetoricorum fontem, cum verba: Meum receptas filium ab altero appellarentur „Intentio criminis", ab altero „Propositio accusatoria". Donatus nihil hic rhetorice adnotavit.

Digitized by Google

Supersunt scholia incerta, hoc est, de quorum auctoritate anceps videri potest iudicium. Cum autem tot scholiorum comparatione diversam genuinorum et spuriorum indolem satis cognoverimus, facili negotio de plerorumque quae supersunt auctoribus iudicari poterit.

§ 5. Scholia dubiae auctoritatis.

Andria.

II 1. 12 Char. Hunc ipsum orabo, huic supplicabo, amorem huic narrabo meum: Credo impetrabo ut, e. q. s.

(5) Prooemia sunt petitionis (scil. orabo, supplicabo, etc.), quibus ostendit poeta rationem qua nova et improba (i. e. iniqua) res tamen petitur.

Non renuo quominus hoc tribuatur Donato. D [1]).

2. 35 (1) Ostendit vitiosum ἐνθύμημα hoc esse, in quo altero sublato non necessario alterum relinquatur.

De huius auctore dubito. D?

E. 33 aliter: Intellexit Davus stultitiam Charini .., non enim necesse illum illam continuo ducere, si hanc non duxerit Pamphilus. Et a possibili (Charinum) dicere debuisse innotuit.

III 3. 14 (1) Τῷ δευτέρῳ συλλογισμῷ prave proposuit, ut recte replicaret. Hic syllogismus negativus dicitur, nam in secundo lemmate negat, quod primus dixit „sed si" (etc. vs. 15). (2) Ab utili argumentum. 37 Alter est syllogismus per contraria lemmata et ipse negativus.

Rhetores lat. min. multa habent de syllogismis, sed nihil de hac specie, quae proprie est dilemma vel, ut Cicero appellat, complexio.

Praeter (2) haec fortasse genuina sunt. E. nihil. D?

IV 1. 18 (2) Est defensio ab imprudentia: etenim nisi bonae esset conscientiae, numquam diceret „te perdidi" purgaturus.

---

1) Per litteras D et I indicabo, utri scholia tribuenda esse putem, addito interrogationis signo quoties dubito.

Digitized by Google

Participium futurum sic usurpatur a Donato. Vide Mnem. l.l. p. 150.

19 (2) Quia articulus omnis defensionis per concessivam qualitatem hoc dicto est constitutus, idcirco hoc ipsum („imprudens") per infirmationem repetit, hoc cupiens eripere Pamphilo, quo ille maxime nititur.

Formula rhetorica „per conc. qual." praeter consuetudinem a Donato adhibetur ad illustrandam totius loci interpretationem. D. E. 20 satis differt: Hic incipit defensio et simul venialis status per imprudentiam. At Charinus perseverat in accusatione per palilogiam repetendo imprudentiam.

4. 32 (1) Indicium (vs. 30 et 31) secuta confirmatio est, quam expressit Davi refutatio; superest, ut etiam concludatur effectus doli negante Chremete se daturum filiam, quod subinde efficit Davus dolo.

Vere Donateum, in quo rhetorica suffragatur interpretationi. D. E. aliter.

Igitur haec omnia exceptis fortasse duobus addenda sunt scholiis rhetoricis vel semirhetoricis ad Andriam, quae supra Donato dedimus.

Eunuchus.

IV 3. 24 Ancilla, quae Pseudo-Eunuchum ad puellam admiserat, sic se partim excusat, partim accusat:

At pol ego amatores audieram mulierum esse eos maxumos, sed nil potesse; verum miserae non in mentem venerat.

Revera aliqua dubitatio esse poterit quid ei in mentem non venerit. Donatus in (2) ita respondet: Non „nihil posse", sed „amatores esse maximos" [1]); ad partem enim sententiae pertinet, quod dicit „non i. m. v.", non ad totum quod audivisse se dicit.

Tum sequitur hoc in (3):

Iam si penitus consideraveris, controversia inerit: si enim nihil posse audieras, quid est quod in mentem non venerit ut vitares? Neque enim hoc satis est ad pudicitiam stuprum vitasse, cum impudica fieri vel solo osculo possit, quam omni

1) Fabia in ed. Eun. ad h. l. paulo rectius: „Non in mentem venerat (eos esse amatores maxumos me audisse)".

Digitized by Google

modo integram et inlibatam velis [1]). An „verum" non erit coniunctio sed nomen, ut illud („nihil potesse") quasi falsum audierit, hoc autem, quod verum inventum est (scil. eos revera aliquid posse), non suspicata sit? Nam in mentem venire, non reminisci tantum, sed etiam cogitare significat, sic Cicero (in Caec. 27).

Primo propter aliquam orationis obscuritatem et ipsius controversiae subtilitatem haec Donato concedere nolui, sed correxi hanc opinionem, cum in his nihil dicatur, quod ineptum sit et totum claudatur Ciceronis exemplo scite adhibito. Ceterum verborum et sententiarum obscuritas fortasse inde derivanda est, quod scholion decurtatum ad nos pervenerit.

4. 45 Phaedria coram ancillis infestam iram ostentat contra Dorum eunuchum, sed simulat, ut apparet ex responsis quae submissa voce Doro ipse suppeditat (44 „negato rursum", 47 „ora me") [2]) et tandem, ut incidat litem, Dorum intus rapit, simulans se ibi per tormenta verum exsculpturum ex eo his verbis:

Non potest sine malo fateri, video: sequere hac.

Haec omni ex parte perspicua et intellectu facilia sunt. Adnotatur tamen hoc

(1) Ampliatio quaestionis argumentum est nihil constitisse. Adde quod poenam minatur non tamquam incerto, sed iam falso testi. Deinde ipsum „fateri" consideremus quale sit: non est testis, sed rei; hic igitur, ut in illum (Dorum) culpam transferat universam, „fateri" dicit, non „indicare", ut ipse reus, non alieni facti testis esse dicatur.

Prima sententia id effatur, quod vel dormitantes perspicimus: nihildum constare de reo, si etiam quaestio institui debeat. Similiter altera docet quod nemo non per se iam intelligat: „Adde quod — testi". Dein consideratio verbi „fateri" non mi-

---

1) Vide Senecae controv. I 2 de quaestione violeturne virginitas osculo, §§ 3, 4, 5, 7, 9 et praesertim 13.

Ceterum controversia haec esse videtur: Excusatio et dolor ancillae utique inepta sunt. Nam si intelligit: in m. non venisse eos „nihil posse", hoc non dolendum est, cum ab impotenti nullum fuerit periculum. Si autem intelligit: in m. non venisse eos „amatores esse maximos", haec excusatio nulla est, quoniam virgo vel osculo impudica fieri potest.

2) Haec verba Donatus rectius interpretatus est quam Fabia, qui illum reprehendit.

Digitized by Google

nus fatua est. Totum scholion a rhetore inventum esse videtur, ut discipuli docerentur, quando fieret ampliatio quaestionis, et quid interesset inter testem et reum.

Ceterum oratio pura et sine labe bonum fontem indicat. I.

Donatus ipse in (2): Quasi nec haec fuerit nec illa confessio, in quibus veritas nulla sit.

Adelphi.

I 2. 6 (2) Omnis accusatio duo tempora recipit: praeteritum ab ante gestis et praesens ab his quae obiciuntur. Ergo utrumque mira brevitate perstrinxit.

Haud scio an hoc scholion, quamquam rhetorice exaratum, propter poetae laudem, quam vix respiciunt rhetores, Donato reddendum sit. E. nihil. D?

10 (3) Omnia magno colore et accusatorie dicta sunt et hoc maxime, quod lenonem et meretricem non dixit, contentus facti atrocitate personarumque vilitatem reticens.

De huius sincera origine non amplius dubito. D

34 Argumentatio per ἐπαγωγήν, quae inductio ab oratoribus dicitur, cum per interrogationem pervenimus ad id, quod volumus, concludendum.

Hoc quoque Donati scholiis vere rhetoricis fortasse adnumerandum est. Rhetores minores inductionem constanter sic definiunt: Quae rebus dubiis captat assensionem eius quicum instituta est (H. p. 118, 408, etc.). D?

35 (2) Conclusio dubiae rei a non dubiis sumpta.

Hoc vix genuinum est. I

69 (2) Et hoc cum venia et defensione, nam colere meretricem flagitium ‹non› est. Simul etiam vitiatae virginis adhuc ignarus ostenditur Micio.

Haec vix dubito quin ad Philosophum redeant, quem non raro Donatum ita imitatum esse antea vidimus, ut de suo aliquid adderet („Nam colere — flagitium"). Vide autem quantopere Donato cedat, qui ita scripserat: I

(1) ... Ea tamen haec sunt, ut non gravi sono accusationis proferantur, sed solam reprehensionem contineant; „aliquid" vero

Digitized by Google

admirandum [1]) est. Quod addidit „meretricem", ostendatur <securitas> Micionis hoc solum adhuc scientis et nihil de vitiata virgine.

III 4. 32 (2) Ad verba simplicissima: „Mater virginis in mediost [1])", haec notantur:

Terribiliter satis „in medio est", quasi retineri non possit nec cohiberi, quin rem prodat publice. Et praeterea, cum argumentorum genera duo sint ἔντεχνον καὶ ἄτεχνον, sicut in rebus manifestis ἀτέχνῳ utitur. (3) Hoc ergo sublatis superciliis dicendum est: „in medio est", nam lentius erat, si diceret „praesto est". Exaggeratio in verbis „quasi retineri n. p. n. cohiberi" et otiosa differentia in fine redolent Philosophum, cui etiam media pars rhetorica adsignanda videtur [2]). I

E. paucis narrat hic rem probari a testibus, matre et Geta.

IV 1. 14 (2) Hic de facto quaestio est, in qua quidam disputant quaedam tunc possibilia intelligi, cum facta sint, cum autem non fiant, non modo non fieri, sed ne possibilia quidem esse dicenda, qui locus περὶ δυνατῶν dicitur.

Haec a Donato abiudicare non ausim.

Locus adnumerandus est duobus illis, quos supra p. 141 protuli, ubi Donatus fontes rhetoricos designat. De loco περὶ δυνατῶν vide Victorinum p. 303, 17. D

3. 10 A iusto et utili est tota sententia. (2) Et sane hi versus deesse possunt, quos multa exemplaria non habent ...

Postrema adnotatio Donato danda videtur. Minime id quod praecedit? ID

5. 51 (1) Communem locum inducit a loco, a persona, a facto, a tempore. (2) (de pronuntiatione). (4) Hoc est: oblitus es Athenis te esse, ubi legibus vivitur? Vide et omnes sententias poni accusatorias et nihil amoris [3]). Isti sunt orationum colores

1) Verbum corruptum esse videtur. Wessn. cum Rabbovio: „ad minorandum". An „ad mitigandum: „<dictum> est"? Mox <securitas> supplevit Schoellius.

1) Spengel recte vertit: „bezeugt es, eig.: ist zum Befragen offen da".

2) Id quod est „terribiliter" philosophus de more sumpsit a Donato, qui iure adverbium usurpavit ad Hec. V 1. 22 (3).

3) Klotz et Wessn. „amaroris". Legendumne „amarius"? Verba archaica Don. vix usurpavit.

Digitized by Google

difficillimi, sed elaboravit Terentius Micionem facere leniter accusantem et inducere Demeam durissime blandientem. (4) Quod obiurgat Micio et magni amoris est et necessaria pro persona adsentatio, non enim convenit patrem, etiam nimium diligentem filium, eius praeterire peccata.

(1) Magistri est. (3) Donati specimen egregium c. l. T. (4) Libenter Philosopho adscripserim repetenti partim Donatum addita de suo observatione ethica.

V 3. 20. In duas partes dividitur tota persuasio (Micionis): nihil passurum Demeam damni, nihil ‹filios› corruptelae. Sic Donatus.

De damno, h. e. de sumptibus adolescentium resarciendis, Micio agit ad vs. 33, dein transitur ad morum corruptelam e mala consuetudine metuendam, vs. 34 (3): „Mitto rem: consuetudinem ipsorum!" Adnotavit scholiasta: Vel ab utilitate ad honestatem transit, vel a rebus ad illos ipsos, de quibus agitur. Quod sequitur: Cavet enim ne aut rem perdant aut ipsi pereant. — Hoc iungendum videtur cum (2) Donati: „loquor", aut quid tale subaudiendum. — Igitur scholion genuinum rumpitur interpolatione. I

4. 9 Hic iam quasi comparativa qualitas inducitur de utroque (Micione et Demea). Et ut ille (Micio) initio fabulae locutus est, sic (Demea) in fine hic loquitur.

Hic nullus dubito quin illud a magistro, hoc a Donato derivandum sit. ID

Vix comparari possunt quae habet E. ad 1 : Efficitur quasi duplex vita et comparatio, cett.

Phormio.

I 2. 7 (3) Descensus ad argumentum ab eo sermone, qui extrinsecus a poeta informatus est, ne nude appareret *σύνθεσις* comoediae.

Specie tantum est rhetoricum, revera interpretativum. Indicat Donatus, Davum per verba „Sed qui tu tristis es" a soliloquio Getae, personae protaticae in I 1, iam transire ad ipsum fabulae argumentum. Hinc etiam in (2): „Sed" particula transitum significat ad mentionem alterius rei. D

77 (3) Haec narratio est, quam dicit Tullius ‹in personis›

Digitized by Google

constitutam, et ipse: „Tibi uni parcam", inquit in Verrinis [1]). Repente enim transitur ad verba personarum ab earum descriptione, sed hoc ipsum ad commovendos auditores valet plurimum.

Scholion Donati semirhetoricum. D

V 9. 27. Locus in hac causa principalis est ἀπὸ τῆς εὐνοίας, et ideo in duo divisit: nec negligentia circa te nec odio, inquit, factum est. Praeterea et περιστάσεως addidit defensionem: „vinolentus fere abhinc annos quindecim mulierculam etc.": ab aetate eius, a tempore criminis, a diminutione contemptuque pellicis, ab eventu, ab animo facientis quod mortua est, postremo a precibus. Et epilogum (vs. 31) quod (quoque?) ἀπὸ τῆς εὐνοίας ... fecit, admonens oratorie illam mansuetudinis suae.

Totum scholion valde suspectum est, imprimis media pars: „ab aetate — a precibus". De peristasi vide quae adnotavi ad Pho. II 1. 51 in Mnem. l.l. p. 150. I

29 (2) Hic locus ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως est, id est, ab eo quod futurum sit; facilius enim ignoscitur non ultra peccaturis.

Ex eadem officina ceteroquin satis bona profectum videtur. E. ad vs. 28 aliter. I

Hecyra.

II 1. 6 (1) Tria in accusatione posuit, ex quibus duo sunt communia, unum ipsius: quod mulier est et quod socrus, communia, quod ipsa specialiter magistra est ad malitiam, Sostratae. Ex his colligit iniuriam passam nurum per coniecturam.

Haec quoque est ex bonis illis rhetorum adnotationibus ad hanc fabulam, quas scholiastae nobis tradiderunt. I

7 (1) Magna amplificatio criminis: dubitat an sit ludus malitiae et magistram non dubitat Sostratam, sed „certo scio" inquit.

Ex eodem fonte. I

IV 4. 49 Quam faciendum sit, <e> contrario vult senex pronuntiatione demonstrare, quod scelus sit non fecisse.

Scholia de pronuntiatione tantum non omnia Donati sunt. D

V 1. 22 (6) Addidit ad personam testis et facta, quia minus idoneum videbatur socrum dixisse de pellice, (7) et simul ostendit

1) Verr. II 5. 105. Additamentum <in personis> Sabbadini sumpsit e l. de Inv. I 27, qui locus respici videtur.

Digitized by Google

quantopere hoc animadvertendum sit, ex quo tantae turbae sint concitatae.

Optimum scholion iam supra inter Donatea referre debui. D

34 (1) Bona exceptio: hoc enim et cavere nobis et praestare aliis possumus. D

2. 7 (1) Repudiato iureiurando (vs. 5) ad aliud transit firmius documentum. D

18 (1) Correptio est, nam audivit (v. IV 4. 101). (3) Reprehensio est quasi longiorum verborum Lachetis.

Quamquam vox „correptio" a Donato usurpata est ad Andr. III 2. 1 (4), tamen haec genuina non videntur. I?

3. 36 Ad verba Bacchidis: „Etsi hoc meretrices aliae nolunt" adnotatur: (1) Color necessarius a veri simili: scit enim se alibi dixisse: Bonas matronas facere, meretrices malas (cf. Eun. prol. 37).

Adnotatio non inutilis Donati. D

§ 6. Scholia rhetorica ad prologos.

Etiamsi Eugraphius in praefatione ad Andriam vere contendit, omnem Terentii prologum (si Adelphorum prologus excipitur) habere controversiam, tamen fallimur si idcirco multa et utilia scholia rhetorica ad prologos inventum iri in commento exspectamus. Immo numero et gravitate non aequiperant ea quae recognovimus ad fabulas. Praeterea observabimus similitudinem cum Eugraphianis exiguam esse, cum tamen prologorum controversiae simplices sint et nequaquam ambiguae.

Praeter scholia autem ea quoque referam, quae Donatus in fabularum praefationibus de prologorum indole breviter adnotavit, cum haec quoque ad rhetoricam pertineant.

Andria.

Praef. Prologus in hac acer inducitur et in adversarios non mediocriter asperatus, sed tamen id subtiliter, ut omnia lacessitus facere videatur ac dicere.

Prol. 1 (1) Principium factum a commendatione personae, quod pudens, quod honestus, quod prudens Terentius. Et honore maiore „poetam" potius quam „Terentium" dixit, ut illum hoc

Digitized by Google

ipso nomine, de quo laborat, ornaret. (2) Intentio omnis huius prologi hoc agit, ut novo poetae veniam paret et veteri odium et ut quam maxime modestum minimeque errantem Terentium probet. (3) Meritum iam poetae dedit „poetam" eundem dicendo. (4) Et ab animo eius quem defendit.

Scholion (1) duplex est. Pars altera notissimum praeceptum continet de prooemiis, petitum e ludo, altera minus recta est in eo quod Terentium laborare dicit de nomine poetae in hoc prologo, ubi agitur tantum de fabularum successu et de contaminatione. Auctor huius partis exaggeravit id, quod Donatus recte de nomine „poeta" expressit in (3). Scholion (2) de intentione totius prologi, c. l. T., genuinum est Donati.

Scholion (4) est interpolatoris, cui similia debentur ad vs. 7: (5) criminatio adversarii. (7) commendatio poetae a persona adversarii, (8) excusatio respondentis, et ad vs. 9: (1) iam narratio est. 18 (2) ubi, post verba Donati in defensionem Terentii, hoc sequitur: et est argumentum ab exemplo et auctoritate. 24 (6) ab honesto .., a iusto. 25 (1) ab utili.

Igitur magistri, vel potius unus magister, in usum tironum quaedam brevissime e fonte suo excerpsit. Donatus praeter locum de intentione nihil dedit. Eugraphius contra prologi controversiam accuratissime persecutus est, unde pauca excerpam: Controversiae qualitas, an iuste fecerit, cuius argumenta persequitur per absolutam qualitatem (cf. Rh. min. H. p. 190). ... Sed prius exordium sumitur ut poetam populo commendet ... ex nostra persona .., a persona adversarii (cf. ad vs. 4) ... Sequitur propositio quaestionis: sed primum permissio (vs. 8) ... adiecit argumenta absolutae qualitatis (vs. 9 sqq.) ... Hactenus (vs. 24) controversia tractata est.

Vix dubito quin E., artis rhetoricae satis peritus, haec magna pro parte ipse invenerit et inde explicanda sit discrepantia cum commento.

Eunuchus.

Praef.: Huius prologus sane est concitatior, nam et obicit crimina adversantibus et comminatur in posterum et accusatorie narrat iniuriam Terentio factam et ad ultimum tumultuose et cum magna invidia defendit poetam.

Digitized by Google

Eiusdem adnotatio ad vs. 1 nihil continet praeter laudem Terentii: (1) Attendenda poetae copia, quod in tot prologis de eadem causa iisdem fere sententiis variis verbis utitur.

Rhetorica nulla leguntur nisi ad vs. 27, ubi haec habemus: (1) Primo negat peccatum, dehinc concedit et purgat. (5) Et primo negat peccatum, deinde, si peccatum est, purgat id ipsum veniali qualitate ab imprudentiae partibus.

Utrumque ex eodem rhetore descripserunt scholiastae.

Eugraphius controversiam denuo accurate et plene descripsit ad vs. 1 et 19, in quibus ea quoque, quae habet de vs. 27, praeter venialis qualitatis mentionem, prorsus dissimilia sunt scholio supra citato, (vide Klotz. p. 407 vs. 14 sqq.) [1]).

Adelphi.

Praef.: In hac prologus aliquanto lenior inducitur, qui magis in se purgando quam in adversariis laedendis est occupatus.

Cum in hoc prologo nulla sit iusta controversia, scholia rhetorica cum in commento tum apud Eugraphium omnino desunt.

Phormio.

Praef.: Prologus Phormionis nimis (i. e. valde) concitatus est, adeo ut ipse semet veluti reprehendat ob hanc ipsam pervicaciam et simul argumentum suae purgationis inducat.

Rhetorica duo inveniuntur, quae Donato tribuenda non sunt: 1 (1) Hoc initium ad destructionem personae adversarii sumitur, coniunctum cum insinuatione personae Terentianae.

Alterum legitur ad 30 (2) Nunc propositio est. Ineptum, nam propositio nulla est in hoc vs. sed in 13.

Eugraphius hic, ut in Andriae prologo, incipit a disputatione de prologis Terentianis comparatis cum antiquioribus. Dein controversiam exposuit et divisit et pertractavit ad vs. 1, 13, 19, 31.

Hecyra.

Praef.: In hac prologus est et multiplex et rhetoricus nimis, propterea quod saepe exclusa haec comoedia diligentissima defensione indigebat.

---

1) Supra p. 239 referre neglexi haec etiam schol. interpolata Eunuchi II 3. 16 (3), 17 (2), 18 (2), 19 (1), 64 (1), 68 (3), 69 (2), cl. 68 (1), 91 (3) (4) extr.

Digitized by Google

Prol. I. 1 (4) Totus hic prologus subtilem conquestionem continet ob hoc, ne aperte populum neglectae fabulae reum faciat et facile revocet in favorem.

Scholion genuinum de totius prologi intentione, ut Andr. 1 (2).

4 (1) A derivatione causae. Non quia mala est, inquit, exclusa est, sed quia populus funambuli admiratione obstupuit, quod infra (in prolog. II) de gladiatoribus dicet ad commutationem causae inducendam. (2) Hic excusatur et populus, qui neque iudicavit de fabula neque tamen stulte erravit.

Utrumque ex officina rhetorica prodiit, et (1) quidem ex eadem unde Eugraphius ad vs. 1 haec partim prompsit:

Defenditur autem causa derivatione (= commutatione) per coniecturalem statum. Non enim ideo, quia mala, est exclusa, sed quia populus in funambulo animum occupaverit (cf. verba Terentii vs. 4 et 5), — hoc addit, quod semel exclusa est, — vel quod rumor esset datum iri gladiatores, ‹cum› populus convolavit cum tumultu, defuruit [1]) loco (ibid. 39 sq.), — hoc enim ad id pertinet, quod iterum videtur exclusa, — ita in omnibus exclusionibus per causae mutationem defensio comparata est.

Alterum scholion id continet, quod Donatus melius expressit in 3 (2): Mira defensio, si quidem non iudicio comoedia exacta est sed spectari cognoscique non potuit, placitura scilicet si audiretur.

Prol. II 1 (1) Magna arte hic prologus scriptus est et nimis oratorie. Sic Donatus incipit et dein subiungit longam prologi interpreationem minime rhetoricam.

Eundem characterem semirhetoricum exhibent haec eiusdem scholia:

12 (3) Elegans promissio et hanc placituram, si cognoscatur.

Quibus mag. addidit: et est coniectura a futuro tempore.

25 (1) Iam hic narratio subtilis inducitur et ut non laedat populum et ut defendat poetam.

41 (3) Per haec verba vult Terentius demonstrare, quam gravis auctor sit qui suas comoedias probet. Sic Horatius (Ep.) II 1. 81).

---

1) Pro „defuruit loco" legendum videtur „d e f u g i t loco", aut „d e f e r v u i t loco"

Digitized by Google

49 (2) ... Et bene „ut expediat", tamquam facturus sit etsi non expedierit, dum quaestum maximum servire populo putat.

Interpolatorum manus agnoscimus in his:

6 A simili argumentum, quod fit per comparationem artificiosam et oratoriam rerum ac personarum.

12 (3) Vide supra.

20 (2) Commendatio personae levis (Terentii) per aliam personam gravem (Ambivium) secundum praecepta in rhetoricis.

21 (1) A causa principium narrationis inducitur. (2) Principium a quaestione principali an cognita sit et an spectanda sit. (3) A persona dicentis.

(1) et (2) diversis debentur auctoribus.

22 (1) Hoc succedit pro illo quod est a persona adversariorum. Simul ad fortunam rettulit populi culpam, non enim dixit quod praesto erat.

Rhetor unde interpolator haec excerpsit hoc significasse videtur: Pro argumento a pers. adv., i. e. a populo, substituit argumentum a fortuna, nam praesto fuerat populum accusare, cuius culpa non peracta est.

23 A iudicum persona.

25 (1) Vide supra Donati scholion, cui simile est 26 (1): Narratio, cur exclusa sit. Hanc non poetae culpa deiectam nec iudicio populi et ideo nunc admittendam. Ad prol. I 3 (2) Donatus iam adnotaverat „si quidem non iudicio comoedia exacta est".

41 (1) Commendatio ab ante actis, i. e. a personae adtributis. (2) A meritis defensoris argumentum ad laudem fabulae.

47 (1) Oratorie, sic enim fit, cum persona pro persona ad commendationem adfertur. Scholion suspectum.

49 (1) Ab utili argumentatio. Cf. supra (2) Donati.

Cum igitur scholiastae non minus seduli fuerint ad prologum Hecyrae quam ad ipsam fabulam, suaque partim e fonte satis limpido hauserint, Eugraphius hic quoque rhetoricam parce respexit, nam praeter ea quae modo citavi ad prol. I, leviuscula tantum adnotavit ad vs. 12 et 21 nihilque dedit de controversia, de statu, de partibus argumentationis.

Ergo prologorum scholia confirmant quod didicimus e reliquis: Donatum rhetoricam hic quoque adhibuisse raro et in usum

Digitized by Google

interpretationis, interpolatores sine ordine aut constantia e commentariis rhetoricis passim compilasse notas et notulas in usum institutionis rhetoricae, Eugraphium denique ab his plerumque differre et in prologis omnibus semel modo ita convenire, ut eodem fonte usus esse videatur.

Conclusio.

Quaestio de scholiis rhetoricis duplex erat.

A De scholiis Donati genuinis et quae necessitudo intercedat inter haec et Eugraphiana.

B De scholiis Interpolatorum et quae necessitudo etc.

A Eugraphius scholia rhet. habet circiter CCC (Mnem. l.l. p. 130 sq.), Donatus circiter XXIII et praeterea LXIII semirhetorica, quae in censum hic non veniunt. Eugraphii scholia non efficiunt tractatum rhetoricum [1]) neque ex professo artem legentibus tradere volunt, non spectant rerum aut scaenarum interpretationem, sed hoc agunt, ut Terentii virtus in adhibenda arte ostendatur. Amplissima leguntur ad scaenarum initia, reliqua per scaenas sparsa illorum fere sunt supplementa. Donatus ad scaenarum initia IX tantum scholia exhibuit, Eugraphianis longe breviora et simpliciora (l.l. p. 141—144) et praeterea XIV per scaenas omnium fabularum, in quibus tria conveniunt cum Eugraphio, unum scilicet per Servium a Donato sumptum, duo e communi fonte (l.l. p. 134, 145, 153). Praeter haec tria nulla igitur necessitudo inter Don. et Eugr. invenitur.

B A Donateis facile distinguuntur scholia ex professo rhetorica, CC fere numero (supra p. 229 adn. 1), excerpta e rhetorum commentariis, partim ante-Donateis, qui in scholis artem docebant e Terentio, rhetorice dissolventes passim soliloquia et dialogos. Haec excerpta modo brevia sunt, duorum triumve verborum, modo longiora et doctiora. Haec omnia quominus Donato adsignari possunt multa prohibent:

1 Quod aperte destinata sunt institutioni artis rhetoricae et petita e commentariis rhet. continuis [2]), qualem Donatum scripsisse

1) Haec et alia in seqq. disputabantur contra Gerstenbergium, Mnem. l.l. p. 126—129.

2) Vid. supra p. 232 scholia de figura a summo ad imum aliaque permulta eiusdem notae.

Digitized by Google

Gerstenbergius iam aliis de causis verissime negavit (Mnem. l.l. p. 126) nec quisquam facile perhibuerit.

2 Exarata sunt omnia stilo scholastico, quem Donatus etiam in schol. vere rhetoricis consulto vitavit.

3 Produnt varios auctores, cum aliquando inter se discrepent: cf. p. 231. 72 (1) (2), 241 sq. 21 (1), 242, 69, 247. 19.

4 Continent falsa et inepta, quae Donato imputari nequeunt: cf. p. 231. 94, 235 sq. II 1. 2 (5), 237. 30 (1) cl. Mn. l.l. p. 147, 240. 48 (1), 241 (21), 248. I 2. 1, 251. 18 (3), 21 (2), 257 sq.

5 Differunt a Donateis iuxta positis: cf. p. 231. 98, 236. 16 (4). 23 (2). 238. 20 (2) schol. Donateo interpositum. 242. II 1. 11. 244. I 1. 1, 2. 16, 245. 40, etc.

6 Subiunguntur Donateis per *et*, *et simul*, *nam*, sim.: cf. p. 232. 118. 239. II 3. 91, 240. 48 (1), 243. 3. 1. III 2. 43. V 8. 6.

7 Conveniunt cum rhetoribus minoribus: cf. 233. 115, 242 adn., 243 bis, 245, 246. 15, 250. 13, 253 adn.

De necessitudine inter haec scholia et Eugraphium, quae Gerstenbergio p. 77 (Mn. l.l. p. 127) tanta esse videbatur, ut haec ex illius tractatu rhetorico excerpta esse putaret, accurata comparatio hoc docet:

Nulla similia invenimus in Eunucho (praeter prol. 27) et Adelphis (supra p. 241 et 244). In Phormione quater similia vel satis similia I 3. 1 (2), III 2. 1, IV 1. 1, V 9. 1. In Hecyra satis similia I 2. 11 (4), II 2. 10, III 3. 22. 23, IV 4. 38. 75, V 1. 1, et prol. I 4. Frequentiora sunt similia in quibusdam scaenis Andriae, vulgo tamen paucorum verborum: I 2. 2, 3. 3 et 5; I 5. 3, 14, 24, 26, 49, 60* [1]), 63*; II 1. 5*, 19; 2. 15, 25*; 3. 15 III 2. 31*, 32*; V 1. 9, 15, 16.

Igitur in scholiis CC numeravi XXXII plus minusve Eugraphianis similia. Si his opponuntur loci, ubi Eugraphium aut nihil aut alia habere notavimus, consequitur similia illa non ex Eugraphio, sed e communibus fontibus repetenda esse. De his autem fontibus nihildum certi indagare potui.

1) Asteriscus indicat similitudinem maiorem.

Digitized by Google

ADNOTATIONES CRITICAE

AD

ANDOCIDIS ORATIONES.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

Tandem aliquando redeo ad oratorem, a quo olim initium feci. Hisce diebus relegi quod in dissertatione Academica ante quinquaginta annos adnotaveram ad Andocidis Orationem de Mysteriis itemque, quadriennio post, in *Mnem.* 1854 p. 66, ad Orationem de Reditu. Si quaeris quo animo post tantam humanae vitae partem illas studiorum primitias recognoverim, ingenue fatebor me mirari, si forte cuiquam levibus argumentis prolatis meam sententiam comprobare potuerim, spurias esse orationes quae propter rerum varietatem plerisque lectoribus commendantur. Ita tamen est: promotor meus aestumatissimus Iohannes Bakius, cuius memoriam non minus quam ipsius Cobeti pie ac debita reverentia recolo, in plagulis relegendis quas eius iudicio de more summittebam, identidem significaverat se de meis rationibus plurimum dubitare, etsi minime intercedebat quominus adulescentes quam viam elegissent, libere persequerentur; non enim ferre poterat discipulos qui in magistri verba iurarent, qua in re multum deflexerat a praeceptore olim suo, quem novimus quanta acrimonia Sluiterum castigaverit. Cobetus tamen, quod nunc cum admiratione animadverto, ad breve tempus mihi assensus est et in *Mnem.* 1854 p. 142 et 154 = *Var. Lect.* p. 70 et 82, Orationem de Mysteriis ap-

Digitized by Google

pellavit „quae Andocidem auctorem mentitur". Unum est quod hodie in levi opella mea vehementer comprobo; etenim futuri praesagam mentem habui et in libelli fronte posui Thucydidis verba: ὕστερον ἐξέσται μεταθέσθαι ἢν μή τι ἀρέσκῃ, nam iamdudum est ex quo μετεθέμην. Excepta quarta oratione contra Alcibiadem, quae numquam haberi potuit nisi forte intra scholae parietes, aperte dicam mihi hodie tres Andocidis orationes genuinas videri. Sed antequam disseram *quo sensu* eas interpreter genuinas esse, iuvat experiri ecquid conferre possim ad singulorum locorum pleniorem intelligentiam.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΥΣΤΗΡΙΩΝ.

§ 4: τί γὰρ ἂν καὶ βουλόμενος Ἀνδοκίδης ἀγῶνα τοσοῦτον ὑπομείνειεν, ᾧ ἔξεστι μὲν ἀπελθόντι ἐντεῦθεν ἔχειν πάντα τἀπιτήδεια; Hic haereo; vix enim τῶν ἐπιτηδείων nomine universa res familiaris comprehendi potuit; cogitavi de πάντα τὰ ἴδια, cum praesertim eadem locutio recurrat § 139, Redit. § 2, Pac. § 36 et Alcib. § 1. Sed continuo sequitur: ἔξεστι δὲ πλεύσαντι εἰς Κύπρον, ὅθενπερ ἥκει, γῆ πολλὴ καὶ ἀγαθὴ δεδομένη καὶ δωρεὰ ὑπάρχουσα, sive, quemadmodum Lipsius post Koepkium edidit: δεδομένη ἐν δωρεᾷ (sive δωρειᾷ) ὑπάρχουσα. Equidem non exputo quid hoc sit δεδομένη ἐν δωρεᾷ et fortasse aliquid audendum est, ut gravis offensio vitetur. Quid si verum est: γῆ πολλὴ καὶ ἀρηρομένη δωρεὰ ὑπάρχουσα? Revera fertiles sunt Cypriorum agri.

§ 7: ὥστε ὑμᾶς πολὺ ἂν ἥδιον δίκην λαβεῖν παρὰ τῶν κατηγόρων ἢ παρὰ τῶν κατηγορουμένων. Cobetus p. 82 *Var. Lect.* notavit illud παρὰ τῶν κατηγορουμένων tanquam imperite dictum, nec tamen receptam lectionem sollicitavit, cum sibi persuasisset orationem spuriam esse; quamquam vero nomine nihil hoc ad rem faciat, cum oratio, quidquid de scriptore sentias, necessario satis vetusta sit, neque ullo modo infra Demosthenis tempora detrudi possit. Itaque quum barbarus sermo neutiquam ferendus sit, medicina quaerenda est, quae sese circumspicientibus sponte offeret, nempe: παρὰ τῶν ἀπολογουμένων. Plus semel in vicinia inter sese opponuntur verba κατηγορεῖν et ἀπολογεῖσθαι. Quod argumentum infra attingam, tota haec pericope

Digitized by Google

paucis immutatis itidem legitur in exordio Lysiae Orationis de Bonis Aristophanis, sed quod illic est § 4 ὑπὲρ πάντων τῶν πεπραγμένων, Cobetus ad *Hyperid.* p. 31 correxit: ὑπὸ πάντων τῶν παραγενομένων.

§ 11: τριήρης ἡ στρατηγὶς ἤδη ἐξώρμει ἡ Λαμάχου. Hoc mire dictum est et malim: ἔξω ὥρμει. Eadem fortasse correctione utendum Lycurg. Leocr. § 17, sed nihil definio.

§ 13. Incredibile est quod orator narrat. Producitur in concionem servulus, cui Andromacho nomen, qui nomina defert eorum qui in domo Pulytionis per ludibrium mysteria celebrarant; etiam Alcibiades dicebatur illis sacris interfuisse; deinde quid tum? Πολύστρατος μὲν συνελήφθη καὶ ἀπέθανεν· οἱ δ' ἄλλοι φεύγοντες ᾤχοντο καὶ αὐτῶν ὑμεῖς θάνατον κατέγνωτε. Sed inter decem illos quos Andromachus detulit, cur Pulytion non est? Etiamsi domum tantummodo praebuerit, eine ea res impune abiit? Sed postea certe Thessalus in accusatione, cf. Plutarch. Alcib. 22, quum argueret Alcibiadem domi suae mysteria celebrasse, Pulytioni partes tribuit δᾳδούχου. Et quid de Alcibiade actum est, qui nec comprehensus fuit nec solum vertit nec condemnatus est? De Polystrato discrepat quod Harpocration habet. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Θρασυβούλου, εἰ γνήσιος. Πολύστρατος αἰτίαν ἔχων τοὺς Ἑρμᾶς περικόψαι ἀνῃρέθη ὑπ' Ἀθηναίων. Deinde etiam Panaetius indicatus fuit, quem tamen in urbe remansisse et postea demum ab ipso Andocide indicatum fuisse videmus § 52. Denique non apparet, quod omnino dictum oportuit, quando in Siciliam profecta classis sit: credo equidem brevi post Andromachi delationem et ante τὴν δευτέραν, Teucri, μήνυσιν, sed incerta res est. Grotus quoque, *Hist. Graec.* VII p. 178, rem non potuit expedire.

§ 16 Tertia delatio Agaristes fuit nobilis feminae: αὕτη ἐμήνυσεν .... μυστήρια ποιεῖν Ἀλκιβιάδην καὶ Ἀξίοχον καὶ Ἀδείμαντον καὶ ἔφυγον οὗτοι πάντες ἐπὶ ταύτῃ τῇ μηνύσει. Etiamne Alcibiades? — Ceterum quo melius intelligeremus qui fieri potuerit ut tota civitas scelesto sacrilegorum facinore commoveretur, Grotus ex Gallorum et Anglorum historia exempla

Digitized by Google

attulit quae egregie faciunt ad illa vetusta tempora illustranda: imprimis apposita est historia Titi Oates, *Histor. Graec.* VII p. 215, cuius foeda crimina quum enarraret Macaulaeus, quem antiquitatis Graecae peritissimum fuisse cognovimus, miror quod Hermocopidarum immemor fuit. Sed mihi quoque fortasse concedetur si aequalibus meis in memoriam revocavero quod ante quadraginta circiter annos Hagae Comitis factum est in patria mea. Forte una coenabant ingeniosi nonnulli adulescentes, quod saepe facere solebant; sed procedente convivio dum festo die vina largius circumferebantur, nostra Christianorum sacra coeperunt ludibrio habere et sacrilego ritu imitari. Postridie rumor per urbem divulgatus fuit, nam adstiterant famuli, quorum erant qui profanum scelus indignarentur. Uti aequum est, cives mei graviter commoti fuerunt, sed in temulentos iuvenes nihil ultra saevitum fuit, etiamsi convivae interfuissent, quibus patres filios suos concredidissent erudiendos: adeo saeculum valuit ad homines mansuefaciendos. Quorsum hoc? inquies. Nempe *semel*, quantum comperi, hoc modo peccatum fuit: haud nimis lepida visa fuisset iteratio, nec fortasse poenitentia afuit. Quid autem Athenis? Legimus mysteria profanata fuisse in domo Pulytionis, in domo Charmidis, in domo Phereclis, in domo Alcibiadis, alibi fortasse: hoc vero est quod recoquere cramben appellant et elegantes homines ἑωλοκρασίαν oderunt. Non crediderim Athenienses meos insulsis facetiis toties delectari solitos fuisse et verisimile est ferventibus odiis pessimum exemplum identidem narrando fuisse amplificatum, cum incertus rumor volitaret per ora hominum et unusquisque de suo aliquid adderet, quo maiore flagitiorum invidia nobiles adulescentes conflagrarent. Ceterum vide simile flagitium apud Nobiliss. Magonem (= *Earl Stanhope*) in *Histor. Britann.* vol. V p. 19 Ed. Lips. Cf. praeterea Lobeck. Aglaoph. p. 1029.

§ 17. Quarta delatio Lydi fuit, qui *ἀπογράφει τούς τ' ἄλλους καὶ τὸν πατέρα ἔφη τὸν ἐμὸν παρεῖναι μέν, καθεύδειν δ' ἐγκεκαλυμμένον. Σπεύσιππος δὲ βουλεύων παραδίδωσιν αὐτοὺς τῷ δικαστηρίῳ κἄπειτα ὁ πατὴρ καταγήσας ἐγγυητὰς ἐγράψατο τὸν Σπεύσιππον παρανόμων καὶ ἠγωνίσατο ἐν ἑξακισχιλίοις Ἀθηναίων καὶ μετέλαβε δικαστῶν τοσούτων οὐδὲ διακοσίας ψήφους ὁ Σπεύσιππος.*

Digitized by Google

Hic nihil intelligo. Dum reliqui mysteria celebrabant, cur Leogoras ἐκάθευδε ἐγκεκαλυμμένος? Edormiebatne crapulam? Cur solus Leogoras Speusippum ἐγράψατο παρανόμων, qui omnes convivas παρέδωκε τῷ δικαστηρίῳ? Quid tandem Speusippus deliquerat? Ecquis umquam fando audivit sedisse sex millia iudicum? Etiamsi reliqua obscura maneant neque aliunde possint illustrari, haud veri dissimile est quod Grotus coniecit, *Hist. Graec.* VII p. 206, γραφὴν illam παρανόμων institutam fuisse a Leogora aliquanto postquam Dioclides Hermocopidarum nomina detulisset et Andocides testimonio suo patrem ex carceris vinculis eripuisset. Nec tamen ita statuere possumus, nisi sumamus Andocidem rerum ordinem mirifice turbavisse, credo quo mendacia magis in tuto forent.

§ 23. Particulam inserendam esse dixerim: εἰ τοίνυν ἀνέβην ἐπὶ δικαστήριον ἡ λόγος τις περὶ ἐμοῦ (τότ') ἐγένετο.

§ 27. Denuo haeremus; περὶ τῶν μηνύτρων .... ἠμφεσβήτουν οὗτοί τε οἱ μηνύσαντες καὶ Πυθόνικος Φάσκων πρῶτος εἰσαγγεῖλαι καὶ Ἀνδροκλῆς ὑπὲρ τῆς βουλῆς. Itaque certarunt de praemio Andromachus, Teucer, Agariste, Lydus, Pythonicus et Androcles: de quinque prioribus aperta res est, sed quid Androcles praemium poposcit ὑπὲρ τῆς βουλῆς? Hoc nemo hucusque expedire potuit. Scribit Thucydides VI 28: μηνύεται οὖν ὑπὸ μετοίκων τέ τινων καὶ ἀκολούθων περὶ μὲν τῶν Ἑρμῶν οὐδέν, ἄλλων δ' ἀγαλμάτων περικοπαί τινες πρότερον ὑπὸ νεωτέρων μετὰ παιδιᾶς καὶ οἴνου γεγενημέναι, quo loco Hartmannus in diligentissima Commentatione *de Hermocop.* p. 25 usus est, ut ostenderet non primum fuisse Pythonicum qui sacrilegos denunciaret, sed alios multos indices eum praevertisse; et fatendum est Andocidis fabulas multum discrepare ab iis quae Thucydides prodidit. De Androcle autem, qui secundum Thucydidem VIII 65 τὸν Ἀλκιβιάδην οὐχ ἥκιστ' ἐξήλασε, ita scribit Plutarchus Alcib. 19: ἐν δὲ τούτῳ δούλους τινὰς καὶ μετοίκους προήγαγεν Ἀνδροκλῆς ὁ δημαγωγὸς ἄλλων τε ἀγαλμάτων περικοπὰς καὶ μυστηρίων παρ' οἶνον ἀπομιμήσεις, τοῦ Ἀλκιβιάδου καὶ τῶν φίλων κατηγοροῦντας. Alia multa de Androcle cum cura collegit Bergkius in Epistula ad Schillerum Andocidis editorem. Quid autem ille egit ὑπὲρ

Digitized by Google

τῆς βουλῆς? „A strange pretension", ut scribit Grotus, „which we do not know how he justified". Satis intelligimus quod scribit Isocrates de Bigis § 9: *εἰσήγγελλον εἰς τὴν βουλήν, λέγοντες ὡς ὁ πατὴρ μὲν συνάγοι τὴν ἑταιρείαν ἐπὶ νεωτέροις πράγμασιν, οὗτοι δ' ἐν τῇ Πουλυτίωνος οἰκίᾳ συνδειπνοῦντες τὰ μυςήρια ποιήσειαν*, sed quo praetextu senatui praemium decerni potuerit non assequimur. Ut in obscura re, crediderim verum esse: *ὑπὲρ τῆς δούλης*. Consentaneum est sacrilegis illis epulis interfuisse ancillas quasdam; unam ex his produxit Androcles et pro ea praemium poposcit; nec magnae offensioni articulus est, nam in confusa et impedita narratione libenter mihi persuadeo aliquid de muliercula Andocidem memoriae prodidisse, quod postea lacuna haustum fuit. Si quid nosti rectius, ...

§ 35. Attendendum est neque ab Teucro neque ab Dioclide denunciatum fuisse Alcibiadem inter *τοὺς Ἑρμοκοπίδας*, quemadmodum nusquam legimus Andocidem implicitum fuisse crimini mysteriorum profanatorum, nisi forte in Lysiae quae fertur oratione contra Andocidem, cf. Blass. *Eloq. Att.* I p. 568; contra Alcibiades inter *τοὺς Ἑρμοκοπίδας* refertur Dem. Mid. § 147 p. 562; cf. *Mnem.* 1903 p. 422. Vide etiam Hartmannum *de Hermocopidis* p. 10.

§ 38. Prodit Dioclides et narrat se intempesta nocte domo egressum, cum latitaret in umbra, agnovisse Hermocopidas: *εἶναι δὲ πανσέληνον* et *ὁρῶν αὐτῶν πρὸς τὴν σελήνην τὰ πρόσωπα τὰ πλεῖςα γιγνώσκειν*. Hic miramur Andocidem, qui ut hominis scelestam fidem coargueret, non usus sit invicto et irrefutabili argumento, quod vide apud Plutarchum Alcib. c. 20: *εἷς δ' αὐτῶν ἐρωτώμενος, ὅπως τὰ πρόσωπα τῶν Ἑρμοκοπιδῶν γνωρίσειε καὶ ἀποκρινάμενος ὅτι πρὸς τὴν σελήνην, ἐσφάλη τοῦ παντός, ἕνης καὶ νέας οὔσης ὅτε ταῦτ' ἐδρᾶτο.*

§ 40: *ἰδὼν δ' Εὔφημον ἐν τῷ χαλκείῳ καθήμενον, ἀναγαγὼν αὐτὸν εἰς τὸ Ἡφαιςεῖον λέγειν ἅπερ ὑμῖν ἐγὼ εἴρηκα*. Quod hodie scribitur *ἓν τῳ χαλκείῳ*, non est ea probabilis correctio. Veram scripturam expiscari licet ex Anecd. Bk. p. 316. 23: *χαλκῶ· ὄνομα τόπου, ὅπου ὁ χαλκὸς πιπράσκεται δὲ ὅπου τὸ Ἡφαιςεῖον*. Primum supplere facile est: (*ἐς ἰ*) *δὲ ὅπου τὸ Ἡφαιςεῖον* et locus

Digitized by Google

ipse, credo χαλκῶν dictus fuit, cf. *Mnem.* 1893 p. 27. Hinc scripserim: ἐν τῷ χαλκῶνι καθήμενον· „das ist so zu verstehen, dass Diokleides den Euphemos aus seiner Fabrik nach dem Hephästeion, als der nächstgelegenen Oertlichkeit, in der er ihn heimlich sprechen konnte, führt": sicuti locum interpretatur Wachsmuthius *Mus. Rhen.* XXIII 9. Vocabulum χαλκεών iam Homerus habet Odyss. θ 273.

§ 41. Verba sunt Leogorae ad Dioclidem qui fores pulsarat ut Hermocopidas conveniret: ἆρά γέ σε οἵδε προσμένουσι; χρὴ μέντοι μὴ ἀπωθεῖσθαι τοιούτους φίλους. Melius intelligam: σφόδρα γέ σε οἵδε προσμένουσι.

§ 51: εἶπω Ἀθηναίοις ἅπερ ἤκουσα Εὐφιλήτου αὐτοῦ τοῦ τοιήσαντος; Nomen proprium eleganter omittetur.

§ 68: νῦν ὁρῶσι τοῦ ἡλίου τὸ φῶς δι' ἐμὲ καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσιν. Stulte hoc dictum est; supplendum: (χάριν) ὁμολογοῦσιν.

§ 73. Sequitur longa digressio de infamia iure Attico. Etiam obiter rem considerantibus apparebit totum hunc locum cum Andocidis causa vix tenui filo cohaerere; sed, quod longe gravius est, tam perversa doctrina est ut pleraque non habeas dicere quo pertineant et lectores destituantur multo hebetiores quam antea fuerint. De toto loco in dissertatione mea inde a pagina 34 nimis concise egi, quum universa quaestio plenius et dilucidius debuisset exponi; nec tamen minus ad eam solam libelli mei paragraphum lectores ablegare ausim, nam quod ad summam rei attinet, etiam hodie haud inepte mihi disputasse videor. Postquam ostendi quam absurde et perplexe orator inter tria infamiae genera distinxerit, undique conquisitis quae tum apud veteres tum apud eos qui post vixerunt, de hoc argumento indagare potui, statui id quod nunc breviter illinc transcribam: p. 46: „Missa gravi et extraordinaria infamia, qua Arthmius Zelites affectus est, unica tantum infamiae species est Athenis, qua quis ἀποξερεῖται ἁπάντων τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ καθάπαξ ἄτιμος γίγνεται. Potest cum hac infamia bonorum publicatio coniuncta esse, sed infamia tamen per se nihil inde mutatur. Eadem prorsus infamia afficitur is, qui quaqua

Digitized by Google

de causa ὀφείλει τῷ δημοσίῳ; etenim haec non poena erat, sed debitor incitabatur ut citius solveret. Quod si quis post nonam prytaniam nondum solverit, duplicatur debitum, publicantur bona; si vendita bona mulctam solvendo sufficiunt, infamis iterum fit ἐπίτιμος· si quid superest, hoc ei redditur. Praeterea nonnulli ita puniebantur ut quibusdam iuribus et privilegiis privarentur; sic v. c. accusatori, qui quintam suffragiorum partem non tulerat, postea non licebat eandem actionem intendere, in ceteris autem rebus cum reliquis civibus pari iure gaudebat. Haec ἀτιμίας species secundum Andocidem κατὰ πρόσταξιν dicta fuit".

§ 75. Γεύματος χάριν de uno infamiae genere describam: ἄλλοι αὖ κατὰ προστάξεις, οἵτινες οὐ παντάπασιν ἄτιμοι ἦσαν, ἀλλὰ μέρος τι αὐτῶν, οἷον οἱ στρατιῶται, οἷς ὅτι ἐπέμειναν ἐπὶ τῶν τυράννων ἐν τῇ πόλει, τὰ μὲν ἄλλα ἦν ἅπερ τοῖς ἄλλοις πολίταις, εἰπεῖν δ' ἐν τῷ δήμῳ οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς οὐδὲ βουλεῦσαι. Sunt τύραννοι necessario quadringenti illi, qui paucis annis ante per paucos menses Athenis imperium tenuerant, sed quis eos umquam tyrannos appellavit? Fierine potest ut rescribendum sit ἐπὶ τῶν τετρακοσίων (ΤΤ΄)? Qui autem homines fuerunt qui militibus infamiae notam inusserunt? Si respondebis quacumque tandem de causa ipsos hoc fecisse Quadringentos, quaeram quidni statim cum restituta libertate miseris hominibus nil tale commeritis ignominiae nota remissa fuerit. Nec magis intelligere poterimus Theramenis factionem et aliorum qui post quatuor menses optimatium imperium everterunt, nam tunc factum est quod scribit Thucydides VIII 93: ξυνεχώρησάν τε ὥς· ἐς ἡμέραν ῥητὴν ἐκκλησίαν ποιῆσαι ἐν τῷ Διονυσίῳ περὶ ὁμονοίας, in quo negotio quomodo se gesserint Athenienses, pergit tradere c. 97: κοὐχ ἥκιστα δὴ τὸν πρῶτον χρόνον ἐπί γ' ἐμοῦ Ἀθηναῖοι φαίνονται εὖ πολιτεύσαντες. Interdum suspicatus sum legendum esse: οἷον οἱ σασιῶται, sed quid prodest, nam res non minus obscura manebit quam fuit antea? Paucis autem annis post, quo tempore classe in Hellesponto devicta omnes iam sibi metuebant a Lysandro, factum est auctore Patroclide plebiscitum, quo omnes ἄτιμοι in integrum restituti sunt; in eo instrumento quod αὐτολεξεὶ orationi insertum fuit, excipiun-

Digitized by Google

tur omnes, § 78, quorum nomina *ἐν στήλαις γέγραπται τῶν* MH *ἐνθάδε μεινάντων*. Acute de hoc loco disputat Grotus VIII p. 89, qui suspicatur intelligendos esse ex quadringentis eos qui se non stitissent in iudicio et per contumaciam fuissent condemnati. Non habeo afferre probabiliorem rationem, sed nimis concise dictum in lege plurimum miror.

Sequuntur tria psephismata, Patroclidis § 77, Tisameni § 83 et Demophanti § 96, de quibus cum mihi nondum satisfaciam, tacere malo quam nihil dicere. Multi docti viri duo priora litis instrumenta pronunciaverunt spuria esse et liquido apparet longe meliorem causam esse tertii plebisciti, nec tamen negligendum est Andocidem scribam iussisse recitare Solonis legem, sequi ea quae tulerat Demophantus. De Patroclide et de Tisameno eorumque legibus omnium diligentissime Grotus disputavit VIII p. 224 et 295; sed etiam ab altera parte minime contemnendi auctores pro sua quisque sententia acriter depugnant. Equidem, ut iam dixi, *ἐπέχω*, nec mihi necesse est in alteram utram partem discedere, nam orationum causa cum fide legum postea insertarum non coniuncta est: genuinis orationibus spuriae leges inseri possunt et genuinae spuriis.

§ 106: *ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι τὰ πεποιημένα ὑμῖν εἰς ὁμόνοιαν οὐ κακῶς ἔχει, ἀλλὰ τὰ προσήκοντα καὶ τὰ συμφέροντα ὑμῖν αὐτοῖς ἐποιήσατε, βραχέα βούλομαι καὶ περὶ τούτων εἰπεῖν*. Itaque orator docebit quantum boni afferat civium concordia. Audiamus: *οἱ γὰρ πατέρες οἱ ὑμέτεροι γενομένων τῇ πόλει κακῶν μεγάλων, ὅτε οἱ τύραννοι μὲν εἶχον τὴν πόλιν, ὁ δὲ δῆμος ἔφευγε, νικήσαντες μαχόμενοι τοὺς τυράννους ἐπὶ Παλληνίῳ, στρατηγοῦντος Λεωγόρου τοῦ προπάππου τοῦ ἐμοῦ καὶ Χαρίου οὗ ἐκεῖνος τὴν θυγατέρα εἶχεν, ἐξ ἧς ὁ ἡμέτερος ἦν πάππος, κατελθόντες εἰς τὴν πατρίδα τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τῶν δὲ φυγὴν κατέγνωσαν, τοὺς δὲ μένειν ἐν τῇ πόλει ἐάσαντες ἠτίμωσαν*. Primum quidnam est *τὰ ἀσύγκλωστα κλώθειν* nisi hoc est? Quod egistis ut inter cives concordia restitueretur, laude dignum: etenim vestri maiores exactis Pisistratidis adversarios partim trucidarunt, partim coegerunt solum vertere, partim infamia notarunt. Ferri haec quodammodo possent, si addidisset orator maiores consilii perpetuo poenituisse;

Digitized by Google

sed nihil eiusmodi vel aperte dicitur vel tectis verbis indicatur. Quod autem Leogoras oratoris proavus, non Clisthenes Megaclis filius dicitur praefuisse copiis quae Pisistratidas eiecerunt, id facilem excusationem habet; verum longe gravius est quod ad Pallenium non victi fuerunt Pisistratidae, sed victor fuit Pisistratus. Vaterus p. 15 ut eam offensionem declinet ita disserit: „Hoc proelium, quo superati sunt Pisistratidae Olymp. LXVII 2 extr. et eiecti, Pallenio assignavit Andocides: neque vero iniecta Pallenii memoria probat illud agi certamen, quod cum *Pisistrato ipso* post secundum exilium reditum moliente consertum est (nam illo tempore victos esse *Alcmaeonidas* notissimum est, cum tamen Andocides superatos dixerit ad Pallenium *Pisistratidas* esse et fundatam libertatem Atticam), sed id unum merito videtur colligi posse e verbis oratoris, quo loco amissa erat libertas *eodem loco* post annum XXXIV excisam esse tyrannidem". Coniecturam parum verisimilem ut confirmet ita pergit Vaterus: „etenim quidni hunc locum Pisistratidae elegerunt boni ominis causa, Alcmaeonidae vero ut locum clade sua famosum insignem redderent victoria et ipsa loci infamia suorum animos incitarent?" Nimirum sic solebant olim ut repugnantia conciliarent: exemplo est Albertus G. Becker, apud quem ut omnia quae traduntur in concordiam redigantur nihil *semel* Andocides fecit, nam *ter* fuit exsul, *ter* Athenas rediit, *quatuor ἐνδείξεις* contra eum institutae sunt, *ter* fuit in Cypro; tum Citii regem, tum Salaminis ab se alienavit, quocum tamen brevi post rediit in gratiam; varias denique adiit regiones, et quidem easdem *bis*: nempe has tamquam legatus, illas tanquam exsul. Sed missis nugis quae semet ipsae satis redarguunt, vide quomodo Grotus IV p. 123 Andocidis mendacia exploserit. Prorsus fidem superat parta victoria saevitum fuisse in Pisistratidas et in eos qui Pisistratidis faverent: vide modo Thuc. VI 54.

§ 107: *ὕστερον δὲ ἡνίκα βασιλεὺς ἐπεστράτευσεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, γνόντες τῶν συμφορῶν τῶν ἐπιουσῶν τὸ μέγεθος καὶ τὴν παρασκευὴν τὴν βασιλέως, ἔγνωσαν τούς τε φεύγοντας καταδέξασθαι καὶ τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ποιῆσαι καὶ κοινὴν τήν τε σωτηρίαν καὶ τοὺς κινδύνους ποιήσασθαι. πράξαντες δὲ ταῦτα καὶ δόντες ἀλλήλοις πίστεις καὶ ὅρκους μεγάλους, ἠξίουν σφᾶς αὐτοὺς*

Digitized by Google

προτάξαντες πρὸ τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων ἀπαντῆσαι τοῖς βαρβάροις Μαραθῶνάδε. Ain tu? Fuitne rex Persarum devictus apud Marathona? Hic Valckenaerius quoque haesit, qui praeterea attendit ad ea quae proxime sequuntur de incensa urbe: locus est apud Sluiterum p. 147: „Confundere videtur Andocides diversissima, Persica sub Miltiade et Dario et victoriam Marathoniam, quaeque evenere sub Themistocle, Xerxis gesta. Hic urbem incendio delevit, non ille. Nil magis est manifestum quam diversa ab oratore confundi". Ita est: ea conditione miseri mortales nati sumus; etiam eorum quae tanquam digitos nostros novimus interdum sponte obliviscimur. Horatius vel quicunque poetam interpolavit:

non celeres fugae
Reiectaeque retrorsum Hannibalis minae;
Non incendia Carthaginis impiae,
Eius qui domita nomen ab Africa
Lucratus rediit, clarius indicant
Laudes quam Calabrae Pierides.

Illud quoque non negligendum ἀτίμους in integrum restitutos fuisse tempore Solonis, cf. Plut. Solon. 19, post cladem in Hellesponto acceptam, denique post pugnam apud Chaeroneam, cf. Lycurg. Leocr. 41. Nec tamen usquam legimus tale quid plebem scivisse tempore belli Persici. Scribit Fred. Aug. Wolfius ad Leptineam § 11: „Quod Andocides de amnestia belli Persici temporibus prodit, non publicum esse potuit, sed magis oratorium est". Audio nec fortasse invitus probabo; sed caditne illud oratorium in verba legis § 77: Πατροκλείδης εἶπεν· ἐπειδὴ ἐψηφίσαντο Ἀθηναῖοι τὴν ἄδειαν περὶ τῶν ἀτίμων καὶ τῶν ὀφειλόντων, ὥστε λέγειν ἐξεῖναι καὶ ἐπιψηφίζειν, ψηφίσασθαι τὸν δῆμον ταὐτὰ ἅπερ ὅτε ἦν τὰ Μηδικά;

§ 110: κατηγόρησαν δέ μου καὶ περὶ τῆς ἱκετηρίας, ὡς καταθείην ἐγὼ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ, νόμος δ' εἴη πάτριος ὃς ἂν θῇ ἱκετηρίαν μυσηρίοις τεθνάναι, κτέ. Anni sunt plus quam quinquaginta ex quo hunc locum diligenter legi saepiusque relegi ac tantum non ad verbum edidici, nec tamen umquam quidquam sese mihi obtulit sive apud ipsos veteres sive in doctorum virorum commentariis, quod faceret ad illud crimen illustrandum.

Digitized by Google

§ 117—128. Cognationum gradus ut intelligas, sciendum est Calliam, nobilem ac divitem hominem, sed nequam et turpi luxuriae deditum, de quo cum alii conferri possunt tum Groenius in *Prosopogr. Platonica* p. 130 et Cobetus in *Prosopogr. Xenoph.* p. 67 — sed cavendum est ne iuxta testimonia Platonis et Xenophontis nimium tribuamus oratorum et comicorum poetarum mendaciunculis — hunc igitur Calliam constat primum duxisse uxorem Glauconis filiam, e qua suscepit filium Hipponicum. Ipse autem Glauco, Calliae socer, uxorem habuit Tisandri filiam, quae praeter filiam quam diximus, ei peperit filium Leagrum. Sed quo intricata res apertior fiat, stemma addam:

Tisander

Filia	Epilycus	Filia
×	×	×
Leogoras	Ischomachi filia	Glauco
Filia. Andocides.	duae filiae.	Leager et filia quae Calliae nupsit.

Prima uxore mortua Callias duxit Ischomachi filiam, cuius soror, quod supra apparet, nupsit Epilyco. Erat autem ille Ischomachus, quantum coniicimus, diversus ab Ischomacho Xenophonteo, cf. Böckh. *Oec. Civ.* I p. 627 et Cobet. *Prosopogr. Xen.* p. 72. Secutae sunt vitae sordes, de quibus oratorem testem habemus, sed testem iniuratum. Nempe Ischomacho, uti coniicio, mortuo, Callias socrum suam, cui Chrysidi vel Chrysiadi vel Chrysillae nomen fuit, cf. Dindorf. in *Stephani Thesauro*, domi recepit indeque factum nefandi amoris initium. Nova nupta quum rei indignitatem ac turpitudinem ferre non posset, suspendio vitam finire decrevit, sed tempori prohibita revixit et mater exegit filiam e mariti domo. Mox adultera filium peperit, quem notavit Metagenes in fragmento apud Schol. Aristoph. Vesp. vs. 1221:

A. Ὦ πολῖται δεινὰ πάσχω. B. τίς πολίτης δ' ἐς' ἔτι
πλὴν ἄρ' ἢ Σάκας ὁ Μυσὸς καὶ τὸ Καλλίου νόθον;

Propter Platonis Phileb. p. 19 B credibile est hunc puerum

Digitized by Google

dictum fuisse Protarchum. Mox in Sicilia mortuus Epilycus duas relinquit filias *ἐπικλήρους*, itaque *ἐπιδικάζονται* Andocides et Leager, virgunculorum illarum fratres consobrini. Aliquot annis post, ut videtur, altera puella quam Andocides sibi destinaverat moritur et Callias iam persuadet Leagro ut sibi cedat alteram. Illud mirum quod Andocides non explicavit, cur praeter ullam ex lege necessitatem Callias sibi petierit *ἐπίκληρον*, cuius pater magnam vim aeris alieni reliquisset, supra tria talenta, ut est § 118. Erat autem ipse deteriore iure quam Leager vel Andocides, nam hi, quod ex stemmate apparet, *τῆς ἐπικλήρου* fratres consobrini erant; Callias autem ipse, quantum novimus puellam cognatione non attingebat, nisi quod Glauconis filia, quae Calliae olim uxor fuerat, soror fuisset consobrina, altera autem uxor quam Ischomachi filiam fuisse vidimus, matertera, ne dicam fuisse aviam Chrysidem, Calliae stupro cognitam. Quod ad temporum rationes attinet, credibile est eo anno quo haec oratio habita est, nempe 399, virginem vix vicesimum aetatis annum attigisse, quum pater in Sicula expeditione perierit; Callias autem, ut ex levibus quibusdam indiciis mihi effici posse videtur, natus erat circa annum 445, Hipponicus circa annum 420, Protarchus autem circa annum 415. Huic igitur Protarcho Callias *τὴν ἐπίκληρον* in matrimonium petiit: diserta verba sunt § 121: *γνοὺς ταῦτα Καλλίας λαγχάνει τῷ υἱεῖ τῷ ἑαυτοῦ τῆς ἐπικλήρου*. Sed vide nunc quam stulta ea sint quae leguntur § 128: *Φέρε δὴ τοίνυν σκεψώμεθα εἰ πώποτε ἐν τοῖς Ἕλλησι πρᾶγμα τοιοῦτον ἐγένετο ὅπου γυναῖκά τις γήμας ἐπέγημε τῇ θυγατρὶ τὴν μητέρα καὶ ἐξήλασεν ἡ μήτηρ τὴν θυγατέρα· ταύτῃ δὲ συνοικῶν βούλεται τὴν Ἐπιλύκου θυγατέρα λαβεῖν, ἵν' ἐξελάσῃ τὴν τήθην ἡ θυγατριδῆ*· etenim loquitur quasi pater non filio sed sibi *ἐπεδικάσατο* et revera *ἡ ἐπίκληρος* Chrysidis *θυγατριδῆ* erat, ut vidimus. Quid autem de Protarcho? *ἀλλὰ γὰρ τῷ παιδὶ αὐτοῦ τί χρὴ τοὔνομα θέσθαι; οἶμαι γὰρ ἔγωγε οὐδένα οὕτως ἀγαθὸν εἶναι λογίζεσθαι, ὅστις ἐξευρήσει τοὔνομα αὐτοῦ. τριῶν γὰρ οὐσῶν γυναικῶν αἷς συνῴκηκὼς ἔσαι ὁ πατὴρ αὐτοῦ, τῆς μὲν υἱός ἐστιν, ὥς φησι, τῆς δ' ἀδελφός, τῆς δὲ θεῖος. τίς ἂν εἴη οὗτος; Οἰδίπους ἢ Αἴγισθος; ἢ τί χρὴ αὐτὸν ὀνομάσαι;* Nempe, quod nobis apparuit, Protarchus Chrysidis erat *υἱός* indeque *ἀδελφὸς* Ischomachi et Chrysidis filiae, quae nupsit

Digitized by Google

Calliae, denique θεῖος τῆς ἐπικλήρου, cuius avia Chrysis. Ratio quidem hercle apparet; sed arduum est omnes illos cognationis gradus ex Andocidis verbis eruere, cum praesertim nusquam significet quo iure Leager virginem in matrimonium petierit, nec tradatur Epilyci uxorem filiam fuisse Ischomachi et Chrysidis. Haec igitur coniiciendo supplenda sunt; ceterum equidem nunc Ciceronis recordor, qui ita disputat de Oratore II § 241: „Perspicitis, hoc genus quam sit facetum, quam elegans, quam *oratorium*, sive habeas vere quod narrare possis, *quod tamen est mendaciunculis aspergendum*, sive fingas". Itaque operae pretium est videre quomodo Cicero pro Cluentio capite quinto mendaciunculis adspersis exagitaverit Sassiam, quae sibi Chrysidem proposuerat tamquam exemplum quod imitaretur et imitando superaret.

§ 121: τίθησι τὴν ἱκετηρίαν, ὡς ἐμὲ μὲν ἀποκτενῶν ἄκριτον ἢ ἐξελῶν, αὐτὸς δὲ πείσας Λέαγρον χρήμασι συνοικήσων τῇ Ἐπιλύκου θυγατρί. Hic dubitatur de lectionis integritate, sed, quocumque tandem modo haec corrigas, remanebit offensio quod *in hac ipsa paragrapho* Callias puellam dicitur destinavisse Protarcho.

§ 130: ὅτε ἡ πόλις ἤρχε τῶν Ἑλλήνων καὶ ηὐδαιμόνει μάλιστα, rumor per urbem spargebatur Hipponicum Calliae patrem domi non filium alere, sed ἀλιτήριον. Quod hic locus olim offensioni fuit, id retracto. Si quidem vere conieci, quod supra dixi, Calliam esse natum circa annum 445, sub initium Peloponnesiaci belli pueri praedivitis petulantiam iam tunc potuerunt notare. Triginta annis post, erat sane cur Athenienses pristinam rerum felicitatem desiderarent ὅτε ἡ πόλις ἤρχε τῶν Ἑλλήνων.

§ 132: λητουργεῖν οὗτοι προὐβάλοντο, πρῶτον μὲν γυμνασίαρχον Ἡφαιστείοις, ἔπειτα ἀρχιθέωρον εἰς Ἰσθμὸν καὶ Ὀλυμπίαζε, εἶτα δὲ ταμίαν ἐν πόλει τῶν ἱερῶν χρημάτων. Contendit Böckhius Oec. Civ. I p. 219 Andocidem minus accurate fuisse locutum, cum ταμίας τῶν ἱερῶν χρημάτων non ἐχειροτονεῖτο neque igitur προὐβάλλετο, sed exigua ea incuria est, quae paratam excusationem habet. Magis miror quod Andocides qui triennio ante redierat in urbem, uti ipse scribit, itaque per *tres continuos*

Digitized by Google

annos λητουργίαν suscepit, neglexit gloriari quod multo maiora praestitisset quam potuissent exspectari; etenim Demosthenes docet Leptin. § 8 *ἕκαστον λητουργεῖν ἔτος διαλιπόντα*. Quod Andocides *νενίκηκε Διονύσια παισὶν*, Corp. Inscr. Att. II n. 553, id postea factum est.

§ 133. Locus *περὶ τῆς πεντηκοστῆς* mihi quidem nimis obscurus. Cf. Böckh. *Oec. Civil.* I p. 427 et Grotus *Histor. Graec.* VI p. 9; addo Bakii dubitationes *Schol. Hypomn.* I p. 324 et IV p. 249.

In postrema orationis parte, inde a § 137, multa sunt puerilitер dicta et novimus Andocidem malum oratorem fuisse habitum; sed nunc me potissimum advertit § 141: *δέομαι ἁπάντων ὑμῶν περὶ ἐμοῦ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν, ἥνπερ καὶ περὶ τῶν ἐμῶν προγόνων*. Quod nihil hic dicitur de commenticia praetura bello Corcyraeo, cf. *Corp. Inscr. Att.* I p. 179 et IV p. 30 itemque Stahlius *Mus. Rhen.* 1885 p. 439, id nihil mirum est; sed cur orator omisit laudare avi praeturam bello Samio? Rem cognovimus testimonio Scholiastae ad Aristidem p. 485. 28 Dind. Etiam in oratione de Reditu de ea praetura altum silentium.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΑΥΤΟΥ ΚΑΘΟΔΟΥ.

§ 1: *ὅπου δεῖ τὴν πόλιν ἐμέ τι ποιῆσαι ἀγαθόν, ἢ εἴ τις ἕτερος βούλοιτο ἐμοῦ κακίων, δεινότατον ἁπάντων χρημάτων ἡγοῦμαι, εἰ τῷ μὲν δοκεῖ ταῦτα, τῷ δὲ μή, ἀλλὰ μὴ πᾶσιν ὁμοίως*. Hoc semper mihi perridicule dictum visum est: inserta negatione commendo: (*οὐ*) *κακίων*.

§ 2: *τί ποτε οὗτοι οἱ ἄνδρες δεινῶς οὕτως περικάονται εἴ τι ὑμᾶς χρὴ ἀγαθὸν ἐμοῦ ἐπαυρέσθαι*. Non novi eo utique sensu verbum *περικάεσθαι*· cogitavi de *παρακνῶνται* vel fortasse *διακνῶνται*.

§ 5: *ἐμοὶ ὀρθῶς δοκεῖ εἰρῆσθαι, ὅτι πάντες ἄνθρωποι γίγνονται ἐπὶ τῷ εὖ καὶ κακῶς πράττειν, μεγάλη δὲ δήπου καὶ τὸ ἐξαμαρτεῖν δυσπραξία ἐστί*. Hic igitur reum habemus propemodum

Digitized by Google

confitentem se Mercurii signa deiecisse — nam mysteriorum profanatorum nomine numquam, ut supra dixi, accusatus fuit. Ac pergit dicere in eandem sententiam, veluti § 6: ἔξιν ἐν τῷ κοινῷ πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ ἐξαμαρτεῖν τε καὶ κακῶς πρᾶξαι· item § 9: ἀδύνατον ἦν ταῦτα ἰαθῆναι ἄλλως ἢ τῷ ἐμῷ αἰσχρῷ. Deinde § 15: εἰς τοὺς θεοὺς ἔχοντα ὀνείδη οὗτοί με μᾶλλον τῶν ἀνθρώπων ἐοίκασι κατελεῆσαι. Aperte quoque § 10: γνοὺς τὰς ἐμαυτοῦ συμφοράς, ᾧτινι κακῶν τε καὶ αἰσχρῶν οὐκ οἶδ' εἴ τι ἀπεγένετο, τὰ μὲν παρανοίᾳ τῇ ἐμαυτοῦ, τὰ δ' ἀνάγκῃ τῶν παρόντων πραγμάτων, κτἑ. Videtur haec oratio habita anno 407, octo annis post Hermas deiectos, sed octo annis post, quo anno habita oratio de Mysteriis, post sedecim annorum intervallum, iam tutum fuit adspergere mendaciunculum: Myster. § 61: ἐγὼ μὲν ἐν Κυνοσάργει ἐπὶ πωλίον ὅ μοι ἦν ἀναβὰς ἔπεσον καὶ τὴν κλεῖν συνετρίβην καὶ τὴν κεφαλὴν κατεάγην, cet.

§ 10: ἔγνων ἥδιον εἶναι πράττειν τὰ τοιαῦτα καὶ διαιτᾶσθαι ἐκεῖ, ὅπου ἥκιστα μέλλοιμι ὀφθήσεσθαι ὑφ' ὑμῶν. Hoc quoque affirmat orator poenitentia ductus; tale quid audire malo quam quod octo annis post prae se fert Myster. § 5: ἄλλοθί τε γὰρ ὢν πάντα τἀγάθ' ἔχειν φερόμενος τῆς πατρίδος οὐκ ἂν δεξαίμην κτἑ., quae nimis adulatorie dicta sunt.

§ 23: τὸ ψήφισμα ὃ Μενίππου εἰπόντος ἐψηφίσασθε εἶναί μοι ἄδειαν, πάλιν ἀπόδοτε. Hanc enim legem ut est § 24, ὕστερον ἀφείλεσθε χάριν ἑτέρῳ φέροντες. Abrogavit, uti coniicio, Isotimides, Myster. § 71, ὁ μὲν γὰρ εἶπεν εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν τοὺς ἀσεβήσαντας καὶ ὁμολογήσαντας, ἐμοὶ δὲ τούτων οὐδέτερα πεποίηται· οὔτε ἠσεβηκὼς οὔτε ὡμολόγηκα· ὡς δὲ καὶ τοῦτο τὸ ψήφισμα λέλυται καὶ ἄκυρόν ἐστιν, ἐγὼ ὑμᾶς διδάξω. Sed minime assequor cur in oratione de Mysteriis nihil de Menippo dicatur et nihil de Isotimide in oratione de Reditu.

§ 24. Nihil umquam insulsius me legere memini: εἰ γὰρ ὅσα οἱ ἄνθρωποι τῇ γνώμῃ ἁμαρτάνουσι, τὸ σῶμα αὐτῶν μὴ αἴτιόν ἐστιν, ἐμοῦ τὸ μὲν σῶμα τυγχάνει ταὐτὸν ἔτι ὄν, ὅπερ τῆς αἰτίας ἀπηλλάκται, ἡ δὲ γνώμη ἀντὶ τῆς προτέρας ἑτέρα νυνὶ παρέσηκεν. οὐδὲν οὖν ἔτι ὑπολείπεται ὅτῳ ἄν μοι δικαίως διαβεβλῆσθε.

Digitized by Google

§ 27. Hinc sequi dixeris Menippi psephisma sub Quadringentisviris fuisse sublatum.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΥΣ ΕΙΡΗΝΗΣ.

§ 3—9. Tradit orator brevem conspectum historiae Athenarum inde ab anno 450 usque ad pacem Niciae. Nihil nunc mihi opus est copiose repetere ea quae viri docti disseruerunt de pudendis erroribus, quibus tota illa expositio obscuratur, cf. Sluiterus p. 224, A. G. Bekkerus et Krugerus p. 243, Grotus VI p. 6 et IX 341, Blass. *Eloq. Att.* I p. 330, et prae ceteris luculenta est disputatio Cobeti in *Variis Lectionibus* p. 556; sed dicam quod maxime pertinet ad rem quam ago. Scilicet pauculis quibusdam resectis totum locum Aeschines transtulit in Orationem de Falsa Legatione § 172—176. Est autem argumentum invictum et *ἀναμφίλεκτον*, utrumque oratorem non ex eodem fonte sua hausisse, sed revera factum esse id quod dixi. Scribit Andocides § 6: *ἐπεθυμήσαμεν πάλιν τῆς εἰρήνης καὶ ἠρέθησαν δέκα ἄνδρες ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων πρέσβεις εἰς Λακεδαίμονα αὐτοκράτορες, ὧν ἦν καὶ Ἀνδοκίδης ὁ πάππος ὁ ἡμέτερος. οὗτοι ἡμῖν εἰρήνην ἐποίησαν πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη τράκοντα.* Intelligitur pax tricennalis quae icta fuit a. 446 archonte Callimacho; legationis autem Spartam missae secundum Diodorum XII 7 principes fuerunt Callias et Chares, nec tamen improbandum quod orator avi sui potissimum mentionem facit, quamquam miror quomodo ignorare potuerit, sex annis post eundem illum avum fuisse praetorem bello Samio. Quid autem Aeschines F. L. § 174? *τῆς εἰρήνης ἐπεθυμήσαμεν, Ἀνδοκίδην δ' ἐκπέμψαντες πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς συμπρέσβεις εἰρήνην ἔτη τριάκοντα ἠγάγομεν, ἣ τὸν δῆμον ὑψηλὸν ἦρεν.* Itaque docet id, quod ne nepos quidem ausus est contendere, illius legationis principem Andocidem fuisse. Sed aperta res est de qua nemo dubitat.

§ 11. Ridicula doctrina est de discrimine inter *εἰρήνην* et *σπονδάς· εἰρήνη καὶ σπονδαὶ πολὺ διαφέρουσι σφῶν αὐτῶν. εἰρήνην μὲν γὰρ ἐξ ἴσου ποιοῦνται πρὸς ἀλλήλους ὁμολογήσαντες περὶ ὧν ἂν διαφέρωνται· σπονδὰς δὲ, ὅταν κρατήσωσιν κατὰ τὸν πόλεμον, οἱ κρείττους τοῖς ἥττοσιν ἐξ ἐπιταγμάτων ποιοῦνται.* Hoc si verum

Digitized by Google

est, summa negligentia fuit scribere § 4: *καὶ τότε ἡμῖν εἰρήνη ἐγένετο πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη πέντε καὶ ἐνεμείναμεν ἀμφότεροι ταύταις ταῖς σπονδαῖς ἔτη τριακαίδεκα.*

§ 30. Etiam hoc quod legimus Syracusanos legationem de pace Athenas misisse, totum commenticium est. Quod ad Demosthenem aliquoties observavi, saepe miratus sum quam fuerint Athenienses veteris historiae incredibilem in modum imperiti. Iam Thucydides de ea re questus est. Excepto fortasse Isocrate, rhetores in scholis quas habebant, quidvis potius docuisse dixeris quam historiam patriae, cum tamen opus maxime oratorium esse videretur conscribere historiam. Ad rem cf. Grotus VII p. 162.

§ 40: *ταύτην οὐκ ἀκτέον φασὶ τὴν εἰρήνην τινὲς εἶναι.* Imo *δεκτέον* scribendum, quae correctio non eget commendatione.

§ 41: *πρεσβευτὰς οὖν πάντας ὑμᾶς ἡμεῖς οἱ πρέσβεις ποιοῦμεν.* Atticorum usus magis ducit ad: *πρεσβεύοντας*. Cf. Alcib. § 41.

ΚΑΤ' ΑΛΚΙΒΙΑΔΟΥ.

Hanc certe declamationem esse neque umquam fuisse habitam, mathematica propemodum evidentia constat. Alcibiades ex Melia captiva filiolum suscepisse dicitur § 22: *περὶ τῶν Μηλίων γνώμην ἀποφηνάμενος ἐξανδραποδίζεσθαι, πριάμενος γυναῖκα τῶν αἰχμαλώτων υἱὸν ἐξ αὐτῆς πεποίηται.* Capta insula Melos fuit hieme exeunte anno 416 itaque ea mulier vixdum prolem eniti potuit, antequam anno sequenti mense Iunio Alcibiades in Siciliam proficisceretur; hic autem quo tempore rediit in urbem, Nicias iam mortuus erat. Admirabile est simplicissimam quaestionem tamdiu inter Tayloros et Valckenaerios agitatam fuisse.

§ 8: *ἔτι δὲ περὶ τῆς μισοδημίας καὶ τῆς κακιστείας βραχύς μοι λόγος καταλελειμμένος.* Deinde paucis interiectis illa quoque scribit rhetor: *ἐπειδὴ δὲ τετράκις ἀγωνιζόμενος ἀπέφυγον, οὐκέτι δίκαιον ἡγοῦμαι λόγον οὐδένα περὶ τούτου γίγνεσθαι* eodemque respicit § 35 et 37. Haud satis verosimiliter haec ficta

Digitized by Google

fuerunt, nam quo solo tempore haec oratio haberi potuit — nec tamen habita fuit — Andocides qui omnium consensu natus est circa annum 442, duodetricesimum annum agebat necdum senatoria aetate erat.

§ 11. Quod legitur de tributo sociorum ab Alcibiade conduplicato, coll. de Pace § §, id verum esse non potest, cf. Böckh. Oec. Civ. I p. 525 et II p. 626 et Grotus VI p. 6.

§ 12: δηλώσει δ' ἡ τῶν συμμάχων ἔχθρα, ὅταν πρῶτον ὑμῖν καὶ Λακεδαιμονίοις γένηται ναυτικὸς πόλεμος. Vaticinium post eventum; cf. Thucyd. VIII. 11 et de eo loco *Mnem.* 1886 p. 426.

§ 13. Alcibiades τὴν Καλλίου γήμας ἀδελφὴν ἐπὶ δέκα ταλάντοις, τελευτήσαντος Ἱππονίκου στρατηγοῦντος ἐπὶ Δηλίῳ, ἕτερα τοιαῦτα προσεπράξατο. Ad Delium pugnatum fuit anno 424, sed praetor fuit non Hipponicus, sed Hippocrates.

§ 17. Hunc locum de Agatharcho et § 20 de Taurea Demosthenem c. Midiam § 147 in suum usum convertisse dixeris. Ceterum in ea paragrapho triplicem odoror corruptelam: πείσας Ἀγάθαρχον τὸν γραφέα συνεισελθεῖν οἴκαδε τὴν οἰκίαν ἐπηνάγκασε γράφειν· arridet συνακολουθεῖν οἵ et vide de usu pronominis οἵ apud Andocidem Blass. *Eloq. Att.* I p. 302. Deinde in verbis: ὅτι κατέλιπε τὸ ἔργον ἠπείλει, libenter inseram: ὅτι κατέλιπε τὸ ἔργον (ἡμιτελὲς) ἠπείλει. Denique: οὐδὲν γὰρ ἧττον ἐδεδέκει τῶν ὁμολογουμένων δούλων, prorsus requiro adverbium ὁμολογουμένως, cf. § 11.

§ 22: στρατεύονται μὲν οἱ πρεσβύτεροι, δημηγοροῦσι δ' οἱ νεώτεροι, κτἑ. Haec verba parum decent adulescentem viginti septem annorum. Deinde pergit rhetor tragoedias miscere de captiva muliere quae Alcibiadi filium peperit: ὑμεῖς ἐν ταῖς τραγῳδίαις τοιαῦτα θεωροῦντες δεινὰ νομίζετε. Sed quod Pyrrhus cum Andromache concubuit, id Graeci, credo, iure belli fieri autumabant.

Digitized by Google

§ 24: *ἐγὼ δὲ νομίζω μέγιστα κακὰ τὴν πόλιν ὑπὸ τούτου πείσεσθαι καὶ τηλικούτων πραγμάτων εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον αἴτιον δόξειν, ὥστε μηδένα τῶν προτέρων ἀδικημάτων μεμνῆσθαι.* Ecce iterum vaticinium post eventum.

§ 26: *καίτοι τί ἂν ἐποίησεν, εἴ τις τῶν συμμάχων τῶν ἡμετέρων ἀφίκετο ζεῦγος ἵππων ἔχων.* Immo legendum: *ἀφῖκτο.*

§ 29. Abundant verba *τῇ ὑστεραίᾳ*, sed longum est integrum locum describere.

§ 31: *οὗτος ἐπιτηδεύων ἅπαντα πολυτελέστατα διπλασίαν οὐσίαν κέκτηται.* Melius intelligam: *προσκέκτηται.*

§ 33: *ἀναμνήσθητε δὲ καὶ τοὺς προγόνους, ὡς ἀγαθοὶ καὶ σώφρονες ἦσαν, οἵτινες ἐξωσράκισαν Κίμωνα διὰ παρανομίαν, ὅτι τῇ ἀδελφῇ τῇ ἑαυτοῦ συνῴκησε.* Adeo fuit ille rhetor veteris historiae imperitus, *οὐ γὰρ τοιούτων οὕνεκ' ὄσραχ' εὑρέθη.* Sed quae adnotavi aut satis sunt aut nihil umquam satis erit. Illud quoque haud alienum fuerit addere, in eadem causa alium rhetorem fecisse Andocidem ita dicentem: *περὶ Ὑπερβόλου λέγειν αἰσχύνομαι, οὗ ὁ μὲν πατὴρ ἐσιγμένος ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ ἀργυροκοπείῳ δουλεύει τῷ δημοσίῳ, αὐτὸς δὲ ξένος ὢν καὶ βάρβαρος λυχνοποιεῖ*, cf. Schol. Arist. Vesp. 1007.

Nunc dicendum est exordium Orationis de Mysteriis satis accurate convenire cum exordio Lysiae orationis de Bonis Aristophanis: *τὴν μὲν παρασκευὴν καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐμῶν* et quae sequuntur, nam non est opus omnia describere. Vetusta haec est captatio benevolentiae, quam Cratinus a. 423 risit *ἐν τῇ Πυτίνῃ· τὴν μὲν παρασκευὴν ἴσως γιγνώσκετε.* Fuit hic locus communis quem appellant, excerptus, uti coniicimus *ἐκ τῶν Ἀντιφῶντος προοιμίων καὶ ἐπιλόγων*, quorum lacera fragmenta supersunt n. 68—70. Itidem Critiae fuerunt *προοίμια δημηγορικά*, quae Hermogenes laudat *π. ἰδ.* p. 388 W, et omnes norunt Demosthenis *προοίμια*, quibus tirones uterentur vel oratores si forte divitem venam natura negasset. Queritur

Digitized by Google

Isocrates, quod alii sua impudenter furantur, Philipp. § 64: *ὁρῶν τοὺς ἄλλους τοῖς ἐμοῖς χρωμένους*, cf. Panegyr. § 188. Veterum opera pro re nullius habebantur, ut iis qui post venirent non deessent quibus vermiculatum opus componerent. Audi Alcidamantem de Sophistis § 4: *ἐν πολλῷ χρόνῳ γράψαι καὶ κατὰ σχολὴν ἐπανορθῶσαι, καὶ παραθέμενον τὰ τῶν προγεγονότων σοφιστῶν συγγράμματα πολλαχόθεν εἰς ταὐτὸν ἐνθυμήματα συναγεῖραι καὶ μιμήσασθαι τὰς τῶν εὖ λεγομένων ἐπιτυχίας, καὶ τὰ μὲν ἐκ τῆς τῶν ἰδιωτῶν συμβουλίας ἐπανορθώσασθαι, τὰ δ' αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ πολλάκις ἐπισκεψάμενον ἀνακαθῆραι καὶ μεταγράψαι, καὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις ῥᾴδιον πέφυκεν.* Quid tamen indoctos illos et *ἀπαιδεύτους* fecisse censebimus, quum scribat Dionysius Halicarnassensis de Lysia Iudic. c. 17: *ἐῶ γὰρ, ὅτι καὶ τὰ παρ' ἑτέροις εἰρημένα λαμβάνοντες ὀλίγου δεῖν πάντες, οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τίθενται τὸ ἔργον. οὗτοσὶ δέ* (nempe Lysias) *καινὸς ὁ ῥήτωρ ἐστὶ καθ' ἕκαστον τῶν λόγων, κατά γε οὖν τὰς εἰσβολὰς καὶ τὰ προοίμια·* ille tamen Lysias est quem modo vidimus in oratione de Bonis Aristophanis exordio fuisse usum aliunde translato. Refert Cicero in Bruto § 46 ex Aristotele, „scriptas fuisse et paratas a Protagora rerum illustrium disputationes, quae nunc *communes* appellantur *loci*. Quod idem fecisse Gorgiam, quum singularum rerum laudes vituperationesque conscripsisset: quod iudicaret hoc oratoris maxime esse proprium, rem augere posse laudando, vituperandoque rursus affligere. Huic Antiphontem Rhamnusium similia quaedam habuisse conscripta". Hinc idem Cicero in Divinatione in Q. Caecilium § 43: „Tu horum nihil metuis, nihil cogitas, nihil laboras? et si quid *ex vetere aliqua oratione, Iovem ego optimum Maximum:* aut *Vellem si fieri potuisset, Iudices*: aut aliquid eiusmodi ediscere potueris, praeclare te paratum in iudicium venturum arbitraris"?

Addam paucula exempla quae non sedulo quaerenti sese mihi sponte obtulerunt. *Δημάδης ψήφισμα γράψας παράνομον καὶ εὐθυνόμενος ὑπὸ Λυκούργου, ἐρωτήσαντος αὐτὸν ἐκείνου εἰ ὅτε ἔγραφε τὸ ψήφισμα οὐκ ἐνέβλεπεν εἰς τοὺς νόμους, οὐκ ἐνέβλεπον, ἔφησεν, ἐπεσκότει γὰρ αὐτοὺς τὰ Μακεδόνων ὅπλα*, quem locum vide apud Dielsium *Mus. Rhen.* 1874 p. 198. At dictum hoc fuit Hyperidis in oratione contra Aristogitonem. De eodem illo

Digitized by Google

Hyperide memorabilis locus est Eusebii praepar. evang. X 3 p. 465 ex Porphyrio excerptus — fragmentum est 95 apud Blassium: *μηνύω καὐτὸς Ὑπερείδην τὸν καλόν, πολλὰ παρὰ Δημοσθένους κεκλοφότα ἔν τε τῷ πρὸς Διώνδαν λόγῳ κἀν τῷ περὶ τῶν Εὐβούλου δωρεῶν. καὶ ὅτι μὲν ὁ ἕτερος παρὰ τοῦ ἑτέρου μετέθηκε πρόδηλον· συγχρονούντων δ' αὐτῶν, ἡμῶν ἂν εἴη ἔργον, Φησίν, ὦ Ἀπολλώνιε, ἐκ τῶν χρόνων ἀνιχνεῦσαι τὸν κλέπτην, ἐγὼ δὲ ὑποπτεύω μὲν τὸν ὑΦῃρημένον εἶναι τὸν Ὑπερείδην, ἀδήλου δ' ὄντος ἄγαμαι μὲν Δημοσθένην, εἰ λαβὼν παρ' Ὑπερείδου πρὸς δέον διώρθωσε, μέμΦομαι δὲ τὸν Ὑπερείδην, εἰ λαβὼν παρὰ Δημοσθένους πρὸς τὸ χεῖρον διέτρεψεν.* „Habent hoc oratores Attici", ut scribit Cobetus *Miscell. Crit.* p. 526, „ut si quid esset antea a se (nonnumquam et ab aliis) scite et eleganter dictum et feliciter enunciatum, aut quodlibet dicendi *κατόρθωμα*, quo audientium animi gravius commoverentur et impellerentur, lubenter semel et iterum alias atque alias iterarent". Quae verbi causa Demosthenes posuerat Aristocr. § 207, vide quomodo iisdem triennio post usus sit Olynth. III 26. Quod legitur in oratione contra Androtionem § 6, eadem redeunt in oratione contra Aristocratem § 99 itemque haud ita pauca ex Androtionea translata videmus in Timocrateam tertio post anno habitam, cf. Cobetus l.l. p. 527.

In rhetorum scholis quae per tot saeculorum decursum Athenis floruerunt, discipuli scribendo instituebantur et praeceptores exemplo praeibant ut auditores haberent quae imitarentur: nihil opus est auctoritatibus probare quod nemo nescit ipsaque rerum natura intelligitur. Primum, credo, pensum erant fictae causae, cuius generis exemplo sunt Antiphontis tetralogiae. Deinde argumentum proponebatur ex historia petitum: hoc modo habemus Lysiae quae fertur orationem contra Andocidem, Andocidis contra Alcibiadem, item declamationes *πρὸς Δημοσθένην περὶ ἀτελείας* et *πρὸς Λεπτίνην ὑπὲρ ἀτελείας*, quae inter Aristidis opera circumferuntur, Polycratis *κατηγορίαν Σωκράτους*, nam ex compluribus exemplis pauca afferre satis est, cum minime mihi propositum sit pertexere historiam eloquentiae apud Graecos et omnino nolim post Blassium in scenam prodire. Erant denique qui veteres orationes resecando, addendo, excerpendo, amplificando, transponendo tanquam novas facerent; huiusmodi sunt

Digitized by Google

Lysiae altera oratio adversus Theomnestum et Demosthenis Philippica Quarta.

Redeundum ad Orationem de Mysteriis: hic non meum iudicium interponam, sed provocabo ad Blassium *Elaq. Att.* I. p. 318: „Der letzte Theil mit seinen endlosen Abschweifungen konnte zum Vortheile des Ganzen mindestens um zwei Drittheile gekürzt werden. Nicht einmal die Uebersichtlichkeit bleibt hier gewahrt: Andokides zeigt die ihm eigne Ordnungslosigkeit und Weitschweifigkeit im grossen. Er wiederholt sich folglich und kommt auf die Amnestie zum Beispiel zurück, nachdem er längst weitläuftig davon gehandelt; ebenso wie er im Epilog, nachdem er anfangs eine Ordnung innegehalten, nachher den Faden verliert und das zuerst Besprochene, die Verdienste seiner Ahnen, noch einmal bringt. So auch schon vorher in der Erzählung von seiner Anzeige, wo er die Folge des Nichtanzeigens und des Anzeigens zwei-, ja dreimal auseinandersetzt. *Indessen könnte die Verwirrung überall noch weit grösser sein*", cet. cet., nam satis est in hac tenui laude describendi finem facere. Quorsum autem haec? Tota quaestione saepius perpensa, contendere ausim hanc genuinam esse Andocidis orationem, sed ab rhetore aliquo retractatam et interpolatam suique dissimilem factam. Veluti primam partem usque ad § circiter 70 genuinam duco, quin et agnosco haud contemnendum artificium, nam ut auditorum mentes avertat a causa quae in iudicium venit, orator candide omnia narrat de mysteriis profanatis, cuius criminis numquam insimulatus fuit, deinde de Hermis deiectis, quod negare non poterat, callide mentiendo et fucum faciendo declinavit. In altera parte complura offensioni sunt. Locus de infamia inde a § 70 nimis stultus est ac plane supervacaneus; admodum imperite dicitur inde a § 106 de Pisistratidis et de Persico bello, sed prae ceteris valde inepta sunt quae de Protarcho declamantur § 128 et 129. Haec accuratius indicare nequeo neque postulandum hoc est. Si periissent Demosthenis orationes, in Philippica Quarta nemo satis certis argumentis indicare posset quaenam inessent vere Demosthenica aliunde assumta et quaenam de suo rhetor addidisset. Est autem in Oratione de Reditu et in Oratione de Pace non satis praesidii ut Andocidis dicendi genus ab aliis dignoscas. Fieri potest ut alii plura investigent:

Digitized by Google

hic meorum quidem oculorum acies hebetatur, ut nihil iam acute discernant. Nihil denique est cur Blassius mihi obloquatur, cum ipse disputet in eam sententiam, *Eloq. Att.* I p. 570, retractatam et amplificatam esse Lysiae quae fertur orationem contra Andocidem.

AD SCHOLIA ARISTOPHANICA.

Initio Pacis fabulae (vs. 31 sq.) alter servus optat immani isti scarabaeo ut tamdiu cibo se ingurgitet donec disrumpatur:

„ἔρειδε! μὴ παύσαιο μηδέποτ' ἐσθίων,
„τέως ἕως σαυτὸν λάθοις διαρραγείς!

Sic nostrates: „*nèt zoolang totdat* ..."; cuiusmodi locutio cum sermoni quotidiano potissimum conveniat, non est quod miremur particulas correlativas τέως ἕως hodie in poesi Attica non nisi h. l. coniunctas reperiri. Neque olim grammaticis multa exempla praesto fuerunt, teste scholio V, ubi discrimen, quod inter utramque particulam intercedat, cognoscere cupientibus noster locus „εἰς ὑπόδειγμα χρήσιμος" esse dicitur.

Agnoscimus aut Aristarchi vocem aut alicuius ex eius discipulis, luculentum hoc exemplum, cui salutiferi fuere versus numeri, afferentis ad demonstrandum id quod nunc pueri sciunt, olim ne eruditi quidem homines inter Graecos satis perspiciebant, non habuisse hoc linguam poetarum epicorum, ut τέως pro ἕως diceretur, ὅσος id quod τόσος valeret interdum, τοῖος id quod οἷος, sed neque cetera correlativa neque particulas τέως et ἕως sine vitio unquam potuisse permutari. Qua observatione pessime abusus est qui in scholiis ad Platon. Hipparch. 229*d* scripsit: „(τέως) ἐν τῇ Εἰρήνῃ εὕρηται ἀντὶ τοῦ ἕως" — dein nostrum locum afferens! Sic scilicet corrupta sunt quae veteres grammatici docte prudenter copiose olim disputaverant, sive ludimagistrorum hic est error priscae eruditionis copiis imperite utentium, sive librariorum „ἀντὶ τοῦ ἕως" scribentium, cum deberent „ἀντικείμενον τῷ ἕως". v. L.

Digitized by Google

AD SOPHOCLIS ANTIGONAM.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

Sophoclis Antigone, denuo recensuit et brevi annotatione critica instruxit Fredericus H. M. Blaydes M. A. Oxon. etc. Halis Saxonum. MDCCCCV.

Hisce diebus dono acceptam ab Anglo critico celeberrimo Frederico Blaydes pulcherrimae fabulae Sophocleae novam editionem statim diligenter legere coepi, et mox mihi apparuit non fregisse extremam aetatem viri admirabilis felix ingenium, stupendam doctrinam, indefessam industriam.

Hunc librum diiudicans, more meo non sequar malum plurimorum censorum exemplum, qui turpi obtrectandi studio paene silentes de scriptorum virtutibus sibi placent in vituperandis erroribus, quibus summi omnium temporum critici in difficillimo hoc coniectandi genere fuerunt obnoxii, et primo commemorabo emendationes, quas a se ipso repertas mihi quidem probavit vir egregius, deinde, quia Mnemosynes Batavae imprimis scribo lectoribus, lectiones quas debitas acumini criticorum nostratium (exterorum quoque afferre infinitus foret labor) cum suis in textum recepit, ut tertio loco agam de locis quibusdam corruptis, ubi alia mihi placet medela quam ea quam adhibuit editor, deque aliis, qui iniuria sollicitati mihi videntur.

I.

Vs. 4 sq. Bl. *οὐδὲν γὰρ οὔτ' ἀλγεινὸν οὔτ' ἀτηρὸν οὔτ' ἄτιμον οὔτ' οὖν αἰσχρόν ἐσθ' ὁποῖον οὐ κτέ.*

Digitized by Google

Sine sensu mss. ἄτης ἄτερ (ἀτήριον non graece Dind.); οὔτ' αἰσχρὸν οὔτ' ἄτιμόν ἐσθ', quae inserto οὖν transponendo sanavit. Etiam ignorantia Sophocleae huiusmodi elisionis causa esse poterat, ut librarii οὔτ' ponerent initio vs. sq. Haud facile probabilius aliquid invenies. De vss. vicinis agam sub III.

Vs. 9. ἢ σε λανθάνει
πρὸς τοὺς φίλους στείχοντα τἀξ ἐχθρῶν κακά.
Vulgo cum libris vix recte τῶν ἐχθρῶν.

Vs. 45. τὸν γοῦν ἐμὸν καὶ σόν γε, κἂν (l. κἢν) σὺ μὴ θέλῃς ἀδελφόν. Codd. καὶ τὸν σόν, ἢν.

Vs. 123. ῥεύματι πολλῷ pro πολλῷ ῥεύματι et vs. 130 ὑπερόπλους (pro -όπτας).

Vs. 188. οὔτ' ἂν φίλον ποτ' ἄνδρα δυσμενῆ χθονὶ (pro χθονὸς) | θείμην ἐμαυτῷ.

Vs. 226. ποδοῖν (pro ὀδοῖν) κυκλῶν ἐμαυτὸν εἰς ἀναστροφήν.

Vs. 269. λέγει τις ἔπος (pro εἷς), ὃ πάντας ἐς πέδον κάρα νεῦσαι φόβῳ προὔτρεψεν. Recte enim Bl. dubitare videtur, num graecum sit τις εἷς pro εἷς τις.

Vs. 287. Vid. sub II.

Vs. 302. ὅσοι δὲ μισθαρνοῦντες ἤνυσαν τάδε,
χρόνος ποτ' ἐξέπραξεν ὡς δοῦναι δίκην.
Vulgo e libris χρόνῳ ποτ' ἐξέπραξαν.

Vs. 314. ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοι (pro τοὺς) πλείονας
ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους.
In articulo olim haesi et ipse propter sequens ἤ.

Vs. 323. ἦ δεινὸν ᾧ δοκεῖ τι (pro γε) καὶ ψευδῆ δοκεῖν.

Vs. 336. περιβρυχίοισιν περῶν ἐπ' (pro ὑπ') οἴδμασιν.

Vs. 412. Vid. sub II.

Digitized by Google

Vs. 449. πῶς (pro καὶ) δῆτ' ἐτόλμας τούσδ' ὑπερβαίνειν νόμους; Nisi enim sic corrigitur, soloece δῆτα legitur in interrogatione, quod fieri tantum potest ubi antecedit vocula interrogativa, ut πῶς, ποῦ, εἶτα.

Vs. 486. εἶθ' ὁμαιμονεστέρα | τοῦ παντὸς ἡμῶν (pro ἡμῖν) Ζηνὸς ἑρκείου πέλει.

Vs. 490. τόνδε βουλεῦσαι τάφον pro τοῦδε — τάφου, coll. Aiac. 1055.

Vs. 493. φιλεῖ δ' ὁ θυμὸς πρόσθεν αἱρεῖσθαι κλοπεὺς κτὲ. pro ἡρῆσθαι.

Vs. 514. πῶς δῆτ' ἐκείνῳ δυσσεβῆ τίνεις (pro τιμᾷς) χάριν;

Vs. 527. δάκρυα λείβει pro λειβομένα (-νη). Ambigo utrum hoc praeferendum sit an Bergkianum δάκρυ λειβομένη. De forma media cf. Aesch. Prom. 399. Pro illo magis facit usus Sophocleus, pro hoc tradita lectio.

Vs. 558. καὶ μὴν ἴσῃ νῷν ἐστιν ἥδ' ἁμαρτία.
pro ἡ 'ξαμαρτίκ. Possis etiam ἥ γ' ἁμαρτία aut ἐστί γ' ἥδ' ἁμαρτία. Voculam certe γε adesse malim.

Vs. 598. νῦν γὰρ ἐσχάτας ἀπὸ (pro ὕπερ) | ῥίζας ὁ τέτατο θάλος ἐν Οἰδίπου δόμοις, | κατ' αὖ νιν Φοινία θεῶν τῶν | νερτέρων ἀμᾷ κοπίς.
Sed minus recte νιν in νῦν, quod abundat post νῦν γὰρ, mutare videtur.

Vs. 623. τῷ δ' ἔμεν (pro ἔμμεν') ὅτῳ Φρένας, coll. vs. antithetico 612.

Vs. 628. ἄρ' ἀχνύμενος τάλιδος ἥκει μόρῳ (pro μόρον) Ἀντιγόνης.

Vs. 744. κλάων Φρενώσεις ⟨μ'⟩ ὧν. Φρενῶν αὐτὸς κενός.

Vs. 756. μὴ κώτιλλέ με (pro μοι).

Digitized by Google

Vs. 848. *πρὸς ἕρμα τυμβόχωστον ἕρπω* (pro *ἔρχομαι*) *τάφου ποταινίου*. Conici etiam potest *ἔρρω*.

Vs. 857. *ἔμνασας* pro *ἔψαυσας*, sed vix necessarium quod praeterea legit *ἀλγεινοτάταν* — *μέριμναν* pro *-τας -νας*.

Vs. 909. *πόσεως* (pro *πόσις*) *μὲν ἄν μοι κατθανόντος ἄλλος ἦν*.

Vs. 929. *ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων ῥιπαὶ | τῇδε πνέουσιν* pro *τήνδε γ' ἔχουσιν*. Elegans emendatio.

Vs. 932. *βραδύτητος* pro *βραδυτῆτος*.

Vs. 937. *ὦ γῆς ταύτης* (pro *Θήβης*) *ἄστυ πατρῷον*. Cf. vs. 940.

Vs. 961. *ψέγων* (pro *ψαύων*) *τὸν θεὸν ἐν κερτομίαις γλώσσαις*. Ego *χραίνων* proposui olim, coll. Eur. Herc. 757 sq. Sed illud lenius.

Vs. 982. *αὔχησ'* melius quam Dindorf *αὔχασ'* (qui est pseudodorismus) pro *ἄντασ'*.

Vs. 984. *τράφῃ θυέλλαισι σὺν* (pro *-σιν ἐν*) *πατρῴαις*.

Vs. 990. *αὕτη κέλευθος ἡκ* (pro *ἐκ*) *προηγητοῦ πέλει*.

Vs. 996. *Φρόνει βεβὼς αὖ νυν* ⟨*ἀκμῆς*⟩ *ἐπὶ ξυροῦ*, deleto in fine glossemate *τύχης*.

Vs. 1031 sq. *τὸ μανθάνειν δ' | ἄριστον* (pro *ἥδιστον*) *εὖ λέγόντων, ἢν κέρδος λέγῃ* pro *εἰ -λέγοι (-ει)*.

Vs. 1042. *οὐδ' ὡς μίασμα τοῦτο μὴ τρέσας ἐγὼ θάπτειν παρῶ τῳ κεῖνον*, pro *παρήσω*, quod sane soloecum, sed non erit, si mecum *μὴ* mutaveris in *δὴ*.

Vs. 1070. *ἔχεις δὲ τῶν κάτωθεν ἐνθάδ' αὖ* ⟨*ταΦῆς*⟩ (pro glossemate *θεῶν*) | *ἄμοιρον κτέ*.

Vs. 1096. *τὸ μὲν* (pro *τ'*) *εἰκαθεῖν γὰρ δεινόν, ἀντιστάντα δὲ κτέ*.

Vs. 1122. *ναιετῶν παρ' ὑγροῖς | Ἰσμηνοῦ ῥείθροις*. Mss. *παρ' ὑγρὸν ναίων* (*ναιετῶν* Dind.) — *ῥέεθρον*.

Digitized by Google

Vs. 1130. ἔνθα Κωρυκίας | νάπας στείχουσι βακχίδες. Bl. edidit τ' ἔχουσι, quae vere palmaris est emendatio.

Vs. 1142. μόλε (pro μολεῖν) καθαρσίῳ ποδὶ Παρνασσίαν κτὲ. Non propter grammaticam, quae inf. pro imp. satis tuetur, cum Bl., sed propter vs. antitheticum 1152 μόλε est necessarium. Recte autem titulorum orthographiam restituit in nomine proprio. Vulgatissimo errore plerique editores scribunt Παρνασός etc.

Vs. 1151. προφάνηθ' ὧδ', pro προφάνηθι. Reliqua quae proponit, inutilia videntur.

Vs. 1165. καὶ γὰρ ἡδοναὶ | ὃν ἂν (pro ἡδοναὶς ὅταν) προδῶσιν, ἀνδρ' ἓν' (pro ἄνδρες) οὐ τίθημ' (cum aliis malim οὔτι φημ') ἐγὼ | ζῆν τοῦτον κτὲ.

Vs. 1177. ὦ μάντι, τοὔπος ὡς ἄρ' ὀρθὸν ἤνυσας. Tuetur Bl. coll. O. C. 454 παλαίφαθ' ἁμοὶ Φοῖβος ἤνυσέν ποτε. Ego et Tournier, coll. Phil. 1266, ἤνεσας conieceram. Si recte se habet vulgata, (de qua cur dubitem exposui in *Lucubrationibus Sophocleis* p. 65 sq.; alibi coll. Ai. 887 proposui ἤπυσας, sed verbum epicum in tragoedia occurrit tantum in melicis nec propter notionem *vociferandi* satis aptum videtur), cum spiritu aspero scribendum ἤνυσας, quod atticum esse demonstrant composita ἀφανύτειν et καθανύτειν.

Vs. 1204. εἰς (pro πρὸς) λιθόστρωτον κόρης — εἰσεβαίνομεν.

Vs. 1217. δύντες πρὸς αὐτὸ <τὸ> στόμ', (pro στόμιον).

Vs. 1236. ἤρεισε πλευρᾷ (pro πλευραῖς) μέσσον (θηκτὸν?) ἔγχος. Cf. Trach. 933; Aesch. Ag. 837.

Vs. 1238. κἀκφυσιῶν pro καὶ φυσιῶν, coll. Aesch. Ag. 1389.

Vs. 1248. γόους | οὐκ ἐξανήσειν pro ἀξιώσειν. Nisi forte praestat ἐξαῦσας, quod coll. Trach. 565 proposui *Luc. Soph.* p. 67.

Vs. 1250. γνώμης — ἄμοιρος pro ἄπειρος. Sed versum spurium duco cum Dindorfio aliisque, quod idem valet de vs. 1256. Cf. 1251.

Vs. 1272. τότ' ἄρα τότε θεός transposuit pro θεὸς τ. ἄ. τ.

Digitized by Google

Vs. 1291. *σφάγιον ἐπὶ νεκρῷ* (pro *ἐπ' ὀλέθρῳ*)
γυναικεῖον ἄλλο κεῖσθαι (pro *ἀμφικεῖσθαι*) *νεκρόν.*

Vs. 1296. *τίς ἄρα τίς με πότμος ἔτ' ἐπαμμένει;* pro *ἔτι περιμένει;*

Quae speciosae admodum omnes et partim certae splendidaeque sunt emendationes.

II.

Sequentur quas nostratium acumini debitas Blaydes recepit in textum. Sunt fere haec e:

Vs. 39. *τί δ', ὦ ταλαῖφρον, εἰ τάδ' ἐν τούτοις, ἐγὼ*
κλάουσ' (pro *λύουσ'*) *ἂν ἡ θάπτουσα προσθείην πλέον.*

Proposuerat Haakma Adv. Crit. p. 85.

V. 93. *εἰ ταῦτα λέξεις, ἐχθαρεῖ μὲν ἐξ ἐμοῦ,*
ἐχθρὰ δὲ τῷ θανόντι πρὸς δίκης ἔσει. ΔΙΚΗC

Emendavi sic olim pro *προσκείσει δίκῃ*. Fuit in codice ΠΡΟCΘCΘΙ, unde nata est absurda lectio.

Vs. 117. *πτὰς* (pro *στὰς*) *δ' ὑπὲρ μελάθρων κτέ.* cum Nabero. Cum eodem, ni fallor, scribere debuerat

Vs. 120. *γένυν ἐμ|πλησθῆναι* pro *γένυσιν | πλησθῆναι.*

Vs. 168. *ἀμφὶ τοὺς κείνου διπλοῦς* (pro *κείνων ἔτι*) | *παῖδας μένοντας ἐμπέδους φρονήμασιν.* Mecum. Contuli El. 539.

Vs. 258. *οὐ σπάσαντες* pro *ἢ* cum Nabero.

Vs. 287. *καὶ γῆν πυρώσων καὶ δόμους* (pro *νόμους*) *διασκεδῶν*; Ignoravit aut oblitus est editor hanc meam esse pervetustam emendationem. Cf. *Luc. Soph.* p. 61.

Vs. 411. *ἄκρων ἐπὶ* (pro *ἐκ*) *πάγων.* Etiam huius correctionis primus fui auctor.

Vs. 439. Mecum *πάντα τἄλλ'* (pro *ταῦτ'*).

Vs. 659. *εἰ γὰρ δὴ τὰ συγγενῆ* (pro *γ' ἐγγενῆ*) *φύσει ἄκοσμα θρέψω, κάρτα τοὺς ἔξω γένους.* Mecum.

Digitized by Google

Vs. 700. τοιάδ' ἐρεμνὴ σῖγ' ὑπέρχεται (pro ἐπέρχεται) Φάτις. Mecum.

Vs. 715. ἐγκρατῶς pro ἐγκρατῆ mecum malit Bl. Recipiendum videtur.

Vs. 776. ὅπως μίασμα πᾶν — (pro πᾶσ') ὑπεκφύγῃ πόλις. Mecum.

Vs. 861. τοῦ τε πρόπαντος | ἡμετέρου δόμου (pro πότμου). Mecum.

Vs. 906. οὔτ' εἰ πόσις μου κατθανὼν ἐσήπετο (pro ἐτήκετο). Mecum.

Vs. 975. τυφλωθέν‹των›. Mecum.

Vs. 980. Servans vulgatam Bl. probat Halbertsmae coniecturam ἀνυμφεύτου pro -φευτον.

Vs. 1001. Cum Nabero ἵν' ἡμῖν (pro ἵν' ἦν μοι) παντὸς οἰωνοῦ λιμήν. Recte Bl. improbat ineptum meum οὐρανοῦ.

V. 1056. τὸ δέ γε (pro δ' ἐκ mecum) τύραννον. Cobet.

Vs. 1090. τὰς φρένας pro τῶν φρενῶν mecum, reliqua paullo aliter constituens. Ego *Lucubr. Soph.* p. 68 pro ἥ νῦν φέρει proposui θ' ὧν νῦν τρέφει, ille edidit τ' ἥ νῦν φέρει, suspicans vero τῶν φρενῶν τῶν νῦν φέρειν, in vs. antecedenti τρέφειν, nescio an perperam mutato in φέρειν. Hodie locum sic refinxerim:

καὶ γνῷ τρέφειν τὴν γλῶσσαν ἡσυχαιτέραν
τὸν νοῦν τ' ἀμείνω τὰς φρένας τ' ἥ νῦν τρέφει.

Vs. 1302. μύει (pro λύει) κελαινὰ βλέφαρα. Mecum.

Vs. 1353. πείρᾳ τὸ φρονεῖν ἐδίδαξαν. Pro γήρᾳ ex mea coniectura.

II*b*.

Subiungam his Blaydesii coniecturas, quas non receptas in textum probabiles esse iudico.

Digitized by Google

Vs. 58 sq. σκόπει | ὅσῳ κάκιστ' ὀλούμεθα. Proposuit ὅπως. Miri quid habet *vide quanto pessime simus perituraе*. Possis etiam ὡς παγκάκιστ'. Ceterum solet Sophocles cum ceteris tragicis eo sensu dicere ὅρα μὴ cum coniunctivo.

Vs. 300. πανουργίας δ' ἔδειξεν ἀνθρώποις ἔχειν. Pro suspecto ἔχειν Bl. coniecit σέβειν, τρέφειν, θιγεῖν (coll. Phil. 408 sq.), τέχνην (coll. Phil. 927 sq.), ex quibus duo ultima speciem habent. Si enim sanum est πανουργίας, genitivum, non accusativum esse crediderim.

Vs. 327. ἀλλ' εὑρεθείη μὲν μάλιστα. Durum est subaudire τὸ πρᾶγμα. Probabiliter Bl. coniecit εὑρεθεῖεν, scil. οἱ δρῶντες. Cf. 325.

Vs. 422. Cum Blaydesio malim ἀπαλλαχθέντος pro -γέν τος, quae aoristi forma non tantum apud Sophoclem nusquam legitur sed etiam apud Euripidem, nisi semel loco suspecto Andr. 593. Solus tragicorum utitur Aeschylus Prom. 750 (ubi metro requiritur) et Ag. 336, apud quem altera forma non occurrit. Contra comoedia plerumque habet ἀπηλλάγην, rarius (sed non raro) ἀπηλλάχθην, quam iusto audacius vLeeuwen ubique proscripsit.

Vs. 560. ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ πάλαι τέθνηκεν ὥστε τοῖς θανοῦσιν ὠφελεῖν. Bl. τὸν θανόντ' ἐπωφελεῖν coll. El. 357. Aptior sane videtur numerus singularis.

Vs. 580. Φεύγουσι γάρ τοι χοἱ θρασεῖς, ὅταν πέλας ἤδη τὸν Ἅιδην εἰσορῶσι τοῦ βίου.

Suspectum admodum est τοῦ βίου, pro quo iure Bl. expectat ἀφιγμένον. Fortasse τοῦ βίου veteris lacunae est supplementum.

Vs. 585. οὐδὲν ἐλλείπει γενεᾶς ἐπὶ πλῆθος ἕρπον. Speciose Bl. ἐπ' ὄλεθρον.

Vs. 603. θεῶν (pro Φρενῶν) Ἐρινύς, coll. 1075. Quod certe facilius intellegam.

Vss. 690, 691. Probabilis admodum et digna quae in textum

Digitized by Google

recipiatur mihi quidem videtur Halbertsmae mei, quam commemorat Bl., coniectura hos versus inter se transponendos esse.

Vs. 728. *μηδὲν τὸ μὴ δίκαιον*. Bl. pro *τὸ* coniecit *σὺ* vel *γε*. Si sanus est articulus, *τὸ* tragicorum more scriptum est postulante metro pro pronomine relativo *ὅ*, et addita virgula scribendum *μηδέν, τὸ μὴ δίκαιον, nihil quod iustum non sit.*

Vs. 854 sq. *ὑψηλὸν εἰς Δίκας βάθρον | προσέπεσες*. Cum Bl. malim *προσέπαισας*.

Vs. 980. Recte Bl. probare videtur Halbertsmae coniecturam *ἀνυμφεύτου* pro *ἀνύμφευτον*.

Vs. 1060. *ὄρσεις με τἀκίνητα διὰ Φρενῶν Φράσαι*. Recte *διὰ Φρενῶν* corruptum putat Bl., sed parum probabiliter coniecit *δι' ὀδόντων*, quae non est locutio graeca. Expectatur *βίᾳ Φρενῶν me invito*, sed numeris quomodo ea verba accommodem non reperio. Quaerant alii. Intellegi posset *τἀν Φρεσὶν, mentis meae arcana.*

Vs. 1146.
ὦ πῦρ πνεόντων
χοράγ' ἄστρων, νυχίων
Φθεγμάτων ἐπίσκοπε.

Φθεγμάτων non magis intellego quam Bl., sed non multo clarius est quod coniecit *φεγγέων*.

Vs. 1183. *τῶνδ' ἐπῶν* pro *τῶν λόγων* coniecit Bl., sed *λόγος* a dictione tragica non alienum esse demonstrant loci bene multi.

Vs. 1234. *στυγνῷ* (pro *πτύσας*) *προσώπῳ*. Sed abundant ea verba post *ἀγρίοις ὄσσοισι* (vs. 1031), quare fortasse melius h. vs. proscripsit Nauck.

III.

Nunc agam de iis locis, quorum correctio adhibita ab editore mihi quidem minus satisfacit.

Digitized by Google

Vs. 1. ὦ κλεινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα,
ἆρ' οἶσθ' ὅτι Ζεὺς τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν
ὁποῖον οὐχὶ νῶν ἔτι ζώσαιν τελεῖ;

Satis violenter Bl. deleto ἔτι, quod aegre desideres (cf. vs. 750), de suo ante ὁποῖον addidit οὐκ ἔσθ'.

Multo lenius ego olim proposui:

οὐδὲν ὅ τι οὐχὶ νῷν ἔτι ζώσαιν τελεῖ.

Scil. corruptum ὁποῖον originem debet versui quinto: ἄτιμον οὔτ' οὖν αἰσχρόν ἐσθ' ὁποῖον οὐ κτἑ. In vs. primo non dubito quin recte Wecklein (ante me, ut videtur) κλεινὸν pro κοινὸν suaserit.

Vs. 5 sq. ὁποῖον οὐ
τῶν σῶν τε κἀμῶν οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακόν.

Cum passim tragici εἰσορᾶν dicant pro verbo simplici, in promptu est, quam olim proposui coniecturam εἰσόπωπ', neque opus est audacioribus editoris remediis.

Vs. 22 sq. Insanabiliter corrupta sunt. Alii alia coniecerunt, sed nihil quod habeat πειθανάγκην.

Vs. 73. Φίλη μετ' αὐτοῦ κείσομαι Φίλου μέτα.

Bl. sine necessitate edidit Φίλη γὰρ κτἑ.

Vs. 76. τὰ τῶν θεῶν ἔντιμ' ἀτιμάσασ' ἔχε.

Parum numerose Bl. coniecit:

τὰς τῶν θεῶν τιμὰς κτἑ.

Si quid mutandum, corrigatur:

τὰ τοῖς θεοῖς ἔντιμ'.

in quo versu propter quasi-caesuram, quam elisio efficit, nihil vitiosi est.

Vs. 85. κρυφῇ (l. κρυφῇ) δὲ κεῦθε, σὺν δ' αὕτως ἐγώ.

Editoris coniectura κρύψον, ὡς δ' prorsus improbabilis, quia nemo librarius verbum vulgare κρύπτειν in poeticum κεύθειν mutasset. Verba sana videntur.

Vs. 107. ὀξυτέρῳ κινήσασα χαλινῷ.

Editor qui olim speciose, probante Nauckio, e v. l. ὀξυτόρῳ elicuit ὀξυτόνῳ, nunc ineptissime proponit ὀξυτόμῳ.

Digitized by Google

Vs. 125. τοῖος ἀμφὶ νῶτ' ἐτάθη
πάταγος Ἄρεος, ἀντιπάλου δυσχείρωμα δράκοντος.
Vereor ne monstrum alat δυσχείρωμα substantivum contra analogiam formatum, quia numquam extitit neque extare potuit verbum δυσχειροῦν, si quidem vocabula cum εὐ et δυς composita semper sunt *decomposita*, ut εὐπραγεῖν, δυσπραγεῖν etc. Iam olim proposui:
ἀντιπάλου συσπείραμα δράκοντος.
substantivum recte formatum a noto verbo tactico συσπειρᾶν, aptissime adhibitum, cum praesertim sensu proprio σπεῖραι et σπειράματα dicantur spirae serpentum. Cf. Aesch. Cho. 246 ἐν πλεκταῖσι καὶ σπειράμασι δεινῆς ἐχίδνης.

Vs. 148. ἀλλὰ γὰρ ἃ μεγαλώνυμος ἦλθε Νίκα
τᾷ πολυαρμάτῳ ἀντιχαρεῖσα Θήβᾳ.
Vix sufficit lenissima editoris mutatio ἄρτι χαρεῖσα. Iure enim expectes ἄρτι φανεῖσα.

Vs. 153. θεῶν δὲ ναοὺς χοροῖς
παννυχίοις πάντας ἐπέλθωμεν.
Non video cur cum Bl. reponamus πάντες. Aeque enim apta est vulgata.

Vs. 160. ὅτι σύγκλητον τάνδε γερόντων
προύθετο λέσχην
κοινῷ κηρύγματι πέμψας;
Cum editore vitiosum duco πέμψας, sed nimis violenta est eius coniectura:
καλέσας κηρύγματι κοινῷ.
Servato verborum ordine conicio τάξας, quo verbo simplici saepe tragici utuntur pro composito προστάττειν i. e. κελεύειν.

Vs. 173. ἐγὼ κράτη δὴ πάντα καὶ θρόνους ἔχω.
Sine causa idonea νέμω reposuit Bl. Vide quae adnotavi in editione mea Oedipi regis ad vs. 237.

Vs. 211. σοὶ ταῦτ' ἀρέσκει κτἑ.
Temere recepta est Toupii coniectura σὲ, si iure admissa

Digitized by Google

Schmidtii correctio vs. sq. δρᾶν τόν τε pro τὸν τῇδε. Ceterum perincerta est huius loci correctio, quippe quae variis modis fieri possit.

Vs. 216. νεωτέρῳ τῳ τοῦτο βαστάζειν πρόθες.
Cur βαστάζειν *suspectum* ducat Bl. prorsus me latet, quia ultro intellegimus τοῦτο τὸ ἄχθος βαστάζειν.

Vs. 244. οὔκουν ἐρεῖς ποτ', εἶτ' ἀπαλλαχθεὶς ἅπει;
Adnotat editor „Nonne δῆτ'?" Cur tandem?

Vs. 263. εἷς γάρ τις ἦν ἕκαστος οὐξειργασμένος,
κοὐδεὶς ἐναργὴς, ἀλλ' ἔφευγε τὸ μὴ εἰδέναι.
Bl. de suo edidit πᾶς δ' ἔφευγεν εἰδέναι. Equidem non haereo in lectione tradita propterea quod τὸ μὴ εἰδέναι satis tueri videtur vs. 535 ἐξομεῖ τὸ μὴ εἰδέναι et noto usu, quem poetae Latini, ut Horat. Sat. I init., imitantur, ex οὐδείς ultro intelligitur opposita notio πᾶς.

Vs. 292. ὡς στέργειν ἐμέ. Frustra se haec verba sollicitasse ipse Bl. fatetur in *Addendis*.

Vs. 296. τοῦτο καὶ πόλεις
πορθεῖ, τόδ' ἄνδρας ἐξανίστησιν δόμων.
Verte: *hoc* VEL (i. e. ipsas) *urbes vastat*. Sine causa igitur Bl. καὶ mutavit in τοι.

Vs. 310. ἵν' εἰδότες τὸ κέρδος ἔνθεν οἰστέον
τὸ λοιπὸν ἁρπάζητε καὶ μάθηθ' ὅτι
οὐκ ἐξ ἅπαντος δεῖ τὸ κερδαίνειν Φιλεῖν.
Haud iniuria Bl. haerens in ἁρπάζητε acute coniecit ἀεὶ ζῆτε, sed sola litera π deleta scribere malim ἄρα ζῆτε.

Vs. 317. ἐν τοῖσιν ὠσὶν ἢ 'πὶ τῇ ψυχῇ δάκνει;
In adnotatione temere coniecit ἤ τι τὴν ψυχὴν. Hoc enim voluisse videtur. Nempe legitur ἤ τι ψυχὴν.

Vs. 335. τοῦτο καὶ πολιοῦ πέραν πόντου κτέ.
Vix recte τοῦτο mutavit in οὗτος, ita enim vocula μέν, quam recte pro καὶ videtur reposuisse, alieno loco ponitur.

Digitized by Google

Opponitur vs. 341:

κουφονόων δὲ φῦλον ὀρνίθων ἀμφιβαλὼν ἔχει

ubi in oratione pedestri pro δὲ sequeretur τοῦτο δέ. Quare multo melius in adnotatione coniecit τοῦτο μὲν.

Vs. 360. ἄπορος ἐπ' οὐδὲν ἔρχεται τὸ μέλλον.

Longe facilius hanc librorum lectionem intellego quam violentam editoris coniecturam, quam vel in textum recepit, ἀμμένει.

Vs. 372. μήτε μοι παρέστιος γένοιτο μήτ' ἴσον Φρονῶν ὃς κάκ' ἔρδει.

Procul dubio mendosum est ἴσον Φρονῶν. Praeter σύντροφος et συμπότης, commemorata ab editore, cogitari potest de συνθύτης, ἴσην περῶν (= συνοδοίπορος), κοινόπλους (cf. Lucubr. Soph. p. 61), συμπλέων (cf. vs, 541). Cf. Hor. Od. III 2, 26. *Vetabo, qui Cereris sacrum | volgarit arcanae, sub iisdem | sit trabibus* (παρέστιος) *fragilemve mecum | solvat phaselon.* Verum nihil horum lenitate satis commendatur. Lenissima sane est editoris suspicio ἴσα Φρονῶν, quod quo sensu dictum sit non explicat. Non inepte ita diceretur *qui stat ab iisdem in civitate partibus* (partijgenoot), quam tamen notionem h. l. vix expectaveris.

Vs. 394. ἥκω, δι' ὅρκων καίπερ ὢν ἀπώμοτος, κόρην ἄγων τήνδ', κτἑ.

Glossema esse δι' ὅρκων recte agnovit Nauck. Suspicor ἥκω ⟨πάλιν νῦν⟩, κτἑ.

Vs. 417. καὶ τότ' ἐξαίφνης χθονὸς τυφὼς ἀείρας σκηπτόν, οὐράνιον ἄχος πίμπλησι πεδίον πᾶσαν αἰκίζων φόβην.

Blaydesii correctio κόνεως pro χθονὸς non tollit loci difficultatem. Non enim intelligo quo pacto κονίορτος dici potuerit αἴρειν σκηπτόν. Quod cum de deo aut daemone dictum facile intellegatur, teneo quod olim suasi Χθονὸς Τυφώς, *Terrae filius Typhoeus*, praeterea distinguens et corrigens ἀείρας σκηπτὸν οὐράνιον, ἄχους πίμπλησι πεδίον κτἑ. Cf. editoris nota.

Digitized by Google

Vs. 421. μύσαντες δ' εἴχομεν θείαν νόσον.
Perperam Bl. de suo dedit εἴδομεν. Equidem saltem *clausis oculis* nihil video. Multo probabilior est eiusdem coniectura εἴχομεν θείᾳ νόσῳ.

Vs. 465. οὕτως ἔμοιγε τοῦδε τοῦ μόρου τυχεῖν
παρ' οὐδὲν ἄλγος· ἀλλ' ἄν, εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς
μητρὸς θανόντ' ἄθαπτον ηἰσχόμεν νέκυν,
κείνοις ἂν ἤλγουν.
Peringeniose Bl.:
παρ' οὐδέν (mecum)· ἀλλ' ‹ἤλγουν› ἄν, εἰ τὸν ἐκ
μιᾶς (cum Meinekio)
μητρὸς θανόντ' ἄθαπτον ἤσχυνον κύνες.
Sed vellem vir doctus pro coniectura quam meam minus felicem affert in adnotatione, potius commemorasset quam probabiliorem proposui in editione Oedipi Regis p. 221 hance:
παρ' οὐδέν· ἀλλ' ἀδελφὸν εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς
μητρὸς ‹πατρός τ'› ἄθαπτον ‹ὄντ'› ἀνεσχόμην,
κείνοις ἂν ἤλγουν κτέ.
Quam suspicionem nondum abicio.

Vs. 485. εἰ ταῦτ' ἀνατὶ (l. ἀνατεὶ) τῇδε κείσεται κράτη.
Perperam πείσεται coniecit Bl. Vulgatam Lucubr. Soph. p. 61 contra Meinekii coniecturam ἐάσεται, minus certe malam, defendi. Nec magis probanda editoris suspicio κόρῃ pro κράτη. Locus videtur sanus.

Vs. 489. οὐκ ἀλύξετον
μόρου κακίστου.
Genetivum, pro quo Homerus (nam H. VI 443 genetivus pendet a νόσφιν) constanter cum hoc verbo coniungit accusativum, satis tuentur Soph. El. 617; Theocr. XXIV 68, itaque non recte Bl. proponit μόρου 'κ κακίστου, cuius structurae non novi antiquius exemplum quam Quinti Smyrnaei XIV 399. — Aeque inutilis videtur coniectura ἔνδον pro ἔσω vs. 491.

Vs. 504. τούτοις τοῦτο πᾶσιν ἀνδάνειν
λέγοιτ' ἄν, εἰ μὴ γλῶσσαν ἐγκλῄσαι Φόβος.
Bl. καὶ τοῦτ' αὐτό γ' coniecit. Sed vitii sedes mihi videtur λέγοιτ', sive κλύοις sive γνοίης (ἀνδάνον) est vera lectio.

Digitized by Google

Vs. 568. ἀλλὰ κτενεῖς νυμφεῖα τοῦ σκυτοῦ τέκνου;
Cr. ἀρώσιμοι γὰρ χἀτέρων εἰσὶν γύαι.

Neglexit Bl. commemorare veterem meam, quam hodieque verissimam duco observationem, e verbo ἀροῦν non potuisse aliam huius adiectivi formam nasci quam ἀρόσιμος, ut omnia reliqua quae inde descendunt ἤροσα, ἠρόθην, ἀρηρόμαι etc., ἄρομα, ἄροσις, ἀροτεύω, ἀροτήρ, -της, -τήριος, ἄροτος, -τραῖος, ἀρότρευμα, -τρεύς, -τρευτήρ cett. constanter habent ō μικρόν. Quin enim ἄρωμα alius sit originis nemo sanus dubitat. Propterea igitur olim Creontem feci respondentem:

⟨ἀλλ'⟩ ἀρόσιμοι γὰρ χἀτέρων εἰσὶν γύαι

et sic edidi in *Excerptis e poetis Graecis*. Vocula ἀλλὰ propter simile vs. antecedentis perierat ideoque numerorum causa ἀρόσιμοι in ἀρώσιμοι mutatum est. Res est, si quid video, manifesta.

Vs. 604. τεάν, Ζεῦ, δύνασιν τίς ἀνδρῶν
ὑπερβασία κατάσχοι;

Multo lenior, itaque probabilior est Nauckii correctio ὑπέρβασι⟨ς⟩ ἄ⟨ν⟩ quam editoris καθέξει aut κρατήσει.

Vs. 613. οὐδὲν ἕρπει⟨ν⟩
θνατῶν βιότῳ πάμπολις ἐκτὸς ἄτας.

Locus pessime corruptus, quem minime sanavit Bl. reponendo:

οὐδέν' ἕρπειν
θνατῶν βίοτον πάμπολυ (aut -υν) ἐκτὸς ἄτας.

quam graecam orationem esse nego. Intellegi saltem potest quod in nota proposuit πάμπαν ἄτερθεν ἄτης, sed gravissima haec mutatio.

Vs. 639. οὕτω γάρ, ὦ παῖ, χρὴ διὰ στέρνων ἔχειν,
γνώμης πατρῴας πάντ' ὄπισθεν ἑστάναι.

Sic de suo Bl. edidit pro ἑστάναι. Lenissima sane mutatio, sed num necessaria? Verte: *hoc persuasum habeto, omnia stare post paternam sententiam.*

Vs. 703. τί γὰρ πατρὸς θάλλοντος εὐκλείᾳ τέκνοις
ἄγαλμα μεῖζον, ἢ τί πρὸς παίδων πατρί;

Recte vitiosa ducit Bl. verba πρὸς παίδων, non male fortasse coniciens τῶν παίδων. Displicet tamen post praegressa articulus,

Digitized by Google

quare nescio an praestet hic cogitare de glossemate et suspicari υἱέων aut ἐκγενῶν.

Vs. 720. φήμ' ἔγωγε πρεσβεύειν πολὺ
Φῦναι τὸν ἄνδρα πάντ' ἐπιστήμης πλέων·
εἰ δ' οὖν, φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν,
καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν.

Plura in his mutavit de suo editor scribens pro verbis sanissimis (*saepe enim hoc aliter accidit*, scil. ut homo non ipse sapiat), quae ne intellegi quidem possunt: φιλεῖ γάρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπῃ et in adnotatione coniciens παρὰ pro καὶ (*etiam*), quamvis nudum genetivum satis tueatur in hae ipsa fabula vs. 1031 sq.; et sine causa post εἰ δ' οὖν nonnulla excidisse putans. Recte vero post me haesit in articulum ante ἄνδρα, nec male fortasse substituit pronomen indefinitum τιν'. Ipse quondam, collato Hesiodi loco Op. 296 sqq., unde hic a poeta expressus est, proposui Φῦναι ⟨αὐ⟩τὸν ἄνδρα κτἑ., sed synaloephen vereor ut satis tueantur exempla utriusque diphthongi coalescentis, quae praeter articulum et voculam καὶ nulla sunt, neque in tragico elisionem pati videtur verborum terminatio αι.

Vs. 750. ταύτην ποτ' οὐκ ἔσθ' ὡς ἔτι ζῶσαν γαμεῖς.

Bl. fortasse iure suspectans ποτ' οὐκ dictum pro οὔποτε, minus apte ποτ' mutavit in μέν. Si quid mutandum, scripserim τήνδ' οὔποτ' ἔσθ' ὅπως κτἑ. Passim sine ullo discrimine utroque pronomine utuntur tragici, constanter distinguunt comici et scriptores pedestres attici.

Vs. 782. Ἔρως, ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις.

De suo Bl. audacter rescripsit ἐν βλέμμασιν ἵζεις apte quidem, sed minus probabiliter, quia verbum nihil habet suspecti et evitanda est duplex correctio, ubi simplex sufficit ut in mea, quam affert, coniectura ἐν στήθεσι πίπτεις.

Vs. 783. ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς
νεάνιδος ἐννυχεύεις.

Longe aliud est quod dixit Horatius Carm. IV 13, 8, quem locum cum aliis attulit Bl., „*Pulcris excubat in genis*". Qui si, ut sane probabile est, huc respexit, legisse videtur ἐκ-

Digitized by Google

καθεύδεις. Hoc enim est *excubare*; non ἐννυχεύειν i. e. *degere noctem*. Sed cur magis *noctem* quam *diem*? Quod non intellegens quondam proponebam ἑλλοχεύεις (cf. Ar. Pac. 1019) = ἑλλοχίζεις sive ἑλλοχᾷς sive ἐνεδρεύεις, *insidiaris* (sc. viris).

Vs. 795. νικᾷ δ' ἐναργὴς βλεφάρων ἵμερος εὐλέκτρου
νύμφας — ἄμαχος γὰρ ἐμπαίζει θεὸς Ἀφροδίτα.

Pro suspecto ἐμπαίζει Bl. conicit ἐμπίπτει vel ἐμπίτνει, sed multo facilius illud nasci potuit ex ἐνστάζει, *instillat*, scil. ἵμερον. Vix enim distinguuntur lectiones antiquae ΕΝCΤΑΖΕΙ et ΕΝΠΑΙΖΕΙ. Cf. Herod. IX 3 οἱ δεινός τις ἐνέστακτο ἵμερος; Plut. Ages. 11; Od. β 271 etc. Hanc correctionem adulescens proposui a. 1855 in thesi XXXVIII post dissertationem academicam *Observationes criticae in fragmenta comicorum Graecorum*. — In verbis (quae omisi) interpositis τῶν μεγάλων πάρεδρος ἐν ἀρχαῖς aptissima est quantumvis violenta Blaydesii coniectura quam recepit ἐκτὸς ἐνεχθεὶς propter sequentia νῦν δ' ἤδη 'γὼ καὐτὸς θεσμῶν | ἔξω φέρομαι. Similis saltem procul dubio sententia latet, licet de ipsis verbis restituendis sit desperandum.

Vs. 824. ἄκουσα δὴ λυγροτάταν ὀλέσθαι
τὰν Φρυγίαν ξέναν.

In nota Bl. proponit λυγρότατ' ἐξελέσθαι (sic), sed voluisse videtur ἐξολέσθαι. Forsitan recte.

Vs. 846. ξυμμάρτυρας ὔμμ' ἐπικτῶμαι.

Recte, ut videtur, Bl. coniecit ὔμμε κέκτημαι.

Vs. 857. πατρὸς τριπόλιστον οἶτον
τοῦ τε πρόπαντος
ἀμετέρου δόμου (mecum Bl. pro πότμου)
κλεινοῖς Λαβδακίδαισι.

Ego iungens cum praegresso οἶτον conieceram κοινὸν Λαβδακίδαισι, Bl. rescripsit κλεινῶν Λαβδακιδάων, non male, modo formae epicae in ᾱ̄ω̄ν alia in tragoedia reperiantur exempla, quod ignoro. Hoc novi saepe apparere formam doricam in ᾱ̄ν.

Digitized by Google

Vs. 875. σὲ δ' αὐτόγνωτος ὥλεσ' ὀργά.
Perperam editor pro verbo poetico substituit scholiastae interpretamentum αὐθαίρετος, ut metrum responderet versui antithetico 856, quem vulgo scriptum e libris

πατρῷον δ' ἐκτίνεις τιν' ἄθλον

ipse corrupit rescribendo δὲ τίνεις.

Vs. 882. ἆρ' ἴστ' ἀοιδὰς κτἑ.
Temere ἆρ' ἴστε γ' ᾠδὰς voluit editor. Ut enim passim in tragoedia ἀείδειν dicitur pro ᾄδειν, ita ἀοιδή suspicione vacat. Cf. Aesch. Ag. 979, Eum. 951, passim Euripides. Similiter saepissime occurrit ἀοιδός.

Vs. 919. Sine causa pro ἔρημος rescripsit ἐρήμη.
Multo credibilius foret librarios hoc pro illo (ἔρημος attice = ἐρήμη) substituisse quam ratione inversa.

Vs. 951. ἀλλ' ἃ μοιριδία τις δύνασις δεινά.
Perperam verba sanissima a Bl. sollicitantur.

Vs. 955. ζεύχθη δ' ὀξύχολος παῖς ὁ Δρύαντος
Ἡδωνῶν βασιλεὺς κερτομίοις ὀργαῖς
ἐκ Διονύσου πετρώδει κατάΦαρκτος ἐν δεσμῷ.
Verba vix sana, et fortasse vera est editoris coniectura κερτόμου ἀντ' ὀργᾶς, *propter maledicum ingenium.*

Vs. 966. παρὰ δὲ Κυανέων πελαγέων πετρῶν διδύμας ἀλός
ἀκταὶ Βοσπόριαι ἠδ' ὁ Θρῃκῶν
Σαλμυδησσὸς, ἵν' ἀγχίπτολις Ἄρης κτἑ.
Probata Wieseleri coniectura σπιλάδων iam olim Luc. Soph. p. 63 ante Bl. monui sequens πετρῶν ut glossema esse delendum, reliquum locum parum feliciter tentans. Recte autem Bl. post Θρᾳκῶν cum Boeckhio inseruit ἄξενος et suo marte emendavit Κυανέας σπιλάδας, aut -έαις -σιν et καὶ pro ἠδ'. Permirus sane in vulgata est genitivus, neque aptius loci pessime habiti remedium mihi quidem occurrit.

Vs. 1003. καὶ σπῶντας ἐν χηλαῖσιν ἀλλήλους Φοναῖς
ἔγνων, πτερῶν γὰρ ῥοῖβδος οὐκ ἄσημος ἦν
et vs. 1021 ῥοιβδεῖ. Non est cur cum editore rescribamus

Digitized by Google

ῥοῖζος et ῥοιζεῖ. Librorum scripturas satis tuentur loci Aeschyli, Euripidis, Aristophanis, Homeri (Od.). Cf. etiam lexica s. v. ἀναρροιβδεῖν et ῥοίβδησις. Utraeque formae probae videntur.

Vs. 1021. οὐδ' ὄρνις εὐσήμους ἔτι ῥοιβδεῖ (codd. ἀπορροιβδεῖ) βοὰς
ἀνδροφθόρου βεβρῶτες αἵματος λίπος.

Ingeniosam esse non nego editoris quam recepit coniecturam ὄρνε' — βεβρῶτα σώματος λίπος, sed non facile admittam vocem ὄρνεον (pro ὄρνις), a cuius usu ut nimis vulgaris constanter abstinuerunt tragici omnes, neque offensioni est numerus singularis, nec rarior correptio vocalis in ὄρνις, quam ipse Bl. tuetur. Quia tamen iure offensus verbis αἵματος λίπος (ipse quondam coll. Aesch. Cho. 290 aliisque locis proposui λίβα, sed αἷμα vix recte coit cum verbo βιβρώσκειν) probabiliter coniecit σώματος λίπος, nescio an praeferenda sit altera eius coniectura ὄρνις — βεβρώς γε σώματος λίπος. De emendatione ἔτι ῥοιβδεῖ supra iam vidimus sub I.

Vs. 1034. τοξεύετ' ἀνδρὸς τοῦδε, κοὐδὲ μαντικῆς
ἄπρακτος ὑμῖν εἰμι, τῶν δ' ὑπαὶ γένους
ἐξημπόλημαι κτἑ.

Defendentibus ἄπρακτος (*intentatus* Dind.; *not plotted against* Jebb) iure suo respondet editor, qui recepit Stephani coniecturam ἄπρατος, Πιπράσκεσθαι *recte dicitur homo, non item* πράττεσθαι, de suo locum sic refingens:

ἀνδρὸς τοῦδ', ἐπεὶ οὐδὲ μαντικῆς
ἄπρατος ὑμῖν εἰμι, τῶν γένους ὕπο κτἑ.

monens formam ὑπαί in trimetris tantum metro postulante usurpari et ex μαντικῆς subintellegendum esse μαντικοῦ, quod cum perdurum sit, corrigendum potius videtur τῶν δ' ὑπ' ἐγγενῶν, revocata librorum lectione κοὐδὲ. Cum aliis autem (qui coniecerunt ἄτρωτος et ἄγευστος), dubitans de veritate coniecturae Stephanianae, quondam Luc. Soph. p. 53 proposui ἀτάρακτος sive ἄθρακτος, necdum valde me poenitet.

Vs. 1043. εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι
θεοὺς μιαίνειν οὔτις ἀνθρώπων σθένει.

Bl. contendens hoc ineptum esse de coniectura sua reposuit

Digitized by Google

θέμιν. At ipsum contrarium verum est. *Ius fasque inquinare* potest unusquisque, ut confirmat laudatus ab ipso Aeschyli locus Ag. 1669, sed *deos*, sua natura omnis labis immunes, inquinare nemo potest mortalium.

Vs. 1060. Vid. sub I.

Vs. 1074. τούτων σε λωβητῆρες ὑστεροφθόροι
λοχῶσιν Ἄϊδου καὶ θεῶν Ἐρινύες κτἑ.

Recte haerens in τούτων, Bl. coniecit τοιγάρ aut ἀνθ' ὧν, quorum illud recepit. Aptum utrumque, sed non minus aptum est quod multo facilius sic corrumpi potuit ταῦτ' οὖν, quo iuxta ταῦτ' ἄρα pro διὰ ταῦτ' οὖν (ἄρα) saepe Graeci utuntur. Neque haec formula a Sophoclea dictione aliena videtur, nam sic accipienda sunt verba Trach. 550 ταῦτ' οὖν φοβοῦμαι μὴ πόσις μὲν Ἡρακλῆς | ἐμὸς καλῆται, τῆς νεωτέρας δ' ἀνήρ (δ' ἄρ' ᾖ?).

Vs. 1096. τό τ' εἰκαθεῖν γὰρ δεινόν, ἀντιστάντα δὲ
ἄτῃ πατάξαι θυμὸν ἐν δεινῷ πάρα.

In priore vs. Bl. μὲν substituit pro τ', sed lenius δὲ in τε mutari potest: *et — et*, quae particulae aeque bonam efficiunt oppositionem, in posteriore vero ἐν mutavit in ἔτι et cum Nauckio (et mecum) πέρα pro πάρα, illud perperam, nam ἔτι δεινοῦ πέρα pro ἔτι δεινότερον vix graecum videtur. In adnotatione autem θυμὸν mutari iubet in 'μαυτὸν. Equidem coll. 1066 sq. multo probabiliorem duco meam quam affert coniecturam τοὺς ἐμοὺς δεινῶν πέρα.

Vs. 1105. οἴμοι· μόλις μὲν καρδίας δ' ἐξίσταμαι
τὸ δρᾶν· κτἑ.

Verba corrupta esse planissime concedo Blaydesio, qui recte vidit post μόλις μὲν sequi debuisse verba ἀλλ' ὅμως, deinde proponens μεθίσταμαι τὸ δρᾶν, *sed animum muto ut faciam*, aptam sane quamvis violentam coniecturam.

Vs. 1107. ὧδ' ὡς ἔχω στείχοιμ' ἄν· ἴτ' ἴτ', ὀπάονες
οἵ τ' ὄντες οἵ τ' ἀπόντες, ἀξίνας χεροῖν
ὁρμᾶσθ' ἑλόντες εἰς ἐπόψιον τόπον.

Propter locos ab ipso Bl. allatos non haereo in ὄντες (Bl. ἐνθάδ'),

Digitized by Google

sed recte suspectare videtur verba ultima, quae tamen non facile nasci potuerunt ex ὡς ἀνάψοντες πυράν, quae verba substituenda suspicatur. Solum ἐπόψιον (sic. apogr. L. προσόψιον) corruptum esse videtur. Expectatur fere quod *tristis*, *lugubris*, *invisus* significet. Venit in mentem ἀπόπτυστον, sed nihil contendo.

Vs. 1131 sqq. καί σε — ἀκτὰ | πολυστάφυλος πέμπει | ἀμβρότων ἐπέων | εὐαζόντων Θηβαΐας ἐπισκοποῦντ' ἀγυιάς. Si sanum est πέμπει, subintelligendum est δεῦρο, sed expectatur potius quod Bl. coniecit τιμᾷ aut κληΐζει (possis etiam κλείει). Certius est mendosum esse ἐπέων, sed propter vs. antitheticum 1123 ναιετῶν παρ' ὑγροῖς, ubi ignoratur sitne anapaestus an bacchius, incertum est utrum vere olim (post Hartungium, ut nunc animadverto) proposuerim ἐπε‹τ›ῶν an hodie Bl. correxerit ὀπαδῶν. Pro nobis facit correctionis lenitas, pro illo (ἐπέτης enim alibi in tragoedia non occurrit) tragicorum usus. — Recte etiam sqq. cum Nauckio Bl. sic emendasse videtur τὰν ἐξ ἁπασᾶν (ἐκ πασᾶν codd.) | ὑπερτιμᾷς (pro ὑπερτάταν) πόλεων κτέ.

Vs. 1156. οὐκ ἔσθ' ὁποῖον πάντ' ἂν ἀνθρώπου βίον
οὔτ' αἰνέσαιμ' ἂν οὔτε μεμψαίμην ποτέ.

Postulante universi loci contextu iure Bl. recepit Nauckii emendationem πάντ', praeterea proponens ἢ 'παινέσαιμ' ἂν ἢ 'πιμεμψαίμην ποτέ, sed fortasse potius mendosa sunt verba prima. Recte se haberet: οὐ δῆτ' ἔγωγε πάντ' κτέ.

Vs. 1180. καὶ μὴν ὁρῶ τάλαιναν Εὐριδίκην κτέ.

Sine causa Bl. tentat στείχουσαν aut χωροῦσαν et vs. 1183 τῶνδ' ἐπῶν pro τῶν λόγων. Creberrimum esse vocis λόγος apud Sophoclem in utroque numero usum ignoranti fidem faciet Lexicon Sophocleum Dind. p. 280 sq. s. v. — Locis quibus Bl. ibidem illustravit formulam ὦ πάντες ἀστοί addatur parodia Aristophanea Eccl. 834 (ed. vL.).

Vs. 1186. Vulgo ἀναστατοῦ. Meliore accentu Bl. ἀνάστατου.

Vs. 1214. παιδός με σαίνει Φθόγγος. In re atroci semper valde suspectum mihi fuit verbum σαίνειν. Praeter coniecturam

Digitized by Google

meam βάλλει (coll. 1187), Bl. commemorare potuit eam quam leniorem proposui Luc. Soph. p. 66 βαίνει, ubi contuli Eur. Hipp. 1371 καὶ νῦν μ' ὀδύνα βαίνει. Eodem sensu F. W. Schmidt μ' ἰκάνει coniecit.

Vs. 1239. Dindorfio pro κελεύσμασιν restituenti formam apud antiquiores unice probandam κελεύμασιν obsequi debuerat editor.

Vs. 1224. εὐνῆς ἀποιμώζοντα τῆς κάτω Φθορὰν.
Sensu cassum est κάτω. Nondum me poenitet correctionis κατα-Φθορὰν, quam proposui l.l. ignorans (ante me an post?) in eandem incidisse virum doctum in Class. Journ. VII 245, ut monuit Bl.

Vs. 1255. δόμους παραστείχοντες.
Mireris παραστείχειν *intrandi* sensu usurpatum. Num forte scribendum παρεισστείχοντες, ut saepe dicitur παρεισιέναι = παριέναι εἴσω et alia verba similiter composita. Si sana est vulgata, δόμους valet εἰς δόμους, et fortasse nihil mutare praestat, cum praesertim παραστείχειν *praetereundi* sensu iungatur cum dativo, ut Aesch. Cho. 561.

Vs. 1257. καὶ μὴν ὅδ' ἄναξ αὐτὸς ἐφήκει
μνῆμ' ἐπίσημον διὰ χειρὸς ἔχων,
εἰ θέμις εἰπεῖν, οὐκ ἀλλοτρίαν
ἄτην, ἀλλ' αὐτὸς ἁμαρτών.
Apta est editoris correctio quam recepit δεῖγμ', sed dubito an etiam lenius corrigendum sit σῆμ' ἐπίσημον, pro qua corrrectione facit quoque assonantia.

Vs. 1279. τὰ μὲν πρὸ χειρῶν τάδε Φέρων, τὰ δ' ἐν δόμοις
ἔοικας ἥκων καὶ τάχ' ὄψεσθαι κακά.
Minus probanda videtur editoris correctio Φέρειν, quam Brunckiana Φέρεις, quia agitur de re manifesta, deinde vero paullo lenior est mea coniectura καίν' ἐπόψεσθαι (possis etiam καίν' ἔτ' vel καίν' ἄρ' ὄψεσθαι) Blaydesiana αὖτίχ' ὄψεσθαι, quae tamen nec ipsa mihi displicet. Incertum quid dederit poeta.

Vs. 1287. ἐπεξειργάσω. De genuinis formis ἠργασάμην et ἠργαζόμην iuxta εἴργασμαι vid. Meisterhans-Schwyzer p. 171,11.

Digitized by Google

V. 1296. *τίς ἆρα τίς με πότμος ἔτι περιμένει.*
Coll. O. C. 1716, ubi paene eadem verba recurrunt, Bl. rescripsit *ἐπαμμένει*. Ferri tamen posse videtur tradita lectio.

Vs. 1314 et 1315 iniuria ab editore sollicitari videntur verba *ἐπεσκήπτου* et *κἀπελύσατ'* (cf. 1268).

Vs. 1317. *ὤμοι μοι, τάδ' οὐκ ἐπ' ἄλλον βροτῶν*
ἐμᾶς ἁρμόσει ποτ' ἐξ αἰτίας.
Speciose Bl. coniecit *οὐ πρὸς ἄλλῳ*, sed quia verbum *ἐφαρμόζειν* (cf. Trach. 620) passim occurrit, recte se habet praepositio et per tmesin legendum videtur *οὐκ ἐπ' ἄλλῳ — ἁρμόσει*.

Vs. 1320. *ἐγὼ γάρ σ' ἐγώ σ' ἔκανον, ὦ μέλεος,*
ἐγώ, φάμ' ἔτυμον.
Sine causa idonea pro *φάμ' ἔτυμον* de suo Bl. reposuit *φάμ', ἔκανον*, quod multo facilius post antecedentia errore nasci potuit quam tradita lectio, quae non magis glossema esse potest, quia glossator daturus fuisset *ἀληθές*.

Vs. 1329. *φανήτω μόρων ὁ κάλλιστ' ἐμῶν*
ἐμοὶ τερμίαν ἄγων ἀμέρᾳ.
ὕπατος ἴτω ἴτω.
Probabilius Pallis *κάλλιστ' ἔχων* quam Bl. *κάλλιστος ὤν*. Cum hoc vero suspectum habeo *ὕπατος*, pro quo audacter de suo reposuit *ὡς τάχος*, quale quid sane exspectatur.

Vs. 1336.
Creon *ἀλλ' ὧν ἐρῶ* (*μὲν* add. A) *ταῦτα συγκατηυξάμην*.
Sic cod. Laur. Schol. *ὧν βούλομαι τυχεῖν, ταῦτα ηὐξάμην*. Ingeniose Bl.
ἀλλ' ὧν ἐρῶ ⟨*γε*⟩ *τυγχάνειν κατηυξάμην*.
coll. Aiac. 968 *ὧν γὰρ ἠράσθη τυχεῖν | ἐκτήσαθ' αὐτῷ*.
Quia vero chorus vs. 1334 sq. dixerat *posterioris curae* esse ipsius Creontis sortem (*μέλλοντα ταῦτα κτέ.*), multo praestare mihi videtur haec lectio:
ἀλλ' ὧν ἐρῶ ⟨*γε*⟩ *νῦν τυχεῖν κατηυξάμην*.

Digitized by Google

Vs. 1343. πάντα γὰρ
λέχρια τἀν χεροῖν, τὰ δ' ἐπὶ κρᾶτά μου
πότμος δυσκόμιστος εἰσήλατο.

Gaudeo etiam Anglo critico suspectum esse λέχρια. Non possum non repetere veterem meam coniecturam, Sophoclem scripsisse σχέτλια, coll. Aiac. 838, Aesch. Prom. 644, Eur. El. 120, Med. 873 etc.

Blaydesio nemo hanc laudem eripiet, vix ullum unquam criticum vixisse, qui tot quot ille scenicorum poetarum Graecorum locis corruptis aut ipse salutem attulerit aut suis tentaminibus aliis viam veri inveniendi monstraverit. Qui ut diu adhuc integris corporis animique viribus vivat et bonis literis prosit est in votis et mihi et philologis omnibus, quibus sana veterum interpretatio curae cordique est.

TENTATUR HORATII CARM. I 6.

Scriberis Vario fortis et hostium | Victor, Maeonii carminis alite,
Qua rem cumque ferox, navibus aut equis, | Miles te duce gesserit.
Nos, Agrippa, neque haec dicere, nec gravem | Pelidae stomachum cedere nescii | Nec cursus duplicis per mare Ulixei, | Nec saevam Pelopis domum
Conamur, tenues grandia: dum pudor | Inbellisque lyrae Musa potens vetat | Laudes egregii Caesaris et tuas | Culpa deterere ingeni.
Quis *Martem tunica tectum adamantina | Digne scripserit? aut pulvere Troico | Nigrum Merionen? aut ope Palladis | Tydidem superis parem?*
Nos convivia, nos proelia virginum, | Strictis in iuvenes unguibus acrium, | Cantamus vacui, sive quid urimur, | Non praeter solitum leves.

Si voluisset Horatius Varium, celebrem illa aetate poetam epicum offendere, vix poterat acerbius id facere quam scribendo quod traditur: Quis *Martem — parem*? At vel si ipse de Varii arte minus honorifice iudicasset, procul dubio propter Agrippae sui amicitiam h. l. eiusmodi sententiam silentio pressisset. Quid igitur? Dederat, nisi fallor, sine interrogatione:

Is (i. e. Varius) *Martem — parem.* | *Nos* cett. De Vario cf. Sat. I, X, 43 sq.

H. v. H.

Digitized by Google

DE DAMOCLIS GLADIO.

SCRIPSIT

J. VAN WAGENINGEN.

Quamquam allegoria illa gladii cervicibus hominis felicis impendentis, ex Damoclis historia petita, apud omnes pervulgata atque in litteris recentioribus et sermone nostro cotidiano satis frequens est, tamen apud vetustiores exspectatione rarius et ipsa fabula et allegoria invenitur. Locos Latinos et Graecos collegi, ex quibus nullus antiquior exhiberi potest quam Ciceronis Tusc. disp. V 21 § 61, cuius verba digna quae exscribantur haec sunt: „quamquam hic quidem tyrannus (sc. Dionysius maior) ipse iudicavit quam esset beatus. Nam cum quidam ex eius assentatoribus, *Damocles*, commemoraret in sermone copias eius, opes, maiestatem dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam aedium regiarum, negaretque umquam beatiorem quemquam fuisse, „Visne igitur", inquit, „o Damocle, quoniam te haec vita delectat, ipse eam degustare et fortunam experiri meam?" Cum se ille cupere dixisset, collocari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo textili stragulo, magnificis operibus picto, abacosque complures ornavit argento auroque caelato. Tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere eosque nutum illius intuentes diligenter ministrare. Aderant unguenta, coronae; incendebantur odores, mensae conquisitissimis epulis exstruebantur: fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu *fulgentem gladium e lacunari saeta equina aptum demitti iussit, ut impenderet illius beati cervicibus.* Itaque nec pulchros illos ministratores aspiciebat nec plenum artis argentum nec manum porrigebat in mensam; iam

Digitized by Google

ipsae defluebant coronae; denique exoravit tyrannum, ut abire liceret, quod iam beatus nollet esse."

Deinde Horatius (C. III 1, 17 sqq.) nomine Damoclis omisso fabulam, quod argumentum in rhetorum scholis usitatum sine dubio iam eius aetate factum erat, sic in usum suum convertit:

destrictus ensis cui super impia
cervice pendet, non Siculae dapes
dulcem elaborabunt saporem,
non avium citharaeque cantus

somnum reducent [1]).

In hoc carmine Horatius per illud „impia" non novi aliquid veteri narratiunculae addidit, quasi Damocles non solum assentator tyranni, sed etiam homo impius fuisset, sed affectionem animi cuiusvis hominis impii cum Damoclis periculo et pavore comparavit, quod illi conscientia mala et sollicitudines metusque mortis tamquam ensis destrictus immineret.

Eodem fere modo hanc comparationem adhibuit is qui Horatium saepius imitatus est, Persius III 39 sqq.:

anne magis Siculi gemuerunt aera iuvenci
et magis *auratis pendens laquearibus ensis*
purpureas subter cervices terruit, „imus,
imus praecipites" quam si sibi dicat et intus
palleat infelix, quod proxima nesciat uxor?

Itaque hoc quoque loco mentis cruciatus eius qui ipse peccatis indulgentem se praecipitem ferri et pessum ire sentit, non leviores esse dicuntur angoribus purpurati illius, cui laute cenanti gladius impendebat [2]).

---

1) Porphyrio ad C. III 1, 17: „per allegoriam significat neminem libenter posse vivere qui metuat et sumpsit in exemplum *Damoclem, super quem Dionysius Siciliae tyrannus saeta gladium suspendit* antepositis epulis quam amplissimis et ceteris, quae ad voluptatem animos avocare possint; per quae ostendit similiter regiam vitam splendore rerum suarum uti non posse, quia semper insidiarum metu suspecta sit."

2) Mirum in modum scholiasta ad Pers. III 39 non Damoclem aulicum, sed Democratem philosophum fuisse tradit, cui hoc acciderit: „..... aut gravior sollicitudo *Democratem* philosophum torsit, quem *Dionysius* tyrannus opes et felicitatem mirantem invitavit ad cenam appositoque apparatu omni magnis epulis frui iussit, sed ita ut *gladius ligatus saeta ex laquearibus supra cervices eius penderet*, quam torquentur huiusmodi cogitationibus, cum se decipi intellegunt" cet. Sed hic manifestus error est scholiastae neque ullus Democrates philosophus aliunde notus est.

Digitized by Google

Ab his autem auctoribus tribus paulum discrepans Ammianus Marcellinus non de uno Damocle, sed de pluribus Dionysii convivis, qui gladios sibi impendentes perhorruerint, haec commemorat (XXIX 2 § 4): „namque ut pressius loquar, omnes ea tempestate velut in Cimmeriis tenebris reptabamus, paria *convivis Siculi Dionysii* pavitantes, qui cum epulis omni tristioribus fame saginarentur, *ex summis domorum laqueariis*, in quibus discumbebant, *saetis nexos equinis et occipitiis incumbentes gladios perhorrebant.*" Discrimen vero, quod inter hanc narrationem et superiores intercedit, ita explicandum esse mihi videtur, ut Ammianus in similitudine illa adhibenda plurali numero „reptabamus" adductus sit, ut pluribus tribueret convivis, quod unius esset, sed formam narratiunculae a vulgari diversam ei notam fuisse haud facile crediderim.

Ab Ammiano tempore non multum distans Eusebius Philonem auctorem secutus iam fusius Damoclis cenam eiusque animi affectiones et Dionysii monentis verba memoriae prodidit (Praep. Evang. VIII 14, 29 (24), p. 391 (D): „δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἔργον, ᾧ πρὸς τὸν μακαρίζοντα τὸν τῶν τυράννων βίον Φασὶ χρήσασθαι Διονύσιον. καλέσας γὰρ αὐτὸν ἐπὶ λαμπροτάτου καὶ πολυτελεστάτου δείπνου παρασκευὴν ἐκ μηρίνθου πάνυ λεπτῆς προσέταξεν ἠκονημένον ὑπεραιωρηθῆναι πέλεκυν. ἐπεὶ δὲ κατακλιθεὶς εἶδεν αἰφνίδιον, οὔτ' ἐξαναστῆναι θαρρῶν διὰ τὸν τύραννον οὔτ' ἀπολαῦσαί τινος τῶν παρεσκευασμένων διὰ δέος οἷός τ' ὤν, ἀφθόνων καὶ πλουσίων ἀλογήσας ἡδονῶν ἀνατείνας τὸν αὐχένα καὶ τὰς ὄψεις ἐκαραδόκει τὸν οἰκεῖον ὄλεθρον. 30. συνεὶς δ' ὁ Διονύσιος, ἆρ' ἤδη κατανοεῖς, ἔφη, τὸν ἀοίδιμον καὶ περιμάχητον ἡμῶν βίον; ἔστι γὰρ τοιοῦτος, εἰ μὴ βούλοιτό τις ἑαυτὸν φενακίζειν, ἐπειδὴ περιέχει παμπληθεῖς μὲν χορηγίας ἀπόλαυσιν δ' οὐδενὸς χρηστοῦ φόβους δ' ἐπαλλήλους καὶ κινδύνους ἀνηκέστους καὶ νόσον ἐρπηνώδους καὶ φθινάδος χαλεπωτέραν, ἀθεράπευτον ἀεὶ φέρουσαν ὄλεθρον." Praeter hanc orationem verbosam Eusebius etiam eo differt a ceteris scriptoribus, quos supra laudavimus, quod ille pro gladio et saeta equina securim et filum tenue (λεπτὴν μήρινθον, cf. Il. 23, 854) in hac narratiuncula substituit. Sed haec leviora. Non tamen praetereunda sunt verba οὔτ' ἐξαναστῆναι θαρρῶν διὰ τὸν τύραννον, quae fortasse idcirco in declamationibus addita huic fabulae et a Philone vel Eusebio comprobata esse

Digitized by Google

mihi videntur, ne locus ansam irrisionis haberet neve quis facetus allegoriam corrumperet haud absurde rogando, cur Damocles de lecto suo non surrexisset ad periculum vitandum.

Porro initio quinti saeculi post Chr. n. Macrobius paulo brevius eandem fabulam sic enarravit (Somn. Scip. I 10 § 16): „nam et *Dionysius* aulae Siculae inclementissimus incubator familiari quondam suo solam beatam existimanti vitam tyranni volens, quam perpetuo metu misera quamque impendentium semper periculorum plena esset, ostendere, *gladium vagina raptum et a capulo de filo tenui pendentem mucrone demisso iussit familiaris illius capiti inter epulas imminere*, cumque ille et Siculas et tyrannicas copias praesentis mortis periculo gravaretur, „talis est", inquit Dionysius, „vita, quam beatam putabas: sic semper mortem nobis imminentem videmus; aestima, quando esse felix poterit, qui timere non desinit." Hunc locum cum Ciceronis expositione convenire apparet, nisi quod Macrobius paulo accuratius, quo modo gladius e lacunari aptus esset, descripsit.

Sed omnium copiosissime Apollinaris Sidonius, qui fuit exeunte saeculo quinto, et Damoclis ornatum et totum cenae apparatum exposuit, rhetorum modo singula in maius celebrans (Ep. II 13 § 6): „iste enim, ut legimus, *Damocles* provincia Siculus, urbe Syracusanus, familiaris tyranno *Dionysio* fuit. qui cum nimiis laudibus bona patroni ut cetera scilicet inexpertus efferret: „vis", inquit Dionysius, „hodie saltim in hac mensa bonis meis pariter ac malis uti?" „libenter, inquam". tunc ille confestim laetum clientem quamquam et attonitum plebeio tegmine erepto muricis Tyrii seu Tarentini conchyliato ditat indutu et renidentem gemmis margaritisque aureo lecto sericatoque toreumati imponit. § 7. cumque pransuro Sardanapallicum in morem panis daretur e Leontina segete confectus, insuper dapes cultae ferculis cultioribus apponerentur, spumarent Falerno gemmae capaces inque crystallis calerent unguenta glacialibus, huc suffita cinnamo ac ture cenatio spargeret peregrinos naribus odores et madescentes nardo capillos circumfusa florum serta siccarent, *coepit supra tergum sic recumbentis repente vibrari mucro destrictus e lacunaribus, qui videbatur in iugulum purpurati iam iamque ruiturus; nam filo equinae saetae ligatus et ita pondere*

Digitized by Google

minax ut acumine gulam formidulosi Tantaleo frenabat exemplo, ne cibi ingressi per ora per vulnera exirent. § 8. unde post mixtas fletibus preces atque multimoda suspiria vix absolutus emicatimque prosiliens illa refugit celeritate divitias deliciasque regales, qua solent appeti, reductus ad desideria mediocrium timore summorum et satis cavens, ne beatum ultra diceret duceretque, qui saeptus armis ac satellitibus et per hoc raptis incubans opibus ferro pressus premeret aurum. quapropter ad statum huiusmodi, domine frater, nescio an constet tendere beatos, patet certe miseros pervenire."

In his verbis multa sane vestigia imitationis Tusculanarum (V 21) insunt, sed primo obtutu forsitan Sidonius etiam alio fonte largiore usus esse videatur; diligentius tamen intuentes cognoscemus eum tantummodo verba Ciceronis amplificasse et iis ornamentis orationem suam fucasse, quae ab Horatio, Iuvenale aliisque [1]) mutuatus est.

Postremo Boethius (524 p. Chr. n.) paucis fabulam tetigit (cons. phil. III pros. 5, 15; ed. Peiperi p. 61): „expertus sortis suae periculorum tyrannus regni metus *pendentis supra verticem gladii terrore* simulavit."

Haec igitur sunt octo testimonia (praeter Porphyrionem et scholiastam Persianum), quae apud scriptores veteres inveniuntur, quorum antiquissimum Ciceronis ceteris praesto fuisse e superioribus satis apparuit, etsi non negandum est, illos de suo etiam nonnulla narratiunculae affinxisse, aut tempore et usu in ea pauca esse mutata. Probabile enim est, quod iam supra monui, allegoriam hanc saepe a rhetoribus usurpatam esse iisque in deliciis fuisse. Ita paulatim eam formam adepta est, quam ei Eusebius et Sidonius induerunt. Sed nusquam patuit cuiquam ex septem illis (vel si Porphyrionem et scholiastam Persii addas, novem) auctoribus alium huius historiae fontem notum fuisse nisi Ciceronem [2]).

---

1) Hor. Epod. 12, 21: *muricibus Tyriis*; Epp. II 1, 207: *lana Tarentino violas imitata veneno*; Iuv. III 81: *horum ego non fugiam conchylia*? Id. X 362: *et cenis et pluma Sardanapalli*; Cic. Verr. II § 47: *et quod caput est rei frumentariae, campus Leontinus*; Iuv. VI 303: *cum perfusa mero spumant unguenta Falerno*; Id. V 37: *capaces crustas* cet ; Id. VI 155: *grandia tolluntur crystallina*

2) Apud antiquos verba „Damoclis gladius" nondum in proverbii consuetudinem

Digitized by Google

Itaque operae pretium esse videtur exquirere, unde ipse Cicero narratiunculam illam sumpserit, nam loco supra memorato nomen auctoris sui silentio texit [1]). Alibi tamen, ubi in historiam Siciliae vel res Dionysiorum enarrandas incidit, duos scriptores Graecos nominatim laudat, Philistum et Timaeum. Eorum Philistus, postquam diu Dionysii maioris familiarissimus fuit, ab eo levem ob causam irato expulsus, in exsilio otium suum consumpsit in historia scribenda [2]). Opus eius, quod inscribebatur Σικελικά, divisum erat in partes duas, quarum altera septem libris plus octingentos annos inde ab antiquissimis Siciliae temporibus complexa est, altera res a Dionysio maiore gestas usque ad mortem eius libris quattuor enarravit [3]). His autem libris duo adiuncti esse videntur [4]), res a Dionysio iuniore per quinque annos gestas continentes, ita ut tredecim hi libri unum tantum corpus efficerent [5]), sed hoc serius factum est [6]), nam Cicero non amplius „duo corpora" novit, Ep. ad Qu. fr. II 11 (13), 4: „itaque ad Callisthenem et ad *Philistum* redeo, in quibus te video volutatum .... Siculus ille capitalis, creber, acutus, brevis, paene pusillus Thucydides, sed utros eius habueris libros (duo enim sunt corpora) an utrosque nescio. *Me magis de Dionysio delectat*; ipse est enim veterator magnus et perfamiliaris Philisto Dionysius." His verbis facile aliquis adducatur, ut pleraque quae ad Dionysium maiorem pertinent, a Cicerone ex opere Philisti sumpta esse arbitretur, praesertim cum Tullius somnia mirabilia et coniecturas ad Dionysii vitam futuram pertinentes commemorans bis Philistum [7]) auctorem

venisse iure animadvertit Otto in libro proverbiorum Latinorum p. 136, s. v. *filum*, neque illa proverbia, quae ibi commemorantur, in quibus fili alicuius, quo quid pendet, mentio fit, quicquam habent commune cum Damoclis gladio. Etiam eorum significatio diversa est a vi, quam nostra ratio loquendi „het zwaard van Damocles" habet (cf. cap. II p. 326).

1) Kiesslingius (a° 1884) ad Hor. C. III 1, 7 haec adnotat: „die aus Cic. Tusc. V 21 bekannte (*woher stammende?*) Geschichte von Dionysius und Damokles."

2) Cic. de or. II 13 § 57: „hunc (Thucydidem) consecutus est Syracusius Philistus qui cum" cet.

3) Diod. XIII 103, 3.

4) Diod. XV 89, 3.

5) Stephanus enim Byz. (vocc. Ἀρβέλη et Κραστός) librum decimum tertium citat.

6) Diod. XV 94.

7) De div. I 20, 39; 33, 73.

Digitized by Google

laudet atque etiam alibi eius librorum haud ignarum se fuisse ostendat [1]). Verumtamen non est omittendum, qualis indoles ac natura operum Philisti fuerit, quam impatienter exilium tulerit, quemadmodum ad reditum efficiendum vilem Dionysii adulatorem se praebuerit [2]). Quare non veri simile est eos locos in Tusculanis, ubi a Cicerone vita ac mores Dionysii vituperantur, ad Philisti opus referendos esse. Quod autem ad Damoclis fabulam attinet, ea in media digressione, qua Dionysii, „hominis malefici et iniusti" vita miserrima et sollicitudinum plena fuisse narratur, occurrit (Tusc. V §§ 57—64). Ibi enim tyrannum propinquos familiaresque suos timentem feris barbaris corporis custodiam commisisse, tonsori diffidentem filias suas docuisse tondere barbam suam candentibus iuglandum putaminibus, fossam latam cubiculari lecto circumdedisse, contionari ex turri alta solitum esse, puerum quem vehementer amasset stulta suspicione occidisse aliaque eiusmodi Cicero pluribus verbis exposuit. Vix opus est dicere auctorem quem hoc loco Cicero secutus est, non Dionysii amicum adulatorem fuisse, sed potius scriptorem, qualis fuit Timaeus (352—256 a. Chr. n.), qui criminandi et maledicendi libidine Ἐπιτιμαίου cognomen sibi peperit [3]). Sed hoc argumentum parum firmum fore ad auctoritatem Timaei probandam, nisi alia graviora accesserint, lubenter confiteor. Eidem tamen digressioni, cuius supra mentio fiebat (Tusc. V 57 sqq.), pauca verba tamquam exordium Cicero praemisit, quibus pulchritudini opibusque urbis Syracusarum opposuit statum eiusdem civitatis a tyranno oppressae: „qua pulchritudine urbem, quibus autem opibus praeditam servitute oppressam tenuit civitatem (Dionysius)!" Cum hac exclamatione comparari velim ea quae Cicero de eadem urbe eiusque condicione indigna disseruit nomine auctoris sui non celato (de rep. III 31, 43): „atque hoc idem Syracusis; urbs illa praeclara, quam ait *Timaeus* [4]) Graecarum maximam, omnium autem esse

---

1) Brutus 17, 66; 85, 294; fragm. p. 479; sed de or. II 23, 94 fortasse *Philisci* legendum est.

2) Plut. Timol. 15; Paus. I 13, 9.

3) Ath. VI p. 272, B.

4) Si Cicero scribit: „quam ait Timaeus" cet., haec verba apud Panaetium (cf. Schanz HLR I p. 311) vel in alio fonte Graeco invenisse et Timaeo ipso non in-

Digitized by Google

pulcherrimam, arx visenda, portus usque in sinus oppidi et ad urbis crepidines infusi, viae latae, porticus, templa, muri nihilo magis efficiebant, *Dionysio* tenente ut esset illa res publica; nihil enim populi et unius erat populus ipse" [1]). Vides, quanta similitudo sit inter hos duos locos; ille enim quasi epitome huius esse videtur. In utroque laudatio pulchritudinis urbis, miseratio rei publicae afflictae, sed in hoc omnia uberius et copiosius, in illo brevius et pressius descripta. Itaque si quis existimabit totam illam Tusculanarum partem (V §§ 57—64), ubi de Dionysio sermo est, a Cicerone depromptam esse ex Timaei opere, in quo libri quattuor (XVI—XX) Dionysii maioris historiam continebant [2]), non a vero aberrare mihi videbitur. Huc accedit quod novimus Timaeum re vera Damoclis mentionem fecisse in libro XXII° historiarum, sed ibi eum non maioris, sed iunioris Dionysii assentatorem appellat. Athenaeus [3]) tamen, qui fragmentum illud ex Timaei opere nobis servavit, postquam finem fecit narrandi, quibus modis Damocles Dionysio minori adulatus sit, haec adicit: „*καὶ Σάτυρον δέ τινα ἀναγράφει ὁ Τίμαιος κόλακα ἀμφοτέρων τῶν Διονυσίων.* Nonne ex usu coniunctionum *καὶ .... δὲ* probabile est illum quoque, cuius mores paulo ante a Timaeo adumbrati erant, scilicet Damoclem, *utriusque* Dionysii assentatorem fuisse? Et fieri potest, ut de Damocle ex Timaeo tantummodo ea quae ad minorem Dionysium pertinerent, relata sint ab Athenaeo, cum is hoc loco sola exempla adulationis infimae colligere studeret neque alias curaret res in aula actas. Ergo etsi Timaeus Damoclem asseclam minoris Dionysii dixit, tamen veri simile puto Damoclem, perinde atque Satyrum, in maioris quoque Dionysii aula versatum esse atque Timaeum in illis capitibus libri vicesimi se-

---

specto (quod haud probabile est, cf. p. 325 ann. 1) in opus suum Latinum transtulisse potest, sed ut haec ita sint, tamen etiam de fonte illo Graeco idem valet quod supra de Ciceronis opere contendimus, neque quicquam in argumentatione nostra mutetur necesse est.

1) Confer etiam verba quae antecedunt: „ergo illam rem populi, id est rem publicam, quis diceret tum, cum crudelitate unius *oppressi* essent universi?"

2) Müller, FHG I p. LIV; p. 224, fr. 116—120.

3) Ath. VI p. 250A: „*Τίμαιος δ' ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ τῶν ἱστοριῶν Δημοκλέα φησὶ τὸν Διονυσίου τοῦ νεωτέρου κόλακα κτέ.*; Polyaenus, strat. V 46.

Digitized by Google

cundi congessisse, quaecumque de Διονυσοκόλαξι sive de adulatoribus utriusque Dionysii tradita erant.

Denique satis constat Ciceronem multam operam dedisse libris Timaei praesertim eo tempore quo accusationem Verris parabat, quo factum est ut in eius operibus saepius nomen huius historici Siculi commemoraretur [1]).

His expositis si quis me roget a quo Cicero narratiunculam de Damoclis gladio mutuatus sit, respondere non dubitaverim a Timaeo, qui et fuse Damoclis vitam et vitia enarraverit et Ciceroni exordium illius diverticuli in Tusculanis, ut supra demonstratum est, praebuerit.

II.

Restat ut in hac altera parte commentarioli paucis disseram, quibus temporibus et qua ratione et a quibus scriptoribus haec locutio („het zwaard van Damocles", „das Damoklesschwert", „l'épée de Damoclès, „the sword of Damocles", „la spada di Dâmocle") in nonnullis linguis Germanicis atque Romanicis adhibita sit, nam de litteris Latinis medii aevi nihil certi cognoscere potui. Et dixi initio capitis prioris eam in litteris recentioribus satis esse frequentem, debui tamen dicere in litteris recentissimis, nam ante saeculum duodevicesimum nulla vestigia illius usus reperire potui neque alii philologi eiusmodi rerum me peritiores, quos consului, me contra edocuerunt. Fieri tamen potest, quin etiam veri simillimum est, ut iam saeculo decimo quarto, scilicet ex eo tempore quo studium litterarum Latinarum et Graecarum revixit et quasi renatum est, ut aiunt, „gladius Damoclis" in ore et sermone fuerit eorum, qui pueri magistrum suum versus illos Horatianos „destrictus ensis cui super impia cervice pendet" cet. interpretantem audissent, et iure suspicamur homines doctos iam diu illa locutione in sermone

1) Cf. Cic. de or. II 14, 58; de n. d. II 27, 69; de legg. II 6, 15; Brut. 16, 63; 95, 325; ad fam. V 12, 2 et 7; ad Att. VI 1, 18; Verr. V 55, 143; 56, 145.

Digitized by Google

cotidiano usos esse, antequam aliquis scriptor extiterit, qui eam litteris mandaret, sed quis hoc investigare potest? Nobis litterarum monumenta sola reliqua sunt, quorum in hoc usu explorando ratio habenda est.

Ut a sermone patrio incipiam, v. c. Stoettius (Proverbia Neerlandica n° 2202), qui alibi in lexico suo multus et accuratus est in origine et historia alicuius proverbii persequenda, nihil aliud nisi ipsa verba „het zwaard van Damocles" cum eorum interpretatione affert, et per litteras a me consultus me, qua est benevolentia, certiorem fecit illam locutionem in lingua nostra satis noviciam sibi videri. Quae sententia plane convenit cum iis quae mihi pluribus verbis scripsit v. c. A. Beetius, unus ex illis qui lexicon Neerlandicum, ingens illud opus, condunt, qui nimirum exemplaria Neerlandica „nocturna manu", ut ait poeta, „diurnaque versant". Refugi igitur ad Harrebomeum (II 514), in cuius thesauro proverbiorum a° 1858 edito locutio illa quidem „hem hangt een zwaard boven het hoofd" commemoratur, sed nullius scriptoris nomine prolato, nulla explicatione addita, nisi quod aliam locutionem (I 151, 326) „zijn leven hangt aan een zijden draad" tradens, eam quoque cum Damoclis historia cohaerere dicit. Qua in re mea quidem sententia fallitur, nam proverbia sive locutiones „zijn leven hangt aan een zijden draad", „das Leben hängt an einem seidnen Faden" aliam habent originem neque plane idem designant atque illud „het zwaard van Damocles hangt hem boven het hoofd", „das Damoklesschwert hängt drohend über Jemandes Haupt". In altero enim magis fragilitas et incerta condicio vitae humanae (nam quidquid tenui filo pendet, caducum et iamiam ruiturum est), in altero periculum aliquod felicitati nostrae vel quieti imminens spectatur [1]). Quare illa locutio Belgica et Germanica potius similitudinem quandam speciemque praebet verborum Ovidii (ex Pont. IV 3, 35): *omnia sunt hominum tenui pendentia filo et subito casu, quae valuere, ruunt* et Synesii (ep. 4): *ἀπὸ λεπτοῦ Φασι μίτου τὸ ζῆν ἠρτῆσθαι* [2]).

1) Cf. cap. I p. 331, ann. 2.

2) In eundem errorem atque Harrebomeus inciderunt: W. H. D. Suringar, Erasmus p. 86 sqq., Schrader, Bilderschmuck p. 330 n° 174, Hetzel „wie der Deutsche spricht" s. v., Sanders, Deutscher Sprachschatz s. v.

Digitized by Google

Neque Wanderus in thesauro proverbiorum Germanicorum (IV p. 471 n° 117) hanc vocem „es hängt ein Schwert über seinem Haupt" laudans, exempla ex litterarum monumentis affert, sed tantummodo ad Harrebomeum nostrum provocat, unde efficio nullos locos ex scriptoribus suis popularibus ad hanc locutionem illustrandam ei praesto fuisse. Verum in Germania iam anno 1746 Gellertius in narrationibus suis (I 84) fabulam Damoclis tractaverat, sic exordiens:

Glaubt nicht, dass bei dem grössten Glücke
Ein Wüthrich jemals glücklich ist;
Er zittert in dem Augenblicke,
Da er der Hoheit Frucht geniesst.
Bei aller Herrlichkeit stört ihn des Todes Schrecken,
Und lässt ihn nichts als theures Elend schmecken.
Als den Tyrannen Dionys
Ein Schmeichler einstens glücklich pries u. s. w.

Huic poetae sine dubio in his versibus locus ille Ciceronianus ob oculos versabatur, ut unicuique comparatione instituta apparebit. Quoniam autem constat Gellertium magnopere a civibus suis cultum esse eiusque fabulas et narrationes multum valuisse ad mores Germanorum emolliendos atque humanitatem alendam, probabile est inde ab eius aetate gladium Damoclis sensim coepisse locum proverbii apud Germanos obtinere [1]), sicut alia locutio „der Dritte im Bunde" eodem modo ex veterum [2]) scriptis per Schilleri carmen in eorum sermonem irrepsit.

---

1) In clarissimo lexico Grimmi s. v. „Schwert" nihil quod ad hanc quaestionem pertineat, reperitur sed s. v. „Faden" (III col. 1233) hanc locutionem tradit: „es hängt an einem Faden, dünnen, seidnen Faden." At iam supra demonstravimus, quantum intersit inter hanc et allegoriam Damocleam. Verumenimvero unum ex exemplis ibi allatis silentio non praetereundum est, quod cum sententia nostra pugnare possit videri:

Wer land und leut durch unrecht drengt
Ob dem das schwert am faden hengt.

Etsi in his versibus nomen Damoclis siletur, tamen veri simile est poetam narratiunculae Damocleae non ignarum fuisse. Nec mirum, nam versus pacti sunt ab Ioh. von Schwarzenberg (a° 1535), qui Ciceronem Germanice vertit et carmina, ad quae duo illi versus pertinent, versioni suae adiunxit. Hunc tamen poetam tantum apud suos valuisse, ut iam per hos versus locutio illa in sermonem vulgarem invaderet, non facile mihi persuaserim.

2) Cf. Büchmann, Geflügelte Worte p. 320—321; de origine huius Damonis

Digitized by Google

In Francogallia aetate Voltari Damocles eiusque cena periculosa proverbii loco celebrabatur, ut epistulae docent (Oeuvres de Voltaire XLV p. 355): „il faut avouer que la vie ressemble au festin de Damoclès, le glaive est toujours suspendu". Idem alibi: „je regarde ma vie comme la fête de Damoclès chez Dénys." Deinde Ianus Petrus de Béranger initio saeculi undevicesimi ita cecinit (II p. 67):

De Damoclès l'épée est bien connue;
En songe, à table, il m'a semblé la voir;
Sous cette épée et menaçante et nue
Dénys l'ancien me forçait à m'asseoir.

Postea usus huius locutionis iam latior, liberior, vulgatior fit. Carolus enim de Bernard haec scribit („la Cinquantaine" § 5): „chercher un ami sûr à qui je pusse confier cette épée de Damoclès (des lettres de change non payées et pouvant faire mettre immédiatement en prison) n'était ce pas penser à vous?" Quin etiam Ramond de Carbonnières in Pyrenaei saltus descriptione haec de cacumine aliquo montis: „ce pic du Midi suspendu sur leur tranquille retraite (sc. des champs de Bigorre) comme l'épée du tyran sur la tête de Damoclès" [1]).

In lingua Anglica [2]) iam anno 1747 exemplum huius allegoriae occurrit (Scheme Equipm. Men of War 58): „hanging over our heads like Damocles' sword"; deinde (a° 1863) Chamber's Cyclopaedia: „these fear hang like Damocles' sword over every feast and make enjoyment impossible"; (a° 1888, die duodecimo m. Aprilis) Voice: „this curse hangs over their homes like a Damoclesian (male pro Damoclean) sword"; (a° 1892) Law Times XCII, 213/1: „little do directors and their companions know of this sword of Damocles that hangs over them". Postremo ut exemplum ex scriptore huius aetatis afferam (Florence Marryat): „so they laugh and love and are to all appearance blissfully content through the morning hours and descend to breakfast (but for that sword of Damocles suspended over their heads) as happy in their

---

et Phintiae fabulae cf. Naberum, „Vier tijdgenooten" p. 218, qui a Cobeto Aristoxenum auctorem eius narrationis indicatum commemorat (cf. Iambl. de v. Pyth. § 234).

1) Locos Francogallicos plerosque officiose mihi indicavit v. c. van Hamel.

2) Cf. Murray lex. vol. III p. 19 s. v. Damocles.

Digitized by Google

mutual affection as ever Eve and Adam when first presented to each other".

Etiam in lingua Italica illud „la spada di Dâmocle" satis recens esse videtur, sed dolendum quod Petròcchi in lexico nulla exempla ex scriptoribus affert.

Denique animadvertendum est ex locis supra allatis et ex nostra loquendi consuetudine dilucide apparere verba illa „het zwaard van Damocles" cet. non solum de iis periculis adhiberi, quae hominibus, qui ipsi sibi beati et tuti videntur, aut secundis vel quietis rebus impendent — id quod origine proverbii requiri possit videri — sed paene de quovis periculo magno.

BAPBAPICTI?

AD SCHOL. ARISTOPH. PAC. 459.

„ὦ εἶα!" clamatur identidem, dum Pax ab agricolis summa virium intentione protrahitur in lucem. Sed quis clamet dubitari potest. Quapropter annotatum est:

„τὸν Ἑρμῆν καὶ ταῦτα ἐξάρχειν θέλουσι. μιμεῖται δὲ τοὺς βαρβαριστὶ ἐξέλκοντας. δεῖ οὖν νοεῖν ὅτι ταῦτα ἀνὰ μέρος λέγεται, τὸ μὲν τοῦ Ἑρμοῦ κελεύοντος [καὶ ἕλκοντος], τὸ δὲ τῶν ἑλκόντων ὑπακουόντων".

Hic nemini opinor non manifestum est dittographema, quod uncinis inclusi: „καὶ ἕλκοντος". Quo deleto aliud vitium restat emendandum. Nam Mercurium *barbaros* imitari vel *barbarum* clamorem esse illud „εἶα" nemo unquam in mentem inducere sibi potuit. Sed nondum indicatum vidi remedium. Hic quoque delendae sunt litterae aliquot, quae debentur dittographiae. Scribatur:

„μιμεῖται δὲ τοὺς βάρος τι ἐξέλκοντας".

In codice V tres ultimae litterae vocis βαρβαριστὶ sunt correctoris; idem tamen, nisi fallor, scripserat ipse librarius. In R legi „βαρβάρους τι" annotavit Dindorf in scholiorum editione: fortasse igitur tunc (anno 1838) legebatur; nunc partim madore peremtae sunt illae litterae, nam in imagine phototypa nihil nisi „τοὺς βαρ..... | τι" discernitur, neque in ipso codice plus vidit is qui paravit apographum, quo usus est Rutherford in scholiorum Ravennatium editione (1896). Edidit tamen hic: „μιμεῖται τοὺς βαρβάρους ‹ › τι ἐξέλκοντας", „he imitates the cry of foreign ‹ ›".

οἱ βάρβαροι οὐκ εἰς κόρακας; v. L.

Digitized by Google

AD PLAUTI RUDENTEM.

Pleraque omnia Macaulaei opera Lipsiensis editor repetiit indeque extra Britanniam in multorum manus pervenerunt, qui habili voluminum forma delectantur et modico pretio alliciuntur. Quaedam remanent quae non leguntur nisi in *Miscellaneis*, quae Tauchnitzius sive ignoravit sive contemsit. Horum partem aliquam Macaulaeus conscripsit admodum adulescens, nec mirum iuvenilia opera hodie vix posse placere, cum iuxta positos invenias quos provecta aetas tulit fructus maturos. Nec tamen minus praeclaris relationibus et sententiis in Senatu dictis, quas iamdudum noram saepiusque legeram et relegeram, nuper intermixta inveni alia, in quibus leonis unguem facile est agnoscere. Unum est quod Mnemosynes lectores fortasse hic lubenter offendent. Georgius Otto Trevelyan, quo tempore otium erat ab rebus in Senatu gerendis, quatuor voluminibus composuit avunculi vitam multaque ex Macaulaei diariis excerpsit, ex quibus apparet eum praecipuos scriptores Graecos et Latinos usque ad Historiam Augustam legisse omnes, optimos autem haud semel tractavisse et retractavisse. Plautus exemplo est, cuius lectione mirifice delectabatur. Itaque quum in India gravissima negotia sustinebat — nam secundum a proconsule locum tenebat — comicum poetam iamdudum sibi notum quater relegit et in Europam reversus bis ad eum rediit. Anno 1850 quum mense Septembri in insula Vecti rusticabatur, cum Plutarchi Vitis Parallelis aliisque scriptoribus haud paucis etiam Plautum secum tulerat et forte inter ambulandum iuvit eum experiri possetne quaedam Graece vertere. Attigerat quinquagesimum aetatis annum et dudum erat ex quo Cantabrigiae se eiusmodi exercitio dederat; sed operae pretium est cognoscere quomodo res ei cesserit et dolendum est reliqua omnia intercidisse, nam servati sunt non

Digitized by Google

nisi quatuor hexametri Latini optime tornati et fragmentum Graecum quod infra describam. Ex Plauti Rudente selegerat vs. 1235—1253:

DAEMONES.

O Gripe, Gripe, in aetate hominum plurimae
Fiunt transennae, ubi decipiuntur dolis;
Atque edepol in eas plerumque esca imponitur.
Quam si quis avidus pascit escam avariter,
Decipitur in transenna avaritia sua.
Ille, qui consulte, docte, atque astute cavet,
Diutine uti bene licet partum bene.
Mi istaec videtur praeda praedatum irier:
Ut cum maiore dote abeat, quam advenerit.
Egone ut, quod ad me adlatum esse alienum sciam
Celem? Minime istuc faciet noster Daemones.
Semper cavere hoc sapientes aequissimum est,
Ne conscii sint ipsi maleficiis suis.
Ego, mihi quum lusi, nil moror ullum lucrum.

GRIPUS.

Spectavi ego pridem comicos ad istum modum
Sapienter dicta dicere, atque iis plaudier,
Quum illos sapientis mores monstrabant poplo,
Sed quum inde suam quisque ibant diversi domum,
Nullus erat illo pacto, ut illi iusserant.

Quae Macaulaeus ita convertit in Graecum sermonem:

ΔΑΙΜ.

Ὦ Γρῖπε, Γρῖπε, πλεῖσα παγίδων σχήματα
ἴδοι τις ἂν πεπηγμέν' ἐν θνητῶν βίῳ
καὶ πλεῖς' ἐπ' αὐτοῖς δελέαθ', ὧν ἐπιθυμίᾳ
ὀρεγόμενός τις ἐν κακοῖς ἁλίσκεται.
ὅσις δ' ἀπισεῖ καὶ σοφῶς φυλάττεται,
καλῶς ἀπολαύει τῶν καλῶς πεπορισμένων.
ἅρπαγμα δ' οὐχ ἅρπαγμ' ὃ λάρναξ οὑτοσί,
ἀλλ' αὐτὸς, οἶμαι, μᾶλλον ἁρπάξει τινά.
τόνδ' ἄνδρα κλέπτειν τἀλλότρι' — εὐφήμει, τάλαν·
ταύτην γε μὴ μαίνοιτο μανίαν Δαιμονῆς.

Digitized by Google

AD PLAUTI RUDENTEM.

Pleraque omnia Macaulaei opera Lipsiensis editor repeti
indeque extra Britanniam in multorum manus pervenerunt, q
habili voluminum forma delectantur et modico pretio alliciunt
Quaedam remanent quae non leguntur nisi in *Miscellaneis*, qu
Tauchnitzius sive ignoravit sive contemsit. Horum partem
quam Macaulaeus conscripsit admodum adulescens, nec mir
iuvenilia opera hodie vix posse placere, cum iuxta positos
venias quos provecta aetas tulit fructus maturos. Nec tan
minus praeclaris relationibus et sententiis in Senatu dictis, q
iamdudum noram saepiusque legeram et relegeram, nuper in
mixta inveni alia, in quibus leonis unguem facile est agnosc
Unum est quod Mnemosynes lectores fortasse hic lubenter offend
Georgius Otto Trevelyan, quo tempore otium erat ab rebu
Senatu gerendis, quatuor voluminibus composuit avunculi vi
multaque ex Macaulaei diariis excerpsit, ex quibus apparet
praecipuos scriptores Graecos et Latinos usque ad Histo
Augustam legisse omnes, optimos autem haud semel tracta
et retractavisse. Plautus exemplo est, cuius lectione mi
delectabatur. Itaque quum in India gravissima negotia sus
bat — nam secundum a proconsule locum tenebat — com
poetam iamdudum sibi notum quater relegit et in Eur
reversus bis ad eum rediit. Anno 1850 quum mense Septe
in insula Vecti rusticabatur, cum Plutarchi Vitis Parallelis
que scriptoribus haud paucis etiam Plautum secum tule
forte inter ambulandum iuvit eum experiri possetne qua
Graece vertere. Attigerat quinquagesimum aetatis annu
dudum erat ex quo Cantabrigiae se eiusmodi exercitio de
sed operae pretium est cognoscere quomodo res ei cesse
dolendum est reliqua omnia intercidisse, nam servati sun

Digitized by Google

nisi quatuor hexametri Latini optime [illegible] Graecum quod infra describam. Ex [illegible] vs. 1235—1253:

DAEMONES.

O Gripe, Gripe, in aetate hominum plurimae
Fiunt transennae, ubi decipiuntur dolis.
Atque edepol in eas plerumque esca imponitur,
Quam si quis avidus poscit escam avariter,
Decipitur in transenna avaritia sua.
Ille, qui consulte, docte, atque astute cavet,
Diutine uti bene licet partum bene.
Mi istaec videtur praeda praedatum irier,
Ut cum maiore dote abeat, quam advenerit.
Egone ut, quod ad me allatum esse alienum sciam,
Celem? Minime istuc faciet noster Daemones.
Semper cavere hoc sapientes aequissimum est,
Ne conscii sint ipsi maleficiis suis.
Ego, mihi quum lusi, nil moror ullum lucrum.

GRIPUS.

Spectavi ego pridem comicos ad istum modum
Sapienter dicta dicere, atque is plaudier,
Quum illos sapientis mores monstrabant poplo.
Sed quum inde suam quisque ibant divorsi domum,
Nullus erat illo pacto ut illi iusserant.

[illegible] Macaulaeus ita [illegible] in [illegible].

[illegible]

Ὦ Γρῖπε, Γρῖπε, [illegible]
[illegible] τις ἂν πεπηγ[illegible] [illegible]
[illegible] τίθεις ἐπ' αὐτ[illegible] [illegible]
[illegible] τις ἐν [illegible]
[illegible] ἀπιστεῖ καὶ [illegible]
[illegible] ἀπολαύει τῶν καλῶς [illegible]
[illegible] δ' οὐχ ἅρπαγμ' [illegible]
[illegible], οἶμαι, [illegible]
[illegible] πλέπτειν [illegible] — [illegible]
[illegible] μαίνοιτο [illegible]

τόδε γὰρ ἀεὶ σοφοῖσιν εὐλαβητέον,
μή τί ποθ' ἑαυτῷ τις ἀδίκημα συννοῇ.
κέρδη δ' ἔμοιγε πάνθ' ὅσοις εὐφραίνομαι,
κέρδος δ' ἀκερδὲς ὃ τοὐμὸν ἀλγύνει κέαρ.

ΓΡΙΠ.

κἀγὼ μὲν ἤδη κωμικῶν ἀκήκοα
σεμνῶς λεγόντων τοιάδε, τοὺς δὲ θεωμένους
κροτεῖν, ματαίοις ἡδομένους σοφίσμασιν·
εἶθ', ὡς ἀπῆλθ' ἕκαστος οἴκαδ' οὐδενὶ
οὐδὲν παρέμεινε τῶν καλῶς εἰρημένων.

Admirabile est videre quam eleganter Macaulaeus rem suam administraverit et putidum fuerit acerbe exagitare si quid peccarit. Illud addo Rudentem expressam esse ex Diphili fabula, cuius titulus quis fuerit ignoratur; sed Fredericus Schoellius in praefatione me docuit fuisse qui crederent post Vidulariam factam videri Rudentem, cum prior comoedia aptiorem titulum iam occupavisset. Hoc si probabitur, collato Phrynicho Praep. Soph. p. 33. 33: Γρυμεία· ἣν οἱ πολλοὶ γρύτην καλοῦσι, Δίφιλος ἄνευ τοῦ Ι γρυμέαν. ἔχει δὲ παρ' Ἀθηναίοις πήρα τις γρυμέα καλουμένη, ἐν ᾗ παντοῖα σκεύη ἔνεσι., suspicari possis Diphili fabulam Γρυμέαν fuisse inscriptam.

S. A. N.

AD BOETHIUM.

Cons. IV. 7. 43 *Neque enim vos in provectu positi virtutis diffluere deliciis et emarcescere voluptate venistis: proelium cum omni fortuna* animis acre *conseritis.*

Hanc lectionem alii, alii alteram praeferunt quae est *nimis acre*: spreta utraque Peiper *a! nimis acre* edidit.

At lectio *animis* satis bene se habet, emendetur modo vocabulum quod emendandum vel potius secandum est ita:

proelium cum omni fortuna animis ac re *conseritis.*

P. H. D.

Digitized by Google

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY,
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.

DE OVIDIO POETA COMMENTATIO.

SCRIPSIT

J. J. HARTMAN.

(*Continuantur e pag.* 218).

LIBER V.

2 sq. Fremida regalia turba
Atria complentur.

Me quod adiectivum *fremidus* nusquam alibi apud Ovidium legitur, quodque adeo sermonis latini leges violat magis movet quam quod a manu prima in melioribus legitur codicibus. Absurdam eam vocem esse iam ante multos annos Madvigius ille pronuntiavit, sed quod reposuit *trepida* vereor ut rectum sit. Turba illa quae ira et indignatione mota advolat, cruentum bellum illatura convivantibus, non, ut opinor, *trepida* dici potest, quod adiectivum, licet non prorsus idem significet quod *timidus*, *anxius*, tamen cum timore plerumque iunctum animi statum corporisve motum indicat. Me ergo ne hoc quidem quod ‚deteriores' codices et ‚meliorum' altera manus *fremitu — turbae* habent, deterret quominus sic ipsum scripsisse Ovidium credam. Verba *implendi* cum substantivis sonum aliquem significantibus iungere in deliciis ei fuisse videtur. Conferas modo:

V, 153 ululatuque atria complent.
II, 155 hinnitibus auras
Flammiferis implent.
III, 180 ululatibus omne
Implevere nemus.

Digitized by Google

VII, 114 locum mugitibus impleverunt.
VIII, 447 clamoribus urbem
Implent.
IX, 166 Implevitque suis nemorosum vocibus Oeten
οὐδ' ἅπαντας ἐκφέρω.

23 In Phineum indignantem quod sponsa sibi Andromeda potitus sit Perseus sic invehitur frater Cepheus, sponsae pater:

Scilicet haud satis est quod te spectante revincta est,
Et nullam quod opem patruus sponsusve tulisti?

At Phineus ille Andromedae ét patruus est ét sponsus fuit. Utique ergo legendum *sponsusque.*

80 sqq. Tollit Perseus cratera

. . . . . altis
Exstantem signis *multaeque in pondere massae.*

Ultima corrupta censeo, necdum vera emendatio inventa videtur.

85 *Polydaemona.* Veram esse Riesii emendationem *Polydegmona,* et hoc esse nomen regi vel regulo alicui aptum ét res ipsa docet et testatur vs. 242:

Te tamen, o parvae rector, Polydecta Seriphi.

97 Tum quoque Cephenum post regem primus Hodites
Ense iacet Clymeni.

Sic codices, nisi quod pro *tum* etiam *tunc* et *hic* traditur. Confusa sententiae vocabula: licet enim Ehwaldus exempla afferat quaedam, ubi *quoque* a suo loco aberravit, *tum quoque* divelli non posse videtur. Equidem auctor sum legamus: *dux quoque*: Hodites ille copiis Cephenum praeerat tantis ut post ipsum Cephea summo esset imperio.

111 Tu quoque, Lampetide, non hos adhibendus ad usus,
Sed qui, pacis opus, citharam cum voce moveres.

Rectissime Ehwaldus annotat *tu quoque* sic esse mente supplendum ut fiat *tu quoque cecidisti.* Atque tum aptissime sequens versus annectitur, nam *sed qui ... moveres* est: ‚sed ita adhibendus ut ... moveres'. Sed sequenti versu:

Digitized by Google

Iussus eras celebrare dapes festumque canendo
omnia perturbantur. Nunc enim *sed qui — moveres* hunc sensum nanciscitur: „sed *quoniam* citharoedus et cantor eras", ita ut gerundivum *adhibendus* ingratissimum in modum cum verbo finito iungatur: „non adhibendus, sed iussus eras". Accedit quod totum istud „iussus — canendo" admodum ieiunum est et tantum non ridicule praecedentibus additur: qui enim dictus iam est et citharam tractare et ad citharam canere posse, nunc tantummodo *canere* iubetur. Delendum ergo vs. 113 censeo.

154 sqq. Andromeda ipsa cum patre et matre pacem suadent lamentantes:

Sed sonus armorum superat gemitusque cadentum
Pollutosque simul multo Bellona penates
Sanguine perfundit renovataque proelia miscet.

Vs. 155 spernit Heinsii emendationem *semel* Ehwaldus. Certissima tamen illa mihi videtur. *Sonus armorum* et nomen *Bellonae* non possunt vocabulo *simul* inter se iungi, quoniam non sunt diversae naturae, et *pollutos penates sanguine perfundit* ne sanum quidem praebet sensum, nisi participio *pollutos* adverbium *semel* accedit. Atque, illo accedente, apte demum *renovata* commemorantur proelia.

180 Perseus Medusae proferens caput exclamat:

Vultus avertite vestros
Si quis amicus adest!

Immo *quisquis* cum cod. λ. Nam quin pars pugnantium ipsi amica sit dubitare Perseus non potest.

195 sq. Optimo iure hic Ehwaldus „deterioris" codicis ε recepit lectionem:

Increpat hos „vitio"que „animi *non* viribus" inquit
„Gorgoneis torpetis" Eryx.

Nam in „optimo" M est *cum* (suprascripto *cur*).

232 Editur fere cum M:

Tum quoque conanti sua vertere lumina cervix
Deriguit.

Digitized by Google

Non ergo observare videntur vv. dd. quam ingratum sit istud *vertere*, praecedente hoc versu:

Ad quam se trepido Phineus *obverterat* ore.

Equidem Ovidii esse puto quod est in ε et quod in M suprascribitur: *flectere*. Accedit quod *lumina vertere* locutio est dubitationi alicui obnoxia, non vero *lumina flectere*.

384 Latine dici posse:

Inque cor hamata percussit harundine Ditem

non credo. Sed quid agam nescio.

390 Frigora dant rami, tyrios humus umida flores.

Vix apta hic *tyriorum* florum mentio, neque multum proficimus Ehwaldi annotatione *tyrios = purpureos*. Sequitur enim vs. 392:

violas aut *candida* lilia carpit

unde fere certum est poetam voluisse quod est in „deterioribus" *varios*.

445 Assentiri Ehwaldo non possum in hisce:

Solis ab occasu solis quaerebat ad ortum

caeli significari regiones. *Tempora* noctis et diei in praecedentibus significantur:

Perque pruinosas tulit irrequieta tenebras

sc. accensas pinus. Deinde

Rursus ubi alma dies hebetarat sidera.

Ergo recipere Heinsii lectionem:

Solis ad occasum solis quaerebat ab ortu

tantum non cogimur. Per noctis tenebras faces illas ingentes circumferebat, ubi alluxit usque ad novas tenebras filiam quaerebat (ad solis lumen scilicet).

460. Repetam hic quae dixi in Albo gratulatorio, quod Herwerdeno amici obtulimus; in paucorum enim manus eiusmodi collectiones pervenire solent. Puer, qui Cererem ante anus cuiusdam fores bibentem deriserat, quomodo dederit poenas sic narrat Ovidius:

Offensa est neque adhuc epota parte loquentem

Cum liquido mixta perfudit diva polenta.

Digitized by Google

Combibit os maculas, et quae modo bracchia gessit
Crura gerit; cauda est mutatis addita membris,
Inque brevem formam, ne sit vis magna nocendi,
Contrahitur, parvaque minor mensura lacerta est.
Mirantem flentemque et tangere monstra parantem
Fugit anum latebramque petit; aptumque pudori
Nomen habet, variis stellatus corpora guttis.

Versu 460 *pudori* est in optimo codice M, eamque lectionem nunc fere viri docti Ovidio vindicant. At ego, cui ineptissima videretur illa, frustra saepe quaesivi, quae ergo illis vocabulorum *aptum pudori nomen habet* vis esse videretur, donec tandem aliquando me docuit illud vir praestantissimus, qui nuper suavissimo libello quae essent vulgi de linguae ratione opiniones demonstravit: Fridericum Pollium dico. Is enim ad quotidianum quoddam provocat loquendi vitium, quod in familiari sermone saepe committatur. Quod quale sit sic me optime enarraturum arbitror: Iudas nomen nunc male apud omnes mortales audit: sic appellamus eum, qui „absentem rodit amicum, qui non defendit alio culpante", eum denique, qui nihili faciat omnia caritatis vincula, dummodo suo consulat commodo. Quondam autem virum quendam de plebe sic audivi sanctae historiae partem amicis suis enarrantem: „Erat inter Iesu discipulos Iudas quidam: nomen ei Iudas erat, et revera ipse Iudas erat purus putus." Ridiculus profecto error hic est, quem tamen in homine indocto facile feras. At unquam a poeta elegantissimo sic esse peccatum quis credat? Non ego. At credit Pollius, et lectionem codicis M sic defendit: „Nomen Stellio *Ovidii tempore* pervulgatum fuit convicium hominis impudentis et maledici; nunc autem poeta, quo magis commoveat legentium animos, iam aetate fabulosa eam fuisse illius vocabuli vim fingit." Obsecro te, vir praestantissime, num ergo *aptum pudori* posthac significabit *aptum convicio*? Et quomodo illud *variis stellatus corpora guttis* cum praecedentibus cohaerebit? An quidquam illa verba significare poterunt, nisi *ratio* iis dabitur *nominis* modo dicti? Denique iam mittamus inutiles disputationes; certum enim est et luce clarius, unice verum esse quod est in altera lectione: *aptumque colori.*

Haec etiamnunc vera esse arbitror. Quin autem „maculositas"

Digitized by Google

(ut novo et subridiculo utar vocabulo) *coloribus* adnumerari possit neque ego dubito neque dubitavit Bentleyus (Ter. Eun. IV, 4, 22).

520 sqq. Verba sunt Cereris de filia rapta querentis Iovi:

Quod rapta, feremus,
Dummodo reddat eam: neque enim raptore marito
Filia digna tua est, si iam mea filia non est.

Ultima in codicibus omnibus, nisi quod in ε *sed iam*, quod nihili est, legitur pro *si iam*, sic habent. Atque sic nunc eduntur. Duplicem autem admittunt interpretationem. Significare enim possunt aut: „si Proserpina iam desiit esse filia mea", quod parum aptum loquenti, aut, id quod editores velle suspicor: „si mea filia iam non est digna praedone marito (quanto minus tua)". Verum ne id quidem Cererem decet, quae hic nobis a poeta depingitur. Contumeliam, qua affecta est, graviter ferens demissum simulat animum; contemni despicique se clamat, sed simul se eam esse fingit, quae impune laedi possit; alia ergo affert argumenta cur reddere praedam suam raptor sit cogendus:

Si nulla est gratia matris,
Nata patrem moveat, neu sit tibi cura, precamur,
Vilior illius, quod nostro est edita partu.

Praeclara haec sunt egregieque mentem referunt humanam, ad quam cognoscendam etiam Porcii Latronis praeceptis adduci poeta noster potuit. Nimis ergo arrogantis est si Ceres nunc tamquam rem certissimam hoc sumit, quod sua filia raptore marito digna non est atque hoc argumento usa demonstrat multo minus Iovis filiam dignam esse. Accedit hoc quod vix significare posse coniunctiones *si iam* videntur aliquid quod a *quoniam* et *quandoquidem* non longe distat; at certo certius est eas non solum significare posse sed etiam tantum non semper significare: „ut concedam". Ergo non dubito quin Ovidius scripserit:

Si iam mea filia digna est.

Quis primus hanc coniecturam protulerit nescio, sed praestantissimam eam esse mihi pro certo constat.

540 sq. Orphne, nympha Avernalis, puerum Ascalaphum dicitur

Digitized by Google

Ex Acheronte suo *furvis* peperisse sub *antris*.
Sic „deteriores" habent codices, sed meliores *silvis* — *atris*. Utris credamus non est difficile dictu.

570 sq. Laeta deae frons est, ut sol, qui tectus aquosis
Nubibus ante fuit, victis e nubibus exit.
Sic „meliores", dure et vereor ne soloece; codex λ pro *e* habet *ubi*, quod venustam nobis structuram reddit. Fortasse tamen praestat *cum* legere, quae coniunctio facile potuit excidere.

Liber VI.

26 sq. Pallas anum simulat: falsoque in tempora canos
Addit et infirmos baculo quoque sustinet artus.
Sic Ehwaldus; sed neque quid illud *falso* (ubi omnes dant *falsos*) sibi velit video et *quoque* non suo positum loco videtur. Equidem inter vs. 26 et sequentem *excidisse* unum versum suspicor.

45 sqq. Sola est non territa virgo.
Sed tamen *erubuit* subitusque invita notavit
Ora *rubor*.
Haeccine in bono poeta feramus? Merk. coniecit *exiluit*, fortasse recte, modo sit huius verbi subiectum *rubor*. Nam si ipsa virgo exsiluit, territa est.

70 sq. Cecropia Pallas scopulum Mavortis in arce
Pingit.
Commemorare hic volo lectionem variam, non quod hic ullius sit momenti, sed quia egregie illustrat emendationem, qua nullam equidem vidi praestantiorem. Apud Lucretium II, 1173 sq. haec praebent codices:
Nec tenet omnia paulatim tabescere et ire
Ad scopulum, spatio aetatis defessa vetusto.
Emendavit *ad capulum* (= ad feretrum, ad sepulcrum) Havercampius. Poterat, ut opinor, una haec emendatio Havercampium

Digitized by Google

vindicare a conviciis de trivio sumptis, quibus eum laceravit Lachmannus, immo adduci ea Lachmannum oportebat ut criticum illum suspiceret. Si tamen eius in Havercampium cognoscere cupis maledicta: similia sunt huic Lachmanni in Wakefieldium convicio: „Wakefieldus cum grege suo ad glandes rediit". Hoccine effici literarum *humaniorum* studio! Et miramur etiam a Lachmanni fere tempore coepisse illum nostrarum literarum contemptum communem, quo nunc tam vehementer laborant? Nam suos sibi successores in hac certe re Lachmannus habuit. Sed ut ad rem redeam: noster Ovidii versus in codice ε supra *scopulum* scriptum habet *ł ca*. Vides quam facile *scopulus* pro *capulus* et *capulus* pro *scopulus* legi potuerit.

215 Legendum opinor cum Heinsio:

„Desine!" Phoebus ait: „poenae mora longa, querellas".

Mora longa i. e. omnis mora longa cf. 501:

Omnis erit nobis mora longa.

314 sq. cultuque impensius omnes
Magna gemelliparae venerantur numina divae.

Neque olim credidi neque nunc credo Ovidii esse posse *cultu venerantur*. Ecquid *multoque*?

Neque mutavi sententiam de

317 sq. Lyciae quoque fertilis agris
Non impune deam veteres sprevere coloni.

Non tamen hercle me unquam latuit *agris* tamquam locativum accipi posse ut genitivus *Lyciae* non a *coloni* pendeat sed ab *agris*. Sed quam sit languidum istud neminem fugere potest.

468 Ad mandata Prognes et agit sua vota sub illa.

Non fero hic *Prŏgnes* cum semper alibi *Prōgnes* iusta legatur mensura. Nonne:

Ad Prognes mandata et agit sua vota sub illa.

Certe multo minus ingrata elisio in *mandata et*.

513 sqq.

„Vicimus" exclamat, „mecum mea vota feruntur"

Digitized by Google

Exultatque et vix animo sua gaudia differt
Barbarus.

Versus II 863:

. Vix iam, vix cetera differt

et IV 350:

Vixque moram patitur, vix iam sua gaudia differt

satis demonstrant, id quod iam res ipsa docet, *differendi* verbum non admittere iunctum sibi ablativum *animo*. Dubium ergo non est quin sit revocanda lectio e coniectura nata:

Exultatque animo, vix et sua gaudia differt.

537 sq. Cognito Terei facinore Philomela et alia exclamat et haec:

Omnia turbasti, pelex ego facta sororis,
Tu geminus coniunx, hostis mihi debita *poena*.

Iure hic editores egregiam recipiunt Withofii emendationem *Progne*. Vellem simul intellexissent sententiae partem, in qua *nomen* illud *proprium* legatur, non posse referri ad illud *omnia turbasti*, sed per se stare solam et novam cogitationem continere. Et profecto illa:

pelex ego facta sororis,
Tu geminus coniunx

sufficiunt ad *omnia turbasti* explicandum. Quae ubi protulit, cum singultu addit etiam: *non haec mihi debita Progne*.

Sic enim legendum; sententia est: „non hanc tu mihi Prognen te adducturum pollicitus es".

l candida

576 Stamina barbarica suspendit pallida tela

sic codices. Ego quidni illud *candida* recipiamus non video, cf. vs. sq.

Purpureasque notas filis intexuit *albis*.

Neque tamen improbo Heinsii *callida*. Merkelii vero

Stamina barbarica suspendit Pallade telae

ne commemorandum quidem erat. Nam texendi ars, qua Progne, regis Attici filia, utitur, nunquam *barbarica* dici potest.

579 Perfectaque (sc. stamina) tradidit uni,
Utque ferat dominae gestu rogat illa. Rogata

Digitized by Google

Pertulit ad Prognen, nec scit quid tradat in illis.

Soloecum est: „stamina tradit et rogat ut *illa* perferat" pro „stamina tradit et rogat ut perferat". Contra subiectum verbi *pertulit*, quoniam differt a sententiae praecedentis subiecto, non potest in verbo latere. Quoniam autem tam captivae quam captivi a *viris* custodiuntur, certe — nam de his hic cogitandum — ante carcerem excubias agunt viri, haud dubium est quin sit legendum:

Utque ferat dominae gestu rogat. Ille rogata ...

(*ille* est in cod. λ).

629 Sed simul eximia mentem pietate labare

sic codices. Bentleyus

Sed simulac nimia mentem pietate labare.

Veram emendationem nondum inventam opinor. Agitur de Progne, quae sua prole necanda poenas sumere a marito vult, sed pueris aspectis labascit. Requiritur ergo aliquid quod significet: pietas (erga sororem) labascit pietate (erga liberos)". Cf. „rexque patrem vicit", „facto pius et sceleratus eodem" aliaque ex hoc genere quod Ovidio fuit in deliciis.

660 Nec tempore maluit ullo

Posse loqui et meritis testari gaudia dictis.

Agitur de Philomela, quae Tereo Ityos caput „in ora misit". Nunquam adducar ut credam *meritis* sanum esse, non enim *merita dicta* significare potest id, de quo cogitare videntur editores: „verba digna (tanto gaudio)". Neque eiusmodi aliquid hic requiritur; sufficiat: „nihil Philomela mavult quam verbis gaudia testari". Optimum factu erit codicis Gothani lectionem *mentis* in textum recipere.

674 Rectissime Riesius hunc versum

Nomen epops volucri, facies armata videtur

delevit. Nimis enim absurdus est. Ex eadem prodiit officina e qua II, 611 et VI, 294.

701 Se ipsum Boreas et aliis verbis adhortatur ut Orithyiam rapiat et hisce:

Digitized by Google

Hac ope (sc. vi) debueram thalamos petiisse, socerque
Non orandus erat mihi sed faciendus Erechtheus.

Pro *erat mihi* Heinsius *sed vi*, Bothius *vi sed* coniecerunt. Speciosius, ut opinor, quam verius. Nudum *faciendi* verbum optime hic *orandi* verbo opponitur, et nimis saepe substantivum quod est *vis* nobis obtrudi non ferimus. Nam paulo ante 690 sq. iam ex egregiis Heinsii emendationibus et utique recipiendis legitur:

Apta mihi vis est: ví tristia nubila pello,
Vi freta concutio e. q. s.

Liber VII.

55 sqq. Medea secum deliberat faveatne Iasoni et cum eo fugiat, an illum sorti suae relinquat et in sua maneat patria:

Non magna relinquam,
Magna sequar: titulum servatae pubis Achivae
Notitiamque loci melioris et oppida, quorum
Hic quoque fama viget, cultusque artesque *locorum*.

Dubium non est quin pro *locorum* recipienda sit altera lectio *virorum*. Nimis enim dura est repetitio: *loci — locorum*. Qui autem hanc vitantes pro *loci* legunt *soli*, Medeae deliberationem praebent non amore incensae virginis sed cauti diligentisque agricolae.

144 sqq.

Tu quoque victorem complecti, barbara, velles:
Obstitit incepto pudor. At complexa fuisses,
Sed te, ne faceres, tenuit reverentia famae.

Nimiam verbositatem vulgo editores vitant resecando vs. 145. Aliquanto verisimilior simulque venustior mihi videtur haec versuum 145 sq. emendatio:

Obstitit incepto pudor et reverentia famae.

168 Deme meis annis et demptos adde parenti.

Unice verum mihi videtur:

Deme meis annos et demptos adde paternis.

Digitized by Google

194 sq. Tuque triceps Hecate, quae coeptis conscia nostris
Adiutrixque venis, cantusque artesque magorum.
Quo consilio editores hic relictis codicibus legant *artisque* me fugit: certe non possunt a *conscia adiutrixque* pendere et dativus et genitivus. Quod Medea simul cum diis etiam artes cantusque magicas alloquitur nihil habet insoliti.

222 sq. Thessala Tempe
Despicit *et cretes* regionibus adplicat angues.
Et certis non est Madvigii coniectura sed lectio iam Burmanno probata. Mihi unice verum visum est semper: *Oetaeis*. Quid enim aptius quam cum Ossa Pelio Othry Pindo Olympo etiam *Oetam* commemorare? Non potuit hic de eo sileri.

225 sq. Et quas Ossa tulit, quas altum Pelion herbas
Othrysque et Pindus, quas Pindo maior Olympus,
Perspicit.
Utinam loci vexatissimi diu perstet elegantissima haec lectio, quam primus Ehwaldus proposuit!

276 His et mille aliis postquam sine nomine rebus
Propositum instruxit mortali barbara maius.
Etiamnunc alter versus corruptus videtur. An quod VIII, 573 (quem locum Ehwaldus affert) legitur: *mensas epulis instruxit*, continuo inde sequitur etiam *propositum instruere rebus* recte dici. Et illud *mortali maius* nimis languidum est nimisque contortum.

308 Suspenditque animos ficta gravitate rogantes.
Quoniam *animos rogantes* nihili est, recipienda altera lectio *rogantum*.

464 Florentemque tyron cyprum planamque Seriphon
sic codices. Inde Birtius effecit:
Florentemque tyro Cythnum plantaque Seriphon
atque hoc *emendare* vocat Kornius. Aliquanto melius Ehwaldus edidit:
Florentemque thymo Syron planamque Seriphon.

Digitized by Google

502 Cecropidae Cephalus peragit mandata.
Legendum cum Heinsio *Cecropidum*, si quidquam in nostra arte certum, certum fit collato vs. 492 sq.

Attica puppis adest
Quae Cephalum *patriaeque* simul mandata ferebat.

532 Letiferis calidi spirarunt *aestibus* austri.
Donec me docuerit aliquis quid sit *aestibus spirare*, cum Heinsio legam *flatibus*.

554 sqq.

Viscera torrentur primo, flammaeque latentis
Indicium rubor est et ductus anhelitus *igne*.

Sic (vel *igni*) est in codd. Quid sit *anhelitum ducere igne* dicat qui novit. Ignorare se Ehwaldus fatetur edens

Indicium rubor est et ductus anhelitus, igne
Aspera lingua tumet.

Sed neque *ductus anhelitus*, si nullum accedit adverbium, morbi est indicium, et *lingua igne tumens* est lingua bubula quae in patina assatur. Verum vidit Heinsius: „ductus anhelitus aegre".

574 sqq. Fugiuntque penates
Quisque suos, sua cuique domus funesta videtur,
Et quia causa latet, locus est in crimine parvus.

Sic est in codicibus, lectionem *locus — parvus* defendit Ehwaldus monendo Thucydide auctore revera angustias loci, quo contracti erant cives, pestilentiae fuisse causam. Quasi vero de Thucydide hic cogitet Ovidius et homo non barbarus putare potuerit στενοχωρίαν latine esse *locum parvum*. Sed hoc gravissimum quod, si *veram* aliquam causam hic Ovidius attulisset, suum ipse perturbasset consilium. Notat homines qui, sicut semper et hic, putent locorum mutationibus vitari posse miserias. Quid ergo praestantius quam altera lectio

Et quia causa latet, locus est in crimine notus.

Quam egregie hic *latet* et *notus* inter se opponuntur. Quam pulchre totus versus concinit cum praecedentibus.

580 sq. Hos versus Heinsius et Schraderus proscripserunt,

Digitized by Google

sed utique sunt retinendi. Narrationem de aegrotantium doloribus egregie claudunt et more illo Ovidiano de quo supra (Vol. XXXII, p. 411) diximus, dummodo certissimam recipiamus Riesii emendationem:

Membraque *perdentis* tendunt ad sidera caeli
Hic illic, ubi mors deprenderat, exhalantes

pro *pendentis*. Cf. initium narrationis vss. 528 sq.

Principio *caelum* spissa caligine terras
Pressit.

612 Cum Heinsio legendum:

Natarum matrumque animae iuvenumque senumque.

Eodem redit quod Ehwaldus Pollium secutus edidit:

Matrumque nuruumque animae iuvenumque senumque

sed displicet illa voculae *que* in *priore* parte versus productio.

635 sqq. Non magnopere obsto quominus cum Ehwaldo legamus:

Ante oculos eadem mihi quercus adesse
Et ramis totidem totidemque animalia ramis
Ferre suis visa est.

Tamen ille ablativus qualitatis *ramis totidem* obscuritatis habet aliquid quae suum requirat grammaticum. Ipsum Ovidium nobis exhibet codex ε:

Et *ramos* totidem e. q. s.

741 Madvigium secutus Ehwaldus edidit

Exclamo male victor: „adest, mala, fictus adulter".

Sed neque nunc *male victor* suam sibi in sententia obtinet sedem, et ingratissimum est *male — mala*. Quid sit legendum incertissimum, vide Ehwaldi Appendicem criticam.

763 Male ab exilio retractus est ab Ehwaldo versus

Scilicet alma Themis nec talia linquit inulta

qui est in cod. M a m. 3.

769 Copula detrahitur canibus, quas illa sequentes
Effugit et centum non segnior alite ludit.

Digitized by Google

Sic Ehwaldus edit. Quid istud *centum* sibi velit rogas? Adest idem et: „trotz ihrer Menge" annotat. Non, opinor, tam obscure loquitur Ovidius. Rectius Merkelius *et celeri*.

826 sq. „Procrin meam" sic Cephalus narrat „adiit aliquis, qui verba quaedam mea, e quibus effecerat Nympham aliquam a me amari, ei renuntiavit". Tunc sic narrare pergit:

Credula res amor est: subito collapsa dolore,
Ut mihi narratur, cecidit longoque refecta
Tempore se miseram, se fati dixit iniqui.

Sic est in codicibus et sic editur ab Ehwaldo. At istud *ut mihi narratur* quo referamus nescimus. Quis id Cephalo narravit? Ipsane moribunda? At parum hoc credibile. An postea servorum aliquis? At opusne erat eiusmodi rei nuntio? Nonne id facile sibi potuit ante oculos ponere Cephalus ipse? Quod proposuit Heinsius „ut *sibi* narratur" soloecum videtur, et, nisi est, tamen plane est supervacuum. Sed — nam hoc gravissimum — „collapsa cecidit": quis unquam sic est locutus? Quo magis locum contemplor, eo mihi fit certius Ovidium dedisse:

Credula res amor est: cecidit longoque refecta
Tempore e. q. s.

Quod cum alicui nimis exile videretur, priorem versum sic explevit *subito collapsa dolore*, et secundo assuit pannum *ut mihi narratur*, quem putabat sine ullo detrimento assui posse.

836 Egredior silvamque peto, victorque per herbas
„Aura veni" dixi.

Vidit Merkelius nihil esse *per herbas* nisi aliquod participium accederet ergoque *pererrans* proposuit, admodum infeliciter, nam nullus venator *victor* dici iam potest cum *prima luce* (v. vs. 835 „Postera depulerant Aurorae lumina noctem") silvas *pererrat*, non, hercle praedam reportans sed praedam quaerens vestigansque. Suspicor quaedam hic excidisse et sic fere scripsisse Ovidium:

Egredior silvamque peto, praedaque potitus,
Dum stratus frigus capto requiemque per herbas.

Digitized by Google

Liber VIII.

8 sqq. Nisus .... cui splendidus ostro
Inter honoratos medioque in vertice canos
Crinis inhaerebat, magni fiducia regni.

Plura hic displicent: repetita praepositio in hisce: *in vertice inhaerebat*, ipsum *inhaerendi* verbum, coniunctio *que*, quae totam orationem facit soloecam: „erat huic inter canos in medio capite crinis purpureus" hoc latinum est, non vero „inter canos in *medioque* capite". Huic certe incommodo, quod omnino ferri nequit, „deteriores" medentur codices praebendo *medio de vertice*" sed simul monet praepositio *de* in horum codicum exemplo *inhaerendi* verbum non fuisse. Scripsisse Ovidium suspicor:

Pendebat crinis, magni fiducia regni.

Pulcherrimus hic erit versus „contemplativus", quem sui quatuor spondei egregie deceant.

60 sqq. Et puto, vincemur; qui si manet exitus urbem,
Cur suus haec illi reseret mea moenia Mavors
Et non noster amor?

Sic nunc hunc locum exhibet Ehwaldus, multo certe melius quam qui pro *qui si manet* edunt *quis enim* et *cum* pro *cur*. Unus tamen remanet scrupulus: *„haec mea* moenia" languidum neque huius loci est. Tollit hunc Heinsius legendo *reserabit* pro *reseret mea*. Sed coniunctivo hic utique opus. Alio verbo Ovidium usum esse arbitror.

62 sqq. Melius sine caede moraque
Impensaque sui poterit superare cruoris.
Non metuam certe, ne quis tua pectora, Minos,
Vulneret imprudens.

Si ne periculum quidem est ne quis imprudens Minoem vulneret, ineptientis est illud *sui cruoris* praemittere. Neque sani hominis est Scyllam sic pergentem inducere:

Quis enim tam durus ut in te
Dirigere immitem non inscius audeat hastam?

Dubium esse non potest quin sic Scylla ratiocinetur: „imprudens

Digitized by Google

te vulnerare aliquis potest, sed quis tam durus [1]) ut consulto faciat illud?" Ergo tam certum est legendum hic esse *nam metuam certe*, ut operarii culpa in Ehwaldi editione perstitisse *non* suspicer. Etiam *certe* cum *nam* recte iungitur, non vero cum *non*.

78 sqq. Opus est mihi crine paterno.
Illa mihi est auro pretiosior, illa beatam
Purpura me votique mei factura potentem.

Aliquanto mihi elegantior videtur codicis λ lectio *ille*. Praestat eodem pronomine primum respicere praecedentia, deinde sequentia.

116 sqq. Cives odere merentem,
Finitimi exemplum metuunt, *exponimur orbe*
Terrarum nobis ut Crete sola pateret.

Sic cod. M a prima habet manu. Pro insano isto *exponimur orbe* multi multa tentarunt. Quid requiratur certum est: aliquid quod *patendi* verbo oppositum est. Opponuntur autem inter se *patet* et ... *clausum est*, vel *obstructum est* [2]). Quis ergo non hic coniiciat *obstruximus orbem*? Quod cum sit in codice λ, quidni ambabus arripiamus manibus? An aptas, sinceras, ab omni parte probabiles lectiones hanc unam ob causam respuamus quod in „deterioribus" legantur codicibus? Mihi iusta ea causa videtur quaerendi iurene „deteriores" illi dicantur.

122 sqq.
Nec Iove tu natus, nec mater imagine tauri
Ducta tua est genitrix, falsa est ea fabula, verum
Et ferus et captus nullius amore iuvenci
Qui te progenuit taurus fuit.

Sic est in cod. M, supra *genitrix* scripto per compendium *generis*. Leviores discrepantias mittere possum: utrum *ducta* an *lusa* legamus parum refert et ex hoc genere sunt omnes. Quod ple-

---

1) *Durus* legendum i. e. sine sensu et omnis humanitatis expers, non *dirus*. Ehwaldus quid voluerit typothetae error dubium facit: in eius enim editione est *duris*.

2) Cf. vs. 186: „Terras licet" inquit „et undas
Obstruat, at caelum certe *patet*".

Digitized by Google

rumque editur: *generis falsa est ea fabula*, me iudice ferri nequit: „falsa est *ea* fabula" nullum admittit vocabulum quod praeterea illud *fabula* exornet. Neque longa utar disputatione, sed recepta praeclara Merkelii emendatione *verus* (pro *verum*) hanc, quae sola Ovidio digna videtur, propono lectionem:

Nec Iove tu natus, falsi nec imagine tauri
Ducta tua est genitrix — falsa est ea fabula — verus
Et ferus e. q. s.

Cum *falsi imagine tauri* cf. III, 1: „fallacis imagine tauri".

138. Abeuntem cernens Minoem et alia lamentatur Scylla et haec:

Me miseram, properare *iubet*, divulsaque remis
Unda sonat.

Non sollicitanda haec codicis M lectio, pro qua Kornius *iuvat* quod supra scriptum est, recipit. Requiritur enim aliquid quod suis adspicere oculis possit Scylla. Videt autem Minois iussu iam vela expandi. Cf. XIII, 419:

iubet uti navita ventis

ubi in ipso codice legitur *iuvat*. Vides quam facile haec inter se permutentur.

157 Destinat hunc thalami Minos removere pudorem

De Minotauro agitur, qui rectissime dicitur pudor *thalami* i. e. Minois connubii sive Pasiphaes pudor. Non ergo *thalami* tentandum, licet in codice M litera *i* sit in rasura.

162 Non secus ac liquidis Phrygius Maeandros in undis
Ludit.

Nihil hic mutandum monet Ehwaldus propter Senecam, sed neque apud Senecam est *liquidis undis*, neque quisquam sanus homo sic unquam est locutus. Unice mihi placet *liquidos* .... *in arcus* quod et Heinsio placuit.

279. Iratae Dianae haec verba sunt:

At non impune feremus,
Quaeque inhonoratae non et dicemur inultae.

Impune fert qui deliquit, non is qui iniuriam accepit, et est

Digitized by Google

locutio in Ovidio admodum frequens. Quem hic errasse non est verisimile, at facile librarius sequente *dicemur* in errorem potuit induci. Lege ergo *impune feretis*.

284 sqq.

Sanguine et igne micant oculi, riget horrida cervix,
Et setae similes rigidis hastilibus horrent,
Stantque velut vallum, velut alta hastilia setae.

Ferri non posse ét 285 ét 286, sed aut ambos esse eiiciendos aut certe alterutrum, nunc omnes consentiunt. Equidem 286 retinendum censeo, in quo offensionis nihil est, quique apte — id quod non facit 285 — versum 284 excipit. Quominus ambos damnem hoc prohibeor argumento quod non credam hunc poetam, cui tanti semper fuerit ars topica, cum de *apro* ageretur, a se impetrare potuisse ut *setarum* nullam faceret mentionem.

539. Mortuo Meleagro sorores eius primum lamentantur, et

Post cinerem cineres haustos ad pectora pressant.

Etiam atque etiam deliberandum sitne credibile haec sic ab Ovidio scripta. Egregii sunt prae hisce ineptiis versus illi, quos Albinovanus cum amicis optimo iure in Ovidio reprehenderunt. Quod illustrandi causa e L. XIII affert Ehwaldus: „videoque tuum mea vulnera vulnus" (vs. 495) vereor ut satis afferat praesidii, nam in illo loco acuminis aliquid inest, in hoc vero nihil. Hoc quoque accedit quod post ista (537 sq.):

Dumque manet corpus, corpus refoventque foventque,
Oscula dant ipsi, posito dant oscula lecto

aliquas exspectamus coniunctiones, quibus significetur multo maiorem exstitisse luctum cum corpus flammis esset absumptum (e. c. *ut vero* crematum est corpus), non languidum hoc et exile asyndeton. Omnia denique eo ducunt ut suspicer aliquem versum cum secundi versus initio excidisse, et sic fere scripsisse Ovidium:

Ut vero caros artus absumpserat ignis,
Attonitae cineres haustos ad pectora pressant.

596—609. Delendos hic esse versus duodecim iam constat inter viros doctos, neque ego obloquar. Quod tamen annotat

Digitized by Google

Kornius ista diversis temporibus a diversis haud ita bene disposita esse, minus mihi accurate dictum videtur. Nihil enim in hisce:

In quo desinimus, quo sacri currimus amnes,
Huc ades atque audi placidus, Neptune, precantem.
Huic ego quam porto nocui, si mitis et aequus,
Si pater Hippodamas aut si minus impius esset,
Debuit illius misereri, ignoscere nobis,

vel in his:

Cui quondam tellus clausa est feritate paterna,
Hanc quoque complectar. Movit caput aequoreus rex
Concussitque suis omnes assensibus undas.
Extimuit nymphe: nabat tamen. Ipse natantis
Pectora tangebam trepido salientia motu
Dumque ea contrecto, totum durescere sensi
Corpus et inductis condi praecordia terris,

video quod Ovidio plane sit indignum, sed multa quae ab alio scribi potuisse non credam. Hic quoque evenisse aliquid non diversum ab ea re suspicor, de qua ad I, 544 egimus. Versus sat multos huic loco aptos raptim, labore egregie procedente, in chartam poeta coniecerat, sed nondum secum statuerat quos illorum retineret, quos abiiceret: aliquos esse abiiciendos constabat tamen. Exemplar autem nondum expurgatum in manus amicorum pervenerat. In editionibus nostris omnia ista ferri non possunt, nam, quod rectissime observat Ehwaldus, versus qui a *dum loquor* incipit statim ipsam orationem directam debet excipere, recteque statuisse illos censeo qui sic ediderint:

Excepi nantemque ferens „o proxima mundi
Regna vagae" dixi „sortite tridentifer undae,
Affer opem, mersaeque, precor, feritate paterna
Da, Neptune, locum; vel sit locus ipsa licebit."
Dum loquor e. q. s.

Si quis tamen mea spreta sententia de interpolatore hic cogitare mavult, huic ego adversario ultro affero argumentum, fortasse non leve. Simillimus est hic locus illi e libro I de quo modo dicebam: utrobique undarum numen imploratur. Non ergo sine veri specie quadam contendere possit aliquis eundem utrobique teneri falsarium, quem eiusmodi praesertim exornare locos iuvaret. At mihi contra opem fert conditio versuum 651—656, sicut in

Digitized by Google

quibusdam sunt traditi codicibus. Hic quoque ipsum potius poetam agnosco dubitantem, quam interpolatorem sua commenta temere inserentem.

679 sqq. Hiat aliquid in hisce:

Interea totiens haustum cratera repleri
Sponte sua per seque vident succrescere vina:
Attoniti novitate pavent.

Neque tamen probaverim editionis Aldinae lectionem *quotiens*. Videant doctiores!

693—7. Hic quoque perturbatio quaedam deprehenditur, quam interpolatoris culpa natam nunc viri docti censent. Equidem facilius mihi fingo ipsum poetam certo aliquo die in pangendis versibus eidem obnoxium vitio, quam falsarium, qui prae ceteris certam certi libri partem elegerit cui, nulla re coactus, suos versiculos vel assueret vel insereret.

713 Ante gradus templi cum starent forte locique
Narrarent casus.

Quid aptius, quidve venustius quam τὴν καταστροφήν fabulae fieri dum eius personae res ante actas sibi in memoriam revocant? Communis hic omnium poetarum locus, sed prae ceteris dilectus Ovidio. Ut ex ingenti exemplorum copia unum afferam: XI, 712 sq.:

Dumque moratur ibi dumque ...
Dumque notata locis reminiscitur acta, fretumque
Prospicit, in liquida, spatio distante, tuetur
Nescioquid quasi corpus aqua.

Sed quominus hic flosculo illo Ovidiano tuti laetaremur obstitit Merkelius et nobis *locoque navarent curas* obtrusit. Quasi vero a stantibus aedium sordes pulvisque removeantur. Alia omnia paulo ante experti sumus (ineunte mense Iunio haec scribo). Et illud *casus*, quod quam egregium sit nemo non sentit, in codicibus est omnibus, *curas* e coniectura natum est: quid ergo posthac tutum iam erit a praepostera doctorum sapientia? Sed adest Ehwaldus, vir sani iudicii, qui omnia ista respuat et *narrarent casus* ab exilio revocet. Nam quod Kornius edidit

Digitized by Google

narrarent curas, id quidem plane nihili est. *Casus* locus est expertus, *curas* non sensit, nam puncto temporis palude est mersus. Quod autem ad verbum attinet: in M est *narrarent*, in λ *narrassent*, quod minus aptum. Sed videndum an non utrique lectioni praestet id quod est in N *inciperent*: huic verbo explicandi causa adscriptum esse *narrarent* admodum est verisimile. Contrarium non item.

721 sqq. Narrationem suam de Philemone et Baucide sic concludit Lelex:

Haec mihi non vani, neque erat cur fallere vellent,
Narravere senes. Equidem pendentia vidi
Serta super ramos, ponensque recentia dixi:
„Cura deum di sint, et qui coluere colantur".

Quis ultimo versui non adstupeat, quis non ea sibi legere videatur quae mortalium nemo unquam sit intellecturus? Non audet tamen dubitare quin sic scripserit Ovidius, nam videt Heinsii lectionem hac editorum annotatione reiici: „Sed cf. Lachmann ad Lucret. p. 253", atque ne hiscere quidem audet. At quid illud est quod sacro illo ore edatur? Audi: „*cura deum di sint*, id est: sint nobis deorum loco quos ipsi dei sua cura dignati sunt, *et qui coluere colantur*". Ergone novum cultum atque adeo novam theologiam Lelex instituit? Non opinor. Omnis eius sapientia redit ad notum illud prudensque:

Discite iustitiam moniti et non temnere divos

et hoc est quod praeclara sua emendatione Ovidio reddidit Heinsius:

Cura pii dis sunt et qui coluere coluntur.

805. Sic Fames describitur:

Ventris erat pro ventre locus, pendere putares
Pectus et a spinae tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies genuumque tumebat
Orbis, immodico prodibant tubere tali.

In cod. M vs. 805 verba *pendere putares* sunt in rasura, „in qua olim fuisse constat" (Kornius ait) „genuumque tumebat". In margine a m. 2 haec sunt (omitto autem vitia leviora et dudum sublata):

Digitized by Google

Pectus et a spinae tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies genuumque tumebat.

Ne quis autem hinc efficiat non esse Ovidii duos hos versus, rem sic se habere palam est: librarius cod. M a *locus* aberravit ad *genuumque tumebat* et sic totum vs. 806 cum maiore parte vs. 807 omisit. Postea aliquis corrigendo fine versus 805 et adscribendis versibus 806 et 807 vitium sanavit.

875 sq.

Vis tamen illa mali postquam consumpserat omnem
Materiam, dederatque gravi nova pabula morbo.

Quin recte Burmannus pro *dederatque* coniecerit *deerantque* dubium esse non potest. Consideret modo aliquis quam necessarium sit, si tradita retineatur lectio, sententiam supplere aliquo vocabulo qualia sunt *usque, semper, tantummodo,* quae quis cogitando suppleat? Et quam egregie *consumpserat* et *deerant* inter se iunguntur.

Liber IX.

57 sq. Vix tamen inserui sudore fluentia multo
Brachia, vix solvi duros a corpore nexus.

Quoniam hic Achelous narrat quomodo removere conatus sit Herculem, cum in certamine ille tergo suo inhaesisset, etiam atque etiam videndum est sitne recipienda codicis *s* lectio *pectore*. Quid enim magis huic loco aptum, quid magis egregium pictorem decet? Contra *corpore* languidissimum est. Et si quis metamorphoseon annotationes criticas pervolverit, videbit tam frequentem esse confusionem formarum *corpore* et *pectore* ut nostri videri possit arbitrii esse utrum horum singulis legendum locis sit.

70 sq. nec ullum
De centum numero caput est impune recisum
Quin gemino cervix herede valentior esset.

Estne hoc latinum *nullum de centum numero caput?* Veram lec-

Digitized by Google

tionem equidem servatam censeo in „deterioribus" et in codicis M manu altera: *comitum*, quod quam facile sede sua pelli potuerit annotatione *centum* (ad *numero*) quivis videt. Capita hydrae inter se comites appellare flosculus videtur vere Ovidianus.

110 sqq.
„Officio"que „meo ripa sistetur (Deianira) in illa"
„Haec" ait (Nessus) „Alcide, tu viribus utere nando",
Pallentemque metu fluviumque ipsumque timentem
Tradidit Aonius pavidam Calidonida Nesso.

Si in his subiectum maneret idem (si e. c. vs. 113 legeretur: „imposuit tergo pavidam Calidonida Nessus") egregius esset hic versuum ordo. Sed quoniam mutatur subiectum et poeta post Nessi orationem sic narrare pergit: „decipi se passus est Hercules", dubium esse non potest quin recte in cod. λ vss. 112 sq. inverso legantur ordine.

115—119. Ne quis putet eam esse codicis M praestantiam ut quos ille omittit versus semper sint alicui obnoxii dubitationi, observet hos versus, quibus carere non possumus quin omnia dilabantur, in cod. M legi in margine et 115 quidem a prima, 116—119 ab altera manu.

124 Si te nulla mei movit reverentia, at orbes.

Ingratam synizesin vitant „deteriores" *reverentia movit* legendo.

153 In cursus animus varios abit.

Donec alia mirae huiusce locutionis afferantur exempla, cum D. Heinsio recipiamus codicis Palatini lectionem: „incursus animus varios habet". Nulla est in codicibus frequentior confusio quam ista inter *habet* et *abit*.

176 *tollens* ad sidera palmas.

Rectissime Ehwaldus hic Heinsii coniecturam *tendens* recepit.

179 sq. Vel si miserandus et hosti,
Hoc est, si tibi sum, diris cruciatibus aegram
Invisamque animam natamque laboribus aufer.

Digitized by Google

Hanc codicum lectionem retinuit Ehwaldus: vellem docuisset usquam alibi apud Ovidium quidquam legi quod tam pedestre esset et sic humi reperet. Pulcherrimum est quod antea vulgo edebatur:

v. s. m. et hostis,
(Hostis enim tibi sum) e. q. s.

Hostis est in cod. ε, cetera omnia facile librarii errore abire potuerunt in ea quae codices praebent.

318. Galanthis Alcmenae ancilla deceperat Iunonem:

Ridentem prensamque ipsis dea saeva capillis
Traxit et e terra corpus relevare volentem
Arcuit.

Ipsis nihili esse etiam post Ehwaldi observationem: „*ipsis* weil vorher (vs. 307) auf ihr Haar hingewiesen war" contendere pergo. Si illo versu 307 Galanthis inducta esset glorians et superbiens suis capillis, praesidium inde peti posset, nunc non potest, nam nihil aliud ibi legitur quam:

Una ministrarum, media de plebe, Galanthis,
Flava comas, aderat, faciendis strenua iussis.

Iure ergo Iuno si eam *manibus* arripuisset, *ipsis manibus* eam arripuisse dici poterat, sed *ipsis capillis* nil habet quo referatur. Deinde pro *e terra* utique legendum *a terra*.

327. Optimo iure hic Ehwaldus codicis λ lectionem recepit *vestro* (non *nostro*). „Ego" ait Deianira, meam sororem in arborem conversam lugeo, te

alienae sanguine vestro
Rapta movet facies.

Recte sic duae res inter se opponuntur. Quid sibi velint editores, qui *nostro* exhibent, in tenebris latet.

506 sq. Quoniam tota Byblidis suasoria sic est disposita ut inter se excipiant argumenta cur amori indulgeat et argumenta cur amorem fuget, videndum annon hi versus:

Et tamen arbitrium quaerit res ista duorum.
Finge placere mihi, scelus esse videbitur illi

Digitized by Google

quibus amori suo resistit, a sua aberrarint sede. Proxime enim praecedunt haec:

Aut nostro vetitus de corde fugabitur ardor,
Aut hoc si nequeo, peream precor,

quae sunt in eandem sententiam disputantis, et itidem amori cedere nolentis.

529 sq.

Scripta „soror" fuerat: visum est delere „sororem"
Verbaque correctis incidere talia ceris.

Non antea *corriguntur* cerae, deinde pro vitiosis ea iis inscribuntur verba, quibus opus est, sed ipsum hoc vera pro falsis scribere est corrigere. Pro *correctis* hic requiritur participium id indicans quod fit cum vocabula quaedam sunt deleta: tum cera denuo *plana* est facienda. Ipsum vocabulum non praesto.

557 sqq.

Nec nos aut durus pater aut reverentia famae
Aut timor impediet: tamen ut sit causa timendi,
Dulcia fraterno sub nomine furta tegemus.

Minime inepta haec lectio *tamen ut*, e coniectura nata. Nescio tamen an praestet codicum lectionem *tantum* retinere, utpote quae eandem sententiam eo sermone referat qui vel maxime Byblidem deceat; *tamen ut* languidius est. *Utinam modo sit causa timendi*: „utinam modo fiant ea quae latere malimus": hoc virginis est insano amore abreptae. Neque quidquam interest inter *tantum sit* et *utinam modo sit*.

570. Scriptis literis Byblis famulum vocat et
„fer has, fidissime, nostro"
ait. Praestantissimam lectionem *fer has* debemus „deterioribus" codicibus, nam in „optimo" M est *feras*, quod falsissimum est, sed ut tam egregie corrigatur, aut Bentleyum aliquem requirit aut exemplum minus corruptum. Sive autem hoc sumimus sive illud, sequitur ut „deteriores" illi permagnam habeant auctoritatem.

Digitized by Google

652 sq. Bybli, iaces frondesque tuo premis ore caducas.
Saepe etiam nymphae teneris Lelegeides ulnis
Tollere conantur e. q. s.

Et ipsa grammatica (carere enim suo obiecto *tollendi* verbum non potest) et usus Ovidii (cf. III 564: hunc avus, hunc Athamas, hunc cetera turba suorum corripiunt), nos cogunt pro *etiam* probare „deteriorum" lectionem *illam*.

654 sq. Continuo sequitur:

Saepe ut *moderetur* amori
Praecipiunt.

Sic habet cod. h, in λ et ε est *mederetur*, M habet *medeatur*. In promptu est „historiam morbi" (ut aiunt medici) exponere. Scripserat Ovidius *moderetur* (cf. IV, 234 *moderatus amor*). Calami lapsu id abiit in *mederetur*, quod, ut constaret ét metrum ét consecutio temporum, παραδιορθώσει in *medeatur* est correctum scilicet. *Moderari* amori femina solito fortior potest, *mederi amori* ille solus qui cum amatur redamat, vel etiam saga aliqua.

688. Isis hic dicitur venisse „pompa comitata *sacrorum*". Immo cum Heinsio *suorum*. Hominum non rerum nomen requirit tam substantivum q. e. *pompa* quam *comitandi* verbum.

724 Quamque virum putat esse, suum fore credit Ianthe.

Lepidissime sic editiones veteres; *suum* sc. *virum*, quod primum adscriptum, deinde in textum receptum, ridiculum istud

Quamque *virum* putat *esse virum fore* credit Ianthe

peperit, quod nunc edi solet.

729. En iterum versum, a codicis M librario errore (sic enim censeo) omissum:

Parcere debuerant, si non et perdere vellent

quem ab Ehwaldo iure postliminii revocatum vehementer gaudeo.

751 sq. Ipsam Iphidem sic poeta alloquitur:

Non te custodia caro
Arcet ab amplexu, non cauti cura mariti.

Digitized by Google

Absurdum videtur, cum id aetatis puellam alloqueris, *marili* mentionem facere; contra aptissimum est quod probavit Burmannus *magistri*.

Liber X.

38 Quod si fata negant veniam pro coniuge.
Rariorem loquendi rationem egregie illustrat XI, 400 sq.

Thetis hanc pro coniuge supplex
Accepit veniam.

50 Hanc simul et legem Rhodopeius accipit *Orpheus*.
Languidissimum istud, sed solum Ovidio dignum quod coniecit Heinsius *heros*.

114 sqq. Bulla super frontem parvis argentea loris
Vincta movebatur, parilique aetate nitebant
Auribus e geminis circum cava tempora bacae.
Ut istud *parilique aetate* tueantur viri docti sententiam incidunt post *aetate* et provocant ad morem Romanum bullas dandi infantibus modo natis. Sed quid istud nostro loco affert decoris? Ut taceam minime e verbis nunc apparere eadem *cum puero* aetate bullam istam fuisse. Et quam ingrata dispositio verborum: „vincta movebatur parilique aetate"! Balbutientis istud est. Mihi pro certo stat totum istud *parilique aetate* inde natum esse quod librarius intempestive recordaretur versus

Sed pia Baucis anus parilique aetate Philemon

quo nullum totis Metamorphosesin notiorem fuisse opinor, et cum Heinsio legendum:

Vincta movebatur, parilique ex aere nitebant
Auribus e geminis e. q. s.

Argenteas etiam bacas fuisse, hoc addere debebat Ovidius neque quidquam erat quod mallet.

132 sqq. Quae non solatia Phoebus
Dixit *ad hunc* leviter pro materiaque doleret
Admonuit.

Digitized by Google

Corrupta haec; quomodo emendentur non tam curo quam laetor quod importunum istud Merkelii commentum „dixit *ut utiliter* p. m. q. d." iam nusquam comparet. Nulla autem lectio probanda est in qua pronomen *hunc* servetur. Cumque necessario verba *dixit* et *admonuit* aliquo inter se iungenda sint vinculo, nihil verius esse apparet lectione codicis λ: „dixit et ut leviter". Neque tamen prorsus improbo Ehwaldi lectionem:

Quae non solacia Phoebus
Dixit! ut hunc, leviter pro materiaque doleret
Admonuit.

In qua *ut* est exclamantis. Nisi quod duplex illa exclamatio mihi quidem parum venusta videtur.

157 sq. Nulla tamen alite verti
Dignatur, nisi quae posset sua fulmina ferre.

Posset, quidni *possit*? An altius haeret vitium, et hic quoque „deteriores" verum servant: „n. q. portet sua fulmina terrae"?

174 Iamque fere medius Titan venientis et actae
Noctis erat.

Recte dictum hoc foret si de noctis numine, non de sole hic sermo esset. At nunc cum cod. ε legendum *lucis*.

177 Latique ineunt certamina disci.

Ut concedam discum fuisse *latum*, vel certe dici potuisse, quid ornamenti istud adiectivum huic loco affert? Quidni *laetique*? quod ét ad *discum* aut, idque melius, ad *ludentes* potest referri.

202 sq. Atque utinam merito vitam tecumque liceret
Reddere.

Si sic legimus, quid isto *que* faciamus frustra quaerimus. Idem usu venit in *ve*, quod M habet; sed *ve* illud monet nihil probari, immo ferri posse, nisi quod pro *merito* habent „deteriores": *pro te*. Hoc est poetae nihil omittentis quod apte illustrandi causa possit afferre: „pro te vel tecum mori vellem".

295 sqq. Volens volenti virgo, ex eburna vera virgo facta, nubit Pygmalioni:

Digitized by Google

iamque coactis
Cornibus in plenum noviens lunaribus orbem
Illa Paphon genuit, de qua tenet insula nomen.
Editus hac ille est, qui, si sine prole fuisset,
Inter felices Cinyras potuisset haberi.

Primo aspectu vehementer arridet Suchierii opinio versum 297 esse delendum. Nam humi repit istud: *illa — nomen*, et si quis sciolus hanc suam sapientiam addere voluit, sponte fere existebat hexameter. Sed, ut mittam quae viri docti hic annotant de Callimacho et Philostephano deque Alexandrinorum *μετονομασίαις* (cognitu enim utilissimae eiusmodi res sunt, sed in re critica *πειθανάγκην* non habent), minime Ovidianus sic nascitur ad novam fabulam transitus. Ipsum vero Ovidium agnoscimus in versu priorem fabulam claudente gravique exordio novae de re abominanda narrationis.

305 sqq.

Gentibus Ismariis et nostro gratulor orbi,
Gratulor huic terrae, quod abest regionibus illis,
Quae tantum genuere nefas.

Lubenter Ehwaldo assentior librarii errore versum 305 in codice M esse omissum. Nam licet, quod ad loci sententiam attinet, supervacuus sit, egregie illa anaphora: „gratulor—gratulor" cantorem decet totam hanc narrationem ita proponentem ut iam a primo exordio stuporem terroremque audientibus incutiat. Et quoniam semel in hoc argumento versor, lubet ex ipsa vicinia insigne afferre exemplum ad demonstrandum quam stupidum se saepe idem ille librarius praestiterit. Vs. 314 egregie sic declamat Orpheus:

Scelus est odisse parentem,
Hic amor est odio maius scelus.

Quid pro hoc versu est in M? Scilicet:

Hic mos est odioque minus scelus.

Quid faceremus, si hic nobis solus ille codex „melior" praesto esset?

345 Ultra autem sperare aliquid potes impia virgo?

Sic legendum cum „deteriore" cod. λ. Vide egregiam Ehwaldi

Digitized by Google

ad h. v. annotationem de adverbio *autem* in sermone quotidiano et comoedia. Addi possunt et alia exempla et hoc e Terentio: „sed quid pertimui autem belua?" (Phorm. 601).

Continuo sequitur:

Et quot confundas et iura et nomina sentis?

Mirum est sperni antiquam coniecturam *nec*, qua sola restituitur id quod huius est loci, neque ulla emendatio lenior esse potest: librarium cui *nec — et — et* scribendum esset, ter *et* posuisse quid mirum?

351 sqq. At tu, dum corpore non es
Passa nefas, animo ne concipe, neve potentis
Concubitu vetito naturae pollue foedus.

Vehementer mihi hic istud *potentis* displicet et ab Ovidio profectum vix credo. Nam quod hic affert Ehwaldus vs. 758 l. IX:

Quodque ego, vult genitor, vult ipsa socerque futurus,
At non vult natura, potentior omnibus istis

ibi *potentior* tam egregie positum est quam inepte nostro loco *potentis*, et fere crediderim veram lectionem isto *potentis* sede sua pulsam eius culpa qui intempestive versus illius e libro IX memor esset.

408 sq.

„Sensimus" inquit (nutrix) „amas et, *hunc*, mea, pone
Sedulitas erit apta tibi." [timorem,

Pro inepta hac „meliorum" codicum lectione „deteriores" egregiam *in hoc* praebent.

500 sq. Flet tamen et tepidae manant ex arbore guttae.
Est honor *et* lacrimis.

Pro egregia hac *omnium* codicum lectione Merkelius (ex uno) dedit *e*, et hoc *emendare* vocat Kornius. Ehwaldi iudicium *et* restituit.

515 sqq. Qualia namque
Corpora nudorum tabula pinguntur Amorum,
Talis erat, sed, ne faciat discrimina cultus,
Aut huic adde leves, aut *illi* deme pharetras.

Unice verum est quod ed. Aldina habet *illis* (sc. Amoribus).

Digitized by Google

536 Fine genu vestem ritu succincta Dianae.
Priscum cascumque istud *fine genu* vereor ut Ovidio vindicetur noto illo Lucretiano:

Deinde voluptas est e suco fine palati.

Nam certe nihil insoliti hic Ovidius quaesivit.

588 sqq.

Quae (Atalante) quamquam Scythica non setius ire sagitta
Aonio visa est iuveni, tamen ille decorem
Miratur magis; et cursus facit *ille* decorem.

Vulgo *ipse* editur, quod certe elegantius est, sed verisimilius tamen mihi videtur totum istud *ille colorem* e praecedenti versu ab oscitante librario esse repetitum et Ovidium aliud quid dedisse.

591 Aura refert ablata citis talaria plantis.
Egregie istud *refert ablata* motum talarium depingit: modo auferuntur, modo referuntur. Kornius oracula loquitur cum edit:

Aura replet vibrata citis talaria plantis.

595 sq. Haud aliter, quam cum super atria velum
Candida purpureum simulatas inficit umbras.

Simulatae umbrae nullae sunt nisi quas artifex in tabula pingit; quae velo fiunt sunt verissimae. Sed elegantissimum quod antea vulgo edebatur:

Simul et dat et inficit umbras

et hoc quin ab Ovidio sit scriptum non dubito.

Liber XI.

16 *Infracto* Berecynthia tibia cornu.
Sic M, nisi quod supra *r* manu altera *l* scriptum est, et litera *c* suppuncta, ut fiat id quod est in deterioribus *inflato*. Mihi dubium non est quin hic poeta dederit

Inflexo Berecynthia tibia cornu

ut Fast. IV, 181: Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu.
Cf. et: Non tuba directi, non aeris cornua *flexi*.
Ovidii est τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν.

Digitized by Google

21 sq. Innumeras volucres anguesque agmenque ferarum
Maenades Orphei titulum rapuere theatri.

Egregiam me iudice Merkelii coniecturam *triumphi* docte refutat Ehwaldus, sed docere omisit quid esset *theatri titulus*. At vocem *titulus* sponte quivis cum *triumpho* iungat, contra *theatri* facile se librario e sequentibus offerre poterat.

83 Robora sunt umeri, *longos quoque* bracchia veros
Esse putes ramos, et non fallare putando.

Sic codices. Alii alia; Ehwaldus

longos quoque bracchia versa
Esse putes ramos, et non fallare putando.

Quae coniectura lenis quidem est, sed me quidem iudice non praebet aliquid quod ferri possit. Aperte enim vis fieri videtur sermoni latino, qui suo iure istud *longos quoque — ramos* subiectum esse iubet, praedicatum esse vetat. Nihil mihi praestare videtur editionum veterum lectioni: *porrectaque bracchia*.

134 sq. Mite deum numen: Bacchus peccasse fatentem
Restituit pactique fide data munera solvit.

Sic edidit Ehwaldus et sic auctore Magno interpunxit. Sed verumne est illud numen deorum mite esse, id est *omnes deos* mites esse? Saepius Ovidius ipse deos implacabiles legentibus ante oculos ponit. Totum versum graviter corruptum censeo; ab Ovidio ipse Bacchus mitis dictus est, quod verissimum. Pro certo vero mihi constat *pacti fide* d. m. s. corruptum esse. Quod annotat Ehwaldus: „er befreite das verliehene Geschenk von der Erfüllung des Vertrags" parum prodest. Si quid hic legeretur quod Germanice sic verti posset: „er befreite des Midas Wünsche von der bei Vertrag zugesagten Erfüllung" libenter probarem. Et quod idem sic pergit: „Ovid hat absichtlich denselben Ausdruck wie vs. 104, aber in verändertem Sinn gewählt", equidem crediderim potius versum 104 causam fuisse cur librarii manus et mens in versu 135 scribendo aberraret. Quid scripserit Ovidius nemo facile dixerit.

138 sq. Perque iugum *vitae* labentibus obvius undis
Carpe viam.

Digitized by Google

536 Fine genu vestem ritu succincta Dianae.
Priscum cascumque istud *fine genu* vereor ut Ovidio vindicetur noto illo Lucretiano:

Deinde voluptas est e suco fine palati.

Nam certe nihil insoliti hic Ovidius quaesivit.

588 sqq.

Quae (Atalante) quamquam Scythica non setius ire sagitta
Aonio visa est iuveni, tamen ille decorem
Miratur magis; et cursus facit *ille* decorem.

Vulgo *ipse* editur, quod certe elegantius est, sed verisimilius tamen mihi videtur totum istud *ille colorem* e praecedenti versu ab oscitante librario esse repetitum et Ovidium aliud quid dedisse.

591 Aura refert ablata citis talaria plantis.
Egregie istud *refert ablata* motum talarium depingit: modo auferuntur, modo referuntur. Kornius oracula loquitur cum edit:

Aura replet vibrata citis talaria plantis.

595 sq. Haud aliter, quam cum super atria velum
Candida purpureum simulatas inficit umbras.

Simulatae umbrae nullae sunt nisi quas artifex in tabula pingit; quae velo fiunt sunt verissimae. Sed elegantissimum quod antea vulgo edebatur:

Simul et dat et inficit umbras

et hoc quin ab Ovidio sit scriptum non dubito.

Liber XI.

16 *Infracto* Berecynthia tibia cornu.
Sic M, nisi quod supra *r* manu altera *l* scriptum est, et litera *c* suppuncta, ut fiat id quod est in deterioribus *inflato*. Mihi dubium non est quin hic poeta dederit

Inflexo Berecynthia tibia cornu

ut Fast. IV, 181: Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu.
Cf. et: Non tuba directi, non aeris cornua *flexi*.
Ovidii est τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν.

Digitized by Google

21 sq. Innumeras volucres anguesque agmenque ferarum
Maenades Orphei titulum rapuere theatri.

Egregiam me iudice Merkelii coniecturam *triumphi* docte refutat Ehwaldus, sed docere omisit quid esset *theatri titulus*. At vocem *titulus* sponte quivis cum *triumpho* iungat, contra *theatri* facile se librario e sequentibus offerre poterat.

83 Robora sunt umeri, *longos quoque* bracchia veros
Esse putes ramos, et non fallare putando.

Sic codices. Alii alia; Ehwaldus

longos quoque bracchia versa
Esse putes ramos, et non fallare putando.

Quae coniectura lenis quidem est, sed me quidem iudice non praebet aliquid quod ferri possit. Aperte enim vis fieri videtur sermoni latino, qui suo iure istud *longos quoque — ramos* subiectum esse iubet, praedicatum esse vetat. Nihil mihi praestare videtur editionum veterum lectioni: *porrectaque bracchia*.

134 sq. Mite deum numen: Bacchus peccasse fatentem
Restituit pactique fide data munera solvit.

Sic edidit Ehwaldus et sic auctore Magno interpunxit. Sed verumne est illud numen deorum mite esse, id est *omnes deos* mites esse? Saepius Ovidius ipse deos implacabiles legentibus ante oculos ponit. Totum versum graviter corruptum censeo; ab Ovidio ipse Bacchus mitis dictus est, quod verissimum. Pro certo vero mihi constat *pacti fide* d. m. s. corruptum esse. Quod annotat Ehwaldus: „er befreite das verliehene Geschenk von der Erfüllung des Vertrags" parum prodest. Si quid hic legeretur quod Germanice sic verti posset: „er befreite des Midas Wünsche von der bei Vertrag zugesagten Erfüllung" libenter probarem. Et quod idem sic pergit: „Ovid hat absichtlich denselben Ausdruck wie vs. 104, aber in verändertem Sinn gewählt", equidem crediderim potius versum 104 causam fuisse cur librarii manus et mens in versu 135 scribendo aberraret. Quid scripserit Ovidius nemo facile dixerit.

138 sq. Perque iugum *vitae* labentibus obvius undis
Carpe viam.

Digitized by Google

Sic M absurde, neque sunt meliores aliorum codicum lectiones. Quod Ehwaldus coniecit *Lydum* nimis est κακόφωνον, elegantior sed nimis audax est Kornii coniectura *Phrygiae* sed nullo *nomine* iugi hic opus: vel sic apparet Tmolum significari. Nescio an et hic Heinsii codices verum servarint: *montis*.

144 sq. Nunc quoque *iam* veteris percepto semine venae
Arva rigent.

Ecquid *tam*? Ut hoc dicat: ex illo Midae miraculo, quod *tam* longo tempore ante evenit, nunc quoque restat aliquid.

153 sq. Pan ibi dum teneris iactat sua carmina nymphis
Et leve cerata modulatur harundine carmen.

Hoccine feramus: *carmina — carmen*, an Ovidio prorsus indignam istam censeamus repetitionem? Equidem cum Bentleyo legam *munera*, quod, si Ovidius scripsit, non potuit non librariorum et sciolorum culpa in *carmina* abire.

167 Instrictamque lyram gemmis et dentibus Indis.

Sic codicem M secutus edidit Ehwaldus et ebur illud ad iugum, gemmas ad τοὺς κόλλοπας refert. Mihi illa tantummodo *decoris causa* lyrae addi potuisse videntur. Et quis praeterea pulchro isto *instringendi* verbo usus est? Gemmis et ebore lyra exornatur vel instruitur. Verum est ergo aut quod λ e M a secunda manu habent aut quod est in ε: *distinctam*. Sed hoc verisimilius: est enim istud *distinctam* aptissimum et elegantissimum et totum istud *instrictam* natum esse ex *distinctam* cum supra scripto *instructam* admodum est verisimile.

180 sq. Ille quidem celare cupit *turpique pudore*
Tempora purpureis temptat velare tiaris.

Haec semper visa sunt corrupta. Ehwaldus e Magni coniectura edidit *turpisque pudore*, ut *pudor* esset: „die Entstellung". Ergone *turpis pudore*, „hässlich durch die Entstellung"? Inepta, hercle, loquacitas. Aut cum Heinsio legendum est:

Ille quidem celat, turpique onerata pudore

aut aliquid huic lectioni quam simillimum. Nihil enim aliud huc quadrat.

Digitized by Google

222 sq. Mater eris iuvenis qui fortibus *annis*
Acta patris vincet maiorque vocabitur illo.
Sic Ehwaldus edidit e codicibus (tantummodo M a manu secunda supra scriptum habet *armis*). Probandum hoc foret consilium si praecederet: „mater eris *pueri* vel *infantis*", nam tum recte pergeretur: qui, ubi adoleverit (hoc enim est *fortibus annis*) acta patris vincet. Sed: „iuvenis qui, ubi adoleverit e. q. s. absurdum est. Lege *actis* cum Heinsio.

247 Territus Aeacides a corpore bracchia solvit.
Isque deos pelagi vino super aequore fuso — adorat.
Pro absurdo *isque* Ehwaldus e Merkelii coniectura *usque*. Sed non satis est coniecturam lenem esse: accedere oportet ut aptum sensum praebeat. Sed nunc desideramus etiam vinculum quo nova sententia priori annectatur. Omne tulit punctum Heinsius legendo *inde*. Suprascriptum *is*, quod saepe a sciolis supra scribitur, originem dedit traditae lectioni.

270 Hic regnum sine vi sine caede *regebat*.
Abhorret ab usu Ovidiano ista figura etymologica. Verum invenit Heinsius: *tenebat*.

293 sq. Miror Ehwaldum „*tantum* acer erat" tamquam pro „*tam* acer erat" dictum defendere allatis quibusdam ex Horatio exemplis. Et fac potuisse Ovidium hic *tantum* ponere pro *tam*, quorsum illud referamus? Tam acer quam ... quis? Lege cum Fussio *iam tum*, nihil desiderabis.

298 Eu iterum versum librarii errore in M omissum, quo reciso omnia collabuntur. Idem dicendum de vss. 315 sq. Equidem autem cum „deterioribus" legere malim:
Qui facere assuerat, patriae non degener artis,
Candida de nigris et de cadentibus atra
quam cum „melioribus" inverso versuum ordine, qui minime Ovidianum refert sermonem.

328 sq. Narravit Ceyx de Chione fratris sui filia, sibique dilectissima, quae ab irata Diana sagitta est percussa. Tum haec addit:

Digitized by Google

Quam miseram amplexans ego tum patrisque dolorem
Corde tuli.

Sic est in codicibus, nisi quod deteriores praebent *quam miser o pietas* quod nihili est, et pro *patrisque* vel *patruique* vel *patruoque*. Unde ego profectus hanc propono lectionem

Quam miser amplexans patris patruique dolorem
Corde tuli

collato XII, 592: animo pariter patruique suoque indulgens. „Duplex" ait Ceyx „dolor meus fuit: ét tamquam pater ét tamquam patruus eam lugebam".

358 Nant alii celsoque instant super aequora collo.

Nantes dici possunt *aequori instare*, sed *super aequora instare* congeries est vocabulorum adversa inter se fronte pugnantium. Utique revocanda vetusta lectio *exstant*. Aliter scribere mihi Ovidius ne potuisse quidem videtur.

359 sqq. Et alia narrat Phoceus Onetor et haec:

Templa mari subsunt ...
Nereides Nereusque tenent (hos navita *ponti*
Edidit esse deos dum retia littore siccat).

Ergone pastorem nostrum navita ille, in suo labore occupatus, mythologiam Graecam docuit? Immo restitue quod olim legebatur: *templi*. „Cuius templum esset ego rogabam nautam qui forte ibi adderat, et ille respondit: Nerei et Nereidum". Hoc ex ipsa vita sumptum.

422 Ubi est quae cura mei *prior* esse solebat?

Soloece; lege cum deterioribus *prius*. Aut simpliciter *cura prior* dicendum est aut periphrastice: „cura quae prius esse solebat".

437 sq. Pulcherrimos hosce versus omittit M.

451 sq. Sed tibi iuro
Per patrios ignes, si me modo fata remittent,
Ante reversurum quam luna bis impleat orbem.

Et grammaticae et multo maior elegantiae cura me movet ut hic legam: „me, si modo fata remittent". Haec est parenthesis eleganti poeta digna: „si modo fata remittent".

Digitized by Google

507 Saepe dat ingentem fluctu *gravis* icta fragorem.
Sic est in M sine sensu. Recipitur ab editoribus vera lectio *latus* e „deterioribus", quo certe non a critico aliquo est illata sed recepta e codice multo meliore quam M est.

543 sq. Subeunt illi fraterque paterque,
Huic cum pignoribus domus et *quodcunque* relictum est.
Hic ego codicis M lectionem retinendam censeo: *quod cuique*: cuique subit quod reliquit. Hoc mihi huius loci esse videtur. Contra si *quodcunque* legimus, illud „quodcunque relictum est" iungendum est cum „cum pignoribus domus", quod parum gratum est: „domus cum pignoribus et quodcunque relictum est". Et deest hic vel *ibi* vel *praeterea*. Neque me movet quod ait Ehwaldus sic tertium membrum adnecti praecedentibus coniunctione *et*: nam duo praecedentia membra quodammodo unum efficiunt: qui de certis hominibus cogitant opponuntur ceteris omnibus.

608 sq. Ianua *nec* verso stridores cardine *reddit*:
Nulla domo tota.
Sic edidit Kornius partim ex M qui *reddit*, partim ex *ε* qui *nec* habet. Sed hoc eius est qui legentes ludribrio habet, non poetae gravem rem graviter tractantis. Paulo melior est altera lectio quae alio modo partim e melioribus partim e deterioribus componitur: *ne ... reddat*. Sed hoc quoque λεπτολογοῦντος videtur: ne ianua strideat, nulla ibi ianua est. Equidem sic Ovidium scripsisse opinor:
Ianua, *quae* verso stridores cardine *reddat*,
Nulla domo tota.

630 Iris abit: neque enim ulterius tolerare *soporis*
Vim poterat.
Iure Ehwaldus sprevit lectionem *vaporem vim*, unde alii effecerunt *vaporis vim*. Sed non solum verissimum est quod ait Ehwaldus istud *vaporem* natum esse e II, 301 sq.:
Dixerat haec tellus, neque enim tolerare vaporem
Ulterius potuit
verum etiam nostro loco omnis *vaporis* mentio erat vitanda, quia libro II, quod plerumque fit, vox „vapor" significat *calorem*.

Digitized by Google

635 Morphea: non *illic quisquam* sollertior alter
Exprimit incessus vultumque sonumque loquendi.

Sic est in M. Cui lectioni ut quam simillimam exhiberet, Kornius *illi* coniecit, unde merae nascuntur tenebrae. Multo melius Ehwaldus a „deterioribus" accepit „*illo*". Credo, nisi metuisset ne „deterioribus" blandiri videretur, integram eorum lectionem exhibuisset: *illo iussos*, quae elegantissima est lectio, neque unquam nata esset, nisi legitimus eam pater procreasset.

694 sqq.

Hoc erat, hoc, animo quod divinante timebam,
Et ne, me fugiens, ventos sequerere rogabam.
At certe vellem, quoniam moriturus abibas,
Me quoque duxisses.

Quemadmodum Graece μάλιστα μέν in votis proponendis suum sibi εἰ δὲ μή secum trahit, sic hic Alcyone re, quam maxime cupierat, commemorata, alteram, minus sibi exoptatam, qua tamen contenta fuisset, annectere debet coniunctionibus *aut certe*, non *at certe*. Cf. XIII, 152:

Nec sanguinis ordo,
Sed virtutis honor spoliis quaeratur in istis.
Aut si proximitas primusque requiritur heres,
Est genitor Peleus, est Pyrrhus filius illi,
Quis locus Aiaci?

697 sqq. Lamentari sic Alcyone pergit:

Multum fuit utile tecum
Ire mihi: neque enim de vitae tempore quidquam
Non simul egissem, nec mors discreta fuisset.

Difficilis est optio utrum cum λ legas „tecum fuit utile tecum", an cum ε „fuit hoc fuit utile tecum", an denique cum Riesio: „tum tum fuit utile tecum", in omnibus enim his lectionibus est id quod tam egregie lamentantem deceat: unius vocabuli repetitio. Nescio tamen an omnium maxime probem lectionem codicis ε, nam quid potius repetatur quam verbum *fuit* ubi res incredibilis proponitur: *utile* fuisse cum eo ire qui naufragium fecit? Sed et alteras repetitiones aequi bonique consulo, dummodo Marciano suum sibi *multum* relinquatur.

Digitized by Google

700 sq. Nunc absens perii, iactor quoque fluctibus absens
Et sine me te pontus habet.
Hic neutiquam ego Heinsium sequar *sine me me* coniicientem. Quemadmodum enim e praecedentibus:
Neque enim de vitae tempore quicquam
Non simul egissem, nec mors *discreta* fuisset
apparet, *absens* est: „a te seiuncta". Sed unice verum videtur quod proposuit Merkelius: „et sine te me pontus habet".

712 sqq.
Dumque moratur ibi, dumque „hic retinacula solvit,
Hoc mihi discedens dedit oscula litore" dicit,
Quae dum tota locis reminiscitur acta fretumque
Prospicit, in liquida, spatio distante, tuetur
Nescio quid quasi corpus aqua
sic in M est, in deterioribus: *dumque notata oculis*. Optimum factu videtur e duabus lectionibus unam facere: „dumque *notata locis* e. q. s." i. e. dum quae quoque loco gesta essent reminiscitur. Merae temeritatis est cum Heinsio totum versum 714 delere, quo facto durissime statim post *dicit* additur *prospicit* et perit id quo vel maxime hic opus est: mira καταστροφή longiore praefatione est praeparanda, quam egregie illa anaphora; „dumque — dumque — dumque" decet.

723 Hoc minus et minus est mentis suae; iamque propinquae
Admotum terrae e. q. s.
Sic est in M. Emendatio incerta; si, quod multi faciunt, *suae* omittimus, *est* suo sibi dativo (*ei*) caret. Ehwaldum bellam suam coniecturam: „hoc minus et minus est mentis, vae!" dudum respuisse pro certo mihi constat.

749 Hos aliquis senior *iunctim* freta lata volantes
Spectat.
Sic est in M. Quod receptum Ehwaldus ita interpretatur ut „freta volare" paulo audacius a poeta dictum sit secundum illud: „ire, navigare cursum". Verum possumusne, dum otiose adstamus sedemusve, spectare aliquem *longum* iter facientem? Vel aves cursum suum *transmarinum* perficientes? Si non pos-

Digitized by Google

sumus, „deteriorum" lectionem *circum* probemus, licet inusitate ea praepositio nunc sit posita. Sed ferri hoc potest de vario avium volatu, nunc abeuntium, nunc redeuntium, nunc gyrum facientium. Quodsi quis contendat *iunctim* utique requiri, quoniam alioquin sine iusta causa addatur:

et ad finem servatos laudat amores,

is reputet laudes illas avibus hisce tribui non potuisse nisi ab eo qui illas olim Ceycem Alcyonemque fuisse novisset; quod qui semel novit, illi opus non est eas *una* volantes adspicere.

780 Vulnus ab angue,
A me causa data est. Ego *sum* sceleratior illo:
Qui tibi morte mea mortis solatia mittam.

Egregia antiqui critici emendatio, Heinsio probata: *sim — ni* nunc ne commemoratur quidem. Possumus et *sum* retinere et pro *qui*, quod certe nullo modo ferri potest, ponere: *sed*. „Quod feci infectum reddere non possum, leniam tamen malum cuius causa fui."

Liber XII.

17 Corripuit serpens *udo quas condidit ore.*

Sic M, de discrepantiis, quae multae magnaeque sunt, conferatur Kornius. Unice probandam hanc Merkelii censeo lectionem: „avidaque abscondidit alvo": *condendi* (rec. *absc.*) verbum suum sibi *locum* quo condatur postulat; *ore condere* absurdissimum est, neque *oris* ulla facienda mentio, quia *os* iam satis verbo *corripuit* significatur: „corripuit ore, abscondidit alvo".

21. Miraculum avium novem a serpente correptarum Tiresias ad bellum refert:

Atque novem volucres in belli digerit annos.

Pueri est rogare quid serpente illo factum sit. Credere ergo non possum Ovidium addidisse:

Ille, ut erat, virides amplexus in arbore ramos
Fit lapis et servat serpentis imagine saxum.

Digitized by Google

Iam alios eiusdem farinae versus a falsario fictos et Metamorphosesin adiectos cognovimus.

83 sqq. Gravem hastam suam Achilles in Cygnum coniicit:

Sed quamquam certa nullus fuit error in hasta,
Nil tamen emissi profecit acumine ferri,
Utque hebeti pectus tantummodo contudit ictu.
„Nate dea, nam te fama praenovimus" inquit
Ille e. q. s.

Tantummodo contudit, non etiam vulneravit pectus, erat ergo revera *hebes* ictus, neque cum hebeti ictu comparari potest, quod coniunctione *ut* fit. Deinde iusto durius est novum verbum (*inquit*) nullo vinculo adnectere praecedentibus. Utrique incommodo medeberis sic distinguendo:

Nil tamen emissi profecit acumine ferri.
Utque hebeti pectus tantummodo contudit ictu,
„Nate dea" e. q. s.

118 Quo plangente gravem moribundo *vertice* terram.

Recte Ehwaldus Heinsii hanc emendationem recepit pro *pectore*, quod propter proxime praecedens *pectora* nullo modo ferri potest. Sed quid adiectivo *gravem* faciamus? Nam hoc quoque corruptum esse mihi constat.

132 Haud tulit ulterius, clipeoque adversa *retecti*
Ter quater ora viri, capulo cava tempora pulsat.

Egregia haec est Merkelii emendatio pro codicum *reducto, retecto, reiecto, reccpto*. Recte idem cum cod. M post *viri* coniunctionem *et* omisit: *τὸ ἀσύνδετον* egregie depingit motuum celeritatem.

175 Monstri novitate feruntur.

Sic est in M; Kornius *tenentur* coniecit, credo, ne quidquam sumeret a codice „deteriore", nam in λ est, quod solum hic probari potest, *moventur* (ε *movetur*).

273 *Tempora* recte dici posse „fulvo *protecta* capillo" vix credo.

Digitized by Google

316 sq. In tanto fremitu cunctis sine fine iacebat
Sopitus venis et inexperrectus Aphidas.

Insanam hanc esse lectionem et veram emendationem dudum prolatam tantum non geometrice demonstrari posse videtur. Ovidius excellit arte Graecis nominibus utendi: probus servus ei est *Onetor*, rex multa a civibus suis accipiens munera *Polydegmon* vel *Polydectes*. Denique, ne longus sim, inspiciat mihi aliquis locum ubi Actaeonis enumerantur canes. Aphidas ergo est ὁ μὴ φειδόμενος. Cui autem rei non pepercit? Scilicet *vino* vel *vinis*, quod in absurdo isto *venis* latet: nam absurdum esse *cunctis venis*, *sopitus* quivis homo non pertinax mihi concedet. Sed accedit gravius argumentum, quod vulgo negligi miror, nam unum illud luce clarius demonstrat corruptum hunc locum esse. *Sine fine* Belgice est: „onophoudelijk", Germanice „unaufhörlich", Gallice „sans cesse" vel potius „sans relâche". Potesne autem Germanice dicere: „er lag unaufhörlich", vel Gallice: „il dormait sans relâche"? Non opinor. Requiritur verbum *actum* aliquem significans. Nemo hoc melius docet quam ipse Ovidius:

II, 387 Actorum sine fine mihi sine honore laborum.
II, 502 Immotosque oculos in se sine fine tenentem.
IV, 334 Poscenti nymphae sine fine.
XI, 792 Letique viam sine fine retemptat.
XIII, 330 Devoveas sine fine caput.

Leviter tantummodo discrepat VII, 306:

Pretiumque iubent sine fine pacisci.

Et sunt hi omnes loci ubi in Metamorphosesin istud *sine fine* legatur. Unde autem eiusmodi verbum nostro loco petamus? Dicent ii loci ubi cum *participio* iungatur *sine fine*, atque quem primum citavi „*actorum* sine fine — laborum" in clarissima rem ponet luce. *Cunctis venis* nihili esse iam constat; in *venis* latet *vinis*, quid in *cunctis*? Nil dubitantes respondemus: participium aliquod perfecti passivi. Et praesto est illud. Ductibus enim literarum *cunctis* vix quidquam differt a ... *ductis*. Et quid magis decet immodicum potorem quam *vinum ducere* (οἶνον σπᾶν vel ἕλκειν)? Desinamus ergo tandem aliquando dubitare quin Heinsius praeclara sua emendatione

ductis sine fine iacebat

Digitized by Google

Sopitus vinis et inexperrectus Aphidas
ipsam Ovidii manum restituerit.

328. Pro vera lectione „conantem *evellere* terra glandiferam quercum" iam rediit absurda codicis M *tollere*.

369 Fraxineam misit *contentis* viribus hastam.
Spernitur iam egregia haec Heinsii emendatio et redit absurda lectio *mentis quoque*. Loci ab Ehwaldo allati certe istud *quoque* non defendunt. Sed omnino quis unquam sic latine locutus est: „mentis quoque viribus hastam misit"?

434—8. Spurios hos esse quis iam Merkelio concedat? Sunt versus quos μιαιφόνους dicere possis et in „deterioribus" tantummodo leguntur codicibus. Sanae ut opinor fuerit rationis hinc efficere eos in „meliorum" codicum archetypo ideo esse omissos quod rem taetram nimis graphice depingerent?

452. Centaurus a Mopso percussus *occubuit* (sic ed. vett.), vel *procubuit* (Merk.), sed quid sibi vult istud *accubuit* quod nunc editur?

494. Pro nomine *Monychus* codex M *monachus* praebendo risum movet, seque hac certe re cognatum prodit codici Hauniensi, qui XV, 836 ubi Augustus laudatur quod adoptaverit „prolem sancta de coniuge natam" exhibet: „p. *sancta de virgine* natam".

513 (Caeneus) deficit interdum, modo *se super aera* frustra
Tollere conatur.
Quoniam neque *super aera* dici potest pro *in aera* et Caeneo prius removendus est cumulus quo premitur quam se ipsum erigat, grato animo recipere debemus Riesii emendationem *se superantia*.

538. Pro „obductos *annis rescindere* luctus" melior ille M habet: *oculis restinguere*!

546 sq. Inque meos ferrum flammasque penates
Impulit.
Immo vero *intulit*.

Digitized by Google

564 sqq. Decidit in terram Periclymenus qui in avem mutatus Herculis sagitta fuerat vulneratus:

et *quae* levis haeserat alae
Corporis affixi pressa est gravitate sagitta.

Quidni certam hanc Merkelii emendationem receperit Ehwaldus sed *qua* retinuerit, quod nullam admittit interpretationem, me fugit.

621 sq. Vide apud Kornium quam turpiter hic omnia M perturbet. Etiam XIII, 26 sq. Intelliges quam infirmo utatur argumento, qui versus et alios et XIII, 57 omittit quoniam in M non legantur.

Liber XIII.

19 Iste tulit pretium iam nunc *certaminis* huius.

Sic legendum non *temptaminis*, quod legitur quidem bis in Metam. III, 341 et VII, 734 sed tam diverso sensu ut hic ferri nequeat.

82. Versus hic, quo prorsus non possumus carere, abest a M.

94 Date *pro tot navibus* arma.

Nemo unquam demonstrabit sed semper sentient omnes unice verum esse Heinsii illud *tot pro navibus*.

122 ... referentem ornate *relatis*.

„Melior" ille M habet *lacertis*!

133 Quis magno melius succedat Achilli
Quam per quem magnus Danais successit Achilles?

Nihili istud est et lusus verborum absurdissimus. Quod relegat Ehwaldus ad XII, 611 sq.:

de tam magno restat Achille
Nescio quid parvum quod non bene compleat urnam,
At vivit totum quae gloria *compleat* orbem

nil prodest, nam neque frigidus ille iocus est et utrobique

Digitized by Google

compleat facillimum est ad intelligendum. At „Danais successit Achilles" quovis oraculo obscurius. Satis ludet verbis noster et dicet aliquid quod nullo negotio intelligi possit et solum huc quadret: „Danais *accessit*". Error quam facile nasci potuerit nostris videmus oculis. Atque sic iam Tan. Faber emendavit, sed nemo eum sequitur, nemo eius inventum commemorat!

189. Qui hic Bentleyi recipiunt coniecturam: „*hanc* equidem fateor" pro „*nunc* e. f." non observare videntur quam ingrate post istud *hunc equidem* continuo (vs. 190) sequatur: „hunc tamen".

212. Optime Ehwaldus pro „fossas munimine cingo" reposuit: „fossa munimina cingo" i. e. facio munimina quae fossa erant cincta. Cf. I, 97:

Nondum praecipites cingebant oppida fossae

i. e. nondum oppida erant, fossis cincta.

217 Rex iubet incepti curam dimittere belli.
Ille potest auctore suam defendere causam.
Non sinat hoc Aiax delendaque Pergama poscat,
Quodque potest, pugnet. Cur non remoratur ituros?
Cur non arma capit, dat quod vaga turba sequatur?

Verba haec sunt Ulyssis Aiacem, virum fortem sed stolidum, ludibrio habentis. Mihi semper iusto durius visum est asyndeton *capit dat*, neque aptis ab editoribus defensum exemplis. Transponendo (nam in hac praesertim parte, ut iam vidimus, versus integri et dimidiati saepe inter se confusi sunt) lego:

Quodque potest pugnet. Det quod vaga turba sequatur:
Cur non arma capit, cur non remoratur ituros?

Det cum Hauniensi. Nunc omnia apte sunt disposita: sive Aiax arma capit, sive (oratione) ituros remoratur, dici potest dare quod turba sequatur: vel exemplum vel praeceptum. Et post istud „cur non remoratur ituros" egregie sequitur:

Non erat hoc nimium nunquam nisi magna loquenti.

Qui semper magna loquitur certe voce sua trepidam multitudinem coercere potest.

Digitized by Google

253 sq. Cuius equos pretium pro nocte poposcerat hostis
Arma negate mihi fueritque benignior Aiax.

Memini me haec in ludo literario sic pueris interpretari: „si mihi arma negaveritis, Aiax benignior mihi esse censendus erit" eosque docere hic Ulyssem respicere illud Aiacis 102:

Dividite et pars sit maior Diomedis in illis.

Sed nimis longe illud arcessitum et quemquam sibi Aiace iniquiorem Ulysses ne fingere quidem potest. Ipsum illud „dividite" contumelia erat acerbissimi adversarii. Haerere ergo me fateor neque fateri pudet: haesit et Bentleyus ille adeo ut duos hos versus delendos esse declararet.

371. Sanum esse non posse:

Proque tot annorum cura quibus anxius egi

mihi constat, sed quid reponam dubius sum. Nildum propositum est quod ab omni parte placeat.

AD ANTONINI LIBERALIS C. XXXI § 4.

Pueri Messapii nymphas ἐπιμηλίδας cum in agro choros ducentes offendissent improvidi ad certamen provocant. Atque illi quidem rustico more saltationes suas peragunt, ταῖς δὲ νύμφαις — ut nunc quidem editur — πᾶν ὅσον [ἢ] πλεῖστον ἐπέδωκεν εἰς κάλλος. Vertunt: *nymphis vero omnia quam maxime ad pulchritudinem aucta sunt.* Neminem vero vidisse emendandum esse ταῖς δὲ νύμφαις Πὰν ὅσον πλεῖστον ἐπέδωκεν εἰς κάλλος! *Pan* nympharum patronus ac comes, ad cuius syringa choros instituere solebant, *quam maxime illis formam auxit.*

De usu verbi quod est ἐπιδιδόναι cf. Eurip. *Bacch.*, 1127 sq.

οὐχ ὑπὸ σθένους,
ἀλλ' ὁ θεὸς εὐμάρειαν ἐπεδίδου χεροῖν.

Vitium plane gemellum: πᾶν βοώμενος pro Πὰν ὁ βοώμενος dudum correctum est apud Herm. Sozom. hist. eccl. II, 5 (Rōhl, *Inscr. Graec. antiq.* p. 27).

CAROLUS GULIELMUS VOLLGRAFF.

Digitized by Google

ΔΙΟΝΥΣΟΣ ΒΡΑΙΤΗΣ.

SCRIPSIT

CAROLUS GULIELMUS VOLLGRAFF.

Hymni in Bacchum aliquot ante annis Delphis reperti exordium in diario quod inscribitur *Bulletin de correspondance hellénique* [1]) hoc modo e lapide descriptum invenimus:

. . . . . ΙΘΤΡΑΜΒΕΒΑΚΧΕ — — — —
. ΡΕΣΒΡΑΙΤΑΒΡΟΜΙΕ

Quo apographo usus Weilius [2]) lacunis commode expletis versus sic constituit:

[Δεῦρ', ἄνα Δ]ιθύραμβε Βάκχ'
ε[ὔιε, θυρσῆ]ρες, βραϊ-
τά, βρόμιε κτλ.

Haesit tamen vir acutissimus in novo Bacchi epitheto *βραϊτά*, vocabulo plane ignoto quodque intellegere quale sit haud facile possis, ambigens fluxeritne a verbo quod est *(ϝ)ραίω* i. e. *profligo, destruo*, an potius lapicidae errore *βραϊτά* exaratum fuerit pro *βρυάχτα*, quod nomen nonnumquam additur deo Pani lascivienti. Idem monuit Brealium coniecisse rescribendum esse *βριατά* i. e. *robuste* a verbo hesiodeo quod est *βριάειν*. Paulo post tamen Weilius dubitans de sinceritate lectionis et suis et collegae coniecturis diffidens a lapidum Delphicorum custodibus petiit ut locum obscurum denuo inspicere vellent. Respondit ei Fournierius marmor id ipsum exhibere quod editum esset [3]).

Aliam viam iniit Iohanna Harrison. Quae de cultus Bacchi

1) 1895, t. XVI—XVII.
2) *Ibid.*, p. 400.
3) *Ibid.*. 1897, p. 510.

Digitized by Google

origine ac natura docte disputans [1]) suspicatur novum epitheton cognatum esse voci posterioris latinitatis quae audit *braisum* i. e. frumentum ad conficiendam cerevisiam praeparatum [2]). Est autem *braisum* sive *brace* [3]) vocabulum celticum, unde procul dubio fluxit Gallicum verbum *brasser* quodque etiam nunc occurrit in compluribus dialectis Gallicis ac Belgicis. Et sane ingeniosissima est tota illa Harrissoniae de Baccho disputatio neque perpensis argumentis, quae illi suppeditant e. g. voces quae sunt Βρόμιος et Σαβάζιος, fieri posse negabo, ut antiquitus apud Thraces Liber pater nondum vini sed cerevisiae repertor habitus sit. Cum tamen hymni delphici quoque testimonio nitatur prudens religionum priscarum indagatrix, nolo reticere quae ipse mihi in lapide observasse videor. Initio scilicet vs. 2 hasce tantum litteras liquido discernere potui:

. . . . . ΑΙΤΑΒΡΟΜΙΕ.

Praeterea sexto loco, ubi editores P legerunt, ego crediderim olim X fuisse scriptum. Quapropter, hoc quoque reputans in lapide versus tantum non omnes incipere ab integris vocabulis, coniecerim locum esse restituendum in hunc modum:

[Δεῦρ', ἄνα Δ]ιθύραμβε Βάκχ'
ε[ὖιε, ταῦρε, κισσοχ]αῖ-
τα, βρόμιε κτλ.

coll. Ecphant. fr. 3 (Kock): εὖιε κισσοχαῖτ' ἄναξ, Pratin. fr. 1, 17 (Bergk) κισσόχαιτ' ἄναξ, huius hymni vs. 147 (95).

Quamquam non nescius sum litterarum formas quarum in lapidibus recens effossis adhuc vestigia quaedam manebant interdum penitus evanescere. Neque ergo iam nunc pro certo statuerim me verum vidisse. Alii quoque velim locum inspiciant, ut acie oculorum iudicioque multorum dirimatur controversia, utrum revera novum et hucusque inauditum Bacchi nomen lucrati simus an potius nobis faciendum sit cum Herwerdeno, qui vocem βραϊτής genuini vocabuli graeci loco in lexicon suum recipere reformidarit.

1) Prolegomena to the study of Greek religion, p. 417 sq
2) Cf. Ducangius s. v.
3) Plin. *Nat. Hist.*, 18, 7.

Digitized by Google

OBSERVATIUNCULAE DE IURE ROMANO.

SCRIPSIT

J. C. NABER S. A. FIL.

(*Continuantur ex Vol. XXXII pag.* 446).

XCII.

AD INTERDICTUM QUORUM BONORUM.

Quorum bonorum interdictum possessionem transferre corporum [1]) hereditariorum, certum est, ab eo qui pro herede possideat prove possessore ad eum qui ex edicto successorio, id est ex ea parte edicti, qua bonorum possessiones promittuntur [2]), bonorum possessionem acceperit, hereditatem licet evincere possit is, cui possessio per interdictum eripitur. Constat enim, secundum ea quae diximus, transferri, Ciceronis testimonio [3]), nec alia occurrit praeter interdictum *quorum bonorum*, illis utique temporibus [4]), qua transferatur, actio [5]). Nulla causa est, cur quis dubitet, an ab omni herede ad omnem bonorum possessorem iure utique genuino corporum possessio transferatur. Quamquam excipit Fabricius [6]) eum heredem, qui bonorum

1) L. 2 D. 43. 2.

2) Edictum successorium modo appellari totam edicti partem quae est de bonorum possessionibus, modo eam quae pertinet ad tempora quae petendae bonorum possessioni praestituta sint (D. 38. 9), vidit Fabricius, *Urspr. und Entw. der* bon. poss. (1887) p. 68*7. Cf. praeterea Leist, *Serie der Bücher* 37 *und* 38, I p. 103/4, 107/8.

3) Accus. III 45 § 115 sq. Locum interpretati sumus cap. harum observ. LXX.

4) Postea concurrere coepit quodammodo missio ex edicto divi Hadriani.

5) Interdictum „quorum bonorum" Ciceroni cognitum fuit (ad Fam. VII 21).

6) Op. cit. p. 73-75.

Digitized by Google

possessionem ipse petere potuerit, quem aliquando sequebatur Leist [1]), mox eum excipere maluit [2]), qui bonorum possessionem petere non potuerit, id est legitimum heredem, quum petita sit secundum tabulas bonorum possessio, quae sine re futura sit [3]). Addit alteram et tertiam speciem: scriptum heredem, quum petita sit unde liberi bonorum possessio ab eo qui contra tabulas accipere potuerit [4]) — poterat hic scriptus secundum tabulas petere — et, de quo dubitat, legitimum, qui hereditatem *intra centesimum diem* adierit, bonorum possessionem spreverit [5]). Haec omnia sunt veri dissimilia [6]); si essent vera, tamen maneret regula: possessionem eripi heredi per interdictum *quorum bonorum*, quae restituenda esset per hereditatis petitionem. Itaque permultum interest inter hereditatis petitionem, possessoriam licet, et interdictum; illud enim iudicium est *de iure*, hoc èt est èt dicitur Symmacho (Relat. 28 § 8) *de possessione successionis*. Licet enim interdictum propria appellatione ibi non designet, hoc tamen intelligendum esse, eo demonstratur, quod missionem ex edicto divi Hadriani, quae sola quodammodo concurrit, a possessionis controversia alibi [7]) secernit. Neque conturbare nos debet Diocletiani sermo (c. 2 C. 8. 2), ita docentis interdictum competere *si* quis *ex edicto .... recte petita bonorum possessione quaesi(erit) successionem*, id est, si bonorum cum re possessor extiterit, nam hoc in proposita specie forte fortuna evenerat [8]). Ergo competit *quorum bonorum* interdictum quum ei qui cum re tum qui sine re acceperit bonorum possessionem, licet huic alteri iure successionis pos-

---

1) *Serie* etc. I p. 406[10].

2) Inconstantiam utcumque dissimulat *Serie* etc. II p. 397.

3) *Serie* etc. II p. 84/5. Laudat l. 11 § 2 D. 37. 11 (ubi delendum potius esse *possessionem*, infra demonstrabimus).

4) *Serie* etc. II p. 73/4. Laudat l. 2 D. 38. 6 (ubi potius inserendum esse (post *tuetur ut*): *cum re*, infra docebimus).

5) *Serie* etc. II p. 74—76. Laudat Paul. IV 8 § 21 (= App. leg. Rom. I 7), quam non recepit Krueger.

6) Cf. Ubbelohde, *Serie der Bücher* 43 *und* 44, I p. 113-120.

7) Relat. 16 § 1 (cf. cap. harum observ. LXXVI).

8) Similiter *quod legatorum* interdictum omni bonorum possessori competere existimamus nec obstare c. 1 C. 8. 3 (vv. *quum adseveras testatori successisse et bonorum possessionem accepisse*).

Digitized by Google

sessio evinci possit, ut paene eadem ratio intercedat inter *quorum bonorum* interdictum et hereditatis petitionem atque inter *uti possidetis* interdictum et rei vindicationem. Quod iam divinaverant Glossatores [1]), quorum etiam in foro sententia obtinuit [2]). Plane dicere non debuerant: in interdicto *summatim* cognosci, uter heres sit; cognoscitur enim *subtiliter*, uter ex edicto bonorum possessionem acceperit [3]). Sed in eo non errarunt, quod caput est: *quorum bonorum* interdictum veluti possessorium habendum. Quia igitur *quorum bonorum* interdictum iudicium est de possessione *interim* adipiscenda, ideo debet perinde *hereditatem .... petiturus* [4]) animadvertere an *interdicto quorum bonorum .... possessor constitui po(ssit)* (c. 1 C. 8. 2), atque debet *is, qui destinavit rem petere, animadvertere, ... an aliquo interdicto possit nancisci possessionem* (l. 24 D. 6. 1). Aliquid tamen interest, quia vindicatio et interdictum [5]) perpetuo [6]) separantur, ex diverso hereditatis petitio et interdictum saepe confunduntur. Nam, si quis cum re acceperit bonorum possessionem, qualis est filius praeteritus (Gai. II § 125) adversus eodem testamento scriptos (l. 12 § 1 D. 37. 4), uti quidem poterit *quorum bonorum* interdicto; attamen, quia vel sic probare debet èt *filium (se) esse et ad* [hereditatem vel] *bonorum possessionem admissum* [7]), id est praeteri-

---

1) Locos suppeditabit Savigny, *Verm. Schr.* II p. 279[1].

2) Windscheid (1891) § 617 not. 1.

3) Fabricius, op. cit. (1837) p. 39 sq. (ia. p. 197/8). — Non recte scribit Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 98[10] per interdictum possessionem (*„der Besitzstand"*) ordinari, nam hoc fit per bonorum possessionis dationem, quam exsequitur interdictum (Leist, *Serie* etc. I p. 401: *„das Interdikt ist .... die .... praktische Realisierung der .... Ertheilung der* possessio").

4) Intelligitur ipsa hereditatis petitio, non, ut scripsit (post Accursium) Leist, *Serie* etc. II p. 293/4: interdictum *quorum bonorum*.

5) *Uti possidetis* utique, nam *unde vi* interdictum excipit Ubbelohde, *Serie der Bücher* 43 *und* 44, V p. 20-22, propter Vat. fr. 312. Proinde mutatam esse contendit (ibid. p. 29) l. 4 § 25 (26) D. 41. 3.

6) Ea quidem specie excepta, quam tractavit Savigny, *Verm. Schr.* II p. 265[1] (ad l. 40 § 3 D. 41. 2).

7) c. 1 C. 8. 2 (cf. c. 1 C. 6. 16). — Verba *hereditatem vel* interpolata esse intellexit Mayer, *die Lehre von dem Erbrecht* I § 134[3], quem falli putat Leist, *die* bon. poss. I p. 389, quo remittit, *Serie* etc. II p. 404 not. 12. Interpolata esse re fatetur Cuiacius (quem sequitur Savigny, *Verm. Schr.* II p. 276), dum *vel* vertit: *id est*.

Digitized by Google

tum [1]), prorsus eadem causa agetur atque in hereditatis iudicio. Similiter pater, vel patronus, quum contra tabulas filii libertive bonorum possessionem acceperit, licet *quorum bonorum* interdictum intendat, tamen debebit *de iure* cum herede scripto contendere [2]). Quamobrem potest praeteritus interdicto vincere, sed non potest per interdictum possessionem *interim* ad se transferre. Quod adeo non intellexit Ubbelohde [3]), ut excogitandam sibi proposuerit rationem ab interdicto repellendi filii praeteriti; itaque docet, quum scriptus heres missionem ex edicto Hadriani impetraverit, tunc filium ab interdicto repelli, quasi tunc *ad hereditatem vel bonorum possessionem*, id est ad possessionis praesumptionem (p. 149: *„den vorläufigen Besitz der Nachlassstücke"*) non admissum. Scilicet putat interdicto hereditatis litem finiri numquam (p. 120: *„dass das* Quorum bonorum *zur Austragung der Frage nach dem endgültigen Nachfolgerechte sich nicht* (= niemals) *eignete;* p. 152 (§ 23): *„das Interdikt ist* (= ist immer) *ein rein provisorischer Rechtsbehelf"*), nec animadvertit, quum praeterito competat interdictum, — est autem ipsius (p. 148) auctoritate competiturum, si scriptus missionem omiserit — tunc necessario apud iudicem ex interdicto de ipsa successione disceptatum iri, ideo, quia ubi ultro citroque de testati bonis iisdem tabulis agitur, ibi filius praeteritus omnimodo cum re bonorum possessionem habet, nec potest scripto post interdictum ulla superesse actio. Inciderat in eundem errorem Vering [4]), quem ob eam rem notavit Leist [5]); verum olim viderat Fabricius [6]). Similiter ut inter praeteritum et scriptum iisdem tabulis, ita omnimodo de iure successionis disceptabitur inter bonorum intestati possessorem unde liberi et proximum agnatum, quia intestati possessio unde liberi adversus

---

1) Miratur Leist, *die* bon. poss. I p. 389 sq., cur exigant Imperatores probationem *ad bonorum possessionem admissum*, id est praeteritum, quum de praeteritione constare possit tabularum inspectione. Quasi aliud sit probare aut aliud esse concessurus fuerit Iulianus (l. 7 § 2 D. 37. 10), quem laudat Bachofen, *Pfandrecht* p. 336[1].

2) Cf. l. 16 § 1 D. 5. 2 (Leist, *Serie* etc. I p. 402 not. 3).

3) *Serie der Bücher* 43 *und* 44, I p. 143-152.

4) *Erbrecht* (1861) p. 585: *„eine* hereditatis petitio, *bei welcher definitiv über das Erbrecht entschieden wird, kann .... auf das Interdikt stets folgen."*

5) *Serie* etc. I p 402 not 8 (i. f)

6) Op. cit. (*Urspr. und Entw. der* bon. poss.) p. 199.

Digitized by Google

talem heredem omnino est cum re (cf. Gai. III § 37). Plane, si cum re bonorum possessionem testati quis acceperit [1]) et existat qui alio testamento vel ab intestato heredem se contendat, intererit utrum bonorum possessor petat an interdicat, quia petendo debebit docere testamentum esse recte factum, nec esse postea ruptum irritumve factum; interdicendo docere sufficit signatum esse [2]) nec aliud postea factum esse. Quod pro parte mutatum est constitutionibus Hadriani et Antonini; ergo ruptum agnatione postumi testamentum, si vivo testatore is decesserit, ex rescripto Hadriani obtinebit [3]), non recte factum Antonini [4]) *adversus eos qui ab intestato vindicant hereditatem*, sed videtur idem observatum adversus eos qui ex priore testamento, idque significare Gaius l. 12 § 1 D. 37. 4. Quamquam occurrunt Fabricius [5]), Leist [6]), putantque [7]) aptandam esse l. 12 § 1 cit. ex l. 2 D. 28. 3, quam nunc [8]) aliter interpretatur Leist, atque olim [9]) interpretabatur, Fabricium [10]) tunc secutus, nos autem cum Accursio, Fabro, Grotio [11]), Ottone Lenel [12]) interpolatam credimus ex Theodosii novella (c. 21 § 5 C. 6. 23), nec admittimus iure genuino posteriore testamento *non perfecto*, etsi scriptus sit, *qui ab intestato venire potest*, superius rumpi. Observavit olim Leist [13]), quodammodo similem esse causam l. 12 pr. (i. f.) D. 28. 3, et est similis. Quod retulimus supra, legitur ibi, ex constitutione Hadriani obtinere testamentum ruptum agnatione

---

1) Etiam contra tabulas, si agetur cum herede alio testamento (l. 12 § 1 D. 37. 4). Nam omittente herede scripto cum agnato si agetur, eum *qui ab intestato bonorum possessor futurus esset* unde liberi, nisi accepisset contra tabulas bonorum possessionem, sine dubio praetor tuebitur adversus agnatum (cf. l. 5 pr. D. 37. 11).

2) Ex quo scilicet dari coepit bonorum possessio ex iniusto vel rupto vel irrito testamento. Qua de re cf. Leist, *Serie* etc. I p. 446-457 (ia. p. 459 not. 80*a*), p. 462-469.

3) L. 12 pr. D. 28. 3. Cf. l. 13 D. 44. 4 (Vangerow (1851/6) § 473, *Anm.*).

4) Gai. II § 120, 121, 149*a*.

5) *Urspr. und Entw. der* bon. poss. p. 118.

6) *Die* bon. poss. § 111 (cf. *Serie* etc. II p. 88, IV p. 198/9).

7) Fabricius, p. 131/2; Leist *die* bon. poss. § 110[2]; id, *Serie* etc. IV p. 238[11].

8) *Serie* IV p. 237/8 (*venire* = venire iure honorario).

9) *Die* bon. poss. § 110. 1.

10) *Urspr.* etc. p. 127-135.

11) Hos laudat Glück, XXXVI p. 323[11].

12) In Palingenesia.

13) *Die* bon. poss. § 110 (p. 389).

Digitized by Google

postumi, si vivo testatore is decesserit, proinde èt bonorum possessionem secundum tabulas cum re esse èt legata salva. Deinde pergitur: *idem et circa iniustum* [1]) [et irritum] *testamentum erit dicendum, si bonorum possessio data fuerit ei, qui rem* [ab intestato] *auferre possit.* Delemus *ab intestato* [2]), ut hic sit sensus: ex iniusto testamento data bonorum cum re possessione, quod fieri potest interveniente Antonini constitutione [3]), legata salva esse. Nam, qui conservant *ab intestato*, interpretari sic coguntur: quum iniusto testamento scriptus sit legitimus heres [4]), bonorum possessionem necessario esse cum re, quum nemo sibi hereditatem evincere possit [5]). Nostra interpretatio probabilior est, quia ad Antonini rescriptum Ulpiani textum aptat. Delemus praeterea *et irritum*, quia aut abundant, si *iniustum* et *irritum* idem est [6]), aut si *irritum* intelligetur *irritum factum* [7]), constat non pertinere speciem ad Antonini constitutionem. Ergo summa haec est: iure genuino testati bonorum possessionem esse sine re adversus heredem scriptum vel legitimum, nisi locum habeat aut Hadriani constitutio aut Antonini. Interesse igitur, utrum testati bonorum possessor petat an interdicat, quia petendo debebit docere testamentum esse recte factum salva quidem Antonini constitutione, nec esse ruptum salva similiter Hadriani constitutione, nec esse irritum factum [8]); interdicendo docere sufficit signatum esse nec aliud postea factum esse. Itaque tunc est *quorum bonorum* interdictum de possessione sola, quum cui sine

1) Interpretantur Fabricius (p. 107, 111, 136, 138); Glück (XXXVI p. 318) *iniustum* testamentum, quo filius sit praeteritus, Leist *die* bon. poss. § 110 (p. 288/9), *Serie* etc. IV p. 185: non iure factum. Nos Ulpiani mentem hunc adsecutum credimus, Triboniani illos.

2) Cf. l. 5 § 1 D. 34. 9: *si* (*heres institutus*) *eius condicionis fuerit visus, ut obtinere hereditatem* (= l. 12 pr. cit.: *rem auferre*) *non possit.*

3) Ergo, ut locus sit constitutioni, *iniustum* interpretari cogimur: non iure factum.

4) *Qui rem ab intestato auferre possit*, legitimum heredem interpretantur Fabricius. p. 138; Glück XXXIX p. 31, 44, 63[70]; Leist, *Serie* etc. IV p. 187, 198.

5) Glück XXXVI p. 320[8]; Leist, *die* bon. poss. § 106 (p. 270); id. *Serie* etc. IV p. 187, 198, (*„beim Nichtvorhandensein eines anderweitigen Testaments"*).

6) Glück, XXXIX p. 32-34.

7) Fabricius, p. 108, 111, 136, 138; Leist, *die* bon. poss. § 110 (p. 288).

8) Hoc non tollit Papinianus l. 11 § 2 D. 37. 11. Permittit enim ex irrito facto testamento petitionem adversus extraneum, non adversus heredem (*quaeritur* (*enim de*) *viribus exceptionis, quae in hoc iudicio .... ex persona .... eius qui opponit aestimatur*). Cf. Leist, *Serie* etc. IV p. 181[81] = Windscheid (1891) § 563 not. 7 (no. 4).

Digitized by Google

re possessio data sit, vel testati [1]), et existat, qui alio testamento vel ab intestato heredem se contendat, vel data sit salva quaestione status ex edicto Carboniano [2]). Apparet autem, ut omnia conturbet Leist, quum contendat [3]): bonorum sine re possessori adversus heredem dumtaxat *quorum bonorum* interdictum, quod antea competierit [4]), denegandum fuisse ex quo tempore bonorum possessori dari coeperit hereditatis petitio [5]). Scilicet absurdum (*„eine Undenkbarkeit"*) esse putat, cui detur petitio, eidem permitti, ut per interdictum possessionem interim ad se transferat, quasi non idem quotidie eveniat in singularum rerum petitionibus. Praeterea non animadvertit, soli cum re bonorum possessori datam esse petitionem adversus heredem utique [6]), itaque non potuisse ei, qui bonorum sine re possessionem accepisset, propterea adversus heredem interdictum denegari, quod haberet petitionem. Quodsi ea mens est: inique necessitatem imponi bonorum cum re possessori, de iure suo ut probet, quum, qui sine re sit, corporum possessionem *interim* ad se transferat, cogitato, hoc fuisse discriminis, quum nondum esset hereditatis petitio possessoria et mansurum, etiamsi res redigatur ad solum *quorum bonorum* interdictum. Non recepit Ubbelohde collegae sententiam de interdicto bonorum sine re possessori post introductam hereditatis petitionem possessoriam denegando; putat tamen [7]) heredi aliquo modo a

---

1) Etiam cum re.

2) Modo quis concedat Carboniano possessori dandum interdictum.

3) *Serie* etc. II p. 302-304.

4) *Serie* etc. I p. 404-6. Excipit quasdam species, quas indicavi supra.

5) Invenitur hereditatis petitio possessoria apud Iulianum l. 13 pr. D. 37. 4; l. 3. § 13 D. 37. 10 (Lenel, *das* edictum p. 142) et apud divum Pium l. 5 § 1 D. 34. 9, nisi ibi *cognati* intelligendi sunt agnati (ut l. 20 D. 40. 9 *cognati(o)* agnatio) et apud Septimium Severum c. 1 C. 8. 2 (Ubbelohde, *Serie der Bücher* 43 *und* 44, I p. 130-132). Itaque non multum refert, sitne integra l. 2 D. 5. 5 (ex Gaio). Cf. denique Papin. l. 11 § 2 D. 37. 11: *scriptus heres si* [possessionem] *petat*, ... *submovebitur*, quod sine dubio pertinet ad possessoriam hereditatis petitionem, licet aliter existiment Fabricius, *Urspr.* etc. p. 141/2; Leist, *Serie* etc. II p. 85, p. 87/8, quem oppugnat Ubbelohde, *Serie* etc. I p. 115-117 (conservat tamen *possessionem*).

6) Quia *in hoc iudicio* exceptionis vires *ex persona .... eius qui opponit aestima(n)tur* (l. 11 § 2 D. 37. 11). Cf. Girard, *Manuel* (1901) p. 902 ima (et Lenel, *das* edictum p. 141).

7) *Serie der Bücher* 43 *und* 44, I p. 120 (§ 18).

Digitized by Google

praetore prospiciendum fuisse, ne cogeretur possessionem, quam recepturus esset, interim a se dimittere, quum sit ea res naturali aequitati contraria („*dass es einem entwickelten Billigkeitsgefühle unerträglich gewesen wäre, wenn der* heres *auf das* quorum bonorum *des* bonorum possessor sine re *unweigerlich die Nachlasssachen hätte herausgeben müssen, während er demnächst deren Rückgabe mit der* hereditatis petitio *erzwingen konnte*"), proinde fieri non posse [1]), quin praetor post introductam hereditatis petitionem possessoriam [2]) denegare coeperit interdictum adversus eum, qui cum re heredem se contenderet (I p. 122: „*dass statt des* quorum bonorum *der* bonorum possessor *gegenüber dem* heres, *welcher ihm ein wirksames Erbrecht bestritt, nur die* hereditatis petitio possessoria *gebrauchen konnte*"), quem eundem negat adversus interdictum de iure suo excipere (I p. 112: „*sein stärkeres Civilerbrecht dem Interdikt so entgegensetzen, ... dass über das letztere mitentschieden wurde*") potuisse, idque ius hodie manere docet [3]). Ergo latius etiam quam Leist aberrat [4]). Auget quidem hic quoque confusionem, dum docet, postquam introducta sit hereditatis petitio possessoria, sublatam esse bonorum sine re possessionem [5]), quum dixisset: post hereditatis petitionem possessoriam introductam necessario denegandum fuisse bonorum sine re possessori *quorum bonorum* interdictum, quod fieri ne potuit quidem bonorum sine re pos-

---

1) Ergo testimoniis opus esse negat. Adlegat tamen (I p. 121) c 2 C. 3. 28, quasi nihil intersit inter bonorum possessionem litis ordinandae gratia et ordinariam; et c. 2 C. 8. 2 verba *si negotium integrum est*, quibus significatur, ut saepe, tenere actionem, nisi res ante in iudicium venerit (cf. c. 19 C. 3. 32; c. 2 C. 8. 34 (35) atque praeterea c. 18 pr. C 3. 36; c. 21 § 2 C. 8. 44 (45), c. 3 C. 2. 18 (19); c. 1 C. 2. 24 (25); c. 4. C. 4. 31; c. 3 C. 8. 35 (36); c. 9 § 1 C. 9. 22), interpretatur sic (I p. 151[1]; III p. 101): „*wenn der Gegner nicht die Frage nach dem endgültigen Erbrecht stellt*".

2) Ea mens esse videtur, etsi non satis clare ab eo exprimitur.

3) Ibid. III p. 127.

4) Potest quidem dici absurdum esse, quod detur interdictum adversus successorem, ideoque novis legibus recte interdictum de possessione successionis sublatum esse. Verum de iure Romano disputantibus hoc argumento abstinendum est, quia etiam adversus dominum de possessione interdicta redduntur. Quae sane eadem ope novis legum latoribus tollenda fuerant, qua sustulerunt *quorum bonorum* interdictum. Cf. harum observ. cap LXXXII.

5) *Serie* etc. II p. 304, 308.

Digitized by Google

sessione sublata. Denegat autem interdictum bonorum sine re possessori non omnimodo, sed ita, si adversus heredem interdicere velit [1]), itaque vel dando vel denegando interdictum conservat bonorum sine re possessionem [2]). — Competere diximus *quorum bonorum* interdictum ei qui praecedat edicto successorio, sive cum re acceperit, sive sine re bonorum possessionem. Idque *beneficio celeritatis inventum est* [3]), quia scilicet facilius constare potest de successorio edicto, quam de successionis iure [4]). Sed hoc non est perpetuum [5]), itaque, *si casus tulerit*, iudicibus copia tributa est, *ut, quotiens de possessione successionis iudic(e)nt, ... etiam de iure cognoscant* [6]). Erit igitur èt natura sua, ubi cohaeret causa possessionis et iuris, quod quando fiat, supra diximus, èt ex eventu [7]) *de iure* iudicium ex *quorum bonorum* interdicto. Quamobrem merito carpuntur, qui sustulerunt ex causa huius interdicti appellationis remedium [8]), si est remedium [9]), quia per consequentiam evenit, ut de iure successionis aliquando semel iudicetur. Sed non, ut ab hoc errore novatores absolverentur, excogitandum fuit, quod excogitavit Leist: iam antea [10]) bonorum sine re possessori ademptum oportere contra heredem *quorum bonorum* interdictum [11]); nam sic maior

---

1) *Serie* etc. II p. 304, 414, 429.

2) Quod fatetur ipse, dum scribit (*Serie* etc. II p. 343/4): „(*es*) *hat sich, wenngleich in beschränkterem Kreise*" (dicere voluit: *mit beschränkterem Erfolg*) „*das alte possessorische Element der* bon. possessio" (= *die* bonorum possessio sine re) „*erhalten*".

3) c. 22 C. Th. 11. 36 (cf. Fabricius, *Urspr. und Entw. der* bon. poss. p. 202/3).

4) Alio verba deflectit Savigny *Verm. Schr.* II p. 261[a]: beneficium in eo consistere, quod interdicto reddito *praetor .... principaliter auctoritatem .... interpon(a)t* (Gai. IV § 139), quasi negotium per hoc acceleretur. Quod refellit ipse ibid. p. 224 (= Gaius IV § 141). Vid. praeterea Leist, *Serie* etc. II p. 412/3.

5) Veluti, quum agnatus interdicat adversus suum heredem vel cognatus adversus agnatum, nec heredi generis quaestio moveatur.

6) Symm. Rel. 28 § 8.

7) *Si casus tulerit.*

8) Sustulit Valentinianus I (c. 22 C. Th. 11. 36).

9) Mihi quidvis potius videtur, quam remedium.

10) Occasione possessoriae hereditatis petitionis (cf. supra).

11) Eo modo tollere se credit Leist (*Serie* etc. II p. 415) iniquitatem: „(*die Kaiser*) *mussten eine Gestalt des Interdicts vor Augen haben, wonach es nicht .... gegen den* heres *angestellt wird*". Heredem intelligit cum re, itaque denegat interdictum bonorum possessori sine re (p. 414: „*im bisherigen Gebiete der* bonorum possessio ine re ..., *geht das Interdict nicht mehr* (*siegreich*) *gegen den* heres").

Digitized by Google

evaderet iniquitas, siquidem hoc admisso non, ut putat Leist, tolleretur ex interdicto de iure certamen, sed semper inesset [1]). Quaerendum superest, iure Iustiniano cui competat *quorum bonorum* interdictum? Adhuc docet Leist [2]), omni competere, id est etiam sine re, bonorum possessori, nisi possideat heres. Est enim iure Iustiniano bonorum sine re possessor [3]), licet a Stephano [4]) plerique [5]) negent; alioquin omnis bonorum possessio esset cum re, et obstat, quod receptum est in Pandectas [6]): *bonorum possessor(em) pro herede vide(ri) possidere* [7]), ut possit conveniri hereditatis petitione. Invenitur autem sine re bonorum possessor is, quo prior gradus omiserit bonorum possessionem habens ius legitimum. Hic enim *hereditatem retinet iure eo quo*[d] *bonorum possessionem petere posset* [8]). Quod vidit Hugo [9]), sed non recte dixit cum re bonorum possessionem omnino competere ei qui potior sit edicto successorio. Hoc enim non tantum iure genuino plerumque fallit — fallere vidit Fabricius [10]), quem refutare olim quidem conatus est Leist [11]), sed iam receptui cecinit [12]) — sed novo quoque iure [13]) constat in parte sui

---

1) „*Hatte .... der* heres .... *gesiegt, so war in dem* (*Interdicts*)*prozess in Wahrheit die* hereditatis quaestio *erledigt*". Quis id dicit? Nempe (p. 414) is, qui putat, quum denegetur interdictum adversus heredem, tunc agi salva hereditatis quaestione (Leist, *Serie* etc. II p. 415, 430).

2) *Serie* etc. II p. 429.

3) Vidit hoc Fabricius, *Urspr. und Entw. der* bon. poss. (1837) p. 140 (summa). Add. Vangerow § 399, *Anm.* (i. f.): „*Ueber die Gestaltung* etc.".

4) Sch. 5 ad Bas. 42. 1. 25.

5) E. g. Savigny, *Verm. Schr.* II p. 313: „*im neuesten Recht .... ist die* bon. possessio sine re *ganz verschwunden*". Hoc paulatim usu venisse existimat Ubbelohde, *Serie der Bücher* 43 *und* 44, III p. 80, sub Diocletiano Leist, *Serie der Bücher* 37 *und* 38, II p. 308, 329.

6) L. 11 pr. D. 5. 3.

7) Hoc testimonium corrumpunt Stephanus et Cuiacius, dum pro bonorum possessore substituunt, qui se bonorum possessorem putet vel dicat.

8) L. 10 D. 37. 6. Ex praecedentibus deleo *adeat et*, quae sana videntur Fabricio, *Urspr. und Entw. der* bon. poss. (1837) not. 94 (p. 75).

9) *Rechtsgesch.* (1832) p. 608.

10) *Urspr. und Entw. der* bon. poss. p. 4, 105/6, 145, 210.

11) *Die* bon. poss. § 105 (p. 259—263).

12) *Serie* etc. II p. 93—96.

13) Quod ad novum ius attinet, perstat Leist (*Serie* etc. II p. 329) in Hugonis sententia: „*kein in einer späteren* (*praetorischen*) *Klasse stehender* (*kann*) *Erbrecht haben .... soweit ein in früherer Klasse Vorhandener Erbrecht hat*".

Digitized by Google

heredis [1]), licet ab intestato veniat [2]), non esse cum re emancipati contra tabulas possessionem [3]), et rupto [4]) testamento non esse cum re secundum tabulas extantibus liberis exheredatis [5]), praeterea quaeritur [6]), propter l. 12 pr. D. 28. 3, sitne extante herede legitimo possessio cum re, quam ex *iniust(o)* [7]) *et irrit(o)* [8]) testamento alius petiverit. De illo utique non dubitatur, quod prius diximus: bonorum sine re possessorem eum constitui, quo prior gradus omiserit bonorum possessionem habens ius legitimum. Veluti *constat virum a bonis intestatae uxoris superstitibus consanguineis* [9]) *esse extraneum* [10]), licet illi omiserint bonorum possessionem. Excludit enim coniugem *omnis parentium, liberorum seu propinquorum legitima vel naturalis successio* [11]). Multo magis omnes bonorum possessores sine re efficiuntur extante suo, qui contra tabulas venire possit [12]), vel omnes ab intestato venientes exstante suo, nisi in utraqne specie emancipatus concurrit [13]). Has solas iure novo bonorum sine re possessionis species esse arbitror, non enim computo c. 5 C. 3. 28, ubi sine re possessio non quidem, quod putat Leist [14]), ea dicitur, quae ab initio sit inutilis, sed haud magis, quae opinio erat Cuiacii [15]), quae possessio adversus heredem non obti-

---

1) Exheredati.

2) Testamento destituto.

3) L. 20 pr. D. 37. 4.

4) Agnatione postumi (l. 12 pr. D. 28. 3).

5) L. 13 D. 44. 4 (Vangerow § 473, *Anm.*).

6) Windsch. (1891) § 563 not. 7 (no. 4). Cf. Leist, *Serie* etc. IV p. 255[36].

7) Intelligendum est ex mente Iustiniani testamentum quo filius in potestate sit praeteritus (pr. Inst. II 13). Apparet autem ne a Iustiniano quidem solis *iure scriptis heredibus* (§ 3 Inst. III 9) bonorum possessionem secundum tabulas deferri.

8) Intelligendum aut est rursus *iniustum* testamentum aut irritum factum (cf. l. 11 § 2 D. 37. 11).

9) I. e. agnatis. Cf. c. 1 C. Th. 5. 1.

10) c. 3. C. 8. 2 = c. un. C. Th. 4. 21.

11) c. un. C. 6. 18 = e. 9. C. Th. 5. 1.

12) Cf. Vangerow, § 473, *Anm.*

13) De priore specie sunt l. 10 D. 37. 6 (deleo: *adeat et*), l. 15 pr., l. 22 D. 37. 5, de altera § 9 (i. f.) Inst. III 1.

14) *Die* bon. poss. § 127 not. 9*a*. Provocat ad l. 23 § 1 D. 28. 5 (quam nos purgavimus cap. LXXVIII).

15) Obs. IV 24. In eundem errorem incidit Löhr, *Magazin f. Rechtswissenschaft* III (1820) p. 283[2].

Digitized by Google

neat [1]). Intelligitur bonorum possessio, quae denegetur [2]), id est adimatur actiones denegando, quemadmodum hereditas quoque denegari dicitur [3]), cuius denegetur persecutio [4]). Manifestum autem est bonorum possessionem, quae detur, deinde denegetur, nec ab initio esse inutilem et post denegationem adversus omnes esse inutilem. Diximus iure novo bonorum sine re possessores quinam constituantur. Ex diverso sine re heres fit, quem excludit contra tabulas bonorum possessor [5]) vel ab intestato *unde liberi* [6]), nisi in utraque specie suus heres concurrit [7]). Apparet autem non potuisse bonorum sine re possessionem exterminari praeterquam in omnibus speciebus aut ius legitimum postponendo, aut adversus heredem bonorum possessionem non deferendo [8]). Illud placuit [9]) in eius heredis persona, qui ad bonorum possessionem nondum vocetur, qualis est legitimus, quum exstent iniusti testamenti tabulae, quem negant cum re heredem fieri, licet in Digestis praeferatur, nam illic (l. 12 pr. D. 28. 3) iniustum testamentum obtinere iubetur, si scriptus sit *qui rem ab intestato* [10]) *auferre possit*, ergo extraneo scripto nec testamentum obtinebit adversus legitimum heredem et erit bonorum possessio sine re [11]). Ex diverso in eius heredis persona, ad

1) Refellit Cuiacii sententiam Papinianus l. 8 D. 38. 6. Etenim quid prodesset petere unde cognati possessionem, si cum legitimo res esset? Negaret utique Gaius III § 37 (i. f.).

2) Cf. l. 3 § 15, § 16, l. 16 D. 37. 4; l. 48 D. 38. 2; l. 30 § 4 D. 12. 2.

3) L. 3 § 4 D. 38. 16.

4) L. 5 § 4 D. 37. 5.

5) Suus praeteritus (*testamentum*) *infirma(t)*, emancipatus *hereditatem aufer(t)* (§ 5 Inst. II 13) per bonorum utique possessionem. Hanc differentiam salvam fecit Iustinianus (Thal. sch. ult. ad Bas. 48. 19. 1), itaque contra tabulas possessionem *necessaria(m)* appellat (§ 4 Inst. III 9) propter liberos emancipatos (Paul. IV 8 § 5) sicut secundum tabulas propter irrita facta (§ 6 (5) Inst. III 9) rupta iniustaque (l. 12 pr. D. 28 3) testamenta.

6) pr. Inst. III. 2. Cf. quidem c. un. C. 6. 10 (*cessante legitima successione*).

7) Excluditur suus heres, quum ab intestato venit (cf. l. 15 pr. D. 37. 5), parte emancipati, licet suus contra tabulas possessionem petere potuerit (l. 1 § 9 D. 38. 6; l. 32 D. 28. 2; Fabric., op. cit. p. 211 sqq.).

8) Optime hoc perspexit Löhr, *Magazin f. Rechtsw.* III (1820) p. 348/9 (adnot.).

9) Bernhardo utique (1891) § 563[7] et Henrico, III (1892) § 93[8].

10) Verba *ab intestato* Triboniano reddenda videntur. Argumenta dedimus supra.

11) De l. 20 pr. D. 37. 4 et l. 13 D. 44. 4 non laboratur, quia post Novellam 115 iam non creditur aut peti posse contra tabulas bonorum possessio aut postumi agnatione rumpi testamentum (cf. Dernburg, *Pandekten* III (1892) § 145 not. 2).

Digitized by Google

bonorum possessionem qui vocetur, qualis est scriptus iusto testamento, placuit perpetuari delationem [1]) nec rationem habendam edicti successorii eius quo tempora praestituuntur (D. 38. 9). Cui iuri quodammodo viam stravit Tribonianus l. 2 D. 38. 6 (Iuliani lectio est) detracta appellatione bonorum possessionis *cum re*, ut nunc ibi extet: *emancipatus praeteritus, si contra tabulas bonorum possessionem non acceperit et scripti heredes adierint hereditatem, sua culpa amittit paternam hereditatem: nam quamvis secundum tabulas bonorum possessio petita non fuerit, non tamen eum praetor tuetur, ut* [2]) *bonorum possessionem accipiat unde liberi*, quasi vero, cum exstet heres, sequenti gradu ex edicto successorio non deferatur [3]). Sed videamus, competatne iure Iustiniano bonorum sine re possessori interdictum. Ait Leist, dum excipit, ne adversus heredem [4]). Dabitur utique etiam heredi [5]), pariter atque *quod legatorum* interdictum, quod a Triboniano in hanc causam translatum esse satis constat [6]). Quodsi iure Iustiniano bonorum sine re possessori detur *quorum bonorum* interdictum, scribere nihilo magis debuit Leist [7]): ei competere, qui prima facie iudicis arbitratu heres esse videatur, quasi hoc eveniat successorii ratione edicti („*so ist denn .... die Frage über die 'wahrscheinliche' Nächstberechtigung zur (S)uccession .... dem richterlichen Ermessen überlassen. Zu diesem* beneficium (l. *Behufe*) *ist* (p. 431) *bei Iustinian noch der ganze*

1) Quin immo omnibus remittit edictum successoriam Leist *Serie* etc. II p. 315/6, quem plerique secuti sunt. Atqui non desunt, qui heredi tantum remittendum censeant (cf. ibid. et p. 353 not. 24).

2) Hic desiderari *cum re*, vidit Ubbelohde, *Serie der Bücher* 43 *und* 44, I p. 120**. Similem Hugonis coniecturam commemorat Fabricius, *Urspr. und Entw. der* bon. poss. not. 254 (p. 176).

3) Parum hoc esse verisimile vidit Hugo, *Rechtsgesch.* (1832) p. 606/7, quem refellere olim conatus est Leist, *die* bon. poss. I p. 237/8. Nunc autem tacite id remisit, *Serie* etc. I p. 406 not. 10 (i f.). Quamquam cf. ibid. II p. 74*.

4) Quod is omittitur § 3 Inst. IV 15 (= Gai. IV § 144). Cf. quidem Ubbelohde, *Serie der Bücher* 43 *und* 44, III p. 9 sq.

5) c. 1 C. 8. 2 (cf. glossa ad v. *hereditatem*), de cuius interpolatione diximus.

6) De *quod legatorum* interdicti translatione cf. Lenel, *das* edictum § 228 (sed etiam Gai. III § 84). Discrepat ab eo quodammodo Leist, *Serie* etc. I p. 413-416. Quodsi Lenel verum vidit, interpolatam esse consequens est c. 9 pr. C. 9. 22 (vv. *ab intestato te heredem eius extitisse*). Nam c. un. § 1 C. 8. 3 (vv. *scriptis heredibus*) sollicitanda non est (cf. Gai. II § 119 sq.).

7) *Serie* etc. II p. 480.

Digitized by Google

Apparat des successorium edictum .... *festgehalten*"). Docet enim ipse Leist [1]), adversus heredem iure Iustiniano interdictum denegari, cui rei consequens est in interdicto de iure hereditatis non summatim sed subtiliter quaeri. Successorium autem edictum adeo non introducit, ut potius tollat, iudicis arbitrium. Omnia revera miscet Leist: ius genuinum, quo semper vincebat is, qui ex edicto successorio bonorum possessionem accepisset; glossatorium quo, qui prima facie probat, vincit; Iustinianum [2]), quo vincere debet successor [3]), aut, si cum successore res non est omnis bonorum possessor. — Vidimus, quibus deinceps competierit *quorum bonorum* interdictum; videamus nunc, quae in hoc interdictum veniant. Veniunt igitur corpora, *quae cum moreretur (testatoris) fuerunt* (c. 2 C. 8. 2) id est, quorum dominus perseveravit in diem mortis, necdum ea possedit is qui petit [4]). Est igitur hoc interdictum, quantum ad singula corpora attinet, ex eorum genere, quae *proprietatis causam contine(n)t* [5]), licet Ubbelohde dissentiat [6]), itaque mirum est, quod legitur in c. 3 C. 8. 2: post interdictum *secundaria(m) action(em) proprietatis non exclud(i)*. Sunt, qui hoc modo difficultatem tollunt: intelligendam esse litem secundariam non proprietatis sed *hereditatis*, quos inciviliter dimittit Leist [7]), nec ego verum vidisse arbitror, quia tota constitutione perspecta *extrane(o)* dent oportet hereditatis petitionem. Sed est notandum: Honorii, quam laudavimus, constitutionem [8]), antiquitus non pertinuisse ad *quorum bonorum* interdictum, quae rubrica in Codice tam Theodosiano

---

1) *Serie* etc. II p. 429.

2) Quod quidem ipse Leist Iustinianum esse definit.

3) Successorem intelligimus cum re heredem vel bonorum possessorem.

4) Gai. IV § 144.

5) Cf. l. 2 § 2 D. 43. 1.

6) *Serie* etc. III p. 61, p. 73[10], p. 112 (§ 10). Nihilominus docet (p. 102-104) translatum c. un. C. Th. 4. 21 a missione quae fiat ex edicto Hadriani ad *quorum bonorum* interdictum, *ut .... traderentur, quae .... defuncti possessio vindicasset, etiamsi quid possit tribui de proprietate luctamen.*

7) *Serie* etc. II p. 417: „(die) *Ansicht, wonach unter* proprietatis actio *die* hereditatis petitio *zu verstehen wäre, ist als eine endgültig widerlegte hier nicht weiter in Betracht zu ziehen*". Civilius agit, ad quem remittit, Savigny, *Verm. Schr.* II p. 221 sqq. — Add. Ubbelohde, *Serie der Bücher* 43 *und* 44, III p. 109.

8) c. 3 C. 8. 2 = c. un. C. Th. 4. 21.

Digitized by Google

quam Novo praefigitur [1]) sed ad novam [2]) veluti possessoriam actionem constituendam, qua heres uteretur de omni possessione morientis (*ut heredibus traderentur, quae in ultimum usque diem defuncti possessio vindicasset*), quae actio, quoad successionem, ius continet, sed, quoad singula corpora, possessionem, proinde ad unguem convenit cum illa *recognitio(ne), quae vocatur de morte antecessoris*, auctore Glanvilla [3]) apud Anglos quae dabatur heredi *de seisina*, id est de possessione, *antecessoris sui*, si is moriens possedisset; nam Gallis in eam rem sufficere visum est ordinarium interdictum hoc colore, quasi heres succedat in possessionem defuncti [4]). Quod quam sit vetus, aditus docebit Loysel [5]), fuisse tamen videtur aliquando apud Gallos quoque *de saisina antecessoris* separata actio [6]). Ergo huic similis fuit nova Honorii actio, quam substituerunt *quorum bonorum* interdicto codicis Theodosiani auctores praefixa rubrica (4. 21). Interdictum ab exilio revocavit Tribonianus (c. 2 C. 8. 2), servata tamen nova Honorii actione (c. 3 eod.), quo fit ut possit heres iure Iustiniano per interdictum *quorum bonorum* et proprietatem persequi eorum, quorum dominium penes morientem fuerit et possessionem, quae morientis fuerit [7]). Parum considerate Leist [8]) ita studet Honorii constitutionem ad vetus *quorum bonorum* interdictum aptare, ut dicat per eam ex interdicto tituli exceptionem („*die Berufung auf den Singular-*

---

1) Sufficit hoc Augusto Ubbelohde, *Serie* etc. III p. 105.

2) Nulla enim talis actio ante Honorium invenietur (cf. Ubbelohde, *Serie* etc. I p. 78/9).

3) Tractat. de leg. et consuet. Angliae XIII 2.

4) Pothier, *Traité des successions, chap.* III *sect.* 2 (i. f.): „*il est réputé possesseur des .... choses que le défunt possédait lors de sa mort, ... et il peut en cette qualité .... former l'action en complainte contre tous ceux qui se seraient mis en possession*".

5) *Instit. coutum.* (6d. 1846) no. 749 (p. 139). Add. Dion. Gothofr. not. 1 ad R. D. 5. 5 (quem laudat Fabricius, *Rh. Mus. f. Jurispr.* IV (1833) p. 167 not. 3),

6) Heusler, *Gewere* (1872) p. 385.

7) Hoc quidem supplendum est ex vetustiore Codice. Constitutionem enim principio truncavit Tribonianus quasi ad rem non pertinente (Leist, *Serie* etc. II p. 424; Ubbelohde, *Serie* III p. 106). Truncato principio idem artifex (§ 2) *insuper etiam* mutavit articulo *ergo*. Qua de re cf. Savigny, *Verm. Schr.* II p. 224; Leist *Serie* II p. 434**; Ubbelohde, *Serie* III p. 106.

8) *Serie* etc. II p. 424 (cf. p. 420).

Digitized by Google

titel") detractam esse. Detracta enim tituli exceptione maneret proprietatis quaestio [1]), essetque *exclusa*, contra quam iubet Honorius, *secundaria actio proprietatis*. Idem argumentum militat adversus Bernhardum Windscheid [2]), qui eo pertinere putat Honorii constitutionem, ut denegetur tituli exceptio, si quis titulum quidem *possit dicere* [3]), non autem ex eo titulo traditum possideat. Non est ad vetus *quorum bonorum* interdictum Honorii constitutio aptanda, quia novam quodammodo actionem ea introduxit. Sed est videndum, an ad aliquam veterem actionem Honorius constituendo respexerit. Quod videtur Augusto Ubbelohde [4]), ideo quod principio constitutionis ipse quodammodo reclamet imperator, ne videatur ius plane novum („*neu eingeführte Satzung*"), quum sic instruat orationem: *quid iam planius*, quod vertit Ubbelohde: *usitatius*, sed potest verti: utilius, aequius, verius [5]). Alio argumento equidem in eandem sententiam trahor, quod scilicet *omnibus frustrationibus amputatis* transfert Honorius possessionem; respexit igitur aliquam actionem, non vero eam compendiosam [6]), quam imitaretur, sed *frustrationibus* implicatam, quas vitaret, id est aut ipsum *quorum bonorum* interdictum aut hereditatis petitionem, sed petitionem potius, quia *hered(i)* constitutio subvenit, non bonorum possessori. Nam de missione ex edicto Hadriani ideo negandum est, quia competit scriptis heredibus, constitutio autem imprimis de intestati hereditate scripta est, quamquam non hac sola specie conclu-

---

1) Idem confirmavimus in hereditatis petitionis causa (cap. harum observ. LXXXII).

2) *Lehrbuch* (1891) § 614[a] (ia. § 615 not. 14). Disputant in eandem sententiam Dernburg, *Pandekten* III (1892) § 172 not. 16 (i. f.); Ubbelohde, *Serie* etc. I p. 81; III p. 30/1.

3) Cf. l. 13 pr. D. 5. 3.

4) *Serie* etc. III p. 102/3 not. 5.

5) Utrolibet modo verteris, conveniet (§ 2) *insuper etiam*. Sive enim ius usitatum sequebatur, sive id constituebat, quod esset per se verum, poterat princeps edicere *insuper etiam*, i. e. ex abundanti, a se constitui. Cf. Liv. XXI 1 § 5; auct. ad Herenn. IV 23 § 33 (*etiam insuper*); Rescr. papyr. (*Jahrb. des gem. Rechts* VI (1863) p. 400) lin. 2; Marculf. II 3 (i. f.); Ludov. Pius apud Baluz. Capit. (II p. 1418) app. 36 (*insuper etiam*).

6) Missionem ex edicto, putat Ubbelohde (*Serie* etc. III p. 104), quasi nullis frustrationibus implicatam. Sed vertitur in missione proprietatis quaestio. Mittitur enim in possessionem *rerum hereditariarum* (Paul. V 5 § 15) iis rebus exceptis, *quas mortis tempore testator non possed(er)it* (ibid. § 18).

Digitized by Google

ditur. — Nos non ante *quorum bonorum* interdictum dimittemus, quam observaverimus, quod scribit Gaius III § 34: heredi prodesse, quod bonorum possessionem acceperit, quia exinde *interdicto .... quorum bonorum uti possit*, id sic debere intelligi: heredi prodesse, quod bonorum possessionem petierit, quia exinde interdicto conveniri non possit. Heredem enim, iure utique genuino, teneri interdicto constat. Quapropter prodest ei bonorum possessionem accepisse, ne possit interdicto conveniri; ipsi vero interdictum nihil confert, debet enim vel sic de iure suo probare [1]), quod initio huius capitis demonstrandum suscepimus [2]). Atque haec quidem iure genuino; nam, quod ad ius novum attinet, heres interdicto potest uti, etsi bonorum possessionem non petierit [3]). Ergo iam non prodest heredi bonorum possessio ad interdictum accipiendum; haud magis ad repellendum, quia cum re heres sine dubio adversus interdictum tutus est. Itaque rectissime paragraphum (Gai. III § 34) omisit Tribonianus, quam nec recipere poterat sic, nec emendare.

(*Continuabuntur*).

1) Nisi testamento heres sit.

2) Ad aliquid tamen utile esse heredi interdictum putat Leist, *Serie* etc. I p. 382[e 4], quod revocet usucapta. Credit scilicet ab initio ita scriptum fuisse interdictum, ut usucapta revocarentur. Qua de re cf. Ubbelohde, *Serie* etc. III p. 54-56. Utut est, desierat utique temporibus Gai. (II § 57) hoc nomine interdictum heredi utile esse.

3) Tribon. c. 1 C. 8. 2.

DE LIVII PRAEF. 3.

Hunc ad modum scripsisse credo Livium: *et si in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro sit, nobilitate ac magnitudine eorum meo qui nomini officient me consoler.*

Quibus in verbis e librariorum turba unus tam stolidus fuit ut pro *meo* scripserit *me*, pro *me* autem *meo*, qui error per totam inde codicum seriem propagatus est praefationis huius elegantiae haud ita modice officiens.

M. L. Earle.

Digitized by Google

AD VELLEIUM PATERCULUM.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

VELLEIUS PATERCULUS *ed. R. Ellis Oxonii a. MDCCCXCVIII.*

Bentlei sententia, Vellei Paterculi libros nil nisi meram errorum congeriem et tunc esse et videri futuros, minime deterriti viri docti per sequentia saecula sedulo operam dederunt, ut quam plurimum eos emendarent, cum codice ms., quo pro fundamento uti possent, superstite iam nullo sola subsidia essent editio princeps, a. 1520 Basileae a Beato Rhenano vulgata, cum variis lectionibus quas Burerus e codice Murbacensi enotavit addiditque tamquam supplementum appendicemque editioni principi, denique codicis Murbacensis apographon, scriptum a. 1516 a Bonifacio Amerbach et a. 1834 ab Orellio Basileae ex bibliotheca Academica prolatum. Quicumque vero editionem principem cum hodiernis contulerit, plurimum in Paterculo restituendo tot viros in re critica summos profecisse videbit gratoque agnoscet animo. Nam, sit licet indignus Velleius qui inter principes rerum Romanarum scriptores recenseatur, multa in eius historiis sunt quae mirum in modum nos delectant, multa quae virorum doctorum curis etiamnunc videntur dignissima. Haud raro eius temporis mores optime ex iis cognoscuntur, saepe vera sapientiae praecepta in iis traduntur, saepe rerum nos admonent quales nostra ipsorum aetate factas aut audivimus aut vidimus ipsi. Velut quod etiamnunc homines afferre amant quo omnem artium liberalium gustatum, subtile

Digitized by Google

iudicium omne Romanis abiudicent, Mummium Corintho capta summorum artificum tabulas ac statuas in Italiam portandas locasse hac lege, ut conductores, si quas perdidissent, novas redderent, — hanc narrationem Velleius quoque intulit sed ita, ut eam inciperet verbis: *Mummius tam rudis fuit, ut* (I. 13. 4). Ut vero veteris simplicitatis laudator est idemque osor sui temporis deliciarum, facere non potest quin statim adiciat: *non tamen puto dubites, Vinici, quin magis pro re publica fuerit manere adhuc rudem Corinthiorum intellectum quam in tantum ea intellegi, et quin hac prudentia illa imprudentia decori publico fuerit convenientior.*

Suetonio auctore notum est, Augustum crebro illa iactasse: Σπεῦδε βραδέως! et Ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης. Velleius autem talem ducem optime nobis depingit (II. 115 i. f.): *Nihil in hoc tanto bello, nihil in Germania aut videre maius aut mirari magis potui, quam quod imperatori numquam adeo ulla oportuna visa est victoriae occasio, quam damno amissi pensaret militis semperque visum est gloriosum, quod esset tutissimum, et ante conscientiae quam famae consultum.* Cui haec legenti in mentem non venit pugnandi genus, quo gentiles nostri in Africa Meridiana utebantur, genus dico, quod primum Britanni spernere solebant ac contemnere sed post ipsi secuti sunt?

Quis non de administratione civili intempestive atque praepostere in coloniam nostram Atsjiniam introducta cogitat, ubi de Varo Quintilio ita iudicantem nostrum cognoscit (II. 117 i. f.): *Is cum exercitui, qui erat in Germania, praeesset, concepit esse homines, qui nihil praeter vocem membraque haberent hominum, quique gladiis domari non poterant, posse iure mulceri. quo proposito mediam ingressus Germaniam velut inter viros pacis gaudentis dulcedine iurisdictionibus agendoque pro tribunali ordine trahebat aestiva.*

Summi vero pretii scriptor est in Tiberii rebus testificandis. Tot numero sunt rerum scriptores, qui fideli concordia studuisse videntur ut illum principem tamquam monstrum quoddam horrendum posteris depingerent, ut tandem aliquando virum extitisse, qui portentum illud suis oculis viderit noveritque, vehementer laetemur.

Variis igitur de causis Velleius cum sit attentione nostra

Digitized by Google

AD VELLEIUM PATERCULUM.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

VELLEIUS PATERCULUS *ed. R. Ellis Oxonii a. MDCCCXCVIII.*

Bentlei sententia, Vellei Paterculi libros nil nisi meram errorum congeriem et tunc esse et videri futuros, minime deterriti viri docti per sequentia saecula sedulo operam dederunt, ut quam plurimum eos emendarent, cum codice ms., quo pro fundamento uti possent, superstite iam nullo sola subsidia essent editio princeps, a. 1520 Basileae a Beato Rhenano vulgata, cum variis lectionibus quas Burerus e codice Murbacensi enotavit addiditque tamquam supplementum appendicemque editioni principi, denique codicis Murbacensis apographon, scriptum a. 1516 a Bonifacio Amerbach et a. 1834 ab Orellio Basileae ex bibliotheca Academica prolatum. Quicumque vero editionem principem cum hodiernis contulerit, plurimum in Paterculo restituendo tot viros in re critica summos profecisse videbit gratoque agnoscet animo. Nam, sit licet indignus Velleius qui inter principes rerum Romanarum scriptores recenseatur, multa in eius historiis sunt quae mirum in modum nos delectant, multa quae virorum doctorum curis etiamnunc videntur dignissima. Haud raro eius temporis mores optime ex iis cognoscuntur, saepe vera sapientiae praecepta in iis traduntur, saepe rerum nos admonent quales nostra ipsorum aetate factas aut audivimus aut vidimus ipsi. Velut quod etiamnunc homines afferre amant quo omnem artium liberalium gustatum, subtile

Digitized by Google

iudicium omne Romanis abiudicent, Mummium Corintho capta summorum artificum tabulas ac statuas in Italiam portandas locasse hac lege, ut conductores, si quas perdidissent, novas redderent, — hanc narrationem Velleius quoque intulit sed ita, ut eam inciperet verbis: *Mummius tam rudis fuit, ut* (I. 13. 4). Ut vero veteris simplicitatis laudator est idemque osor sui temporis deliciarum, facere non potest quin statim adiciat: *non tamen puto dubites, Vinici, quin magis pro re publica fuerit manere adhuc rudem Corinthiorum intellectum quam in tantum ea intellegi, et quin hac prudentia illa imprudentia decori publico fuerit convenientior.*

Suetonio auctore notum est, Augustum crebro illa iactasse: *Σπεῦδε βραδέως!* et *Ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης*. Velleius autem talem ducem optime nobis depingit (II. 115 i. f.): *Nihil in hoc tanto bello, nihil in Germania aut videre maius aut mirari magis potui, quam quod imperatori numquam adeo ulla oportuna visa est victoriae occasio, quam damno amissi pensaret militis semperque visum est gloriosum, quod esset tutissimum, et ante conscientiae quam famae consultum.* Cui haec legenti in mentem non venit pugnandi genus, quo gentiles nostri in Africa Meridiana utebantur, genus dico, quod primum Britanni spernere solebant ac contemnere sed post ipsi secuti sunt?

Quis non de administratione civili intempestive atque praepostere in coloniam nostram Atsjiniam introducta cogitat, ubi de Varo Quintilio ita iudicantem nostrum cognoscit (II. 117 i. f.): *Is cum exercitui, qui erat in Germania, praeesset, concepit esse homines, qui nihil praeter vocem membraque haberent hominum, quique gladiis domari non poterant, posse iure mulceri. quo proposito mediam ingressus Germaniam velut inter viros pacis gaudentis dulcedine iurisdictionibus agendoque pro tribunali ordine trahebat aestiva.*

Summi vero pretii scriptor est in Tiberii rebus testificandis. Tot numero sunt rerum scriptores, qui fideli concordia studuisse videntur ut illum principem tamquam monstrum quoddam horrendum posteris depingerent, ut tandem aliquando virum extitisse, qui portentum illud suis oculis viderit noveritque, vehementer laetemur.

Variis igitur de causis Velleius cum sit attentione nostra

Digitized by Google

dignissimus, Ellisii editionem praestantissimam nec non elegantissimam et ipse grato animo excepi et in Museo nostro (m. Iul. a. 1899) nostratibus libenter commendavi. Vir clarissimus Amerbachii apographon, cui maiorem, quam vulgo fieri soleat, fidem habendam esse iam C. Halmius in Musei Rhenani Vol. XXX p. 353 sqq. copiose et luculenter demonstraverat, denuo excussit omniaque inde notavit quae ab Orellio praetermissa vel iniuria Amerbachio adtributa ipse post Fechterum intellexerat. Quod autem demonstrandum susceperat, vetustatem incorruptae lectionis qualis in codice Murbacensi fuit ex Amerbachii apographo multo magis quam ex Rhenani editione principe repetendam esse, hanc vero a Bureri lectionibus ex ipso Murbacensi ductis saepenumero discrepare, Amerbachii apographon rarissime, — id sane argumentis comprobavit certissimis. Minime mirum id quidem! Hoc enim probe tenendum est, codicem Murbacensem iam Rhenano visum tam prodigiose corruptum ut omnia restituere non foret humani ingenii. At tamen eum quam plurimum poterat restituisse constat, quo dubium non est quin editio princeps pro codicis Murbacensis quasi editione altera atque utcumque emendatiore iure habenda sit, utpote correcta a Rhenano et fortasse ab aliis. Nam quinque annos parandae editioni insumpsit et in postscriptis, quae ultimae paginae adiecit, ipse et alia de misera codicis condicione exposuit et haec: „*Quod si tu scires quam ego laborarim in hiis fragmentis utcunque restituendis, credo fateberis te mihi non nihil debere. Neque enim quia tu multa absque offensione legis, idcirco codex planus erat: imo nihil erat non depravatum: in singulis pene verbis haerebatur*". Cum autem Rhenanus non id ageret ut codicem vitiose exaratum quam accuratissime depingeret, sed ut Vellei historias aequalibus suis proderet quam emendatissimas, credibile est eum pro parva, quae tunc erat, veterum membranarum reverentia abunde et suas et alienas coniecturas recepisse. En causa, quam externam dicere atque Ellisii internis adicere possis, cur editio princeps a Bureri lectionibus saepenumero discrepet — Amerbachii apographon rarissime: nempe Bureri lectiones et Amerbachii apographon pro imaginibus quam fidelissimis codicis Murbacensis habenda sunt.

Quamquam igitur in hac re nihil est quod obloquar, de

Digitized by Google

ratione, quam secutus est, viro summo non ubique consentio, quippe quem Amerbachii apographo hic illic nimium tribuisse atque eius vitia manifesta praetulisse sive melioribus editionis principis lectionibus sive Rhenani emendationibus certissimis et ego nunc censeo et ante me alii iudicarunt. Exempla attulit Van Herwerden v. cl. (Mnemos. Volum. XXXII p. 97 sqq.) II. 15. 1 *annis* A — *annos* P recte; 27. 5 *civis* AB — *eius* P recte; quibus haec addo: II. 5. 2 *in his* A male omisit; 24. 4 *hostem* P recte — *bellum* (inductum) *hostem* A, unde Ellis *bello h.* elicit, sed *bellum* e versu superiore male repetitum est et deinde iure deletum; 32. 2 *vero testimonio* P — *vero testimonium* A male, unde Ellis reficit *virum testimonio*; 58. 1 *id* P — *id id* A e dittographia manifesta, sed tamen Ellis *id ita* reponendum putat; idem vitium A exhibet 73. 1 *rudis is sermone*, ad quae Ellis rogat: Num *in sermone*? Porro 85. 6 *ad eius arbitrium direxit fugam* P — *ad eius fugam arbitrium direxit fugam* A, unde Ellis refinxit *qui fugam ad e. a. direxerit fugae*; 98. 1 *praediximus* P (ut semper ap. Velleium) — *diximus* A, quod Ellis recensuit; 107. 1 *iuventute* P — *virtute* A; 116. 3 *Posthumi* P — *Postumio* AB (sequitur *operum* !); 116. 3 *semper humanitate* P — *super humanitate* A, at cf. 130. 1 *superque humanam evecta fidem*; 118. 2 i. f. *securitatem* P — *securitatis* A; 122. 2 *ocius* P — *totius* AB, quo fretus Ellis Halmii ‹*exspectato*› *ocius* recepit; 123. 2 *caelestem caelo* P — *caelestem deo* A, cf. 124. 3 *post redditum caelo patrem*. Neque tamen desunt loci, ubi editionis principis scripturam praestare editor ipse agnoscere coactus est, quales sunt 61. 4 *est et* P — *esset* A; 62. 3 *a volentibus* P — *avolantibus* A; 86. 2 *si sic* P — *sic* A; 124. 4 *post nos* P — *post annos* A.

Graviter dolendum est, editori non innotuisse centum fere lectiones Velleianas, quas J. J. Cornelissen v. cl. patrio sermone scriptas anno 1887 vulgavit in *Verslagen en Mededeelingen der Kon. Akad. van Wetenschappen*. Quas ne quis futurus editor invitus neglegat, moneo hunc librum in nostris bibliothecis Academicis praesto esse.

Leves errores, quos in legendo notavi, hi sunt: I. 8. 6 *inter duos locos* leg. *lucos*; ad II. 6. 2 memoratur Ruhnkenii coni. *petens*, sed eundem simul pro *acriora* voluisse *altiora* omissum est; ad II. 17. 1 coni. *exanimati* iniuria Mommseno adscribitur —

Digitized by Google

Acidalii est; ad II. 37. 2 excidit *petiit* AP; II. 86. 2 *cum clementia luctatus*: in hisce *cum* a Lipsio additum esse editor non significavit; ad I. 6. 3 et alibi nomen *Scriner* viro docto inditum est: est autem nomen eius P. J. Scrinerius, qui librum, c. t. *Quaestiones Velleianae*, a. 1879 Traiecti ad Rhenum emisit. Neque quid uncinis editor ubique significare voluerit, satis liquet, quorum modo in apparatu critico rationem dat nullam, ut II. 126. 3 [per] — modo verba iis inclusit, quae in A male omissa sunt, ut II. 5. 2 [in his], I. 9. 3 [consulem creavit], 6 [omnium], II. 103. 3 [recusante], cum rursus non saepserit vocabulum *adoptatus*, quod in initio capitis 104 in A omissum est — modo ita verba cingit, quae quidem sunt in A, sed ipse editor damnat, ut I. 16. 4 [comicam].

At vero haec levia sunt ac perexigua in editione praesertim censenda, quae multis virtutibus priores omnes superat. Quae cum ita sint, aequi bonique velim editor consulat atque, cum haud pauca superesse ipse monuerit quae ut non sint insanabilia, sanata certe a nullo hactenus fuerint, pauculos locos quos iam proferam diligentius considerare velit.

Liber I.

4. 3 *subsequenti tempore magna vis Graecae iuventutis abundantia virium sedis quaeritans in Asiam se effudit.*

Pro *virium* Burmannus, quod praecedant *viris veteres* (§ 2) et *magna vis*, praestare credidit *virorum*. Scribendum esse puto civium, cl. § 2 i. i.: *pars horum civium magno post intervallo Neapolim condidit.*

5. 3 *hic* (Homerus sc.) *longius a temporibus belli, quod composuit, Troici, quam quidam rentur, abfuit.*

Glossa, quae est *Troici*, ipso loco quem obtinet arguitur.

6. 2 *quippe Sardanapalum eorum regem mollitiis fluentem et nimium felicem malo suo, tertio et tricesimo loco ab Nino et Semiramide, qui Babylona condiderant, natum, ita ut semper successor regni paterni foret filius, Arbaces Medus imperio vitaque privavit.*

Digitized by Google

Vocabulum *natum*, de loco suo deturbatum cum sit, post *filius* reponi iubeo; ubi nunc est, sententiae partes, quas ut arte cohaerentes disiungi non licet, male interrumpit. Ceterum verba *malo suo* mihi quidem valde suspecta sunt.

6. 3 *Lycurgus — fuit severissimarum iustissimarumque legum auctor et disciplinae convenientissimae viris, cuius quam diu Sparta diligens fuit, excelsissime floruit.*

Cum in P tantum sit *vir*, Lipsius *viris* — Heinsius *virtuti* — Cornelissen post Burmannum *vindex* — Scrinerius *iis* — Schoell *in r.* (*p.*) = in rem publicam a Velleio scriptum fuisse censuit. Malim civibus, quod propter litterarum similitudinem vocabuli sequentis *cuius* excidisse suspicor, quo facto aliquis, substantivum quod Lycurgum spectaret abesse putans, de suo *vir* inseruerit.

7. 1 de Hesiodo et alia traduntur et haec: *qui vitavit, ne in id quod Homerus incideret, patriamque et parentes testatus est.*

Locus iam varie vexatus est. Vossius *vitavit* expungere — Heinsius *vitato* scribere maluit — Ellis rogat: 'Num *q. v. id in quod H. inciderat?*' nam hoc quoque monendum est, *incideret* Gelenio deberi cum in P scriptum est *inciderat*. Equidem Burmanno assentior, Gelenii emendatione recepta iam nihil esse quod offendat neque novum esse praepositiones, quae geminandae videntur, semel tantum poni, sed ipse locus ex Nepote (Cim. 3), quem ille attulit: *incidit in eandem invidiam quam pater suus*, suspicionem mihi iniecit, Velleium quoque scripsisse: *ne in id⟨em⟩ quod H. incideret.*

9. 6 *quam sit adsidua eminentis fortunae comes invidia altissimisque adhaereat, etiam hoc colligi potest, quod cum Anici Octavique triumphum nemo interpellaret, fuere, qui Pauli impedire obniterentur.*

Quod Ellis adnotat, Acidalium *adniterentur* proposuisse, fallitur: e contrario ille monuit, ne quis *adniterentur*, 'quod magis ad vulgi gustum', substituere vellet. Cum vero verbum *obniti* adiuncto alio verbo in infinitivo ferri nequeat, Scrinerius pro *impedire* coniecit: *invidiose* — rogat Ellis: 'Num *per invidiam?*'

Digitized by Google

Nescio an Velleio restituendum sit: intempestive *obniterentur*; eodem vocabulo usus est in huius libri c. 14. 1 i. f.

10. Huius capitis paragraphis prioribus narratio de M. Popilii circulo tradita moleste interrumpit ordinem rerum L. Aemilii Pauli narratarum, ad quas ineunte paragrapho tertia subito scriptor redit verbis *Lucio autem Paulo* e. q. s. Quae cum ita sint, verba *Per idem tempus ..... oboeditumque imperio* ab initio huius capitis ad finem traicienda esse persuasum habeo.

11. 2 *quippe Q. Metellus praetor, cui ex virtute Macedonici nomen inditum † erat, praeclara victoria ipsum gentemque superavit.*

Metellus cum ipsa illa victoria demum Macedonici cognomen meruerit, lectionem traditam multis iam scrupulum iniecisse mirum non est. Gelenius *erat* delendum — Vossius *est* corrigendum esse censuit, Mommsen *inditurus erat* (sc. Pseudophilippus) excogitavit, Thomas duas protulit coniecturas: *indi fatum* vel *destinatum erat*, Ellis ad vocabulum *erat* crucem exprimendam curavit. Addi potest Lipsii propositum: *inditum haeret.*

Credo tot viros non in Vellei sed in scioli alicuius verbis emendandis frustra desudasse, nam ut verba insiticia esse credam tria sunt quae me induxerint: primum intempestiva nominis mentio iniecta (iustum ordinem vides II. 5. 1), deinde tempus imperfectum *erat* quod ab hoc loco alienissimum est, denique id quod subsequitur: *hic est Metellus* Macedonicus, *qui porticus ..... fecerat.* Quibus de causis verba *cui ex virtute Macedonici nomen inditum erat* quantocius inducantur.

16. 2 *quis enim abunde mirari potest, quod eminentissima cuiusque professionis ingenia in eandem formam et in idem artati temporis congruere spatium, et quemadmodum clausa capso aliove saepto diversi generis animalia nihilo minus separata alienis in unum quodque corpus congregantur, ita cuiusque clari operis capacia ingenia in similitudinem et temporum et profectuum semet ipsa ab aliis separaverunt.*

Ultima verba huius sententiae obscurioris, quae etiamnunc vix plane ad liquidum perducta videtur, verba dico *in similitudinem et temporum et profectuum* mihi persuadent ut pro *in*

Digitized by Google

eandem formam corrigendum esse credam: *in eandem* fortunam, cl. etiam c. 18: *Transit admiratio ab condicione temporum et ad urbium.* Neque dubito quin pro *in unum quodque corpus* legendum sit: *in* suum *quodque corpus.* Ceterum Ruhnkenius mihi quidem recte perspexisse videtur reponendum esse: *in similitudine.*

Liber II.

5. 1 *qui penetratis omnibus Hispaniae gentibus ingenti vi hominum urbiumque potitus numero, aditis quae vix audita erant, Gallaeci cognomen meruit.*

Neque *vi*, quod Kreyssig in *ibi* mutare voluit, neque *numero*, quod Lipsio suspectum fuit, sollicitandum esse neque probandam Cornelissenii coniecturam *imperio additis* pro *numero, aditis* demonstrare videtur II. 70. 2 *quae esset* multitudo ac vis *hominum*, quod ante me Burmannum observassè postea vidi, quamquam in loco nostro *vi* abesse mallem.

5. 3 *hic virtute ac severitate facti, at Fabius Aemilianus Pauli exemplo disciplinae in Hispania fuit clarissimus.*

Vocabula *facti* et *Pauli* quippe quae glossarum speciem haud dubiam prae se ferant, inducenda esse arbitror.

6. 1 *qui Ti. Gracchum, idem Gaium fratrem eius occupavit furor, tam virtutibus eius omnibus quam huic errori similem, ingenio etiam eloquentiaque longe praestantiorem.*

Omnino legendum est hoc errore. Manifesta est corruptelae origo. Qui non perspexit *similem* ad *eius* referendum esse, ut semper de hominum similitudine ubi agitur, atque *virtutibus omnibus* casu dativo positum esse perperam credidit, verba *hoc errore* eundem casum flagitare ratus temere locum corrupit. Cf. 72. 1 *in diem, quae illi omnis virtutes unius temeritate facti abstulit.*

6. 3 *nihil inmotum, nihil tranquillum, nihil quietum, ⟨nihil⟩ denique in eodem statu relinquebat.*

Digitized by Google

Kritz cum traditam lectionem contorta explicatione tueri studuisset, Orellio auctore, quem Halm quoque et Haase secuti sunt, Ellis *nihil* ante *denique* inseruit. Mihi meliorem emendandi viam ingressus esse videtur Boot, cuius lectio haec est: *nihil quietum denique* ⟨et⟩ *in eodem statu relinquebat* neque Ellisio Orellii additamentum satis placuisse videtur, cum adscripserit: 'fortasse *neque in e. statu*'. Equidem Bootii rationem secutus non *et* sed vel excidisse opinor, quod compendio scriptum in codicibus mss. saepe neglectum esse nota res est.

7. 3 *sed Opimium — damnatum postea iudicio publico memoria istius saevitiae nulla civilis prosecuta est misericordia.*

Ellis pro *ipsius*, quod in A P traditum est, Cludio obsecutus *istius* recepit iniuria, ut opinor, nam pronomen *ipsius*, cuius apud nostrum solito frequentior est usus, retinendum esse et loci alii permulti probant et II. 13. 3 *denique ea fortuna Drusi fuit, ut malefacta collegarum quamvis optime ab ipso cogitatis senatus probaret magis.*

9. 3 *clara etiam per idem aevi spatium fuere ingenia in togatis Afrani, in tragoediis Pacuvi atque Acci, usque in Graecorum* [*ingeniorum*] *comparationem evectis, magnumque inter hos ipsos facientis operi suo locum, adeo quidem, ut in illis limae, in hoc paene plus videatur fuisse sanguinis, celebre et Lucili nomen fuit, qui sub P. Africano Numantino bello eques militaverat.*

In hisce Ennii nomen vix desiderari posse viderunt multi, e quibus Heinsius nomen *Enni* post *locum* — Orelli post *magnumque* inserebat. Nescio an nomen lateat in voce *usque* ita ut scripserit noster: Ennique *in Gr. comp. evecti.* De huius verbi scriptura minime constat; cum B *evectis* — P *eius aetatis* — A *ciusetatis* exhibeant, Gelenius *evecti* — Heinsius *evecta* corrigere voluit. Quodsi cum Gelenio restitutum erit *evecti*, de loco nostro idem factum erit quod de II. 12. 4, ubi *trucidatis*, quod in A P legitur, a Kritzio in *trucidati* mutatum est editore nullo non consentiente.

Ne ad sequens *Lucili* verba praecedentia *magnumque — sanguinis* revocentur, quod Madvigio suadente Ellis quamvis dubitanter (vid. Comm. Crit. p. 149) fecit, ipsa constructio contorta difficilisque, quae ita evadat, quam maxime repugnare videtur.

Digitized by Google

11. 2 *Metelli tamen et triumphus fuit clarissimus et meritum ⟨eius fidei⟩ virtutique cognomen Numidici inditum.*

Verba addita Thomasio debentur neque Ellisio omnino videntur placuisse, quippe qui Heinsii coniectura *virtuti quoque* memorata ipse addiderit: 'Num *ex virtutibus quoque*?' Halm proposuit *meritum ex virtute ei* vel *meritum ei virtutique ⟨debitum⟩* — alii *meritum ei virtute* vel *virtute ei*. Amerbachii autem scriptura est *meritum et virtutique* — in P *et* omissum est.

Antequam id quod mihi in mentem venit edam, locos duos afferre velim, sc. II. 15. 3 *qui meritum cognomen Pii consecutus erat*, et II. 23. 2 *cuius facti merita eum poena intra biennium consecuta est*, e quibus patet Velleium voc. *meritum* absolute ponere solere i. e. causis non significatis, quibus cognomen ali quod meritum vel poena merita fuerit. Ergo opus non est, in lectione corrupta *et virtutique* causam latere cognominis, immo vero hanc abesse malis cum praecedant: *bellique paene patrati a Metello, qui bis Iugurtham acie fuderat, summa committeretur sibi*, post quae languerent admodum verba *eius fidei virtutique* (Thomas, Ellis) vel *virtuti quoque* (Heinsius). Meritum cognomen Numidici Metello inditum est — quibus rebus gestis id esset meritum, satis superque in praecedentibus scriptor indicaverat.

Locum sanandi viam monstrat vocabulum *tamen*. Legendum est: *et meritum* e i v i r o u t i q u e *cognomen N. inditum*. Hoc enim V. voluit: Quamquam Marius effecerat, ut sibi committeretur summa belli a Metello paene patrati itaque huic eriperetur perfecti absolutique operis gloria, tamen Metelli triumphus fuit clarissimus et meritum utique cognomen Numidici ei inditum est.

13. 3 *denique ea fortuna Drusi fuit, ut malefacta collegarum quamvis optime ab ipso cogitatis senatus probaret magis, et honorem, qui ab eo deferebatur, sperneret, iniurias, quae ab aliis intendebantur, aequo animo reciperet, et huius summae gloriae inviderent, illorum modicam ferret.*

Quod in A P est *cogitata* non cum Ellisio sollicito, sed Velleio suum reddere ita mihi videor: ⟨q u a m⟩ *quamvis optime ab ipso cogitata*. Pro *modicam* autem in extrema sententia, quod sine dubio corruptum est, Halm coniecit *inmodicam*, sed requiritur aliquid quale est *odiosam* vel *invidiosam*, quorum hoc qui-

Digitized by Google

dem praefero, cl. II. 60. 1: *nomen invidiosae fortunae Caesaris.* Repone igitur: *et huius summae gloriae inviderent, illorum invidiosam ferret* et iustam restitueris oppositionem.

15. 2 *petebant enim eam civitatem, cuius imperium armis tuebantur: per omnis annos atque omnia bella duplici numero se militum equitumque fungi* e. q. s..

Legendum videtur: ⟨querebantur⟩ *per omnis annos* e. q. s. Verbum quod desidero propter similitudinem praecedentis *tuebantur* librarium fugisse suspicor.

16. 3 *cuius illi pietati plenam populus Romanus gratiam rettulit* e. q. s.

Damnandum esse *illi*, quod A exhibet, viderunt alii neque quod in P est *ille* ulla ratione explicari potest. Est Lipsii coni. *scilicet* — Ellis fortasse *insigni* scribendum esse monet: Kritz *pietatis* legere maluit.

Vide sis an non vera sit lectio *cuius* integritati. Cf. II 45. 5 *cuius integritatem laudari nefas est.*

22. 5 *postea id quoque accessit, ut saevitiae causam avaritia praeberet et modus culpae ex pecuniae modo constitueretur et qui fuisset locuples, fieret is nocens, sui quisque periculi merces foret, nec quidquam videretur turpe, quod esset quaestuosum.*

Asyndeton, quod sane ferendum non est, alii aliter sustulerunt, Acidalius scribendo *suique* pro *sui* — Lipsius eo quod voculam *foret* tamquam glossema eiciebat. At in marginem releganda esse verba *sui quisque periculi merces foret* firmiter credo, ubi aliquis ea adscripserit, loci memor qui est II. 28. 3: *fieretque quisque merces mortis suae.*

24. 3 *tum Sulla compositis transmarinis rebus, cum ad eum primum omnium Romanorum legati Parthorum venissent, et in iis quidam magi ex notis corporis respondissent caelestem eius vitam memoriamque futuram, revectus* e. q. s.

Haec ita a Velleio scripta esse Ellis credidit e P *vitam et memoriam* — A *in vita*^{m} *in*$_{Q}$. *memoriam* (*in*$_{Q}$. deinde mutatum est in & (inducto *in*). Coni. Laurent. *invictamque*, Orelli *vitam atque*, Cornelissen *c. et divinam eius m. f.*

Digitized by Google

Miror Ellisium hoc loco de Amerbachii sinceritate dubitasse, cuius si insistemus vestigiis, mox eum ante oculos habuisse patebit: *caelestem eius* invisamque *memoriam futuram*, quod cum illis optime congruit quae alibi de Sulla noster disserit, velut in II. 25. 2 *adeo enim Sulla dissimilis fuit bellator ac victor, ut dum vincit † ac iustissimo † lenior, post victoriam audito fuerit crudelior;* ibid. § 3 *ut in eodem homine duplicis ac diversissimi animi conspiceretur exemplum;* II. 27. 5 *occiso enim demum eo* (sc. C. Mario adulescente) *Felicis nomen adsumpsit, quod quidem usurpasset iustissime, si eundem et vincendi et vivendi finem habuisset;* denique toto capite 28 V. illam dictatoris vitae partem fuse describit, qua invisa facta sit eius memoria.

31. 2 *A. Gabinius tribunus legem tulit, ut cum belli more, non latrociniorum, orbem classibus iam, non furtivis expeditionibus, piratae tenerent quasdamque etiam Italiae urbis diripuissent, Cn. Pompeius* e. q. s.

Sintne ab auctoris manu profecta verba *belli more, non latrociniorum*, equidem valde dubito; sin minus, locus exemplum praebet gradationis inversae.

32. 1 *qui cum — dixisset esse quidem praeclarum virum Cn. Pompeium, sed nimium iam liberae fieri rei publicae neque omnia in uno reponenda adiecissetque: 'si quid huic acciderit, quem in eius locum substituitis?'*

Ellis cum in P *liber aere* — in AB vero *liber aeret* scriptum sit, hoc in Murbacensi fuisse credit, unde *liberae ⟨fi⟩eri* recensuit. Nimirum legendum est cum edd. vett. omnibus *sed nimium iam liberae rei publicae*. Editor etiamsi non concedat, litteras *re* in *aere* vel *ret* in *aeret* ex dittographia natas esse, nemini, credo, persuadebit, in illis latere verbum *fieri*, quod insuper abundat.

Quod autem ad *substituitis* adnotavit: 'fortasse *substitutum itis*', miror reverentiam Amerbachii eo virum duxisse, ut non cum edd. vett. *substituetis* scribere, sed ad coniecturam tam parum probabilem confugere mallet hac una de causa, quod Amerbach litteram lapsu calami praetermissam post ita addidit: *substitutis*

Digitized by Google

33. 4 *Lucullus — quem — haud infacete Magnus Pompeius Xerxen togatum vocare adsueverat.*

Cum toto hoc capite de eodem Pompeio sermo sit, absurdius hic pleno nomine *Magnus Pompeius* significatur. Deleatur igitur *Pompeius*, quod olim a lectore, qui *Magnus* ipsum non satis perspicuum esse putaret, additum esse suspicor.

35. 2 *hic genitus proavo M. Catone, principe illo familiae Porciae, homo Virtuti simillimus et per omnia ingenio diis quam hominibus propior.*

In Murbacensi exaratum fuisse *non*, testantur et Amerbachii scriptura et Bureri de hoc loco longior disputatio: quod igitur in P est, *homo*, Rhenanus ex emendatione sive aliorum sive sua restituit. Nescio tamen an plures probabilitatis numeros habeat *animo*, cl. 35. 2 *tanta vi animi atque ingeni*, 93. 1 *laetusque animi et ingeni fortunaeque, in quam alebatur, capax*, 112. 7 *mira pravitate animi atque ingeni.*

36. 2 legimus circa Ciceronis consulatum floruisse *auctores carminum Varronem ac Lucretium neque ullo in suscepti operis sui conamine minorem Catullum.*

Tradita autem sunt *neque ullo in suspecti operis sui carmine minorem Catullum*, ita ut Ellis Lipsii coniectura *suscepti* recepta *conamine* pro *carmine* substituerit. Idem de hoc loco conclamato fuse egit in Comm. Crit. p. 156. Boot (Mnemosyne a. 1877 p. 167) nihil se videre scripsit quod in lectione tradita reprehendi posset: multos tamen vel *ullo* de poeta dictum accipientes vel *suspectum opus* male interpretatos verba coniecturis temptasse, ingeniose sane alios, alios ne ingeniose quidem. Qui quamquam iure cetera defendit, iniuria defendisse videtur verba quae sunt *suspectum opus*, cl. 35. 3 *orationem omnium lenitatem suadentium societate consili suspectam fecit*, neque temere Heinsius, Markland, Ruhnkenius, Orelli, Madvig Lipsii coniecturam receperunt, cum Halm *suscepto* — Traube *succincti* — Palmer *insuspecti* proposuerunt.

Multa carmina, quae efficiunt lepidum libellum, quem Catullus Cornelio dicavit, optime *speciosum opus* appellari posse dixerim et propono: *neque ullo in* speciosi *operis sui carmine*

Digitized by Google

minorem Catullum. Hoc epitheton Velleio in deliciis fuisse permulti loci probant: I. 9. 6 (specie), I. 10. 3, II. 41. 3, 45. 3, 59. 2, 73. 1, 76. 2, 79. 2, 81. 2, 104. 2, 111. 3, 113, 2.

37. 2 *at rex fusus fugatusque et omnibus exutus copiis Armeniam Tigranenque socerum petit, regem eius temporis, nisi qua Luculli armis erat infractus, potentissimum.*

Tigranes cum Mithridatis gener fuerit, non socer, Heinsius *socer generum* scribendum — Aldus pro *socerum* substituendum censuit *generum.* Viris doctis ita persuasum fuisse puto, Velleium hoc loco de regum affinitate mentionem iniecisse, ut de alio quodam vocabulo ne cogitaverint quidem. Quod quia necesse non est, proponere velim *Tigranemque* s o c i u m *petit,* quamquam fieri posse ut Vellei errorem tollamus equidem non nego.

39. 2 *Divus Augustus praeter Hispanias aliasque gentis, quarum titulis forum eius praenitet, paene idem facta Aegypto stipendiaria, quantum pater eius Galliis, in aerarium reditus contulit.*

Turbatus verborum ordo ita restituendus est, ut verba *paene idem* locum suum recuperent qui est ante vocabulum *quantum.* Sed alia sunt quibus offendor. Ut e verbis *quantum pater eius Galliis* eliciatur sententia quae requiritur, mente suppleantur necesse est verba *stipendiariis factis in aerarium reditus contulit.* Num vero e verbis praecedentibus *facta Aegypto stipendiaria* ad nomen *Galliis* intellegere liceat *factis stipendiariis,* id quidem vehementer dubito. In verbis autem *pater eius Galliis* nimis languere repetitum *eius* post *forum eius* quis non videt? Quae cum ita sint, sic locum refingo: *Divus Augustus praeter Hispanias aliasque gentis, quarum titulis forum eius praenitet, facta Aegypto stipendiaria paene idem, quantum pater* v i c t i s *Galliis, in aerarium reditus contulit.*

41. 1 *hic nobilissima Iuliorum genitus familia et, quod inter omnis † antiquissimos constabat, ab Anchise ac Venere deducens genus.*

Editor lectionem *antiquissimos,* quam in Murbacensi fuisse testatur Amerbachii et editionis principis consensus, corruptam sibi videri cruce praefixa significavit atque in apparatu critico

Digitized by Google

Lipsii, Orellii, Halmii, Scrinerii, Gudemanni enumerat conamina nec non Thomasii observationem: 'Velleius intellegi videtur voluisse "auctores" vel „scriptores".' Ellisio cum neque sua ipsius emendatio *scientissimos* neque ex tanta copia ulla adhuc satis placuerit, videat num forte vera sit lectio *antiquarios*.

48. 6 felices praedicantur Q. Catulus et alii, *qui, cum sine invidia in re publica floruissent eminuissentque sine periculo, quieta aut certe non praecipitata fatali ante initium bellorum civilium morte functi sunt.*

Verba *quieta aut certe non praecipitata* ad rem publicam, non ad mortem referenda esse rati alii aliter locum restituere conati sunt: Burmanno verba *in re publica* post *periculo* transponenda visa sunt — Ruhnkenio Madvigioque vocabulum *civitate* post *praecipitata* vel *praecipiti*, ut hic voluit, inserendum.

Nisi omnia fallunt, verba *non praecipitata* ut glossa vocabuli *fatali* inducenda sunt. Velleium enim hoc voluisse perspicuum est: Gratulatione digni sunt viri, qui cum in bellis civilibus tot necati sint, neque bella civilia viderunt et quieta aut certe fatali, id est naturali, morte exstincti sunt. Cf. II. 4. 6 *seu fatalem, ut plures, seu conflatam insidiis, ut aliqui prodidere memoriae, mortem obiit.*

49. 3 *M. autem Cato moriendum ante, quam ullam condicionem † civis accipiendam rei publicae contenderet.*

Cruce praefixa vocabulum *civis* sibi videri corruptum editor ostendit, cui tamen roganti: 'Num *cum cive*?' non facile assentiar neque quod Ruhnkenius proposuit *cuiusvis* placere potest, ubi de Caesaris, civis Romani, agitur condicionibus. Quamquam non est quod Herwerdeno obloquar, *civis* (i. e. impositam a cive) satis bene dictum videri contendenti, videat tamen sitne veri similius post *civis* excidisse *sui*: certe Catonem expressius sic et maiore cum emphasi sententiam suam pronuntiantem Velleius fecerit.

55. 4 *verecundiae magis quam virtute acies restituta, et a duce quam a milite fortius.*

Me id, quod pro lectione tradita *acies restitutae sunt a duce*

Digitized by Google

quam a milite fortius restituendum esse censui: *acies* ⟨restitit et res⟩ *restitutae sunt* e. q. s., Herwerdeno probasse magnopere gaudeo. Qui cum de loco fuse egerit (l.l. p. 101), addere tantum velim, adverbium *fortius* eodem modo a nostro adhibitum esse 80. 3 *non ab Scipionibus aliisque veteribus Romanorum ducum quidquam ausum patratumque fortius quam tunc a Caesare.* Velleium autem adverbium in enuntiati fine ponere solere et hoc exemplum docet et 104. 3 *cum — sibi quisque quam illi gratularentur plenius.*

56. 1 *Caesar omnium victor regressus in urbem, quod humanam excedat fidem, omnibus, qui contra se arma tulerant, ignovit.*

Nonne potius: *Caesar omnium* ⟨iam⟩ *victor*? Cf. Val. Max. V. 7 *Caesar omnium iam externorum et domesticorum hostium victor.*

62. 3 *intento ac* † *pari animo sine auctoritate publica provincias exercitusque occupaverant.*

Quamquam Van Herwerden in his verbis nihil vituperandum iudicat, equidem cum Ellisio, quid *pari* sibi velit, me non assequi confiteor. Non tamen cum eo *nec dispari* corrigendum esse credo sed legendum: *intento ac* parato *animo*, quae copulatio apud scriptores Latinos frequentissima est.

64. 2 *censebatque aequum* (D. Brutus), *quae acceperat a Caesare, retinere, Caesarem, qui illa dederat, perisse. haec sunt tempora* e. q. s.

Rhenanus *perisse* vel *perire* scripsit e servatis vocis vestigiis, quae sunt in A *perist* (per isthaec) — in P *peris* (peris. Haec). Halm rec. *perire. Sed haec.* Sententia postulare videtur: *perdidisse.*

66. 2 *cum eius* (Ciceronis sc.) *salutem nemo defendisset, qui per tot annos et publicam civitatis et privatam civium defenderat.*

Vocabula *civitatis* et *civium* cum semper mihi suspecta videbantur, tum vel maxime ut emblemata manifesta expungenda videntur postquam in Comm. Crit. p. 166 Ellisium affirmare vidi, vocabulum *civium* apud Amerbachium non legi. Quamquam ille sane in apparatu critico ad locum de hac voce in A omissa nihil significat.

Digitized by Google

69. 5 *lege Pedia — omnibus, qui Caesarem patrem interfecerant, aqua ignique † damnatis interdictum erat.*

Delbenius iam voc. *damnatis* delere voluit, quem secutus est Acidalius. Ellis, qui Kritzii verba 'non desiderares si abesset' laudat, et ipse testante signo lectionem corruptam putat. Equidem nihil eiciendum arbitror, legendum vero: ‹velut› *damnatis.*

70. 4 *post paucos deinde dies Brutus conflixit cum hostibus* e. q. s.

At vero Velleius modo narravit, Brutum Cassiumque ad Philippos cum Caesare et Antonio acie concurrisse, quo proelio Brutus victor cum remansisset, Cassius victus et 'ex sua fortuna eventum collegae aestimans' se ipse interfecisset. Aliquid igitur intercidisse veri simile est atque legendum fortasse: *conflixit* ‹iterum› *cum h.*

73. 1 *hic adulescens erat studiis rudis, sermone barbarus, impetu strenuus, manu promptus, cogitatu celer* e. q. s.

Cogitatu Scheffer correxit ex AP *cogitatur*, quod bene eum reposuisse probat similis locus 118. 2 *tum iuvenis genere nobilis, manu fortis,* sensu celer, *ultra barbarum promptus ingenio,* neque iam opus est coniecturis *cogitatione* (Rhenanus) — *concitatu* (Lipsius) — *cogitato* (Heinsius) — *cogitando* (Halm). Ceterum Warburtonii propositum, ut II. 9. 6 pro *sensibus celebrem* substituatur *sensibus celerem*, his locis haud parum commendatur.

76. 2 *nam Pollio Asinius cum septem legionibus, ... Antonium petens, vagum adhuc Domitium, quem digressum a Brutianis castris post caedem eius praediximus et propriae classis factum ducem, consiliis suis † electum ac fide data iunxit Antonio.*

Non recipiendam esse Gelenii coniecturam *inlectum*, sed levissima mutatione hunc locum emendari posse demonstrare conabor. Verbum *praediximus* ea spectat quae in C. 72. 3 Velleius de Domitio scripsit: *Cn. Domitius .... occupatis navibus cum magno sequentium* consilia sua *comitatu fugae fortunaeque se commisit, semet ipso contentus duce partium.* Domitius igitur consilia sua inierat. Quid autem? Aliquanto post Asinius Pollio eum vagum adhuc invenit et Antonio conciliat. Quid enim factum erat? Domitio, propriae classis facto duci, consilia sua non

Digitized by Google

processerant i. e. iam eiectus erat consiliis suis, quo facto facile sibi persuaderi passus est ut tandem Antonio adiungeretur.

Ergo pro *electum* non corrigendum videtur quod Ellis in app. crit. proposuit *pellectum*, sed *eiectum*; verba autem *consiliis suis* ita intellegenda sunt ut sint Domitii — non Asinii Pollionis.

83. 3 *cum recens transfuga multa ac nefanda Plancus absenti Antonio in senatu obiceret*, e. q. s.

Nomen *Plancus* expungendum esse clamat et locus insolitus, quem obtinet, et caput totum, quo de Planco uno agitur ab initio usque ad finem.

87. 1 *Antonius se ipse non segniter interemit, adeo ut multa desidiae crimina morte redimeret. at Cleopatra frustratis custodibus inlata aspide, in morsu sanieque eius, expers muliebris metus spiritum reddidit.*

Quod Van Herwerden censuit, locum non esse adversativae particulae 'at', sed requiri 'atque' sive 'ac' aut 'et', id mihi non ita persuasum est, nam hoc modo particulam explicari posse credo: A. se ipse interemit, at Cl. se interimendam curavit; sed sequentia consideremus.

Quod Ellis recensuit *in morsu sanieque eius*, e coniectura Io. Is. Pontani confictum est: primum igitur quid in codice Murbacensi Rhenanus, Burer, Amerbach legisse sibi visi sint statuamus. In eo tantum discrepant quod *aspidem* A — *aspide in* B — *aspide* P praebet, sed *morsu sane eius* exhibent omnes, ita ut in Murbacensi fuisse: *inlata aspide in morsusaneeius* pro certo affirmare liceat. Vocabula, ut vulgo in eo codice, hoc quoque loco male divisa fuisse èt e scriptura voc. *aspidem* et *aspide in* patet èt e voc. *morsu*, quod ita in A exaratum est: *morsus* inducta littera finali. Ut iam cetera mittamus, cur litteras *in morsusaneeius* sic distinguendas esse censeam: *in morsus aneeius* explicabo. Num credibile est, Velleium tamquam rem memoratu dignam scripturum fuisse, Cleopatram expertem muliebris metus spiritum reddidisse, cum praesertim tam insolitam horrendamque leti viam sibi elegisset? Non credo. Verba igitur *expers muliebris metus* non referri oportere aio ad illa *spiritum reddidit* i. e. non ad mortem ipsam, sed ad instrumentum, quo usa est ad vitam

Digitized by Google

relinquendam. Ergo coniungenda sunt: *in morsus .... expers muliebris metus.*

Quid autem in litteris, quae restant *aneeius*, latere putandum est? Immo id quod ad *in morsus* desideratur, nomen animalis scilicet quod morsus illos illaturum erat: *anguis*, quo restituto iam habemus: *at Cleopatra frustratis custodibus inlata aspide*, in morsus anguis *expers muliebris metus, spiritum reddidit.*

Litteras longiores in cod. Murbacensi parum distincte ac diligenter pictas fuisse e C. 121. 1 patet, ubi traditum est *ingressa animam*, pro quibus Bardili corrigendum esse vidit *ingressi germaniam*, e C. 127. 1, ubi pro *maxime*, quod in AP legitur, Scheffer *proxime* reposuit. Cf. Verg. Aen. II vs. 379 sqq.

89. 1 *Caesar autem reversus in Italiam atque urbem occursu* ‹*quo*›, *quo favore omnium hominum, aetatium, ordinum exceptus sit*, e. q. s.

Consentiunt Rhenanus et Amerbach, in codice fuisse *occursus*, quod Gruter tamquam e glossa marginali natum eicere — Kritz tueri voluit. Lipsius autem *quo occursu* scribendum monuit, quem Ellis secutus est ita, ut pronomen, quod ille ante hoc vocabulum inseruerat, post expleret. Corrigendum esse puto: ‹qu›*o concursu*, cl. 103. 4 *laetitiam illius diei* concursumque civitatis *et vota paene inserentium caelo manus spemque conceptam perpetuae securitatis aeternitatisque Romani imperi vix in illo iusto opere abunde persequi poterimus, nedum hic implere temptemus.*

91. 2 *nam Murena sine hoc facinore potuit videri bonus, Caepio et hoc* ‹*et*› *ante erat pessimus.*

Quia traditum est *et hoc ante*, Gelenii spreto proposito quod est *et ante hoc*, editor recensuit quod supra descriptum est. Cum tamen mihi frigide additum videatur, Caepionem, cum semper pessimus fuisset, etiam hoc facinore, i. e. propter hoc facinus, fuisse pessimum, lectionem Gelenii praefero sed potius Velleium scripsisse credo *Caepio et ante erat p.*, postea vero a nescio quo *hoc* esse insertum.

101. 3 *mox Achaia Asiaque et omnibus ad Orientem visis provinciis.*

Digitized by Google

Pro lectione tradita *visis* (Rhenanus 'alias *usus*') Bothe coni. *versus* — Heinsius *versis*. Corrigendum credo emensis; in Murbacensi vocabula male divisa fuisse et saepe continua scriptura plura exarata iam monui, quo fieri potuit ut vocabuli *emensis* priores litterae post *Orientem* ex haplographia exciderint. Cf. Liv. *multo maiorem partem itineris emensam*, Caes. *toto emenso spatio*, Vergil. *emenso Olympo*.

104. 4 *at vero militum conspectu eius elicitae gaudio lacrimae alacritasque et salutationis nova quaedam exultatio et contingendi manum cupiditas non continentium protinus quin adicerent, 'videmus te, imperator? salvum recipimus?' ac deinde 'ego tecum, imperator, in Armenia, ego in Raetia fui, ego a te in Vindelicis, ego in Pannonia, ego in Germania donatus sum', neque verbis exprimi et fortasse vix mereri fidem potest.*

Legendum est: ‹quodque› *neque verbis exprimi et fortasse vix mereri fidem potest.* Utroque vocabulo in *-que* exeunte illud excidit.

105. 1 *recepti Cherusci, † gentis utinam minus mox nostra clade nobilis, transitus Visurgis.*

Ex priscae lectionis vestigiis, quae sunt in P *gentes et inamminus* — in AB *gentis et inamminus*, Vossius probabiliter restituit *g. et utinam minus*: proposuit autem *et utinam minus m. n. c. n., t. Visurgis.* Alii eum secuti sunt, Friebel scribens *gentes utinam minus m. n. c. nobiles*, Froelich *gens utinam m.*, Ellis coniciens *genus ... nobile*; Haase praeeunte Doederlino rec. *Cherusci* (*gentis* eius Arminius, *mox c. n. n.*), *tr. V.* Quibus coniecturis addatur haec mea: *Cherusci*, ingenti *utinam minus mox nostra clade nobiles, t. V.*

107. 1 *cum citeriorem ripam praedicti fluminis castris occupassemus et ulterior armata hostium virtute fulgeret, sub omnem motum ‹undecum›que nostrarum navium protinus refugientium, unus e barbaris* e. q. s.

Amerbach *motūq. qi* — Burer *metumque* in Murbacensi legit, sed idem adnotavit, inter *omnem motumque* quiddam deesse videri — Rhenanus *motum* haud dubie e coniectura edidit. Ellis

Digitized by Google

quamquam recte monuit in Comm. Crit. p. 175 aut vocabulum aut vocabuli partem excidisse nec non tres syllabas periisse videri, mihi quidem probare non potuit vocabulum *undecumque* a Velleio scriptum fuisse, quod ne ferri quidem posse contendo. Quid enim? Romanorum naves non e locis multis atque incertis hostes, qui in ripa ulteriore erant, petebant sed omnes a ripa citeriore in ulteriorem identidem transiturae erant. Quae cum ita sint, coniecturis, quas Ellis in app. crit. attulit quibusque Cornelissenii: *sub* molimen *motumque* deesse video, mea fortasse digna est quae adiungatur: *sub omnem motum* ‹i m p e t u m›*que nostrarum navium.*

113. 2 *at imperator ... paucis diebus exercitum, qui venerat, ad refovendas ex itinere eius vires moratus, cum eum maiorem, quam ut temperari posset, neque habilem gubernaculo cerneret, dimittere statuit.*

Verba *qui venerat* non suum locum obtinere quivis agnoscet qui paulo diligentius caput totum perlegerit. In cuius initio narratur dux duos iunxisse exercitus sc. *qui sub Caesare fuerant* et *qui ad eum venerant*, quo facto una castra ceperint tantas copias quantae nullo umquam loco post bella civilia fuerint. Iam imperator exercitui quietem dat paucorum dierum, nempe toti exercitui, hoc consilio, ut milites eius exercitus, qui modo advenerat, ex itinere se reficerent, atque ita eum sc. totum illum ingentem exercitum maiorem esse sensit quam qui temperari posset et dimittere statuit.

Iam verba *qui venerat* traicienda esse post *eius* neminem latere opinor.

116. 2 *sed Cossus victoriae testimonium etiam in cognomen fili contulit.*

Cum nullus sit hic particulae adversativae locus, Velleium scripsisse suspicor: s u a e *Cossus victoriae testimonium.*

119. 1 *atrocissimae calamitatis, qua nulla post Crassi in Parthis damnum in externis gentibus gravior Romanis fuit.*

Verba *in Parthis* si non ipsa rei fama notissima damnaret,

Digitized by Google

certe sequens admonitio quae est *in externis gentibus* in marginem relegari iuberet.

122. 1 *quis enim dubitare potest, quin ex Armenia recepta et ex rege praeposito ei, cuius capiti insigne regium sua manu imposuerat, ordinatisque rebus Orientis ovans triumphare debuerit, et Vindelicorum Raetorumque victor curru urbem ingredi?*

Traditum *praepositi* (*pro-* P) ABP in editionibus vulgo in *praeposito* mutatum est, quod Ellis addidit *ei* Heinsio debetur. Potius corrigendum videtur: *quin ex Armenia recepta,* ei *rege praeposito, cuius* e. q. s., nam ad verba *triumphare debuerit* tantummodo referendum est *ex Armenia recepta* — non, credo, ex rege illo triumphare debuit. Verba *ei rege praeposito* ablativum absolutum esse probat ablativus absolutus sequens ac priori copula *que* adiunctus *ordinatis rebus Orientis*. Postquam *ei* in *et* depravatum est, posteriores *ex* addidisse suspicor.

127. 2 *etenim magna negotia magnis adiutoribus egent † neque in parvo paucitas ministeria defecit †, interestque rei publicae quod usu necessarium est, dignitate eminere utilitatemque auctoritate muniri.*

Cognita ingenti coniecturarum copia, quibus hunc locum viri docti temptarunt, facere non possum quin Boeclero astipuler, qui de vocabulis ab Ellisio crucibus inclusis observavit: „Sane si tota haec periodus tolleretur, sensus optime procederet. Forte ab inepta et marginali glossa in textum immigrarunt."

128. 1 *neque novus hic mos senatus populique Romani est putandi, quod optimum sit, esse nobilissimum.*

Tota quae sequitur argumentatio, quae quasi concluditur sententia in fine § 3: *profecto hoc senserunt, in cuiuscumque animo virtus inesset, ei plurimum esse tribuendum*, et illud, quod est in C. 127. 2: *interest rei publicae quod usu necesssarium est, dignitate eminere utilitatemque auctoritate muniri*, luce clarius ostendit, aliquid desiderari ad verba *esse nobilissimum* quale est *debere* vel *oportere*. Qua de causa reponendum esse arbitror: *putandi, quod optimum sit,* ‹opus sit› *esse nobilissimum*. Cf. I. 13. 5 *non tamen puto dubites, Vinici, quin* e. q. s.

Digitized by Google

131. 1 *custodite, servate, protegite hunc statum, hanc pacem, ⟨hunc principem⟩, eique functo longissima statione mortali destinate successores quam serissimos.*

Verba addita Lipsio debentur et ab editoribus fere recipiuntur. Equidem Bootio assentior, praestare erroris fontem non quaerere in omissione, sed in depravatione vocabulorum *hanc pacem*, quae minime necessaria atque adeo supervacanea sunt post *hunc statum*. Quae tamen ille cum Perizonio pro iis substituere voluit *hunc ducem* minus placent tam propter sensum, qui huic loco parum convenit, quam quod a codicis vestigiis nimis recedunt: potius corrigendum esse puto: *hunc patrem*.

Scribebam Traiecti ad Rhenum
Mense Ianuario a. 1905.

ΣΗΜΕΙΟΝ ΑΙΝΙΓΜΑΤΩΔΕΣ.

In praefatione imaginis phototypae codicis Veneti Marciani 474 (Aristophanis V) vir doctus Allen de quodam signo, quod in angulo superiore primae paginae huius codicis scriptum est, haec observavit:

„an enigmatical sign consisting of an erasure between four „dots followed by ἑ. — ἑ should naturally be a numeral, but „as the context shows the book to have begun here, it is „difficult to see what the number can have been. I have „thought that ε might be part of a pious invocation, ... but „the mark „´" is against this. — Perhaps a reader of the „facsimile may hit on an explication."

Oculi nisi me fallunt, non „puncta quatuor" ante numerale illud scripsit librarius, sed notam quandam; nam cernere mihi videor „N̊N̊ Έ" sive „νομίσματα πέντε". Hoc igitur pretio olim constitit codex.

Notae quam dico aptissimum exemplum exstat in pagina codicis anni 1105, cuius imaginem phototypam praebet Omont Manuscrits Grecs datés n⁰ 39:

„δοῦ N̊N̊ ιε ἄξιον" et mox: „ἄξιόν ἐστιν Ῑ N̊N̊".

v. L.

Digitized by Google

THUCYDIDEA.

SCRIPSIT

I. C. VOLLGRAFF.

(*Continuantur e T. XXXIII p.* 67).

THUCYDIDIS HISTORIAE. Recensuit CAROLUS HUDE HAUNIENSIS. Lipsiae 1901.

VI c. 1 § 2.

Insula Sicilia .... τοσαύτη οὖσα ἐν εἰκοσισταδίῳ μάλιστα μέτρῳ τῆς θαλάσσης διείργεται τὸ μὴ ἤπειρος εἶναι.

Verissime Scholiastes: γράφεται ἐν εἴκοσι σταδίων μάλιστα μέτρῳ. ἔστι δὲ κατὰ ταύτην τὴν γραφὴν περιττὴ ἡ ἐν πρόθεσις. Nisi quod praestat cod. E lectio εἰκοσισταδίῳ quam praeeunte Badhamo recepit Hudius male retinens praepositionem ἐν. Cf. Herw. Mnem. Vol. VIII p. 145. Idem temere inclusit μέτρῳ oblitus Thuc. VIII c. 95: θαλάσσης μέτρον ἑξήκοντα σταδίους.

In fine sententiae scriptura τὸ μὴ ἤπειρος εἶναι, quam sequitur DEMETRIUS *de elocutione* c. 72, neque probior neque antiquior esse videtur quam librorum Thucydideorum lectio ἤπειρος οὖσα unde Badhamus sollerter elicuit ἠπειροῦσθαι. Coll. tamen Thuc. II c. 102 § 3: ὥστε μέγας ὢν ὁ ποταμὸς προσχοῖ αἰεὶ καὶ εἰσὶ τῶν νήσων αἳ ἠπείρωνται et scholl. ad hunc locum equidem longe praetulerim: ἠπειρῶσθαι [1]).

1) Si audis STEUPIUM (Dritte Auflage, Anhang) ἠπειρῶσθαι significare non potest id quod sententia postulat: *Festland sein*. At cf. R. KÜHNER's *Ausf. Gramm.* II p. 148.

Digitized by Google

VI c. 2 § 4.

Σικελοὶ δ' ἐξ Ἰταλίας ..... διέβησαν ἐς Σικελίαν φεύγοντες Ὀπικούς (L. Ὄπικας), ὡς μὲν εἰκὸς καὶ λέγεται, ἐπὶ σχεδιῶν, τηρήσαντες τὸν πορθμὸν κατιόντος τοῦ ἀνέμου κτέ.

Quoties in laudatissima huius saeculi praestantia nobis audienda est vulgaris ista ac pervagata cantilena: tandem omittendam esse priscam illam veterum admirationem: nostra aetate in erudienda generosa inventute recentiorum linguarum studium cum mathematicorum sapientia coniunctum sufficere et antiquis literis, graecis saltem, longe esse praeferendum! Badhamo vero, elegantissimo philologo, opinio erat plane diversa [1]). Qui eam demum rempublicam summam et perfectissimam fore iudicabat, in qua non principum filii hominesque nostro loco nati tantum sed etiam „populi illa pars, quae nunc merito vulgus vocatur" solida veterum literarum disciplina ad politiorem humanitatem informata esset. „Pia vota, dicat aliquis, nullos exitus habitura" et multum vereor ne recte dicat. Verum enimvero si homines de plebe, rustici milites opifices fabri omne genus liberaliter enutrirentur et graece scirent, interdum inde in scriptores antiquos etiam aliquis fructus redundaret. Quam suaviter rideret peritus navita Rheginus, si apud Thucydidem legeret id quod nunc quidem editur ab omnibus: Siculos ingenti agmine ratibus vectos ex Italia in Siciliam traiecisse κατιόντος τοῦ ἀνέμου i. e. vento exorto. Quonam, quaeso, vento? roget quispiam, nam nimis libere vertunt alii: *cum ventus secundus flabat*; alii: *cum ventus a terra navigia prosequebatur*. Erravit profecto Dobraeus (Adv. I p. 84) ratus traiectum per fretum Siculum sic nullo modo fieri potuisse. Namque docet nos M. Tullius Cicero (Verr. II L. 5 c. 2) Spartacum cum fugitivorum exercitu ratibus ad Messanam transire voluisse atque posterioribus saeculis quoque constat ad maiores commeatus traducendos saepe rates fuisse adhibitas. Quid quod etiam nunc sedata tempestate in freto Siculo, ut in flumine Rheno, haud ita raro tigna colligata conspicies a parva pyroscapha tracta? Sed nemo sanus umquam animum induxit rate

1) Conferatur BADHAMI *Adhortatio ad discipulos Academiae Sydneiensis*. Sydneiae a. 1869.

Digitized by Google

transire τὸν χειμεριώτατον Σικελικὸν πορθμόν — proverbio celebrabatur πορθμὸς Σικελίας pro rerum condicione periculosissima — nisi ἦν ἀνέμων ἀπῇ πνεύματα. De quo cf. Pausaniae L. V. c. 25 § 2: ὁ δὲ καὶ τηνικαῦτα (i. e. cum venti posuere) κίνησιν βιαιστάτην αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ καὶ ἰσχυρὰς παρέχεται παλιρροίας. Mirandumne est scholiastam, sanum sinciput, ut videtur, vv. κατιόντος τοῦ ἀνέμου interpretatum esse quasi significarent: λήγοντος τοῦ ἀνέμου? Perperam: quis neget? sed tamen verum vidit ille. Furentibus ventis navigia portum servant ne τραχηλίζωνται.

Quid vero cessante vento facere boni navitae sit seu rate seu nave traicere cupientis luculenter docet Dion. Halic. A. R. I c. 22, qui pendet tam a Thucydide quam ab Antiocho Syracusano auctore communi. Nempe Φυλάττει τὸν ῥοῦν — Thucydides aliis verbis prorsus idem dicit: τηρεῖ τὸν πορθμόν — aqua, ut solet in fretorum angustiis, identidem reciprocante expectat aestum secundum deinde fervente aestu nullo velorum impulsu ἑαυτὸν κύμασι Φέρεσθαι ἐᾷ et cito κατὰ ῥοῦν devehitur ad oppositum litus. Quae cum ita sint, noli credere, candide lector! gravissimum rerum scriptorem dedisse „Siculos, ut credibile est et traditur, traiecisse ἐπὶ σχεδιῶν κατιόντος τοῦ ἀνέμου."

Perierat, ut opinor, exiguum trium literarum nomen POT, qua nullum aliud facilius post articulum excidere potuit, deinde homo parum intellegens temere supplevit ἀνέμου. Omnes veritatis numeros habet quod scriptum extat apud Dionysium: Φυλάξαντες κατιόντα τὸν ῥοῦν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας διέβησαν ἐπὶ τὴν ἔγγιστα νῆσον.

VI c. 4 § 5.

.... ὕστερον δὲ καὶ ἀπὸ Χαλκίδος καὶ τῆς ἄλλης Εὐβοίας πλῆθος ἐλθὸν ξυκατενείμαντο τὴν γῆν.

Corrige: ξυγκατενείμαντο. Alia ratio est loci a Classenio laudati I 125 § 1, ubi τὸ πλῆθος significat *maior pars*. Cf. I 106 s. f. et II 11 § 4. Sic in praegressis § 2 Th. dederat:

(Coloni Megarenses) Πάμιλον πέμψαντες Σελινοῦντα κτίζουσι καὶ ἐκ Μεγάρων τῆς μητροπόλεως οὔσης αὐτοῖς πλῆθος ἐλθὸν [1])

1) In textum receptum oportuit πλῆθος ἐλθὸν ($\overset{\lambda}{\pi}$ ἐλθὸν) quod in codicis A scriptura $\overset{\grave{\epsilon}}{\pi}$ λθὸν latere vidit Badhamus.

Digitized by Google

ξυγκατῴκισεν. quo loco tamen aut articulus *τῆς* aut participium *οὔσης* melius abesset.

VI c. 6 § 2.

ὅμοροι γὰρ ὄντες (Egestaei) *τοῖς Σελινουντίοις ἐς πόλεμον καθέστασαν περί τε γαμικῶν τινων καὶ περὶ γῆς ἀμφισβητήτου καὶ οἱ Σελινούντιοι, Συρακοσίους ἐπαγαγόμενοι ξυμμάχους, κατεῖργον* (corr. *καθεῖργον*) *αὐτοὺς* [*τῷ πολέμῳ*] *καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν.*

Selinuntii Egestaeos terra marique obsidione premebant atque in maximas angustias adducebant. Haec omnia insunt in v. *καθειργνύναι.*

Cf. HEROD. VI, 102:

χειρωσάμενοι δὲ τὴν Ἐρετρίαν (Persae) *καὶ ἐπισχόντες ὀλίγας ἡμέρας ἔπλεον ἐς γῆν τὴν Ἀττικήν, κατέργοντές τε πολλὸν καὶ δοκέοντες ταὐτὰ τοὺς Ἀθηναίους ποιήσειν τὰ καὶ τοὺς Ἐρετριέας ἐποίησαν.*

Incluso [*τῷ πολέμῳ*] quid in vv. contextu inutilius est?

In proxime sequentibus: *ὥστε τὴν γενομένην ἐπὶ Λάχητος καὶ τοῦ προτέρου πολέμου Λεοντίνων* a) *οἱ Ἐγεσταῖοι ξυμμαχίαν ἀναμιμνήσκοντες τοὺς Ἀθηναίους ἐδέοντο σφίσι ναῦς πέμψαντας ἐπαμῦναι*

a) del. Classenius.

nomina propria *Λεοντίνων* et *οἱ Ἐγεσταῖοι* lectori qui hoc agit ad loci intellegentiam nihil omnino conferunt mediamque orationem inepte intercipiunt. Quorum alterum post Classenium Stahlium alios a Hudio expunctum est, alterum aeque inducendum esse nullus dubito utpote eo loco interpositum ubi vel id ipsum fraudem arguat.

Quod autem observat Steupius (Anhang p. 249), qui utrumque emblema religiose servandum esse censet: *Trennung zusammengehöriger Worte ist bei Thuk. nun einmal gar nichts Seltenes*, id verum quidem esse nemo infitiabitur nec aliter rem se habere in optimo quoque poeta et scriptore fidenter confirmare licet. Ubicumque vero naturalis verborum commissura sine ulla ratione stulte interrumpitur vocesque inutiles arcte cohaerentia divellunt, magistellorum potius quam scriptorum manum agnoscimus. Lib. III c. 90 § 4 e. g., quem locum laudat Steupius, aut eli-

Digitized by Google

minandi sunt *οἱ Μεσσήνιοι* aut cum Herwerdeno vv. *τῶν τε Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων*.

VI c. 10 § 4.

..... *τάχα δ' ἂν ἴσως, εἰ δίχα ἡμῶν τὴν δύναμιν λάβοιεν* ..... *καὶ πάνυ ἂν ξυνεπιθοῖντο μετὰ Σικελιωτῶν.*

Recte interpretantur: „si opes nostras bifariam distractas deprehenderint" neque aliam explicationem vv. contextus admittit. Notandum tamen est verbum *λαμβάνειν* deprehendendi vim tantum habere in malam partem usurpatum de scelere vel peccato manifesto in quo prenditur aliquis: *ψευδόμενον, κλέπτοντα, ἐπ' αὐτοφώρῳ λαμβάνειν τινα*. Nostro loco utique restituendum est: *⟨κατα⟩λάβοιεν*. Locorum a Steupio allatorum VI 33 § 3 et V 65 § 5 aliam rationem esse facile videre est.

VI c. 11 § 2.

Σικελιῶται δ' ἄν μοι a) *δοκοῦσιν, ὥς γε νῦν ἔχουσι* b) *καὶ ἔτι ἂν ἧσσον δεινοὶ ἡμῖν γενέσθαι, εἰ ἄρξειαν αὐτῶν Συρακόσιοι.*

a) *⟨οὐ⟩ δοκοῦσιν* cit. Herwerdenus; b) post *ἔχουσι* nonnulla intercidisse suspicatur Classenius.

Miror Steupium (Anhang p. 253) fusius tractantem verba, quorum patrocinium suscipit, alto silentio pressisse eximiam Herwerdeni coniecturam de particula negativa inserenda. Vide Mnem. N. S. a. 1880 p. 147 et ed. Hudianam in calce. Qua usus equidem contortam orationem sic transponendo correxerim:

Σικελιῶται δ' οὐκ ἄν μοι δοκοῦσιν, ὡς γε νῦν ἔχουσι, δεινοὶ ἡμῖν γενέσθαι, καὶ ἔτι ἂν ἧσσον, εἰ ἄρξειαν αὐτῶν Συρακόσιοι.

Negationem in exemplari suo repperisse videtur scholiastes, qui ad vv. *ὥς γε νῦν ἔχουσι* hac paraphrasi utitur:

οὔτε νῦν εἰσι δεινοί, καὶ ἔτι ἧττον ἔσονται δεινοὶ ἂν ὑπὸ Συρακοσίοις πάντες γένωνται κτἑ.

Hoc fere dicit Nicias:

„Nolite affectare novum imperium, Athenienses, antequam id quod habemus stabiliverimus. Foedera, mihi credite! quae cum Peloponnesiis iniistis, parum firma sunt; sociorum fides non omnium aeque laudanda; cum Chalcidensibus, qui multis ante annis a nobis desciverunt, nondum debellatum est. Hos tamen

Digitized by Google

si in potestatem nostram redegerimus, facile retinere poterimus, Sicilienses non item. Qui, ut nunc quidem se habent, mihi non videntur reipublicae nostrae valde metuendi fore, idque etiam multo minus, si Syracusani iis imperent."

Ibidem § 4.

τὰ γὰρ διὰ πλείστου πάντες ἴσμεν θαυμαζόμενα καὶ τὰ πεῖραν ἥκιστα τῆς δόξης δόντα.

Maior e longinquo reverentia.

πάντΩς lenissima Naberi mutatio est pro *πάντΕς*. Et sane sententiae compositio requirit adverbium adverbio *ἥκιστα* oppositum. Nescio tamen an *πάντες* in lacuna male expletum sit pro *πλεῖστον* (cf. V, 113 s. f. et VIII 96 s. f.) aut pro *μάλιστα* quod in calce editionis suae commendat Herwerdenus.

Ibidem § 5.

*ὅπερ νῦν ὑμεῖς, ὦ Ἀθηναῖοι, ἐς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους πεπόνθατε· διὰ * τὸ παρὰ γνώμην αὐτῶν πρὸς ἃ ἐφοβεῖσθε τὸ πρῶτον περιγεγενῆσθαι, καταφρονήσαντες ἤδη καὶ Σικελίας ἐφίεσθε.*

Quis praesertim admonitus non sentit, ut hianti commissurae medeamur, supplendum esse: *διὰ ⟨γὰρ⟩ τὸ παρὰ γνώμην κτέ.*? Possis etiam coniicere *πεπόνθατε· ⟨οἵ γε⟩ διὰ τὸ π. γν. ..... ἐφίεσθε.*

„*Dieselbe asyndetische Zusammenstellung*" ut Steupii verbis utar, L. II 60 § 4 eadem medicina ante quinque lustra sublata est a Cobeto.

VI c. 14 s. f.

καὶ σύ, ὦ πρύτανι, ταῦτα ..... ἐπιψήφιζε ..... νομίσας, εἰ ὀρρωδεῖς τὸ ἀναψηφίσαι, τοῦ a) *μὲν λύειν τοὺς νόμους μὴ μετὰ τοσῶνδ' ἂν μαρτύρων αἰτίαν σχεῖν, τῆς δὲ πόλεως * βουλευσαμένης ἰατρὸς ἂν γενέσθαι κτέ.*

a) *τοῦ* corr. Herwerdenus: *τὸ* codd.

Merito Hudius Herwerdeni emendationem in textum recepit. Ceterum multum praestare mihi videtur lectio *⟨κακῶς⟩ βουλευσαμένης*, quam in suo codice repperit Laurentius Valla et scholia servarunt.

Digitized by Google

VI c. 15 § 4.

De Alcibiade scribit noster:

Φοβηθέντες γὰρ οἱ πολλοὶ τὸ μέγεθος τῆς τε κατὰ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα παρανομίας ἐς τὴν δίαιταν καὶ τῆς διανοίας ὧν καθ' ἓν ἕκαστον ἐν ὅτῳ γίγνοιτο ἔπρασσεν, ὡς τυραννίδος ἐπιθυμοῦντι πολέμιοι καθέστασαν, καὶ δημοσίᾳ κράτιστα διαθέντα a) *τὰ τοῦ πολέμου, ἰδίᾳ ἕκαστοι* b) *τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτοῦ ἀχθεσθέντες* c) *καὶ ἄλλοις ἐπιτρέψαντες οὐ διὰ μακροῦ ἔσφηλαν τὴν πόλιν.*

a) *διαθέντι* corr. man. pr. cod. Parisini; b) *ἕκαστος* recte rescripsit Herwerdenus; c) *καταπαύσαντες τῆς ἀρχῆς* excidisse putat Gertzius.

Miror Hudium priorum editorum observationum nulla ratione habita pessimam bonorum librorum scripturam *διαθέντA* tacite in textum recepisse. Requiritur procul dubio alius casus: dativum praetulit corrector cod. Parisini; equidem cum Herwerdeno genetivum praetulerim. Praeterea vide ne reponendum sit *δια‹τι›θέντος*: *quamquam bellum eximie administrabat.*

In extremis lacunam statuit Gertzius. Perperam, si quid video. Omnia enim recte procedent, si deleto *καὶ* transposueris: *ἰδίᾳ ἕκαστος τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτοῦ ἀχθεσθέντες, ἄλλοις ἐπιτρέψαντες τὴν πόλιν οὐ διὰ μακροῦ ἔσφηλαν.*

VI c. 16 § 2 s. f.

νόμῳ μὲν γὰρ τιμὴ τὰ τοιαῦτα, ἐκ δὲ τοῦ δρωμένου καὶ δύναμις ἅμα ὑπονοεῖται.

Mire compluribus locis lusit librariorum incuria in permutandis verbis *δρᾶν* et *ὁρᾶν*. In Iamblichi *vita Pythagorae* § 55 pro *ὁρᾶν* Kusterus *δρᾶν* restituit. *Δρώμενα* cum *Ὁρώμενα* confundi in Heliodori libris vidit Koenius (Greg. Corinth. Schaefer p. 120); contrarium in modum peccatum esse apud Harpocrationem in voce *Ὀργεῶνας* Valesius animadvertit corrigens: *τὰ νομιζόμενα ὁρᾶν*; in scholio cod. Marc. Veneti. ad Hom. Il. A 63 pro *δρᾷ* Cobetus emendavit: *ὁ δὲ ὀνειροπόλος αὐτὸς ὁρᾷ ὑπὲρ ἑτέρων ὀνείρους*; idem (Var. Lectt. p. 448; Collect. Crit. p. 82) et alia nonnulla huiusmodi vitia feliciter sustulit.

In sententia autem, quam supra laudavimus, verissimum quidem est et luce clarius illud: „potentiam nostram opinione praecipi ex iis quae facimus"; verum quid censes? nonne istius-

Digitized by Google

modi veritates proferre Gallorum Palissii quam Alcibiadis Thucydidisve persona aliquanto dignius esse videtur? Paulo diligentius consideremus τὰ περιφραζόμενα. Nicias acerbe in adversario notaverat nimiam victus magnificentiam et sumtus (c. 12 § 2); asseveraverat eum expeditionem in Siciliam suasisse τὰ ἑαυτοῦ μόνον σκοποῦντα, ὅπως θαυμασθῇ μέν, διὰ δὲ πολυτέλειαν ἀπὸ τῆς ἱπποτροφίας καὶ ὠφεληθῇ τι ἐκ τῆς ἀρχῆς. „Nolite ei permittere, in concione populi exclamaverat, ut publico cum damno privatim illustretur." Respondit Alcibiades (c. 16) hunc vitae splendorem non solum sibi et maioribus gloriosum esse sed in patriam etiam fructum inde redundare; „universae enim Graeciae *spectaculum* praebere cuius effectus apud hostes saluberrimus sit."

§ 2. καὶ γὰρ Ἕλληνες καὶ ὑπὲρ δύναμιν μείζω ἡμῶν τὴν πόλιν ἐνόμισαν τῷ ἐμῷ διαπρεπεῖ τῆς Ὀλυμπιάζε θεωρίας, πρότερον ἐλπίζοντες αὐτὴν καταπεπολεμῆσθαι κτέ.

§ 3. καὶ ὅσα αὖ ἐν τῇ πόλει χορηγίαις ἢ ἄλλῳ τῳ λαμπρύνομαι, τοῖς μὲν ἀστοῖς φθονεῖται φύσει, πρὸς δὲ τοὺς ξένους καὶ αὕτη ἰσχὺς φαίνεται.

Rationibus subductis quovis pignore contenderim Thucydidem dedisse:

ἐκ δὲ τοῦ ὁρωμένου καὶ δύναμις ἅμα ὑπονοεῖται.

VI c. 17 § 1.

καὶ ταῦτα a) ἡ ἐμὴ νεότης καὶ ἄνοια παρὰ φύσιν δοκοῦσα εἶναι b) ἐς τὴν Πελοποννησίων δύναμιν λόγοις τε πρέπουσιν ὡμίλησε c) καὶ ὀργῇ πίστιν παρασχομένῃ ἔπεισε κτέ.

a) κἀνταῦθα cit. Steupius (cf. Anhang p. 256 seq.) Vereor ut recte. b) δοκοῦτα εἶναι, παρὰ φύσιν probabiliter transposuit Badhamus. c) ὁμιλήσασα .... παρεσχομένη Badhamus.

Haerere viros doctos video nec sine causa in verbo ὁμιλεῖν quod alii aliter, cuncti frustra interpretando nobis explicare conantur. Pro omnibus verba faciat Classenius. „Das grösste Bedenken, inquit, erregt mir der Ausdruck ὡμίλησε, der doch in irgend einer Weise mit dem vorangestellten καὶ ταῦτα in Beziehung gebracht und als mit dem folgenden ἔπεισε verwandt aufgestellt werden muss." Quin Ludovicus Herbstius, locorum corruptorum ceteroquin acerrimus vindex, (Thuk. II p. 86 seqq.)

Digitized by Google

sedem vitii delendam esse censet. Iusto audacius, iure quispiam dixerit, nisi luculenter pateat unde vitiosum vocabulum pedem intulerit. At operae pretium est attente relegere scholion:

καὶ ταῦτα ἐγένετο δι' ἐμὲ τὸν .... ἀνόητον λογιζόμενον λόγοις τε χρησάμενον πρέπουσι .... καὶ ἀπειλήσαντα μετ' ὀργῆς αὐτοῖς εἰ μὴ θέλοιεν προσχωρεῖν ἡμῖν.

Videsne nihil hisce verbis contineri quod ad *ὠμίλησε* referatur, contra participio *ἀπειλήσαντα* in contextu nullum respondere synonymon? Codicem MS. ex quo fluxit Bekk. *Anecd.* I p. 110: *ὠμίλησα· συνεγενόμην* verisimile est exhibuisse id ipsum quod coniecit Badhamus: ΟΜΙΛΗCΑCΑ vel ΟΜΘΙΛΗCΑCΑ; scholiastam vero in suo libro legisse ΑΠΕΙΛΗCΑCΑ. Quapropter non mirarer si partic. *ἀπειλήσασα* vacillantibus literulis in archetypo interpretandi causa vv. *ὀργῇ πίστιν παρασχομένη* superscriptum deinde a scriba male lectum *ὁμειλήσασα* in ordinem receptum esset.

Commendo:

καὶ ταῦτα ἡ ἐμὴ νεότης .... παρὰ Φύσιν [*ἐς*] *τὴν Πελοποννησίων δύναμιν λόγοις τε πρέπουσιν* [*ὠμίλησε*] *καὶ ὀργῇ πίστιν παρασχομένη ἔπεισε κτἑ.*

VI c. 18 § 1.

ὥστε τί ἂν λέγοντες εἰκὸς ἢ αὐτοὶ ἀποκνοῖμεν ἢ πρὸς τοὺς ἐκεῖ ξυμμάχους σκηπτόμενοι μὴ βοηθοῖμεν:

Repone:

ὥστε τί ἂν λέγοντες, εἰκότως[1]) *.... ἀποκνοῖμεν ἢ ... σκηπτόμενοι μὴ βοηθοῖμεν;*

Cf. Thuc. III c. 55 § 3: *καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἐβοήθουν ἡμῖν ἐναντία Θηβαίοις ὅτε ὑμεῖς ἀπωκνεῖτε.*

Idem § 6.

καὶ νομίσατε .... τὴν πόλιν, ἂν μὲν ἡσυχάζῃ, τρίψεσθαί τε αὐτὴν περὶ αὐτὴν ὥσπερ καὶ ἄλλο τι .... ἀγωνιζομένην δὲ αἰεὶ προσλήψεσθαί τε τὴν ἐμπειρίαν κτἑ.

Articulo *τὴν* hic nullus locus est. Corrige: *προσλ. τέ τιν' ἐμπειρίαν.* Optime Steupius interpretatur: „immer in Bezug auf die Erfahrung *etwas* hinzunehmen."

1) Belgice: *gevoegelijk*; Germanice: *schicklicher Weise.*

Digitized by Google

Ibidem § 7.

παράπαν τε γιγνώσκω πόλιν μὴ ἀπράγμονα τάχιστ' ἂν μοι δοκεῖν ἀπραγμοσύνης μεταβολῇ διαφθαρῆναι καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀσφαλέστατα τούτους οἰκεῖν οἳ ἂν τοῖς παροῦσιν ἤθεσι καὶ νόμοις, ἢν καὶ χείρω ᾖ, ἥκιστα διαφόρως πολιτεύωσιν.

Ad hunc locum Steupius annotat: „γιγνώσκω .... μοι δοκεῖν (malim cum Kruegero legere ἐμοὶ δοκεῖν), ein pleonastischer Ausdruck: *ich stelle die Ansicht auf dass, wie ich glaube.*" Equidem suspicor verbum quod est γιγνώσκω labantis orationis fulciendae gratia scilicet infertum esse a lectore quem fugeret totam hanc paragraphum iuxta cum praegressis pendere ab imperativo νομίσατε (§ 6).

In extremis pro τοῖς παροῦσιν ἤθεσι cum Nabero rescribendum esse videtur: τοῖς πατρίοις ἤθεσιν.

VI c. 20 § 2.

ἐπὶ γὰρ πόλεις .... μέλλομεν ἰέναι μεγάλας .... τό τε πλῆθος, ὡς ἐν μιᾷ νήσῳ, πολλὰς ΤΑC Ἑλληνίδας.

Imo: ΚΑΙ Ἑλληνίδας: *easque non barbaras sed graecas.*

VI c. 22 s. f.

„Oportet, inquit, magnum nobiscum exercitum in Siciliam ducere, classe etiam longe superiores esse debemus, tum rem frumentariam comparare" τά τε ἄλλα ὅσον δυνατὸν ἑτοιμάσασθαι ΚΑΙ μὴ ἐφ' ἑτέροις γίγνεσθαι, μάλιστα δὲ χρήματα αὐτόθεν ὡς πλεῖστα ἔχειν.

Expectares: ΩCΤЄ.

VI c. 23 in. sic pergit dicere:

ἦν γὰρ αὐτοὶ ἔλθωμεν ἐνθένδε μὴ ἀντίπαλον μόνον a) παρασκευασάμενοι .... ἀλλὰ καὶ ὑπερβάλλοντες τοῖς πᾶσι, μόλις οὕτως οἷοί τε ἐσόμεθα τῶν μὲν κρατεῖν, τὰ δὲ καὶ διασῶσαι.

a) optime Classenius supplevit <παρασκευήν>

Quaeritur quid sit: „nam si *ipsi* hinc proficiscamur cum exercitu" etc.? aliter enim vertere non licet. Cave credas Steupio mirificum istud αὐτοὶ sic explicare conanti: „das αὐτοὶ weist auf den stillschweigenden Gegensatz hin: „denn auf Andere rechnet nicht"." Pronomen, quod nihil huc pertinet, manifesto

Digitized by Google

corruptum est ex adverbio αὐτόθεν. Quod ubi evanuit post ἔλθωμεν adscriptum esse ἐνθένδε quis mirabitur?

Lege igitur:

ἦν γὰρ αὐτόθεν ἔλθωμεν [ἐνθένδε] κτἑ.

Ibidem in continuo sequentibus, ubi Steupius pro μάχιμον μαχιμώτατον, Urlichsius pro ὁπλιτικὸν ἱππικὸν egregie emendaverunt, sententiam aliquanto rectius procedere puto si transponis:

ἀλλὰ καὶ, πλήν γε πρὸς τὸ μαχιμώτατον αὐτῶν, τὸ ἱππικόν, ὑπερβάλλοντες τοῖς πᾶσι κτἑ.

Ibidem § 2.

πόλιν τε νομίσαι χρὴ * ἐν ἀλλοφύλοις καὶ πολεμίοις οἰκιοῦντας ἰέναι κτἑ.

Recte locum intellexit Steupius vertens: „und ihr müsst euch (in Bezug auf den Feldzug nach Sicilien) vorstellen, es zögen Leute aus, die .... gründen wollten." Nisi quod hoc sensu necessario restituendum erit: ⟨ὡς⟩ ἐν ἀλλοφύλοις.

Ibidem § 3.

ὅπερ ἐγὼ φοβούμενος καὶ εἰδὼς πολλὰ μὲν ἡμᾶς δέον εὖ βουλεύσασθαι, ἔτι δὲ πλείω εὐτυχῆσαι, χαλεπὸν δ' ἀνθρώπους ὄντας, ὅτι ἐλάχιστα τῇ τύχῃ παραδοὺς ἐμαυτὸν βούλομαι ἐκπλεῖν κτἑ.

Nullus dubito quin ἐμαυτὸν eiiciendum sit. Non de semet ipso Nicias quidnam futurum sit sollicitus est. Cf. in priore oratione c. IX § 2: ἧσσον ἑτέρων περὶ τῷ ἐμαυτοῦ σώματι ὀρρωδῶ.

VI c. 24 § 3.

καὶ ἔρως ἐνέπεσε τοῖς πᾶσιν ὁμοίως ἐκπλεῦσαι· τοῖς μὲν γὰρ πρεσβυτέροις ὡς ἢ καταστρεψομένοις ἐφ' ἃ ἔπλεον ἢ οὐδὲν ἂν σφαλεῖσαν μεγάλην δύναμιν * τοῖς δ' ἐν τῇ ἡλικίᾳ τῆς * τε ἀπούσης πόθῳ ὄψεως καὶ θεωρίας, καὶ εὐέλπιδες ὄντες σωθήσεσθαι, * ὁ δὲ πολὺς ὅμιλος * καὶ στρατιώτης ἔν τε τῷ παρόντι ἀργύριον οἴσειν καὶ προσκτήσεσθαι δύναμιν ὅθεν ἀΐδιον μισθοφορὰν ὑπάρξειν.

De hoc loco adeundus est Badhamus (Mnem. a. 1875 p. 21), cui palmarem emendationem debemus: σφαλεῖσι μέγα τὴν

Digitized by Google

δύναμιν. Recte idem pro τῆς τε ἀπούσης requirit γῆς [1]). Ceterum sententiam pessime affectam hunc fere ad modum sarcire conatus sum:

τοῖς μὲν γὰρ πρεσβυτέροις ὡς ἢ καταστρεψομένοις ἐφ' ἃ ἔπλευν ἢ οὐδὲν ἂν σφαλεῖσι μέγα τὴν δύναμιν ⟨ἐπ' οἴκου ἀνακομιουμένοις⟩, τοῖς δ' ἐν τῇ ἡλικίᾳ γῆς ⟨μακράν⟩ τε ἀπούσης πόθῳ ὄψεως καὶ θεωρίας [2]). *Omne ignotum pro magnifico!* καὶ εὐέλπιδες ὄντες σωθήσεσθαι ⟨ᾧοντο⟩. ὁ δὲ πολὺς ὅμιλος ⟨ἔμπορος⟩ [3]) καὶ στρατιώτης ἔν τε τῷ παρόντι ἀργύριον οἴσειν καὶ προσκτήσεσθαι δύναμιν ὅθεν ἀΐδιον μισθοφορὰν ὑπάρξειν.

VI c. 31 § 4.

ξυνέβη δὲ πρός τε σφᾶς αὐτοὺς ἅμα ἔριν γενέσθαι, ᾧ τις ἕκαστος προσετάχθη καὶ ἐς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἐπίδειξιν μᾶλλον εἰκασθῆναι τῆς δυνάμεως καὶ ἐξουσίας ἢ ἐπὶ πολεμίους παρασκευήν.

Miror Hudium et Steupium novissimos editores post pronomen τις non inclusisse cum Kruegero et Herwerdeno ἕκαστος quod et hic et Thuc. VII 75 § 5 (καὶ τούτων οἵ τε ἄλλοι πάντες ἔφερον ὅ,τι τις ἐδύνατο [ἕκαστος] χρήσιμον) a sciolo scriptori invito obtruditur. Utrobique prava sedes suspicionem movet. Graecum et Thucydideum eo sensu est aut τὶς aut ἕκαστός τις. Cf. locos ab ipso Steupio laudatos III 45 § 4; IV 4 § 2 et 63 § 1.

In fine sententiae interpolatorem olent vv. plane otiosa: ἐπίδειξιν [τῆς δυνάμεως καὶ] ἐξουσίας.

VI c. 34 § 6.

ὥστ' ἔγωγε τούτῳ τῷ λογισμῷ ἡγοῦμαι ἀποκλῃομένους αὐτοὺς .... ἢ .... ἐξωσθῆναι ἂν τῇ ὥρᾳ ἐς χειμῶνα ἢ καταπλαγέντας τῷ ἀδοκήτῳ καταλῦσαι ἂν τὸν πλοῦν κτέ.

Vehementer vereor ut recte vertant τῇ ὥρᾳ vv. dd. Classenius: *durch den Verlauf der Zeit*; Steupius: *durch die vorgerückte Jahreszeit*. ἡ ὥρα, ἡ εὐκαιρία, *opportunum tempus* [4]) τῷ χειμῶνι

1) Hudius ingeniosam Badhami disputationem non cognovisse videtur.

2) Cf schol.: τὸ θεωρίας ἀντὶ τοῦ ἱστορίας κεῖται ἵνα ᾖ· ποθοῦντες τὴν ἀλλοδαπὴν καὶ ἰδεῖν καὶ ἱστορῆσαι.

3) Cf. VI 31 § 5 s. f.

4) ὥρη ἐρᾶν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεταῦσθαι.

Digitized by Google

manifesto opponitur. Interpretes in errorem induxisse videtur levis librarii error τῇ ὥρᾳ pro τὴν ὥραν exarantis. Lectionem genuinam ante oculos habuit Scholiastes, qui ad ἐξωσθῆναι explicat: ἐκπεσεῖσθαι τὸν καιρὸν τοῦ πλοῦ εἰς χειμῶνα i. e. *quod ad tempus opportunum.*

Incredibile dictu est quoties in syllabis finalibus scribae titubaverint.

VI c. 38 § 2.

.... καὶ ἐνθένδε ἄνδρες οὔτε ὄντα οὔτ' ἂν γενόμενα λογοποιοῦσιν, οὓς ἐγὼ οὐ νῦν πρῶτον ἀλλ' αἰεὶ ἐπίσταμαι ἤτοι λόγοις γε τοιοῖσδε καὶ ἔτι τούτων κακουργοτέροις ἢ ἔργοις βουλομένους καταπλήξαντας τὸ ὑμέτερον πλῆθος αὐτοὺς τῆς πόλεως ἄρχειν.

Commendat Naberus: ἤτοι λόγοις γε τοιοῖσδε ἢ ἔτι τούτων κακουργοτέροις ἔργοις. At notantur hoc loco astuti optimates non temere agendo semet ipsos prodere sed λογοποιεῖν soliti: mendaciorum confictores falsosque rumores spargentes, ut civitate in magno timore constituta ipsi rerum potiantur. Ubi proclivi librariorum errore necessaria vocula diiunctiva ἢ post τοιοῖσδε abiit in καὶ, ut mancae orationi succurreretur, credo, agglutinatum est ἢ ἔργοις.

Lege igitur: ἤτοι λόγοις γε τοιοῖσδε Ἢ ἔτι τούτων κακουργοτέροις [ἢ ἔργοις]. Cf. DEMOSTH. πρὸς Λεπτ. § 125: ὃν τοίνυν κακουργότατον οἴονται λόγον εὑρηκέναι κτἑ.

VI c. 40 § 2 in fine orationis Athenagorae:

ἡ γὰρ πόλις ἥδε, εἰ καὶ ἔρχονται Ἀθηναῖοι, ἀμυνεῖται αὐτοὺς ἀξίως αὐτῆς .... καὶ εἴ μή τι αὐτῶν (eorum quae a vobis renuntiantur) ἀληθές ἐστιν, ὥσπερ οὐκ οἴομαι, οὐ πρὸς τὰς ὑμετέρας ἀγγελίας καταπλαγεῖσα, ἐλομένη ὑμᾶς ἄρχοντας, αὐθαίρετον δουλείαν ἐπιβαλεῖται, αὐτὴ δ' ἐφ' αὑτῆς σκοποῦσα τούς τε λόγους ἀφ' ὑμῶν * ὡς ἔργα βουλομένους κρινεῖ καὶ τὴν ὑπάρχουσαν ἐλευθερίαν οὐχὶ ἐκ τοῦ ἀκούειν ἀφαιρεθήσεται.

Nihilo potior est cod. Florentini scriptura βουλομένους a Hudio in textum admissa quam id quod in ceteris libris extat δυναμένους. Nonne utrumque participium aeque inutile est? Ceterum quantocyus revoca ante ὡς particulam negativam qua nullo pacto carere possumus.

Digitized by Google

Mihi quidem persuasum est Thucydidem scripsisse:

αὐτὴ δ' ἐφ' αὑτῆς σκοποῦσα τούς τε λόγους ἀφ' ὑμῶν ⟨οὐχ⟩ ὡς ἔργα [δυναμένους] κρινεῖ καὶ τὴν ὑπάρχουσαν ἐλευθερίαν οὐχὶ ἐκ τοῦ ἀκούειν ἀφαιρεθήσεται.

VI c. 54 § 2 s. f.

γενομένου δὲ Ἁρμοδίου ὥρᾳ ἡλικίας λαμπροῦ Ἀριστογείτων, ἀνὴρ τῶν ἀστῶν, μέσος πολίτης, ἐραστὴς ὢν εἶχεν αὐτόν. πειραθεὶς δὲ ὁ Ἁρμόδιος ὑπὸ τοῦ Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστράτου καὶ οὐ πεισθεὶς καταγορεύει τῷ Ἀριστογείτονι. ὁ δὲ ἐρωτικῶς περιαλγήσας καὶ φοβηθεὶς τὴν Ἱππάρχου δύναμιν μὴ βίᾳ προσαγάγηται αὐτόν, ἐπιβουλεύει εὐθὺς ὡς ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης ἀξιώσεως κατάλυσιν τῇ τυραννίδι.

Interpolatori reddendum esse censeo otiosum additamentum [*καὶ οὐ πεισθείς*]. Scilicet amasius amatori *καταγορεύει τὸ πρᾶγμα.* Quis non facile intellegit Harmodium, si tentatus corruptori morem gessisset, facinus ut turpe aliquid ad amatorem non delaturum fuisse? Desumta haec esse apparet e proxime sequentibus § 4: *καὶ ἐν τούτῳ δὲ Ἵππαρχος ὡς αὖθις πειράσας οὐδὲν μᾶλλον ἔπειθε τὸν Ἁρμόδιον.*

In extremis, si libris MSS. et scholiis fides habenda, vv. *ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης ἀξιώσεως* necessario ad Aristogitonem referuntur. Itaque vertunt mirifice sed recte tamen: „(Aristogiton), *quantum pro sua auctoritate poterat,* tyrannidem per insidias evertere conatur." Steupius autem caute annotat: *„in beschränkendem Sinne: an einem offenen Angriff konnte er als μέσος πολίτης nicht denken.*

Quanto meliorem sententiam obtinebimus transponendo:

(*ὁ Ἀριστογείτων*) *φοβηθεὶς τὴν Ἱππάρχου* (utpote potentissimi tyranni fratris) *δύναμιν, μὴ ὡς ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης ἀξιώσεως βίᾳ προσαγάγηται αὐτὸν* (Harmodium), *ἐπιβουλεύει εὐθὺς κατάλυσιν τῇ τυραννίδι.*

VI c. 55 s. f.

Ἱππάρχῳ δὲ ξυνέβη τοῦ πάθους τῇ δυστυχίᾳ ὀνομασθέντα καὶ τὴν δόξαν τῆς τυραννίδος ἐς τὰ ἔπειτα προσλαβεῖν.

Hudium, qui magna cum cura sed nullo delectu cunctas varias librorum lectiones optimas pessimas collegit, hoc etiam

Digitized by Google

annotantem video in calce scribam unius codicis E pro δυστυχίᾳ exarasse δυσταχίαι. Quis talia discere curat? Quam vellem eadem diligentia operum Criticorum rationem habuisset! Iniuria spernitur quod Dobraeus proposuit (Advv. I p. 89) Ἐπονομασθέντα, interpretatus: *his name was associated with.*

VI c. 60 § 2.

καὶ ὡς αὐτῶν διὰ τὸ τοιοῦτον ὀργιζομένων πολλοί τε καὶ ἀξιόλογοι ἄνθρωποι ἤδη ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἦσαν καὶ οὐκ ἐν παύλῃ a) ἐφαίνετο, ἀλλὰ καθ' ἡμέραν ἐπεδίδοσαν μᾶλλον ἐς τὸ ἀγριώτερόν τε καὶ πλείους ἔτι ξυλλαμβάνειν, ἐνταῦθα ἀναπείθεται εἴς τῶν δεδεμένων κτέ.

a) ἀνάπαυλα cit. Reiskius.

„Ut Graecum sit ἐπεδίδοσαν ἐς τὸ ξυλλαμβάνειν, quod vix credo, dicit Badhamus, τε non suum locum habet et perabsurde τὸ ἀγριώτερον et τὸ ξυλλαμβάνειν, *tamquam res diversae essent*, per τε καὶ coniunguntur." Rectissime: τὸ ἀγριώτερον et τὸ ξυλλαμβάνειν in orationis contextu prorsus idem valent. Quamobrem non cum Badhamo correxerim: ⟨ὥστε⟩, sed inutile additamentum [τε καὶ πλείους ἔτι ξυλλαμβάνειν], quod vocabulo ἀγριώτερον adhaeret, deleverim potius.

VI c. 63 § 2.

.... καὶ ἐπειδὴ πλέοντές τε a) τἀπεκεῖνα τῆς Σικελίας πολὺ ἀπὸ σφῶν * ἐφαίνοντο b) καὶ πρὸς τὴν Ὕβλαν ἐλθόντες καὶ πειράσαντες οὐχ εἷλον βίᾳ κτέ.

a) ἐς add. Reiskius. b) ἐφέροντο cit. Naberus.

Vide ne supplendum sit: ⟨ἀπέχειν⟩ ἐφαίνοντο vel simile quid.

VI c. 68 § 1.

πολλῇ μὲν παραινέσει .... τί δεῖ χρῆσθαι, οἳ πάρεσμεν ἐπὶ τοιοῦτον a) ἀγῶνα;

a) τοιοῦτον parum feliciter scripsit Hudius: τὸν αὐτὸν codd.

Verum procul dubio vidit Naberus: ἐπ' αὐτὸν τὸν ἀγῶνα. Quae emendatio novissimorum editorum diligentiam fugisse videtur.

Digitized by Google

VI c. 72 § 3.

Hermocrates Syracusanus cives adhortatur ne propter cladem acceptam animum despondeant: victos quidem esse et in fugam coniectos: *οὐ μέντοι τοσοῦτόν γε λειφθῆναι ὅσον εἰκὸς εἶναι, ἄλλως τε <καὶ>* a) *τοῖς πρώτοις τῶν Ἑλλήνων ἐμπειρίᾳ, ἰδιώτας ὡς εἰπεῖν χειροτέχναις,* b) *ἀνταγωνισαμένους.*

a) *καὶ* e codd. dett. add. Kruegerus. b) *χειροτέχναις* corr. F. et *γρ.* G.; *χειροτέχνας* ceteri codd.

Iure Hudius et Steupius mea quidem sententia in textum recipere non dubitarunt *χειροτέχναις*. Vide quae de hoc loco egregie disputat Steupius (Anhang p. 279). Eandem lectionem olim secutus est Valla nec non Arnoldus qui bene vertit: „*if one may so speak, like men with no knowledge of a trade opposed to those who have made it their business.*"

Ceterum quod Steupius ad vocabulum *ἐμπειρίᾳ* lacunae signum apposuit, forsan *ἀπείρους καὶ* addendum suspicatus, speciose id quidem nec hercle sine causa excogitatum est. Videat tamen v. d. ne mea coniectura aliquanto lenior sit. Si me audis, audacter abiice molestum istum dativum *ἐμπειρίᾳ*. Non hoc libenter significat rerum scriptor *Φιλόπατρις εἴ τις καὶ ἄλλος*: Athenienses ceteris Graecis praestare *experientia*; sed universe in tota Graecia illos *πρωτεύειν* nec rerum bellicarum gloria minus quam ingenio atque doctrina principatum tenere.

VI c. 75 § 1.

ἐτείχιζον δὲ καὶ οἱ Συρακόσιοι ... πρός τε τῇ πόλει, τὸν Τεμενίτην ἐντὸς ποιησάμενοι, τεῖχος ... ὅπως μὴ δι' ἐλάσσονος εὐαποτείχιστοι ὦσιν, ἢν ἄρα σφάλλωνται, καὶ τὰ Μέγαρα Φρούριον καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπιείῳ ἄλλο.

Transponendum esse: *καὶ τὰ Μέγαρα καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπιείῳ ἄλλο Φρούριον* diximus Mnem. a. 1900 p. 55.

VI c. 77 in.

ἀλλ' οὐ γὰρ δὴ τὴν τῶν Ἀθηναίων εὐκατηγόρητον οὖσαν πόλιν νῦν ἥκομεν ἀποφανοῦντες ἐν εἰδόσιν ὅσα ἀδικεῖ, πολὺ δὲ μᾶλλον ἡμᾶς αὐτοὺς αἰτιασόμενοι κτέ.

Naturalis verborum ordo est: *τὴν τῶν Ἀθ. πόλιν εὐκατήγορητον οὖσαν.*

Digitized by Google

Ibidem § 2 s. f.

καὶ οἰόμεθα τοῦ ἄπωθεν ξυνοίκου προαπολλυμένου οὐ καὶ ἐς αὐτόν τινα ἥξειν τὸ δεινόν, πρὸ δὲ αὐτοῦ μᾶλλον τὸν πάσχοντα καθ' ἑαυτὸν δυστυχεῖν;

Recte me iudice Herwerdenus in calce editionis: „vv. *πρὸ..... δυστυχεῖν* vix sana. Madvigii ‹et Gertzii› coniecturam inserentis *ἢ* ante *καθ'* in hoc contextu non intellego."

Nec melius assequor quod germanice reddiderunt vv. dd. Classenius: *dass vielmehr, wer vor ihm zu Schaden kommt, für sich allein in's Unglück gerät*; Goellerus: *sondern denken wir, wer vor uns unglücklich ist, der sei es für sich allein?*

Equidem mihi perspexisse videor Hermocratem Syracusanorum legatum in concione Camarinaeorum hoc fere usum esse argumento:

„Adversus Athenienses societatem inire utrisque nostrum aeque prodest, Camarinaei! Alteris enim succumbentibus alteri quoque, quamvis in opposita Siciliae parte habitantes, metuendum est ne serius ocius eadem calamitate afficiantur. Accedit quod etiam, *ante quam hoc fiat*, eorum, qui soli hostium impetus sustinere coacti erunt, condicio necessario erit durior."

Quapropter coniicio Thucydidem dedisse:

πρὸ δὲ τούτου ‹οὐ› μᾶλλον τὸν πάσχοντα καθ' αὑτὸν δυστυχεῖν;

nisi mavis: *πρὸ δὲ τοῦ* (= *πρὸ τοῦ δὲ*). Cf. Themistii, Thucydidis admiratoris, *Soph.* p. 296b:

ἐπεὶ καὶ Σωκράτης ἐκεῖνος πρὸ μὲν τοῦ οὐκ ἐξέφαινε τοῦ Πυθίου τὴν μαρτυρίαν κτἑ.

VI c. 78 § 2. Cf. Dion. Halic. *Thuc. iud.* 934, 5.

εἴ τέ τις φθονεῖ ΜΘΝ *ἢ καὶ φοβεῖται — ἀμφότερα γὰρ τάδε πάσχει τὰ μείζω —, διὰ δὲ αὐτὰ τὰς Συρακούσας κακωθῆναι μὲν, ἵνα σωφρονισθῶμεν, βούλεται, περιγενέσθαι δὲ ἕνεκα τῆς αὐτοῦ* (perperam *αὐτοῦ* Hudius) *ἀσφαλείας, οὐκ ἀνθρωπίνης δυνάμεως βούλησιν ἐλπίζει.*

In oculos incurrit opponi inter se *κακωθῆναι μὲν .... περιγενέσθαι δὲ*, sed qualis omnino oppositio sit inter *εἴ τέ τις φθονεῖ* et *διὰ δὲ αὐτὰ .... βούλεται κτἑ.* nemo facile dicat.

Mutata particula ΜΘΝ, cui nullus hic locus est, in pronomen ΗΜΙΝ (*nobis Syracusanis*), quo aegre caremus, salva res est.

Digitized by Google

VI c. 80 § 5.

σκοπεῖτε οὖν καὶ αἱρεῖσθε ἤδη ἢ τὴν αὐτίκα ἀκινδύνως δουλείαν ἢ κἂν περιγενόμενοι μεθ' ἡμῶν τούσδε τε μὴ αἰσχρῶς δεσπότας λαβεῖν καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἔχθραν μὴ ἂν βραχεῖαν γενομένην διαφυγεῖν.

Non iniuria Goellerus: „insolenter hic *ἀκινδύνως*, adverbium qualitatis ab adiectivo usitato ductum, *pro hoc adiectivo* positum est, quod alibi tantum in adverbiis loci ac temporis et particulis fit." Quare Badhamus legit *δουλεύειν* sed ita, ut recte Herwerdenus observat, concinnius foret *δουλεῦσαι*. Quidni paulo lenius tentemus: *τὴν αὐτίκα ἀκινδυνON δουλείαν*? coll. THUC. IV 18 s. f.: *ἐξὸν ἀκίνδυνον δόκησιν ἰσχύος καὶ ξυνέσεως ἐς τὸ ἔπειτα καταλιπεῖν*; et IV 87 § 2: *καὶ τὴν ἐλευθερίαν μὴ ἀκίνδυνον ἡμῖν φαίνεσθαι.*

VI c. 82 § 3.

καὶ μετὰ τὰ Μηδικὰ ναῦς κτησάμενοι τῆς μὲν Λακεδαιμονίων ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἀπηλλάγημεν .... αὐτόνομοι δὲ τῶν ὑπὸ βασιλεῖ πρότερον ὄντων ἡγεμόνες καταστάντες οἰκοῦμεν, νομίσαντες ἥκιστ' ἂν ὑπὸ Πελοποννησίοις οὕτως εἶναι, δύναμιν ἔχοντες ἣ ἀμυνούμεθα καὶ ὡς τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν, οὐδὲ ἀδίκως καταστρεψάμενοι τούς τε Ἴωνας καὶ νησιώτας, οὓς ξυγγενεῖς φασιν ὄντας ἡμᾶς Συρακόσιοι δεδουλῶσθαι.

Quod de verbi *οἰκεῖν* usu Thucydideo disputat Steupius: „das Vb. *οἰκεῖν* finden wir bisweilen so gebraucht, dasz der Begriff „in einer bestimmten Weise sein Land bewohnen" zu einem einfachen „sich in einer bestimmten Lage befinden" abgeschwächt ist" est id sane verissimum sed ne hoc quidem sensu apte ad orationis contextum convenire videtur. Fac enim *ἡγεμόνες καταστάντες οἰκοῦμεν* idem significare atque *ἡγεμόνες καθέσταμεν*: nonne manet eadem loci difficultas? si quidem sequentia non habent quo referantur. Reiskius coniecit *ἀδικοῦμεν*, Classenius *⟨ἀσφαλῶς⟩ οἰκοῦμεν*, Herwerdenus multo melius proposuit *ἄρχομεν*. Haud scio tamen an praestet verbum, quo ipsa natura *τῆς τῶν Ἀθηναίων δυνάμεως* significetur maris imperium tenentium.

Commendo: *ναυκρατοῦμεν* coll. VII 60 § 2.

In sequentibus vv. *καὶ οὐδὲ ἀδίκως καταστρεψάμενοι* male cum antecedentibus cohaerere vidit Badhamus novi argumenti haec

Digitized by Google

initia facere ratus itaque *κατεστρεψάμεθα* reponendum esse. Suffecerit, credo, ut sententia recte procedat, corrigere *καί-<περ>*.

In fine interpolatorem prodit nomen *Συρακόσιοι* sine causa et alieno loco appositum.

VI c. 84 § 1.

ὑπολάβῃ δὲ μηδεὶς ὡς οὐδὲν προσῆκον ὑμῶν κηδόμεθα, γνοὺς ὅτι σῳζομένων ὑμῶν καὶ διὰ τὸ μὴ ἀσθενεῖς ὑμᾶς ὄντας ἀντέχειν Συρακοσίοις ἧσσον ἂν τούτων πεμψάντων τινὰ δύναμιν Πελοποννησίοις ἡμεῖς βλαπτοίμεθα.

„Neque vero quisquam existimet, dicere pergit apud Camarinaeos Atheniensium legatus, sine causa nos de vobis sollicitos esse: sic habetote: donec salva erit vestra respublica atque Syracusanis resistere poterit, nos minoribus incommodis affectum iri .... *τούτων πεμψάντων τινὰ δύναμιν Πελοποννησίοις*? imo *<οὐ> πεμψάντων.*

Quamquam hoc quoque fieri potest ut Th. dederit:

ἧσσΩ ἂν τούτων πεμψάντων τινὰ δύναμιν Πελοποννησίοις, <ἧσσον> ἡμεῖς βλαπτοίμεθα.

Cf. scholion: *ἧττον ἂν ἡμεῖς βλαπτοίμεθα· οὐ γὰρ πέμψουσιν οἱ Συρακόσιοι Λακεδαιμονίοις δύναμιν ἐνταῦθα πολεμούμενοι.*

VI c. 86 § 3.

ἡμεῖς μέν ΓΘ οὔτ' ἐμμεῖναι δυνατοὶ μὴ μεθ' ὑμῶν κτἑ.

Notum est scribas confundere solere particulas *γε* et *γάρ*. Commutationis exempla vide apud Koenium (Greg. Cor. p. 877). Et hic et Thuc. I 40 § 4, quem locum comparat Steupius, equidem praetulerim ΓΑΡ.

VI c. 88 § 4.

καὶ οἱ μὲν πρὸς τὰ πεδία μᾶλλον τῶν Σικελῶν, ὑπήκοοι ὄντες τῶν Συρακοσίων, οὐ a) *πολλοὶ ἀφειστήκεσαν·* b) *τῶν δὲ τὴν μεσόγειαν ἐχόντων αὐτόνομοι οὖσαι καὶ πρότερον αἰεὶ <αἱ>* c) *οἰκήσεις εὐθύς, πλὴν ὀλίγοι μετὰ τῶν Ἀθηναίων ἦσαν, καὶ σῖτον τε κατεκόμιζον τῷ στρατεύματι καὶ εἰσὶν οἳ καὶ χρήματα.*

a) *οὐ* scripsit Canterus: *οἱ* codd. b) *ἀφεστήκεσαν* libri: *ἀφέστασαν* Herwerdenus. c) *αἱ* add. Bekkerus.

Digitized by Google

Locum Badhamo Herwerdeno aliis auctoribus graviter corruptum ac paene conclamatum, Dobraei (Advv. I p. 91) vestigiis ingressus, cuius ingeniosae coniecturae saepenumero a vv. dd. ne memorantur quidem, paulo audacius, ut in re incerta, sic refingere conabor:

καὶ οἱ μὲν πρὸς τὰ πεδία μᾶλλον τῶν Σικελῶν, ὑπήκοοι ὄντες τῶν Συρακοσίων, ἀφέστασαν (ab Atheniensium societate abhorrebant)· τῶν δὲ τὴν μεσόγειαν ἐχόντων αὐτόνομον οὖσαν καὶ πρότερον αἰεὶ <ὑπὸ τῶν αὐτῶν> [1]) *οἰκηθεῖσαν εὐθὺς οἱ πολλοὶ, πλὴν ὀλίγοι, μετὰ τῶν Ἀθηναίων ἦσαν κτέ.*

Interioris Siciliae incolae, qui *αὐτόχθονες καὶ αὐτόνομοι* erant: *aborigines suis legibus viventes*, neque e Graecia oriundi neque ullis Graecis dicto audientes, maximam partem sine mora cum Atheniensibus facere parati erant.

Ibidem § 8.

καὶ οἱ Κορίνθιοι εὐθὺς ψηφισάμενοι αὐτοὶ πρῶτοι ὥστε πάσῃ προθυμίᾳ ἀμύνειν κτέ.

Perperam Hudium expunxisse vocabulum quod est *πρῶτοι* recte observat Steupius coll. Thuc. III 101 atque sic alibi passim occurrit *αὐτὸς πρῶτος*.

VI c. 89 § 5 seq. (in oratione Alcibiadis ad Lacedaemonios).

Perplexam sententiarum seriem, de qua vide Criticorum conamina, Kruegeri et Herwerdeni imprimis Mnem. a. 1880 p. 163 nec non Steupii novissimae editionis p. 205; Anhang p. 286, forsan huncce in modum transponendo haud inepte reconcinnare possis:

τὰ πολλὰ ἀνάγκη ἦν τοῖς παροῦσιν a) *ἕπεσθαι. τῆς δ' ὑπαρχούσης ἀκολασίας ἐπειρώμεθα μετριώτεροι ἐς τὰ πολιτικὰ εἶναι, ἐπεὶ δημοκρατίαν γε εὖ* b) *γιγνώσκομεν* (quandoquidem experientia edocti sumus quantum molestiarum habeat popularis civitas in vulgi dominationem vitiata) *οἱ φρονοῦντές τι καὶ αὐτὸς οὐδενὸς ἂν χεῖρον ὅσῳ — μέγιστα ἐγκλήματα ἔχω — κἂν* c) *λοιδορήσαιμι. (ἀλλὰ περὶ ὁμολογουμένης ἀνοίας οὐδὲν ἂν καινὸν λέγοιτο.) ἄλλοι δ' ἦσαν καὶ ἐπὶ τῶν πάλαι καὶ νῦν οἳ ἐπὶ τὰ πονηρότερα ἐξῆγον τὸν*

1) Cf Thuc. I 2 § 5.

Digitized by Google

ὄχλον· οἵπερ καὶ ἐμὲ ἐξήλασαν. ἡμεῖς δὲ τοῦ ξύμπαντος προὔστημεν, δικαιοῦντες ἐν ᾧ σχήματι μεγίστη ἡ πόλις ἐτύγχανε καὶ ἐλευθερωτάτη οὖσα καὶ ὅπερ ἐδέξατό τις, τοῦτο ξυνδιασῴζειν καὶ τὸ μεθιστάναι αὐτὴν οὐκ [ἐδόκει ἡμῖν] d) ἀσφαλὲς εἶναι ὑμῶν πολεμίων προσκαθημένων.

a) τοῖς παροῦσιν codd.: τοῖς πατρίοις speciose cit. Naberus. b) καὶ ἐγιγνώσκομεν libri, sed nec coniunctioni nec tempori imperfecto hic locus est: δημοκρατίας γε κατεγιγνώσκομεν Hudius. c) κἂν corr. Hudius: καὶ codd. d) vv. ἐδόκει ἡμῖν otiose adhaerent.

DE AENEIDIS LOCO ILLO UBI AENEAS HELENAE MORTEM MINATUR (II, 567—588).

Nihil facilius esse quam convicia et maledicta congerere in eum, qui vulgo turpi scelere commaculatus videatur, insigni eoque tristissimo exemplo aetas nostra docuit. Quis enim Dreyfusium illum non novit dira et inaudita poena a civibus suis affectum? Quis miserum hominem defendebat quamdiu constabat apud omnes nefaria proditione suae eum patriae perniciem machinatum? Talia ausum militem communi luce et hominum alloquio indignum populus censebat, plebecula vero clamabat et novis semper exsecrationibus exsulem lacerabat. Eadem fere est huius loci, de quo nunc ago, conditio: vulgo damnatur, pellitur, in extremam barbariem reiicitur, absurdus dicitur, vitiosus, insanus et quid non? Audiamus crimina ab aequalibus nostris in eum prolata: quanti ea essent iam dixi in Museo (vol. XI, fasc. 5 et 6); sed quoniam illa disputatio, vernacule scripta, in paucorum, ut opinor, manus est perventura, quid mihi de toto negotio videatur etiam Mnemosynen legentes edocebo: videor enim mihi in medium proferre posse quaedam quae neque sint iniucunda cognitu neque illo loco indigna.

Ergo, ut initium faciam ab eo viro docto, qui ultimus hosce versus condemnavit, Eduardus Nordenus in commentario ad librum Aeneidis sextum poetam eorum reprehendit quod iusto saepius legem quandam de synaloephe neglexerit. Quae illa lex sit scire cupientes ipse Nordenus docebit; ipse enim eam tulit. Mihi propter ipsam subtilitatem reiicienda videtur, neque quid-

Digitized by Google

quam praestare eam censeo antiquiori de synaloephe, quam docte et acute Havetus refutavit. Sed hoc nunc mitto. Quo modo lege sua adversus reum nostrum Nordenus utatur videamus. „Est" ait „synaloephe quaedam, quae licet sedulo a Virgilio vitetur, aliquoties tamen admittitur et sic quidem ut, totam Aeneidem si consideres, *octogesimo nono* quoque versu inveniatur, at hic *quindecim* versuum spatio *ter* eam deprehendis." Obsecro, vir praestantissime, sicine iam posthac poetas nostros legamus ut eos pueris in ludo literas discentibus ineptiores putemus? „Si toties" illi aiunt „tanto spatio peccaro, impune ferre potero, si saepius, notabor ignominia." Atque ut illo crimine poetam nostrum damnaret, 2791 synaloephas in Aeneide Nordenus numeravit. Mihi crede, tanti non fuit tota lex.

At nitebatur Nordeni damnatio praeiudicio quodam eoque gravissimo. Duobus enim annis antea Ricardus Heinzius poetam nostrum sententia perculerat simul ét tristi ét admodum clementi. Impostorem eum dixerat, qui totum *ἐπεισόδιον finxisset* (p. 48: „ein antiker Editor hat die Helena-episode *erfunden*), et tamen eundem appellaverat *virum haud incultum* („es war kein ungebildeter Mann"). Sed ne praevaricari videretur, statim haec subiecerat: „kein Poët freilich, wenn er auch den virgilischen Stil zur Not und ohne die allergröbsten Verstösse zu imitieren verstand."

„Comburatur Iudaeus": huc redit Heinzii iudicium. Quod tam mitibus enuntiatum vocabulis est quod mireris, cum praesertim reputes ad duos hic provocari iudices qui multo asperiore oratione de eodem reo usi sint, Thilonem dico et Leonem. Illi enim „haben *abschliessend* gezeigt" (Heinzii haec verba sunt) fraudem hic teneri. Quid autem est cur falsario parcatur, quem falsarium esse ita sit demonstratum ut ultra de ea re iudicium peti fere nefas sit? Et quod de oratione illa asperiore dicebam, libet Leonis verba quaedam afferre (non enim opus est omnia hic exhaurire, ergo Thilonem missum facio):

„die elende Sprache mit ihrem hülflosen Tasten [1]) nach Ausdrücken höheren Stils."

1) „Elende Sprache mit ihrem hülflosen Tasten". Contendo palamque declaro nullos nobis versus ex Antiquitate esse traditos in quos tam acerba conveniant vocabula. Apud recentiores sunt quaerendi. Et forte fortuna, dum carmina quaedam ab

Digitized by Google

Satisne acerba haec? Porro audiamus:

„vs. 587 „*ultricis famam* (*famae* Cassell.) ist corrupt, ich vermuthe *ultricemque famem*, das ist aber wohl zu gut für diesen Poeten."

Ain vero? Tune aliquem poetam emendes, deinde tuam ipse emendationem tam egregiam esse declares ut .... illa indignus iste poeta sit? Profecto sic agimus cum illo homine adversus quem nihil nobis non licere arbitremur.

Atque sic cum Dreyfusio (ad illum enim iam redeo) egit plebecula Franco-Gallica, cui tenebriones imposuerant. At tandem aliquando huic laeta affulsit lux veritatis. Lucem aio, immo diluculum quoddam lucem nuntians. Hoc enim nondum satis apparet unde ista in hominem innocentem mendacia orta sint, quove sint conflata consilio. Quanto melior nostri poetae conditio! Hunc enim nihil commisisse, non Virgilii furatum nomen, sed ipsum *esse* Virgilium pro certo constat, simulque unde illud in eum crimen natum sit iam luce clarius apparet. Leeuwenii nostri meritum illud, qui felicissimo ingenii acumine rem quandam investigavit, quae saepe literis nostris iam profuit, et nunc etiam huic prodesse poetae poterit. Sed hanc praeclari illius inventi utilitatem neque ipse Leeuwenius ostendit, utpote qui numquam hunc locum sibi tractandum sumserit, neque quisquam illorum (id quod mirum magis) qui in Virgilio vitae posuerunt tabernacula. Perspexit enim Leeuwenius legitimum quendam fuisse olim in singulis paginis *vicenorum binorum* versuum numerum, atque hanc esse causam cur tam saepe viginti duo versus aut omissi sint aut in alienum locum translati. Exemplis ab eo allatis (v. Comm. de Aiacis Soph. auth. et int. p. 140 sqq. et 194 sqq.) confidenter hoc e Virgilio addimus. Etenim habemus hic locum 22 versuum, quem ab ipsis Virgilii

---

antiquis magnorum poetarum imitatoribus composita pervolvo, in unum incido cui editor versiculos quosdam suos praemisit egregie qui sermo recte „misellus" dicatur docentes et qualis conatus „ineptus irritusque" sit vocandus. Iamque illos hic apposituras eram ut appareret a nullo pseudo-Virgilio unquam quidquam tale esse commissum. Sed repressi me: metuebam enim ne eorum poeta (scilicet) aegre ferret et ne ii qui hanc annotationem lecturi essent aliquas mihi cum eo esse inimicitias putarent. Sat erit, opinor, si dixero duo esse disticha e quibus vix ullus extundi sensus possit, primum vocabulum esse adiectivum numerale, ultimum coniunctionem in quam nulla sententia bene Latina ullo modo exire possit.

Digitized by Google

editoribus Tucca et Vario omissum [1]) scholia tradunt, locum quo carere non possumus quin concidant omnia, locum denique in quo iure reprehendere nemo quidquam potest. Nam ad lucem a Leeuwenio allatam omnes illas recentiorum philologorum considera calumnias, et risum tene, si potes. Certe non poteris, coniecturam illam legens, qua pro nostro episodio nobis offertur Aeneae deliberatio de morte voluntaria, et deinde tibi revocans in memoriam praeclaros illos versus:

Non tibi Tyndaridae facies invisa Lacaenae
Culpatusve Paris: divum inclementia, divum,
Has evertit opes.

L. B. kal. Aug. 1905. J. J. HARTMAN.

AD HERODOTUM.

Parvum illud prooemium Herodoti Historiae praefixum sic edi solet:

Ἡροδότου Ἁλικαρνησσέος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε, ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωμαστά, τὰ μὲν Ἕλλησι, τὰ δὲ βαρβάροισι ἀποδεχθέντα ἀκλεᾶ γένηται, τά τε ἄλλα καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι. Quibus in verbis *λεγόμενα* pro *γενόμενα* verissime coniecit anno 1716 Stephanus Bergler [2]). Neque id tamen satis: diligentem enim interrogem lectorem qua ratione ad *ἔργα* referri possint illa *τά τε ἄλλα ... ἀλλήλοισι.* Quid autem quod statim insecuntur fabulae de Graecorum Asianorumque inimicitiarum fonte et origine varie utrimque narratae? Ne multa, totum quo de agitur locum sic refictum velim: *Ἡροδότου Ἁλικαρνησσέος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε, <γενομένη> ὡς μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωμαστά, τὰ μὲν Ἕλλησι τὰ δὲ Βαρβάροισι ἀποδεχθέντα, ἀκλεᾶ γένηται μήτε τὰ λεγόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῶι χρόνωι ἐξίτηλα γένηται, τά τε ἄλλα <καὶ δὴ> καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι.*

M. L. EARLE.

---

1) Ipsa quoque scholii verba dubitationi sunt obnoxia: *hi versus .... a Tucca et Vario obliti sunt*, ubi utrum corruptum sit *obliti* (Bergkius *sublati* legebat) an scriptor semibarbarus illud *passivo* sensu adhibuerit non diiudico. Hoc si voluit (obliti = memoriae lapsu, negligentia omissi), docuit aliquid quod multo sit verisimilius quam tota illa narratiuncula in Praef. Aen. p. 2, 12 quatenus ad nostrum locum pertinet.

2) Vid. Dorv. ad Charit. p. 9.

Digitized by Google

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA, H. T. KARSTEN,
J. C. NABER, H. J. POLAK, K. G. P. SCHWARTZ,
M. C. VALETON, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.
VOLUMEN TRICESIMUM QUARTUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1906.

Digitized by Google

editoribus Tucca et Vario omissum [1]) scholia tradunt, locum quo carere non possumus quin concidant omnia, locum denique in quo iure reprehendere nemo quidquam potest. Nam ad lucem a Leeuwenio allatam omnes illas recentiorum philologorum considera calumnias, et risum tene, si potes. Certe non poteris, coniecturam illam legens, qua pro nostro episodio nobis offertur Aeneae deliberatio de morte voluntaria, et deinde tibi revocans in memoriam praeclaros illos versus:

Non tibi Tyndaridae facies invisa Lacaenae
Culpatusve Paris: divum inclementia, divum,
Has evertit opes.

L. B. kal. Aug. 1905. J. J. HARTMAN.

AD HERODOTUM.

Parvum illud prooemium Herodoti Historiae praefixum sic edi solet:

Ἡροδότου Ἁλικαρνησσέος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε, ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωμαστά, τὰ μὲν Ἕλλησι, τὰ δὲ βαρβάροισι ἀποδεχθέντα ἀκλεᾶ γένηται, τά τε ἄλλα καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι. Quibus in verbis *λεγόμενα* pro *γενόμενα* verissime coniecit anno 1716 Stephanus Bergler [2]). Neque id tamen satis: diligentem enim interrogem lectorem qua ratione ad *ἔργα* referri possint illa *τά τε ἄλλα ... ἀλλήλοισι.* Quid autem quod statim insecuntur fabulae de Graecorum Asianorumque inimicitiarum fonte et origine varie utrimque narratae? Ne multa, totum quo de agitur locum sic refictum velim: *Ἡροδότου Ἁλικαρνησσέος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε, <γενομένη> ὡς μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωμαστά, τὰ μὲν Ἕλλησι τὰ δὲ Βαρβάροισι ἀποδεχθέντα, ἀκλεᾶ γένηται μήτε τὰ λεγόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῶι χρόνωι ἐξίτηλα γένηται, τά τε ἄλλα <καὶ δὴ> καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι.*

M. L. EARLE.

---

1) Ipsa quoque scholii verba dubitationi sunt obnoxia: *hi versus .... a Tucca et Vario obliti sunt*, ubi utrum corruptum sit *obliti* (Bergkius *sublati* legebat) an scriptor semibarbarus illud *passivo* sensu adhibuerit non diiudico. Hoc si voluit (obliti = memoriae lapsu, negligentia omissi), docuit aliquid quod multo sit verisimilius quam tota illa narratiuncula in Praef. Aen. p. 2, 12. quatenus ad nostrum locum pertinet

2) Vid. Dorv. ad Charit. p. 9.

Digitized by Google

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA, H. T. KARSTEN,
J. C. NABER, H. J. POLAK, K. G. P. SCHWARTZ,
M. C. VALETON, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.
VOLUMEN TRICESIMUM QUARTUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1906.

Digitized by Google

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
1907

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA ET BIBLIOPOLIO QUAE ANTEHAC E. J. BRILLII FUERUNT.

Digitized by Google

INDEX.

	Pag.
Ad Apollonium Rhodium, scripsit S. A. NABER	1—39.
Ad Sallustium, scripsit P. H. D.	39.
Ad Procopium, scripsit H. VAN HERWERDEN	40—58.
Ad Ciceronem, scripsit P. H. D.	58.
Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex Vol. XXXIII pag. 397*), scripsit J. C. NABER S. A. FIL.	59—72.
Amphidromia, scripsit J. VÜRTHEIM	73—78.
Minuciana, scripsit P. H. DAMSTÉ.	79—82.
Ad Sallustium, scripsit P. H. D.	82.
De porticu Claudia, scripsit J. J. HARTMAN.	83—84.
Ad Ovid. Met. I, 712, scripsit W. WERFF.	84.
De Ciceronis Scholiasta Gronoviano, scripsit C. BRAKMAN I. F.	85—134.
Ad Aristoph. Ran. 1274, scripsit v. L.	134.
Platonica, scripsit H. VAN HERWERDEN	135—147.
Ad Lucretium et ad Taciti Dialogum, scripsit J. VAN WAGENINGEN	147—148.
Ad Theocritum, scripsit S. A. NABER	149—174.
Ad Aristoph. Ran. 27, scripsit v. L.	174.
Minuciana (*contin. e pag. 82*), scripsit P. H. DAMSTÉ . .	175—179.
Ad Aristoph. Ach. 504 et Nub. 559, scripsit v. L. . .	180.
Homerica (*contin. e Vol. XXXII pag. 450*), scripsit J. VAN LEEUWEN J. F..	181—223.
XXIV. Νηός quid est?	
XXV. Non finis belli Troiani in Iliade narratur sed initium.	
XXVI. Helenae encomium.	
Ad Iliadis B 672 et 865, scripsit v. L.	224.

Digitized by Google

Pag.

Ad Callimachum, scripsit S. A. NABER . . . . . 225–239.

Ad Ciceronem, scripsit P. H. D. . . . . 239.

Ad Librum de Bello Africano, scripsit P. H. DAMSTÉ . . 240—250.

Ad Homeri X 126 sqq., scripsit v. L. . . . . 250.

Homerica (*contin. e pag. 223*), scripsit J. VAN LEEUWEN J. F. 251–306.

XXVII. De heroum Homericorum curribus bellicis.
XXVIII. De thoracis in carminibus Homericis usu.
XXIX. De Thetide Pelei uxore.
XXX. De nomine Achillis.
XXXI. De Iunone Troianis infesta.

Ad Terent. Eunuch. III 5, 40, scripsit v. L. . . . . 306.

De Plutarchi studiis Latinis, scripsit J. J. HARTMAN . . 307–316.

Ad Ciceronem, scripsit P. H. D. . . . . 316.

Platonica (*contin. e pag. 147*), scripsit H. VAN HERWERDEN. 317–330.

ΦΛΑΒΙΟΣ — ΦΑΒΙΟΣ, scripsit H. v. H. . . . . 330.

Varia, scripsit H. J. POLAK. . . . . 331–338.

De Hymno quodam, scripsit P. H. DAMSTÉ . . . . . 339–344.

Ad scholion Hom. K 515, scripsit v. L. . . . . 344.

Apuleiana, scripsit C. BRAKMAN I. F. . . . . 345–360.

Ad Lucianum, scripsit v. L. . . . . 360.

Trifolium Horatianum, scripsit P. H. DAMSTÉ. . . . . 361–364.

Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex pag. 72*), scripsit J. C. NABER S. A. FIL. . . . . 365–375.

ΚΟΛΛΑΒΟΙ — ΚΟΛΛΟΠΕΣ. Ad Lucianum, scripsit v. L. 375.

ΕΙCΙΛΙΟΝ — ΕΠΕΙCΙΟΝ, scripsit J. VÜRTHEIM . . . . 376–380.

Homerica (*contin. e pag. 306*), scripsit J. VAN LEEUWEN J. F. 381–410.

XXXII. Observationes criticae.

Ad Lucianum, scripsit v. L. . . . . 410.

Thucydidea (*contin. e T. XXXIII pag. 441*), scripsit I. C. VOLLGRAFF. . . . . 411–429.

HC — ωC. Ad Odysseae ω 30, scripsit v. L. . . . . 429.

Caroli Gabrielis Cobet operum conspectus, scripsit S. A. NABER . . . . . 430–443.

Addenda et corrigenda ad Epistulas Cobeti, scripsit idem. 443–448.

Digitized by Google

AD APOLLONIUM RHODIUM.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

THE NEW
PUBLIC LIBR
ASTOR, LENOX,
TILDEN FOUNDAT

Consentiens omnium vox est, navem qua vecti Argonautae in Colchidem tetenderunt, fuisse πεντηκόντορον necdum prisca aetas maiora navigia norat. Fuerint διήρεις Boeotorum naves, quas conscendissent κοῦροι ἑκατὸν καὶ εἴκοσι, Iliad. B 509, sed in septem Philoctetis navibus remiges erant quinquageni, B 719. Ipsa quoque Ulyssis navis πεντηκόντορος erat: audiamus ipsum poetam, κ 208:

αὐτὰρ ἐγὼ δίχα πάντας ἐϋκνήμιδας ἑταίρους
ἠρίθμεον, ἀρχὸν δὲ μετ' ἀμφοτέροισιν ὄπασσα·
τῶν μὲν ἐγὼν ἦρχον, τῶν δ' Εὐρύλοχος θεοειδής,
κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλομεν ὦκα·
ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος μεγαλήτορος Εὐρυλόχοιο.
βῆ δ' ἴμεναι, ἅμα τῷγε δύω καὶ εἴκοσ' ἑταῖροι.

Itaque tunc supererant capita omnino $2 \times 23 = 46$ et, quum, Odyss. ι 288, 311 et 344, sex socii periissent in antro Polyphemi, apparet initio fuisse 52 numero, nimirum remiges quinquaginta cum gubernatore Ulysse, cf. κ 32 (aliter μ 217) et, uti credibile est, cum hortatore Eurylocho, nam in ea parte narrationis poeta sponte obliviscitur in terra Ciconum ex singulis navibus iam senos occubuisse, ι 60. Totidem capita Phaeacum navis habebat, qua Ulysses in patriam deductus est, cf. θ 48:

κούρω δὲ κριν θέντε δύω καὶ πεντήκοντα
βήτην, ὡς ἐκέλευσ', ἐπὶ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο.

Digitized by Google

Nec mari tantum, sed etiam terra, idem numerus nescio quomodo placuit: Iliad. Δ 393 Tydeo Thebani insidias struxerunt:

ἄψ οἱ ἀνερχομένῳ πυκινὸν λόχον εἶσαν ἄγοντες
κούρους πεντήκοντα· δύω δ' ἡγήτορες ἦσαν.

Morem secutus percenset Apollonius nomina quinquaginta heroum et unius, qui Iasonem sunt secuti, nempe ut essent quinquaginta remiges cum gubernatore Tiphy et hortatore Orpheo. In Indice, quem librarius codicis Laurentiani addidit, leguntur quidem Argonautarum nomina 56, sed error hic est non nimis difficilis ad explicandum. Primum additum est Thesei nomen, quem retentum fuisse novimus Ταιναρίην ὑπὸ χθόνα, ut est apud ipsum poetam α 102. Deinde minime credo ex mente Apollonii Hylam, qui Herculem comitaretur ἐσθλὸς ὀπάων, πρωθήβης ἰῶν τε Φορεὺς Φύλακός τε βιοῖο, ut legitur α 232, tractavisse remum. Neque hic erat pari cum reliquis honore ac dignitate, sed domino famulabatur, cf. α 1210. Denique non ab Iasone invitati, sed αὐτόματοι et supra numerum affuerunt Acastus et Argus, Peliae ipsius filii, cf. α 323; quocirca putaverim ipsum poetam in altera editione adiecisse versus α 224—227. Hinc fortasse postea fratrum patruelium praesentia ipsi Iasoni remigandi otium fecit; certe δ 209 cum Medea in puppi assidet gubernatori. Discrepat autem Apollodorus Biblioth. I 9. 16, qui aliquanto pauciora nomina habet et una cum reliquis profectam esse autumat Atalanten, quam poeta negat ac pernegat Iasonem recipere voluisse, ne quid iurgii oreretur ex virginis praesentia, cf. α 772. Apollonius autem, qui in aliis tam mirifice incuriosus est, circa numerum sociorum se diligentissimum praestitit. Polyphemus et Hercules — qui navi exierat Hylam quaesitum — in litore relicti fuerunt, α 1283. Deinceps mortem occubuerunt Idmon β 816, Tiphys β 854, Butes δ 914, Canthus δ 1485 et Mopsus δ 1502. In septem horum locum successere septem alii: Daileon, Autolycus et Phlogius β 956, cum quatuor Phrixi filiis β 1110. Addo Lyci regis filium receptum quidem fuisse β 814, sed dimissum δ 298; sequitur praeter ipsam Medeam et duodecim ancillas quas dederat Phaeacum rex Alcinous, navem cum totidem mortalibus rediisse in portum, quot habuisset in profectione, nam famulus Hylas οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

Digitized by Google

Apollonius α 12 usurpavit adverbium αὐτοσχεδόν· est apud eum plurimus usus particularum in -δόν, veluti σχεδόν et αὐτοσχεδόν et παρασχεδόν, ἐγκλιδόν et παρακλιδόν, ἐπιῤῥαδόν et διαῤῥαδόν, διακριδόν et ἐπικριδόν, aliarum, quas enumerare nihil opus est; sed apud Merkelium in duobus adverbiis levis error est, quem sic aperiam. Comparativi sunt in Attica μείζων et μεῖζον, κρείσσων et κρεῖσσον, θάσσων et θᾶσσον, alii, qui semper et ubique apnd Athenienses penultimam syllabam natura longam habent. Homerus in hisce Atticam consuetudinem sequitur itemque sequuntur reliqui poetae omnes itaque, quemadmodum apud eos θᾶσσον scribitur, scribendum est tum apud tragicos tum apud epicos poetas ἄσσον et apud Apollonium α 383, γ 17, 125 et 969 παρᾶσσον, non ἄσσον et παράσσον cum Merkelio. Scio quidem repugnare Herodiani doctrinam, qui π. μον. λέξ. p. 37. 10 μάσσον et ἄσσον unice probaverit, sed supra sanam rationem nihil est. Est certe admirabilis doctrina cum Herodiano μάσσον et ἄσσον scribere et tamen praeferre θᾶσσον. Sunt autem eius verba nonnihil depravata et aliquid lucis accipiunt ab Epim. Hom. Cram. Anecd. Oxon. Vol. I p. 42. 28: τίθεται ὀξεῖα, ἐπειδὴ οὐδέποτε πρὸ τῶν δύο συμφώνων τῶν αὐτῶν εὑρίσκεται φύσει μακρά, πλὴν μᾶλλον θᾶσσον. Num igitur penultima corripienda in eo quod est ἧττον? Accedit quod Herodianus cum aequalibus veram et sinceram Atticam uti et epicam pronunciationem neutiquam indagare potuerunt, sicubi deserta analogia nimis incerto aurium iudicio confidere vellent. Recesserunt autem ab eo usu Iones, qui cum Herodoto μέζων pronunciabant et κρέσσων et ἐσσοῦσθαι pro ἡττᾶσθαι, etiamsi fortasse, quod nunc non definio, a forma ἔσσων abstinuerint. Sequitur Ionice, sed Ionice tantummodo, scribendum esse ἄσσον et θάσσον· quin etiam, quoniam ea res plane nostri arbitrii est, analogia fida duce, τὸ μυριόλεκτον ΜΑΛΛΟΝ apud Herodotum rectius παρεξυτόνως scribemus μάλλον, uti et θάσσον.

Legitur α 18 in omnibus libris:

νῆα μὲν οὖν οἱ πρόσθεν ἔτι κλείουσιν ἀοιδοί
Ἄργον Ἀθηναίης καμέειν ὑποθημοσύνῃσιν.

Merkelius qui non nisi raro et extrema necessitate coactus ab tradita scriptura recedit, hic tamen amplexus est Brunckii con-

Digitized by Google

iecturam *ἐπικλείουσιν* quam vix evitari posse scribit. Equidem non adsentior; brevi post sequitur, α 59:

Καινέα γὰρ ζωόν περ ἔτι κλείουσιν ἀοιδοί
κενταύροισιν ὀλέσθαι,

et rectissime ita scribitur. Exclamat Herwerdenus *Mnem.* 1883 p. 107: „Quasi vero mortuus perire potuisset. Nemo non sentit quam absurde hoc dictum sit"; deinde periclitatur correctionem prorsus inutilem, nam revera Caeneus, quum invulnerabilis esset, ab Centauris obrutus lapidibus et arborum truncis *vivus* ad inferos detrusus est. Ipse hoc Apollonius sequentibus versibus narravit:

ἀλλ' ἄρρηκτος ἄκαμπτος ἐδύσετο νειόθι γαίης
θεινόμενος σιβαρῇσι καταΐγδην ἐλάτῃσιν.

Secundum Ovidium Metam. XII 531 Caeneus in avem mutatus fuit, sed utram famam sequeris, perinde est: Caeneus *ζωὸς ὤλετο*. Vide quoque Orphei Argonaut. vs. 175.

Habet hoc Apollonius: quo melius fabulis suis fidem conciliet, saepissime asseverat quae narrat miracula non esse vetustate sepulta, sed memoriam ad sua usque tempora propagatam esse. Ex magno locorum numero aliquot excerpere iuvat:

α 591: τὴν δ' ἀκτὴν Ἀφέτας Ἀργοῦς ἔτι κικλήσκουσιν.

α 1047: οὓς ἔτι πάντας
ἐνναέται τιμαῖς ἡρωίσι κυδαίνουσιν.

β 853: δοιὰ γὰρ οὖν κείνων ἔτι σήματα Φαίνεται ἀνδρῶν.

Saepe legitur *ἔτι νῦν*, veluti α 1075, β 526 et δ 1770; saepius etiam *ἔτι νῦν περ*: α 644, 1061, β 1214, δ 480 et 599; itidem *εἰσέτι νῦν*: α 1354, β 717, 850, γ 203, cf. Callim. Hymn. IV 189 et de eo loco Schneider. I p. 304; uti et *ἐξέτι κείνου* β 782 et δ 430, cf. Callim. Hymn. II 47, 104 et de eo loco Schneider. I p. 188 et Kuiper. Callim. I p. 67 et 206. Quin et *ἔτι* interdum duplicatur:

β 43: τοῖος ἦην Διὸς υἱός, ἔτι χνοάοντας ἰούλους
ἀντέλλων, ἔτι Φαιδρὸς ἐν ὄμμασιν.

β 707: κοῦρος ἐὼν ἔτι γυμνός, ἔτι πλοκάμοισι γεγηθώς.,

ubi fortasse malis: *ἐπὶ πλοκάμοισι*. Sic certe α 508:

ὄφρα Ζεὺς ἔτι κοῦρος, ἔτι Φρεσὶ νήπια εἰδώς,

ante pedes posita est correctio: *ἐνὶ Φρεσί*. Eodem modo Herwerdenus *Mnem.* 1883 p. 112 bene correxit

Digitized by Google

β 344: μὴ τλῇτ' οἰωνοῖο παρὲξ ἔτι νηὶ περῆσαι
et poetae suum reddidit ἐνὶ νηί. Sed iam satis apparere opinor eo loco a quo profecti sumus, non esse sollicitandam lectionem: οἱ πρόσθεν ἔτι κλείουσιν ἀοιδοί. Ubique Apollonius provocat ad veterum παράδοσιν· itidem α 8 quae de Iasone refert, refert ἑτεὴν κατὰ βάξιν, h. e. κατὰ τὸν ἀληθῆ καὶ ὀρθὸν λόγον.

Scholiasta haud raro arguit Apollonii in Homero imitando negligentiam, sed aliquoties in ea re modum excedit. Veluti legimus α 27 Orpheum ἀτειρέας οὔρεσι πέτρας θέλξαι ἀοιδάων ἐνοπῇ ποταμῶν τε ῥέεθρα. Hic in margine adnotatum est: τῇ τῶν ᾠδῶν εὐρυθμίᾳ· οὐκ εὖ δέ· ἡ γὰρ ἐνοπὴ καὶ ἐπὶ θορύβου τίθεται, ubi necessario legendum est: ἀεὶ ἐπὶ θορύβου. Nec tamen reputavit grammaticus quisquis ille fuit, provocare potuisse poetam ad K 13:

αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπὴν ὁμαδόν τ' ἀνθρώπων.

Similiter γ 971 sermo fit de abietibus, quae magno coorto vento κινύμεναι ὁμάδησαν ἀπείριτον. Improbat hoc scholiasta: ὁμάδησαν· κατεχρήσατο· ὅμαδος γὰρ κυρίως ἐπ' ἀνδρῶν, ὁμόαυδός τις ὤν. Absurda etymologia est et praeterea ipse Homerus: N 797: ἀργαλέων ἀνέμων describit ἄελλαν, quae θεσπεσίῳ ὁμάδῳ ἀλὶ μίσγεται. Nec magis improbaverim quod de bubus fabulosis legimus γ 1304: τώγε βοὴν Φλόγα Φυσιόωντες ἐκ στόματων ὁμάδευν.

Nec tamen minus plurima sunt in Argonauticis turpis incuriae exempla, quae alii aliquando recensebunt. Nunc autem me advertit barbara forma ἔλειπτο α 45, 824 et δ 1244. Nec melius est ἐκλήιζαι δ 990.

Hercules, α 129, aprum Erymanthium suis humeris Mycenas portavit et postquam in forum pervenit, δεσμοῖς ἰλλόμενον μεγάλων ἀπεθήκατο νώτων. Ferri hoc sane potest, sed quod enotatur ex Simplicio in Empedoclem p. 16: μεγάλων ἀπεσείσατο νώτων, habet quo se commendet.

Nemo facile feret quod legimus α 149 de Leda quae miserat Dioscuros ad Iasonem:

Digitized by Google

οὐδ' ἀπίθησεν
νισσομένοις· Ζηνὸς γάρ ἐπάξια μήδετο λέκτρων.

Hic Herwerdenus quoque haesit l.l. p. 108 et duas protulit suspiciones:

οὐδ' ἀπίθησαν
νισσόμενοι,

vel, quod sane praestat:

οὐδ' ἀπίθησαν·
νισσομένοις γὰρ Ζηνὸς ἐπάξια μήδετο λέκτρων.

Equidem requiro ut appareat Dioscuros et ipsos gloriae cupidine incensos fuisse, quemadmodum de Ancaeo legimus eum pelle tectum et magna securi armatum Iolcum profectum esse, quum avus eius arma μυχάτῃ ἐνέκρυψε καλιῇ, αἴ κέν πως ἔτι καὶ τὸν ἐρητύσειε νέεσθαι. Gemini parent matri quod sane omni laude dignum, sed malim iuvenes videre ad expeditionem properantes et matrem proli metuentem precibus obtundentes. Hoc habebimus si rescripserimus:

οὐδ' ἀπίθησεν
λισσομένοις.

Reputabat enim quam nobili genere filii essent prognati, nec dubitanter iis morem gessit, sed ultro misit ad bellum, ὦρσεν, ut est vs. 147. Ferme ridiculum est repraesentare generosos adulescentes puerulorum instar matri obnoxios; verum reverenter rogata ipsa veniam dedit iusta petentibus.

Verba sunt Alcimedes Iasonis matris, α 283:

αἴθ' ὄφελον κεῖν' ἦμαρ ὅτ' ἐξεπόντος ἄκουσα
δειλὴ ἐγὼ Πελίαο κακὴν βασιλῆος ἐφετμήν,
αὐτίκ' ἀπὸ ψυχὴν μεθέμεν κηδέων τε λαθέσθαι,
ὄφρ' αὐτός με τεῇσι φίλαις ταρχύσαο χερσίν,
τέκνον ἐμόν· τὸ γὰρ οἷον ἔην ἔτι λοιπὸν ἐέλδωρ
ἐκ σέθεν· ἄλλα δὲ πάντα πάλαι θρεπτήρια πέσσω.

Hic primum notabilis est usus indicativi post ὄφρα coniunctionem, quod unicum est apud Apollonium exemplum et rectissime se habet; sed quid tandem est θρεπτήρια πέσσειν? Quid mater dicere debeat, ex contextu dilucide apparet, sed poteritne πέσσειν dici eo sensu quo ἀπέχειν exspectamus? Recte interpretatur scholiasta: τὰ μὲν ἄλλα πάντα τῶν τροφείων παρὰ σοῦ ἔχω·

Digitized by Google

Non nimis temerarium fuerit conicere: ἄλλα δὲ πάντα πάλαι θρεπτήρι' ὄπασσας.

Non est silentio praetereunda constructio οὐδ' ὅσον in hisce:

α 290: τὸ μὲν οὐδ' ὅσον οὐδ' ἐν ὀνείρῳ
ὤϊσάμην, εἰ Φρίξος ἐμοὶ κακὸν ἔσσετ' ἀλύξας.

α 482: υἷας Ἀλωϊάδας, οἷς οὐδ' ὅσον ἰσοφαρίζεις.

β 181: οὐδ' ὅσσον ὀπίζετο καὶ Διὸς αὐτοῦ.

β 190: ἐλείπετο δ' ἄλλοτε Φορβῆς
οὐδ' ὅσον, ἄλλοτε τυτθόν.

Eodem referendum:

β 1129: τοὔνεκα νῦν ὑμέας γουναζόμεθ', αἶκε πίθοισθε,
δοῦναι ὅσον τ' εἴλυμα περὶ χροός.

uti et δ 1271: νῦν ἣ μὲν πέλαγός δε μετέσσυται, οἰόθι δ' ἅλμη
ἄπλοος εἰλεῖται, γαίης ὕπερ ὅσσον ἔχουσα.

Addam quoque:

γ 854: τοῦ δ' ἤτοι ἄνθος μὲν ὅσον πήχυιον ὕπερθεν
χροιῇ Κωρυκίῳ ἴκελον κρόκῳ ἐξεφαάνθη.

et δ 1510: οὐδ' ὁπόσον πήχυιον ἐς Ἄϊδα γίγνεται οἶμος.

Cf. praeterea Callim. Hymn. I 64 et de eo loco Kuiper. Callim. I, 31.

Non probo elisionem neglectam α 366: ἀποέκλυσεν, α 821: ἀψ ἀναερχομένους cum Laur. 16, quod ductum est ex Iliad. Δ 392, β 18: ἐπιέψεται, γ 120: ὑποΐσχανε, γ 628: ἐπιέτρεπον, δ 169: ὑπεΐσχεται, sed β 24: ὑπίσχομαι. Fortasse poeta imitatus est Odyss. ι 122: καταΐσχεται.

Quid sit ναῦν ὑποζωννύναι satis notum est, postquam Boeckhius *de Rebus Nauticis Atheniensium* p. 137 rem dilucide exposuit; ipse quoque idem argumentum attigi et quae hucusque nimis incerta videbantur, aliunde corroborare studui *Mnem.* 1878 p. 92 et 1895 p. 267. Remedium erat ad quod recurrebatur, si periculum erat ne navis vetustate fracta collaberetur: sic apud Horatium navigium sine *funibus* vix durare poterat imperiosum aequor, nam poeta generali nomine appellavit, quod quantum comperimus Romanis proprie *tormentum* erat; Graecis certe ὑπόζωμα est. Sed mirum est, quod Argonautae navigium

Digitized by Google

suum, quod non sine Palladis ope architectus construxerat, cinxerunt, antequam primum in mare demitteretur; diserta tamen verba sunt α 368:

ἔζωσαν πάμπρωτον ἐϋσρεΦεῖ ἔνδοθεν ὅπλῳ
τεινάμενοι ἑκάτερθεν.

Quod Boeckhius iam animadvertit, absurdum est adverbium ἔνδοθεν et Merkelius coniecit ἔμπεδον vel ἐνδυκές. Lenius fuerit ἔνδετον rescribere; vide verbum ἐνδεῖν prorsus eodem sensu usurpatum Arist. Acharn. 929:

ἔνδησον ὦ βέλτισε τῷ
ξένῳ καλῶς τὴν ἐμπολήν,

uti et vs. 905: συκοΦάντην ἔξαγε
ὥσπερ κέραμον ἐνδησάμενος.

Adiectivum verbale ἔνδετος secundum analogiam formatum est, et, si quis hoc curat scire, quamquam proprie nihil ad rem facit, semel legitur in Anthologia Palatina. Ipsius verbi plurimus usus est in Platonis Phaedone.

Quod legitur α 372 κατὰ πρώειραν, revocat mihi in memoriam quod Wolfius observavit, sat multa esse apud Homerum singularia et ἅπαξ εἰρημένα, quae itidem apud Apollonium semel omnino inveniantur. Verum hoc quidem est, sed, credo, fortuito factum, nam Seberi aliorumve index nondum poetae ad manus erat et, si multum operae insumsisset, ut Homerum penitus cognosceret, vix imitando tam turpiter labi potuisset. Wolfii locus est in Praefatione Novae Editionis p. XLIV.

Quod apparet α 395:

κληῖδας μὲν πρῶτα πάλῳ διεμοιρήσαντο
ἄνδρ' ἐντυναμένῳ δοιὼ μίαν,

in navi quinquaginta remorum, κληῖδες sive transtra erant viginti quinque numero et quot remi, tot erant socii navales. Hinc nulla erat semita, quae mediam navem a puppi ad proram dividit — Graeci διάβασιν appellabant, Franci *la course*; cf. *Mnem.* 1895 p. 267 et 1899 p. 294. Sequitur, cum ἀσέγαστος navis esset, nimium fuisse molestum a puppi per transtra pergere ad proram: experta hoc Medea est δ 1663:

ἡ δὲ πτύχα ποϱΦυϱέοιο

Digitized by Google

προσχομένη πέπλοιο παρειάων ἑκάτερθεν
βήσετ' ἐπ' ἰκριόφιν· χειρὸς δέ ἑ χειρὶ μεμαρπὼς
Αἰσονίδης ἐκόμιζε διὰ κληῖδας ἰοῦσαν.

Erant autem ἴκρια tum in anteriore tum in posteriore navis parte: Homerus appellavit ἴκρια νηὸς πρῴρης λ 229 et ἴκρια νηὸς πρύμνης ν 74; hic in exiguo papilione commorabatur, uti suspicor, Medea; sed postquam in Cretae conspectum venerunt, adscendit in tabulatum, deinde eam Iason manu ducit ad proram. Est autem ἴκριον in prora intelligendum, unde Iason in terram desilit δ 80:

οὔπω πείσματα νηὸς ἐπ' ἠπείροιο περαίης
βάλλον, ὁ δὲ κραιπνοὺς χέρσῳ πόδας ἦκεν Ἰήσων
ὑψοῦ ἀπ' ἰκριόφιν.

Praeclara navis Argo fuit, qua remigando tantundem profici poterat quantum velificando: disertum est testimonium γ 345:

ἶσον δ' ἐξ ἀνέμοιο θέει καὶ ὅτ' ἀνέρες αὐτοὶ
νωλεμέως χείρεσσιν ἐπισπέρχωσιν ἐρετμοῖς.

Sed possit quis mirari quomodo per integrum diem Argonautae remis operam dare potuerint, qui plus quam Herculeus labor est, quemadmodum exsecutus sum *Mnem.* 1895 p. 254, quum tamen legatur β 661:

ὅμως δ' ἐπὶ ἦματι νύκτα
νήνεμον ἀκαμάτῃσιν ἐπερρώοντ' ἐλάτῃσιν.

Simile est quod legitur β 944; quin et maius est quod iubemur credere δ 1632:

ἐϋξέστῃσιν ἐπερρώοντ' ἐλάτῃσιν
παννύχιοι καὶ ἐπ' ἦμαρ, ἐπ' ἦματι δ' αὖτις ἰοῦσαν
νύχθ' ἑτέρην.

Nec tamen famuli aderant, qui in opere succederent: omnia per semetipsos heroes praestare debebant, etiam servilia ministeria. Debent in talibus aliquam veritatis speciem servare poetae et revera servavit Apollonius; non enim omnes simul remigabant, sed dum dimidia sociorum pars ab opere cessabat, altera pars tonsis aequor verrebat. Videre hoc est β 1061, ubi docemur quomodo se tutati sint adversus Stymphalides aves:

ἀνθέμενοι κεφαλῇσιν ἀερσιλόφους τρυφαλείας,
ἡμίσεες μὲν ἐρέσσετ' ἀμοιβαδίς, ἡμίσεες δὲ
δούρασί τε ξυστοῖσι καὶ ἀσπίσιν ἄρσετε νῆα.

Digitized by Google

Item adversus Colchos δ 199:

ἀλλ' οἱ μὲν διὰ νηὸς ἀμοιβαδὶς ἀνέρος ἀνὴρ
ἑζόμενος πηδοῖσιν ἐρέσσετε· τοὶ δὲ βοείας
ἀσπίδας ἡμίσεες, δήων θοὸν ἔχμα βολάων,
προσχόμενοι νόσῳ ἐπαμύνετε.

Hinc quoque apparet quod dixi, navem non habuisse κατάστρωμα. Etiam ex mente poetae non valde magnum navigium erat; etenim de Hercule legimus α 533:

ἄγχι δέ οἱ ῥόπαλον θέτο, καί οἱ ἔνερθεν
ποσσὶν ὑπεκλύσθη νηὸς τρόπις.

Idem commonstrat α 379.

Ostendi, certe ostendisse mihi videor, in *Quaestionibus Homericis* p. 87 sqq., quando post dativum sequi debeat dativus cum infinitivo, quando accusativus et paucos locos repugnantes in ordinem cogere conatus sum. Deinde explicatius de hoc locutionis genere dixi ad Xenophontem *Mnem.* 1893 p. 1 itemque plurimos locos Dionysii Halicarnassensis examinavi *Mnem.* 1902 p. 145. Discrimen apertum est. Quod in Anabasi legitur, ut simplex afferam exemplum: παραγγέλλει τῷ Κλεάρχῳ λαβόντι ἥκειν ὅσον ἦν αὐτῷ στράτευμα *Anab.* I 2. 1 significat: ἐπειδὴ Κλεάρχος ἔλαβεν ὅσον ἦν αὐτῷ στράτευμα, παραγγέλλει ὁ Κῦρος αὐτῷ ἥκειν, quod absurdum est; sed scribe λαβόντα et dicet Xenophon Cyrum iussisse Clearchum λαβεῖν ὅσον ἦν αὐτῷ στράτευμα ΚΑΙ ἥκειν. Innumeri loci eam explicationem probabunt, quam sana ratio confirmat. Non deflectit ab eo usu Apollonius quem etiam ex Homero nosse poterat, apud quem v. c. rectissime scribitur A 541:

αἰεί τοι φίλον ἐστίν, ἐμεῖ' ἄπο νόσφιν ἐόντα
κρυπτάδια φρονέοντα δικαζέμεν.

Item Apollonius

α 441: ὑμῖν μὲν δὴ μοῖρα θεῶν χρειώ τε περῆσαι
ἐνθάδε κῶας ἄγοντας.

α 868: αὖθι δ' ἔαδεν
ναίοντας λιπαρὴν ἄροσιν Λήμνοιο ταμέσθαι.

α 1318: Ἄργει οἱ μοῖρ' ἐστὶν ἀτασθάλῳ Εὐρυσθῆϊ
ἐκπλῆσαι μογέοντα δυώδεκα πάντας ἀέθλους·

γ 800: ἦ τ' ἂν πολὺ κέρδιον εἴη

τῇδ' αὐτῇ ἐν νυκτὶ λιπεῖν βίον ἐν θαλάμοισιν
πότμῳ ἀνωίστῳ, κάκ' ἐλέγχεα πάντα φυγοῦσαν.
δ 1255: ἦ τ' ἂν καὶ ὑπὲρ Διὸς αἶσαν ἰοῦσιν
βέλτερον ἦν μέγα δή τι μενοινώοντας ὀλέσθαι.
δ 1263: πάρα δ' ἄμμι τὰ κύντατα πημανθῆναι
τῇ δ' ὑπ' ἐρημαίῃ πεπτηότας.

Unum locum observavi qui fortasse corrigendus est:

γ 1062: νίσσεο δ' ἔμπης
ᾗ φίλον ἦ τοὶ ἔκαδεν ἀφορμηθέντι νέεσθαι,

ubi praestare dixerim ἀφορμηθέντα, coll. β 12.

Figura est quam μετάθεσιν rhetores appellant, cuius exempla sunt apud Apollonium α 492: χώετ' ἐνιπτάζων pro χωόμενος ἐνίπταζεν et β 190: ἵνα ζώων ἀκάχοιτο pro ἵν' ἀκαχήμενος ζῴη. Apparet poetam Homerum imitari, cuius versiculi sunt Iliad. Τ 335:

ἤδη γὰρ Πηλῆά γ' ὀίομαι ἢ κατὰ πάμπαν
τεθνάμεν', ἦ ποθι τυτθὸν ἔτι ζώοντ' ἀκαχῆσθαι.

Iliad. Θ 207 Zenodotus ediderat:

αὐτόθι κ' ἔνθα κάθοιτ' ἀκαχήμενος οἷος ἐν Ἴδῃ.

Aristarchus autem: ἔνθ' ἀκάχοιτο καθήμενος. Idem dissensus est Θ 526, ubi Zenodotus scripsit:

ἔλπομαι εὐχόμενος Διί τ' ἄλλοισίν τε θεοῖσιν
ἐξελάειν ἐνθένδε κύνας κήρεσσι Φορητούς.

Aristarchus autem: εὔχομαι ἐλπόμενος. Ac nunc quidem omnes invicto argumento permoti, spreta Aristarchi auctoritate Zenodotum sequimur.

α 539: οἳ δ' ὥς τ' ἠΐθεοι Φοίβῳ χορόν —
σησάμενοι Φόρμιγγος ὑπαὶ περὶ βωμὸν ὁμαρτῇ
ἐμμελέως κραιπνοῖσι πέδον ῥήσσωσι πόδεσσιν.

Scripsit haec Apollonius memor, uti opinor, Iliad. Σ 571:

τὰ δὲ ῥήσσοντες ὁμαρτῇ
μολπῇ τ' ἰυγμῷ τε ποσὶ σκαίροντες ἕποντο.

Deinde, post pauca, vs. 599:

οἳ δ' ὅτε μὲν θρέξασκον ἐπισαμένοισι πόδεσσιν

et vs. 602:

ἄλλοτε δ' αὖ θρέξασκον ἐπὶ σίχας ἀλλήλοισι.

Digitized by Google

Hic quod olim suspicatus sum verum esse ῥήξασκον, id ipsum paene dixerim Apollonium in suo codice invenisse, cf. Leeuw. *Enchirid.* p. 528. Aoristus θρέξαι apud veteres inauditus est; legitur autem παραθρέξαντος apud Apollonium γ 955 et διαθρέξασα ap. Callim. Hymn. V 23.

Quam imperite Apollonius pronomina, praesertim possessiva, inter se confundere soleat, non opus est curiose persequi, nam res est in vulgus nota. Veluti σφωΐτερος et σφέτερος secundae personae et omnium numerorum fiunt; vide v. c. δ 1327:

δή ῥα τότε σφετέρῃ ἀπὸ μητέρι τίνετ' ἀμοιβήν,

ubi pronomen planissime idem valet quod ὑμετέρῃ. Item β 226:

ἀλλά κε ῥεῖα
αὐτὸν ἐὸν λελάθοιμι νόον δόρποιο μεμηλώς,

ubi ἐὸν pro ἐμόν scholiasta in suo libro invenit, nec pudendum vitium corrigendum est, nam eodem modo, hoc est perquam ridicule, scribitur δ 1015:

μὴ δέ με Κόλχοις
ἐκδώῃς ᾧ πατρὶ κομιζέμεν.

Sed librarii vitium latet α 666:

τοῦ γάρ τε καὶ εἵνεκα δεῦρο κάλεσσα,

ubi reponendum τοῦ γάρ σφε. Item β 389:

τῷ καί τε Φίλα Φρονέων ἀγορεύω
ἰσχέμεν.

legam: τῷ καί σφε. Sed nemo plura requiret in re minime dubia. Licebat poetae quod omnibus licet et poterat uti aequalium dialecto, quantumvis ea deflexisset ab veterum usu: est hoc ius quod omnes usurpamus; sed dum imitando conatur exprimere epicam dialectum, suam prodit inscitiam et merito contemnitur.

Legitur in libris α 671:

τῇ καὶ παρθενικαὶ πίσυρες σχεδὸν ἑδριόωντο,
ἀδμῆτες λευκῇσιν ἐπιχνοάουσαι ἐθείραις,

sed quum canae virgines nimis ridicule dicerentur, Passovius correxit ἐπιχνοαούσῃ, quod mihi quidem non arridet, nam vetula iam descripta fuerat ῥικνοῖσιν ἐπισκάζουσα πόδεσσιν et βάκτρῳ ἐρείδομένη itaque nunc requiro ut de virginibus quoque earumque

Digitized by Google

habitu aliquid addatur. Ipsum quoque verbum ἐπιχνοάειν de anu minus bene usurpabitur, nam χνοῦς tenellae aetatulae proprius est, veluti β 43: ἔτι χνοάοντας ἰούλους ἀντέλλων et β 779: ἐμὲ δ' εὗρε νέον χνοάοντα ἰούλους. Fortasse verum est: πλεκτῇσιν ἐπιχνοάουσαι ἐθείραις, sicuti πλεκταὶ πλοκαμῖδες in Anthologia occurrunt et alia coniicere facile est; sed quid proderit? Lanugo *iubarum* tamen risum movet et etiamsi Pindarus iam hominibus ἐθείρας tribuerit, is qui Homerum imitatur, equabus rectius quam virginibus iubas dederit. Sed metuo ne ineptus fiam carpendo ea quae hodie neminem fugere poterunt, quum praesertim aliquid praesidii sit in Odyss. π 176, ad quem locum consule Batavos editores.

Improprie dictum est α 696:

εἴ κεν ἐπιτρέψητε δόμους καὶ λῆϊδα πᾶσαν
ὑμετέρην ξείνοισι καὶ ἀγλαὸν ἄρσυ μέλεσθαι.

Aut fallor aut omnino requiritur νέμεσθαι, quo sensu Homerus cecinit Odyss. υ 336:

ὄφρα σὺ μὲν χαίρων πατρώια πάντα νέμηαι.

Circa idem verbum erratur γ 1172:

εὔκηλοι ἐμέλοντο περὶ σφίσιν,

quod secundum scholiastam ipsius poetae vitium est. Conferendi loci sunt:

δ 491: ἤδη δὲ καὶ ἀμφ' αὐτοῖο μέλοντο

et β 376: τοὶ δ' ἀμφὶ σιδήρεα ἔργα μέλονται.

De Callimachi usu Kuiperus dixit I p. 46.

α 724: τῆς μὲν ῥηΐτερόν κεν ἐς ἠέλιον ἀνιόντα
ὄσσε βάλοις ἢ κεῖνο μεταβλέψειας ἔρευθος

Nonne verum est καταβλέψειας?

Describitur Iasonis paludamentum α 730:

ἐν μὲν ἔσαν Κύκλωπες ἐπ' ἀφθίτῳ ἥμενοι ἔργῳ
Ζηνὶ κεραυνὸν ἄνακτι πονεύμενοι.

Quam absonum est repraesentare Cyclopes, dum ardente officina in opere occupati sunt, *sedentes*! Sic plurima sunt quae mihi quidem egregie displicent, etiamsi Apollonius cum Aeschylo peccaverit; cf. Spanhem. p. 204 ad Callim. Hymn. III 49, veluti α 573:

Digitized by Google

τοὶ δὲ βαθείης
ἰχθύες ἀΐσσοντες ὕπερθ' ἁλός, ἄμμιγα παύροις
ἔπλετοι.

Quam prosaice poeta profitetur, α 1220, se digressiones odisse:

ἀλλὰ τὰ μὲν τηλοῦ κεν ἀποπλάγξειεν ἀοιδῆς.

Quid si immortalis dea defatigatur δ 779:

ὄφρα δὲ καὶ τῷ
ἀγγελίην Φαμένη θοὰ γούνατα παῦσεν ὁδοῖο.

Talia imprimis subit mirari, cum reputem quam sedulo in Homero Alexandrini grammatici notarint, si quid ipsorum iudicio ἀπρεπές videretur; dixit luculenter de eo argumento Cobetus *Miscell. Crit.* p. 225. Unum est eiusmodi quod apud Apollonium ab iis animadversum fuit: Hylas puer exit navi aquatum α 1207: ἀπρεπὲς δὲ, uti scholiastae visum est, νεανίαν ὑδρίαν βαστάζειν· Ὅμηρος δὲ πρεπόντως παρθένον. Quales illi fuerunt homunciones! Cf. Schneider. ad Callim. fragm. 546.

Etiam Phrixus cum ariete in paludamento repraesentatus fuit, α 767:

κείνους κ' εἰσορόων ἀκέοις ψεύδοιό τε θυμόν,
ἐλπόμενος πυκινήν τιν' ἀπὸ σφείων ἐσακοῦσαι
βάξιν· ὃ καὶ δηρόν περ ἐπ' ἐλπίδι θηήσαιο.

Mitto absurdum ἀκέοις, sed in postremo versu particulam desidero et rescribam:

ὅ κεν δηρόν περ ἐπ' ἐλπίδι θηήσαιο.

α 782:

καί ῥ' ὅτε δὴ πυλέων τε καὶ ἄφεος ἐντὸς ἔβησαν.

Contextus flagitat singularem numerum itaque reposuerim ἔβαινεν, sicuti praec. vs. itidem imperfectum est ἧιεν, cf. vs. 910.

Herculis vox est socios adhortantis ne Lemni inutiliter tempus terere velint, α 872:

ἴομεν αὖτις ἕκαστοι ἐπὶ σφέα.

Hic quantum video Apollonius cum Homero accurate distinxit inter singularem et pluralem numerum et omnino praefero ἕκαστος. Contra plurali numero recte γ 824:

κίνοντο δ' ἀνὰ πτολίεθρον ἕκαστοι,

Digitized by Google

nam alii aliis maturius de lecto surgere solent, quod ipse etiam poeta indicat β 165.

Imprimis in comparationibus Homerico more coniunctio ὅτε apud Apollonium frequenter cum coniunctivo modo coniungitur. Excipitur α 879:

ὡς δ' ὅτε λείρια καλὰ περιβρομέουσι μέλισσαι.

sed omnino assumenda lectio est Guelferbytani Codicis περιβρομέωσι. Itidem δ 1299:

ὡς δ' ὅτ' ἐρημαῖοι πεπτηότες ἔκτοθι πέτρης
χηραμοῦ ἀπτῆνες λιγέα κλάζουσι νεοσσοί,
ἢ ὅτε καλὰ νάοντος ἐπ' ὀφρύσι Πακτωλοῖο
κύκνοι κινήσωσιν ἐὸν μέλος.

Quemadmodum est κινήσωσι, itidem requiro κλάζωσι. Porro δ 1287:

ἢ ὅταν αὐτόματα ξόανα ῥέῃ ἱδρώοντα
αἵματι καὶ μυκαὶ σηκοῖς ἔνι φαντάζωνται,
ἠὲ καὶ ἠέλιος μέσῳ ἤματι νύκτ' ἐπάγῃσιν
οὐρανόθεν, τὰ δὲ λαμπρὰ δι' ἠέρος ἄσπετα φαείνοι,

reponere possis φαείνῃ, sed ab codice Guelferbytano gratus accipio indicativum φαείνει, sicuti Homerus loqui solet itemque Apollonius eo loco quem modo laudebam δ 1299 post κύκνοι κινήσωσιν, poeta indicativum infert: ἀμφὶ δὲ λειμὼν ἐρσήεις βρέμεται. Turpius est α 335: ὅτε μοῦνον ἐπιπνεύσουσιν ἀῆται, quod etiam puer correxerit: ἐπιπνεύσωσιν, nam πνεύσειν pro πνεύσεσθαι barbarum est.

Odoror leve vitium levi opera sanandum α 951:

τοὺς δ' οὔτι καὶ ἔκπαγλοί περ ἐόντες
Γηγενέες σίνοντο Ποσειδάωνος ἀρωγῇ.

Imo: Ποσειδάωνος ἀνωγῇ. Cf. α 1134:

ἄμυδις δὲ νέοι Ὀρφῆος ἀνωγῇ
σκαίροντες βήταρμον ἐνόπλιον εἰλίσσοντο,

uti et β 556:

οἱ δ' ὑπ' ἀνωγῇ
Τίφυος Ἀγνιάδαο θελήμονα ποιήσαντο
εἰρεσίην.

Denique de etesiis legitur β 429:

Digitized by Google

αἵ τ' ἀνὰ πᾶσαν
γαῖαν ὅμως τοιῇδε Διὸς πνείουσιν ἀνωγῇ,

ita recte, sed in duobus optimis libris perperam scribitur ἀρωγῇ.

Quantum video, bene se habet α 972:

Ἶσόν που κἀκείνῳ ἐπισαχύεσκον ἰουλοι.

Scio quidem Romanos aliter loqui qui *succrescere* dicant, sed quantum mihi comparuit, eo sensu Graeci perpetuo praepositionem ἐπί usurpant iisque ἐπιφῦναι dicere consuetum est. Quocirca iam olim Odyss. υ 212 malui:

οὐδέ κεν ἄλλως
ἀνδρί γ' ἐπισαχύοιτο βοῶν γένος εὐρυμετώπων,

quam vulgatam lectionem ὑποσαχύοιτο, cf. *Mnem.* 1891 p. 324. Est praeterea apud Apollonium compositum ἀνασαχύειν γ 1354 et δ 271.

α 1034: ὁ δ' ἐνὶ ψαμάθοισιν ἐλυσθείς
μοῖραν ἀνέπλησεν.

Malo ἐπὶ ψαμάθοισιν cum Iliad. Ψ 853, alibi. Eadem correctione utere β 36:

Ἶζον ἐοὺς δίχα πάντας ἐνὶ ψαμάθοισιν ἑταίρους.

α 1105: ὦρσε δ' ἑταίρους
πάντας ἐπισπέρχων καί τε σφισιν ἐγρομένοισιν
Ἀμπυκίδεω Μόψοιο θεοπροπίας ἀγόρευεν.

Nonne verius est ἀγρομένοισιν?

α 1184: τοὶ δ' ἀμφὶ πυρήια δινεύεσκον.

Quoniam hoc neque obscurum est nec tamen rei crebro fit apud veteres mentio, describam scholiastae verba, quem hodie non nisi pauci consulere solent: τὸ δὲ δινεύεσκον ἀντὶ τοῦ ἔτρεφον, παρέτριβον· τὰ γὰρ ξύλα παρέτριβον καὶ ἀπ' αὐτῶν πῦρ ἔλαβον. πυρήια γὰρ ταῦτά φησι τὰ προστριβόμενα ἀλλήλοις πρὸς τὸ πῦρ ἐγγεννᾶν, ὧν τὸ μέν ἐστιν ὕπτιον ὃ καλεῖται στορεύς, θάτερον δὲ παραπλήσιον τρυπάνῳ, ὅπερ ἐπιτρίβοντες τῷ στορεῖ τρέφουσιν. Στορεύς quantum novi alibi non legitur. Praeterea cf. Casaub. ad Theocr. p. 133 Rsk.

Digitized by Google

α 1229: ἡ δὲ νέον κρήνης ἀνεδύετο καλλινάοιο
νύμφη ἐΦυδατίη.

Fuerat, credo, ὑΦυδατίη, hinc vs. 1239 Hylam μέσῃ δ' ἐνικάββαλε δίνῃ. Similiter fortasse corrigendum Callim. Hymn. II 109.

Madvigius in *Adversariis* I p. 178 docte examinavit quodnam infinitivi tempus de re futura adhiberi debeat post verba ἐλπίζειν et ἔλπομαι et ἔολπα et ἐν ἐλπίδι εἶναι. Ex Apollonio quatuor futuri temporis locos enotavit, aoristi unum eumque, uti ei visum est, non firmum, nempe α 1342:

ἔολπα δέ τοι σὲ καὶ ἄλλῳ
ἀμΦ' ἐμεῦ, εἰ τοιόνδε πέλοι ποτέ, δηρίσασθαι.

Sed ne quis de sinceritate lectionis dubitet, pauca exempla accedant:

α 766: ἐλπόμενος πυκινήν τιν' ἀπὸ σΦείων ἐσακοῦσαι
βάξιν.

β 319: τάων οὔτινά Φημι διαμπερὲς ἐξαλέασθαι.

δ 774: ἔλπομαι οὐκ ἐπὶ δήν σε βαρὺν χόλον Αἰήταο
ἐκΦυγέειν.

Nec tamen minus legimus δ 1379:

ἴχνια δ' ἡμῖν
σημανέειν τιν' ἔολπα μυχὸν καθύπερθε θαλάσσης.

Alios locos eosque corruptos Madvigius facili opera corrigere potuit p. 172, nam, uti fit, in aoristo et futuro saepe est discrimen unius literulae. Unum locum tuetur Madvigius, in quo ipsius poetae incogitantiam non possum non agnoscere, γ 766:

Φῇ δέ οἱ ἄλλοτε μὲν θελκτήρια Φάρμακα ταύρων
δωσέμεν, ἄλλοτε δ' οὔτι· καταΦθῖσθαι δὲ καὶ αὐτή·
ἄλλοτε δ' οὔτ' αὐτὴ θανέειν, οὐ Φάρμακα δώσειν.

Sed Madvigius quum, ut ipse profitetur, Apollonium celeri cursu pervolutaret, ad longe maximum vitiorum numerum non attendit indeque haud semel pro poeta librarios incusat vel cavillando efficere studet ut ne prave dictum appareat.

Ἅπαξ εἰρημένον offendimus β 30:

ἔνθ' ἀπὸ Τυνδαρίδης μὲν ἐΰξιπτον θέτο Φᾶρος
λεπταλέον.

Digitized by Google

Interpretatur scholiasta: *εὔϛιπτον· εὐπίλητον, παρὰ τὸ ϛείβω, ὅθεν καὶ ϛιβὰς καὶ ϛιβεῖς οἱ κναφεῖς.* Esto hoc; sed nonne pugnant *εὔϛιπτον* et *λεπταλέον*? Verius fuerit adiectivum *εὐϛικτον*, quod apud Oppianum recurrit. Coloribus variegatam vestem Lemnia dederat.

Ipse mihi ridiculus interdum videor, dum tantum operae insumo ut mediocre carmen primum cognoscam, deinde perpolire suscipiam. Veluti Amycus exoritur β 32:

ὁ δ' ἐρεμνὴν δίπτυχα λώπην
αὐτῇσιν περόνῃσι καλαύροπά τε τρηχεῖαν
κάββαλε, τὴν Φορέεσκεν.

Quod poeta praepositionem *σύν* omisit, non improbandum et sic saepe amat dicere; exempla si requires, invenies α 502, 801, 823; β 611, 749, 988; γ 96, 373, alibi fortasse. Sed quam est praepostere dictum pugilem *simul cum fibulis* exuisse vestem, quasi nudo corpori potuissent adhaerescere.

Saepe dixeris Apollonii nihil prorsus interesse ponatne indicativum an coniunctivum vel optativum; veluti est β 46:

πῆλε δὲ χεῖρας
πειράζων, εἴθ' ὡς πρὶν ἐϋτρόχαλοι Φορεόνται,
μηδ' ἄμυδις καμάτῳ τε καὶ εἰρεσίῃ βαρύθοιεν.,

hic nihil necesse est *Φορέοιντο* reponere. Supra habebamus β 17:

εἰ δ' ἂν ἀπηλεγέοντες ἐμὰς πατέοιτε θέμιϛας,
ἤ κέν τις ϛυγερῶς κρατερὴ ἐπιέψετ' ἀνάγκη,

tam facile quam inutile est coniicere *πατέητε*.

Missis barbaris formis *ᾔδειν* = *sciebant* et *ἐρήρεινται* et *ἠρήρειν* δ 947 aliisque quam plurimis, de quibus Herwerdenus adnotavit *Mnem.* 1883 p. 111, venio nunc ad β 74:

ὣς ὅγε Τυνδαρίδην Φοβέων ἔπετο.

Ita est; nondum norat poeta quid *Φόβος* et *Φοβεῖν* et *Φοβεῖσθαι* apud Homerum significarent; vide modo β 123, 176, 552, 607, 646; γ 542, 636; δ 11, 13, 48, 149, 317. Raro recte, veluti

β 127: *λευγαλέως Βέβρυκας ὑπερΦιάλους ἐΦόβησαν.*

δ 23: *εἰ μή μιν Φρίξοιο θεὰ σὺν παισὶ Φέβεσθαι*
ὦρσεν.

Digitized by Google

Talia diligenter adnotando hoc habebimus ut intelligamus quale Augiae stabulum Aristarcho perpurgandum fuerit. Ceterum φύζα recte usurpatum est δ 5.

Olim emendare studui Iliad. Λ 620:

τοὶ δ' ἰδρό' ἀπεψύχοντο χιτώνων,

quod quum mihi absurde dictum videretur, coll. vs. 812:

κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἰδρώς
ὤμων καὶ κεφαλῆς,

reposui ἀπεψύχοντο μετώπων. Hanc suspicionem confirmabit Apollonius β 86:

ϛάντε δὲ βαιὸν ἄπωθεν ἀπωμόρξαντο μετώπων
ἰδρῶ ἅλις.

Item Quintus Smyrnaeus IV 270:

ἐκ δὲ μετώπων
χερσὶν ἄδην μόρξαντο κατεσσύμενόν περ ἰδρῶτα.

et IV 374:

μορξάμενοι σπόγγοισι πολυτρήτοισι μέτωπα.

Itidem adscribam δ 655:

ψηφῖσιν ἀπωμόρξαντο καμόντες
ἰδρῶ ἅλις,

eumque lapillorum usum illustrabant noti versiculi:

τρεῖς εἰσὶν ἱκανοὶ πρωκτὸν ἀπομάξαι λίθοι,
ἂν ὦσι τραχεῖς, ἂν δὲ λεῖοι τέτταρες.

Non video quomodo praesens tempus tuear β 186:

ὅσσα οἱ αἰεί
θέσφατα πευθόμενοι περιναιέται οἶκαδ' ἄγουσι.

Etenim requiro: πευσόμενοι, cf. δ 531.

β 262: τὼ μὲν ἔπειθ' ὅρκοισιν ἀλαλκέμεναι μενέαινον.

Haec cum neutiquam possint ferri, Schneiderus correxit ἐπεί θ' ὤρκωσαν· secundum Merkelium ἔπειτα nunc miro modo cum tertio casu constructum est, sicuti est α 425: ἅμ' εὐχωλῇ et δ 1601: ἅμα δ' εὐχωλῇσιν. Et hoc quidem prorsus incredibile est; incideram equidem in:

τὼ μὲν ἔπειτ' ἀόρεσσιν ἀλαλκέμεναι μενέαινον.,

quum mox sequatur:

Digitized by Google

ἐγγύθι δ' ἄμφω
σῆσαν, ἵνα ξιφέεσσιν ἐπεσσυμένας ἐλάσειαν.

Sic apud Homerum ὀάρεσσιν est Iliad. E 486.

Facit Apollonius quod ubique facit vel certe sibi videtur facere et β 144 Homerum imitatur:

καὶ δή τις ἔπος μετὰ τοῖσιν ἔειπεν.,

deinde post pauca sequitur vs. 154: ὣς ἄρ' ἔφη. Itaque non animadvertit apud Homerum perpetuo sequi *sive* pluralem numerum, B 271: ὧδε δέ τις εἶκεσκε et ὣς φάσαν ἡ πληθύς, θ 333: ὧδέ δε τις εἶπεσκε et ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον, adde κ 46, 675 et φ 404, *sive* B 333: ὧδε δέ τις εἶπεσκε ac deinde ὣς ἄρα τις εἶπεσκε eodemque modo X 375; sed simplex ὣς ἄρ' ἔφη apud Maeonium alitem hoc modo non invenitur in clausula. Alibi Apollonius multo rectius, α 247: ὧδε δ' ἕκαστος ἔννεπεν et ὣς φάσαν ἔνθα καὶ ἔνθα, sed perperam δ 1461: καὶ πού τις — εἶπεν, deinde nil nisi ἤ, nam, quod nullo negotio sentiri potest, aut plurali numero opus est, aut iterandum est indefinitum pronomen. Sed longe peius est quod sine ullo sensu continuo sequitur β 145:

Φράζεσθ', ὅττι κεν ᾗσιν ἀναλκείῃσίν ἔρεξαν,
εἴ πως Ἡρακλῆα θεὸς καὶ δεῦρο κόμισσεν.

Non tales se praestiterant Bebryces, ut eos ἀνάλκιδας diceres; hinc iam Ruhnkenius tentavit ᾗτιν ἀτασθαλίῃσιν· Merkelius nescio quo modo maluit ἀγηνορίῃσιν. Poterit probari Ruhnkenianum inventum, sed facilius erit reponere ἀναιδείῃσιν.

β 173: ἔνθα μὲν ἠλιβάτῳ ἐναλίγκιον οὔρεϊ κῦμα
ἀμφέρεται προπάροιθεν ἐπαΐσσοντι ἐοικός,
αἰὲν ὑπὲρ νεφέων ἠερμένον, οὐδέ κε φαίης
φεύξεσθαι κακὸν οἶτον, ἐπεὶ μάλα μεσσόθι νηός
λαβρὸν ἐπικρέμαται ὑπερηρεφές.

Hyperbola est vix ferenda in illo ὑπὲρ νεφέων, quae imprimis intolerabilis erit, si cum codicibus pro ὑπερηρεφές quod Merkelius edidit, leges ὑπὲρ νέφεος vel ὑπὲρ νέφος vel καθάπερ νέφος. Observavit hoc Herwerdenus *Mnem.* 1883 p. 110 indeque verum esse suspicatus est: ὑπὲρ νηῶν vel τοίχων vel πρῴρης. Lenius autem rescripseris: ὑπὲρ λαιφέων. De synizesi in vulgato

Digitized by Google

Homeri textu vide Leeuwenium *Enchirid.* p. 48. Apud Apollonium invenio β 903: λαιφέων πεπταμένων τέμνον πλόον.

Admirabile poetam eundem et doctum grammaticum numquam didicisse quomodo duas correlativorum species distingueret. Haud abs re alienum esse arbitror quaedam exempla describere, ut unusquisque existimare possit quam penitus imperiti veteris sermonis illi Alexandrini fuerint. Legitur β 404:

ἄλσος τε σκιόεν Ἄρεως, τόθι κῶας ἐπ' ἄκρης
πεπταμένον φηγοῖο δράκων, τέρας αἰνὸν ἰδέσθαι,
ἀμφὶς ὀπιπεύει δεδοκημένος.,

item β 1269:

ἔνθεν δ' αὖ πεδίον τὸ Ἀρήιον ἱερά τ' ἄλση
τοῖο θεοῦ, τόθι κῶας ὄφις εἵρυτο δοκεύων.,

item γ 575:

νόσφιν ἑοῖο δόμου, τόθι περ καὶ προσθε κάθιζον.,

item δ 990: Δρεπάνη τόθεν ἐκλήισαι
οὔνομα Φαιήκων ἱερὴ τροφός.

Similiter τόφρα pro ὄφρα usurpatur γ 807:

ἵετο δ' ἦγε
φάρμακα λέξασθαι θυμοφθόρα τόφρα πάσαιτο,

quod vitium scholiastae reprehensionem non effugit. Peius etiam est δ 1487:

εἵπετο δ' ἀνήρ
αὐλίτης, ὅ σ' ἐῶν μήλων πέρι, τόφρ' ἐτάροισιν
δευομένοις κομίσειας, ἀλεξόμενος κατέπεφνεν.

Recte respondet τόφρα praecedenti ὄφρα δ 780 itemque recte distinguitur inter τῆμος et ἦμος β 518 et γ 1340, sed poeta saepius a recta via aberrat, veluti γ 696:

ἄτλητος ἐπέκλυσε θυμὸν ἀνίη
δείματι, τοῖ' ἐσάκουσεν,

quum tamen brevi post scripserit quod debuit γ 711:

δαιμονίη, τί νύ τοι ῥέξω ἄκος, οἷ' ἀγορεύεις.

Sed imprimis pervulgatus error est Graeculorum τέως et ἕως confundentium, qua de re cum cura Cobetus dixit *Mnem.* 1875 p. 275 et post Cobetum et alios bene multos Leeuwenius *Enchir.* p. 551 sqq. Apud Apollonium inveni:
γ 1326: οἱ δ' εἵως μὲν δὴ περιώσια θυμαίνεσκον.,

Digitized by Google

et δ 821: τείως κεν ἵκωνται
Φαιήκων λιμένας.
Sed α 640 recte, nisi fallor, legitur τείως non εἵως et miror quod scholiasta in longiore sententia τὸ ἀνακόλουθον non agnovit. Dixeris quacumque tandem de causa hominem odisse poetam. Ceterum similiter peccat Callimachus Hymn. I 64, II, 81, 94; III 114; cf. Kuiper. I p. 171.

Postquam ad Symplegadas perventum est, vident Argonautae ut rupes collidantur; tum magno cum fragore omnia mari miscentur et, β 571,
νῆα δ' ἔπειτα πέριξ εἵλει ῥόος.
Deinde Tiphys socios iubet incumbere remis magnusque eos timor invadit,
ὅφρα μιν αὐτὴ
πλημμυρὶς παλίνορσος ἀνερχομένη κατένεικεν
εἶσω πετράων.
Hic me advertit adverbium πέριξ, nec sane turbinis instar navis circumacta fuit, quod argueret gubernatoris imperitiam nec sine omnium pernicie fieri poterat, sed reiecta fuit nec cursum tenere potuit, quum ingentes fluctus cum magna vi aquarum retro volverentur. Simile quid paulo ante iam evenerat, vs. 551:
δινήεις δ' ὑπένερθεν ἀνακλύζεσκεν ἰοῦσαν
νῆα ῥόος, πολλὸν δὲ Φόβῳ προτέρωσε νέοντο.
Quod ratio flagitat, obtinebimus scribendo:
νῆα δ' ἔπειτα παρὲξ εἵλει ῥόος.
Haud dissimiliter in Odyssea ι 488:
τὴν δ' αἶψ' ἠπειρόνδε παλιρρόθιον φέρε κῦμα
πλημμυρὶς ἐκ πόντοιο, θέμωσε δὲ χέρσον ἱκέσθαι.
αὐτὰρ ἐγὼ χείρεσσι λαβὼν περιμήκεα κόντον
ὦσα παρέξ.
Multum amat Apollonius conduplicatas praepositiones: ὑπέξ, διέξ, παρέξ, ὑπεκπρό al.

In sequentibus aliquid difficultatis superest: magna mole aquarum ingruente navis fertur sublimis, deinde Euphemus — iussu credo gubernatoris, quod tamen additum oportuit — adit socios iisque imperat ut remos capessant: omnes alacriter parent:

Digitized by Google

ὅσσον δ' ἂν ὑπείκαθε νηῦς ἐρέτῃσιν,
δὶς τόσον ἂψ ἀπόρουσεν.

Recte de columba dictum fuit vs. 572: ἡ δ' ἀπόρουσεν ἀσκηθής, sed de navi requiro prorsus contrarium: ἐπόρουσεν· sequitur enim:

ἡ δ' ἄφαρ ὥτε κύλινδρος ἐπέτρεχε κύματι λάβρῳ
προπροκαταΐγδην κοίλης ἁλός.,

mox autem inhibitus cursus fuit superante aestu: ἐν δ' ἄρα μέσσαις Πληγάσι δινήεις εἶχεν ῥόος, et omnes mari hausti fuissent, ni praesto fuisset Minerva.

De bubus aratro iunctis legimus β 667:

οἳ δ' ἐνὶ γαίῃ
χηλὰς σκηρίπτοντε πανημέριοι πονέονται.

Notamus usum dualis numeri, qui parabilem excusationem habet, nam, etiamsi non disertis verbis dicatur, facile est conicere poetam de binis animalibus cogitavisse, sicuti ipse scribit apud Colchos moris fuisse. Similiter α 384:

τοὶ δὲ παρᾶσσον
ᾧ κράτεϊ βρίσαντε μιῇ συφέλιξαν ἐρωῇ,

fortasse indicare voluit poeta utrimque binos socios, Herculem et Ancaeum et sic reliquos deinceps omni ope paribus viribus annisos fuisse, ut navem deducerent. Poteris etiam corrigere:

ᾧ κράτεϊ βρίσαντες ἰῇ συφέλιξαν ἐρωῇ.

Sed citra controversiam peccatur γ 206:

οὐδ' ἐνὶ γαίῃ
ἕζι θέμις σείλαντας ὕπερθ' ἐπὶ σῆμα χέεσθαι,
ἀλλ' ἐν ἀδεψήτοισι κατειλύσαντε βοείαις
δενδρέων ἐξάπτειν ἐκὰς ἄσεος.

Nisi forte mavis: κατειλύσαντας οἰείαις vel ὀείαις.

Legitur apud Homerum ξ 475:

νὺξ δ' ἄρ' ἐπῆλθε κακὴ Βορέαο πεσόντος
πηγυλίς, αὐτὰρ ὕπερθε χιὼν γένετ' ἠΰτε πάχνη
ψυχρὴ, καὶ σακέεσσι περιτρέφετο κρύσαλλος,

sed *Mnem.* 1855 p. 243 emendasse mihi visus sum: ἠΰτε λάχνη ψεδνή, cum inepta esset nivis cum pruina comparatio ac praeterea commode meminissem Ruhnkenium in *Epist. Crit.*

Digitized by Google

ad Ernestum p. 215 ostendere aliquando confusa fuisse ψυχρός et ψεδνός adiectiva. Fidem facere poterit B 219: ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη. Utile est videre quam vetusta haec quoque corruptela sit, quam Apollonius in libro suo invenerit; scribit enim:

β 738: ἔνθεν ἀϋτμὴ
πηγυλίς, ὀκρυόεντος ἀναπνείουσα μυχοῖο
συνεχές, ἀργινόεσσαν ἀεὶ περιτέτροφε πάχνην.

Pervenerunt Argonautae ad fines Mariandynorum et ἄκρης Ἀχερουσίδος ὅρμον. Acheron ibi in mare effunditur β 744:

ὅσσε δι' ἐξ ἄκρης ἀνερεύγεται εἰς ἅλα βάλλων
Ἠοίην.

Explicat scholiasta, quod nemo magno opere desiderabit: ἐκ τῆς Ἀχερουσίας ἄκρας φέρεται διά τινος φάραγγος εἰς τὴν πρὸς ἀνατολὰς θάλασσαν, neque admodum incredibile est poetam pontum Euxinum appellavisse Ἠοίην ἅλα. Hic tamen haesit Merkelius: „ἠοίην", inquit, „aut ἠῴην explicatum non habet: totus pontus Euxinus indicari nequit: sinus in quem effluit fluvius, ab occidente est, ut scholia habent et mappae geograficae docent. Aut igitur scribendum Ἠοίην pro nomine eius sinus, aut temptanda emendatio." Itaque nunc Merkelius qui alibi vix latum unguem ab auctoritate Laurentiani Codicis recedere audet, inventi amore abreptus, sustinuit in textum inferre malesanam correctiunculam Ἰονίην. Etenim „Ionium mare pars occidentalis ponti Euxini etiam δ 288, 308 nuncupatur". Nec per se ea verisimilis res est, nec citati testes respondent, nam Apollonius maris Ionii nomine mare superum intelligit; vide modo:

δ 308: τῷ καὶ ὑπέφθη τούς γε βαλὼν ὕπερ αὐχένα γαίης
κόλπον ἔσω πόντοιο πανέσχατον Ἰονίοιο.,

quibus verbis extrema pars Adriatici maris significatur, quam δ 327, 509 et 548 Κρονίην ἅλα appellat. Item δ 982 Corcyra describitur:

ἔστι δέ τις πορθμοῖο παροιτέρη Ἰονίοιο
ἀμφιλαφὴς πείρατα Κερασυνίῃ εἰν ἁλὶ νῆσος.

Itidem vide quomodo per Padum et Rhodanum in inferum mare Argonautae descenderint. Postquam per Istrum fluvium ad Adriaticum mare pervenerunt, ἐς δ' ἔβαλον μύχατον ῥόον Ἠριδανοῖο,

Digitized by Google

δ 596. Padus autem in Rhodanum influit secundum δ 627:

ἐκ δὲ τόθεν Ῥοδανοῖο βαθὺν ῥόον εἰσαπέβησαν,
ὅς᾽ εἰς Ἠριδανὸν μετανίσσεται.

Hic autem trifariam scinditur:

τῇ μέν τ᾽ ἐπερεύγεται ἀκτὰς
Ὠκεανοῦ, τῇ δ᾽ αὖτε μετ᾽ Ἰονίην ἅλα βάλλει,
τῇ δ᾽ ἐπὶ Σαρδόνιον πέλαγος καὶ ἀπείρονα κόλπον
ἑπτὰ διὰ στομάτων ἰεῖ ῥόον,

unde credibile fit secundum veterum fabulas non Padum tantum sed etiam Rhenum Rhodani esse ἀπορρῶγα. Non intellexit autem Apollonius praeteriisse tempora, quibus portentosa commenta probabiliter tractari possent.

Unus difficilis locus superest. Primum Istri indivisum flumen est, sed δ 288:

ἀλλ᾽ ὁπόταν Θρῃκῶν Σκυθέων τ᾽ ἐνιβήσεται οὔρους,
ἔνθα διχῇ τὸ μὲν ἔνθα μετ᾽ Ἰονίην ἅλα βάλλει
τῇδ᾽ ὕδωρ, τὸ δ᾽ ὄπισθε βαθὺν διὰ κόλπον ἵησιν
σχιζόμενος πόντον Τρινακρίου εἰσανέχοντα,
γαίῃ ὃς ὑμετέρῃ παρακέκλιται, εἰ ἐτεὸν δὴ
ὑμετέρης γαίης Ἀχελώιος ἐξανίησιν.

Qui hic loquitur Phrixi filius non magis quam quisquam alius Pontum Euxinum Ionium mare appellare potuit; nos autem contra quam fecit Merkelius ex β 774 satis verosimiliter hic reponemus: τὸ μὲν ἔνθα μετ᾽ Ἠόνην ἅλα βαλλει.

Illud quoque addam ne quid desit, adscribere Merkelium Ammiani Marcellini locum XXII. 8: Bospori vocitati quod per eos quondam Inachi filia .... ad mare Ionium permeavit: nempe ut probet Pontum Euxinum aliquando mare Ionium dictum fuisse. Insignis hic error est, nam Ammiano Ionium mare dicitur quod omnibus dictum est. Fidem faciet Aeschylus Prom. 829:

ἐπεὶ γὰρ ἦλθες πρὸς Μολοσσὰ γάπεδα
τὴν αἰπύνωτόν τ᾽ ἀμφὶ Δωδώνην —
ἐντεῦθεν οἰστρήσασα τὴν παρακτίαν
κέλευθον ἔξας πρὸς μέγαν κόλπον Ῥέας,
ἀφ᾽ οὗ παλιμπλάγκτοισι χειμάζει δρόμοις·
χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς
σαφῶς ἐπίσασ᾽, Ἰόνιος κεκλήσεται.

Digitized by Google

Notissima res est in epica poesi aoristorum participia saepe praesentis temporis significatione adhiberi; dixit de eo usu Leeuwenius in *Enchirid.* p. 324. Hinc, ut obiter hoc addam, factum est ut Aeschylus, cum toties vidisset κιών quo sensu ipse ἰών posuisset, neque accentus compareret, qui coegisset animum attendere, finxerit Choeph. 680:

ἐπείπερ ἄλλως, ὦ ξέν' εἰς Ἄργος κίεις,

de quo poetae errore Cobetus egit *Mnem.* 1854 p. 305. Sed etiam contrarium obtinet et praesentis temporis participia, apud Apollonium utique, interdum praeteriti temporis significationem habent. Veluti β 760:

μετὰ πτολίεθρον ἰόντες
δαίτην ἀμφίεπον.

et δ 1724 de famulis quas rex Alcinous Medeae dederat:

οὐκέτ' ἔπειτα
ἴσχειν ἐν φήθεσσι γέλω σθένον, οἷα θαμειάς
αἰὲν ἐν Ἀλκινόοιο βοοκτασίας δρώσαι.

Neque alia exempla deerunt quaerentibus.

De adverbio μεγαλωστί, β 838, quaesivi in *Mnem.* 1854 ad calcem.

β 906: Ἰνδῶν ἡνίκα φῦλα λιπὼν κατενάσσατο Θήβας.
Imo: κατενίσσατο. Res pro semet ipsa loquitur. Vide quoque β 976:

ἣ μέν τ' ἐξ ὀρέων κατενίσσετο ἠπειρόνδε.

β 1020: ὅσσα μὲν ἀμφαδίῃ ῥέζειν θέμις ἢ ἐνὶ δήμῳ
ἢ ἀγορῇ, τάδε πάντα δόμοις ἔνι μηχανόωνται.
Malo: ἢ 'ν ἀγορῇ.

Concubuit Philyra, β 1241, cum Saturno in equum converso, deinde aufugit

εἰς οὔρεα μακρὰ Πελασγῶν
ἔνθ', ἵνα δὴ Χείρωνα πελώριον, ἄλλα μὲν ἵππῳ
ἄλλα θεῷ ἀτάλαντον, ἀμοιβαίῃ τέκεν εὐνῇ.

Hoc quidem sensu vacuum est et ante pedes posita est correctio: ἀνοικείῃ τέκεν εὐνῇ. Recte γ 82: μή τις ἀμοιβαίη

Digitized by Google

χάρις ἔσω, sed quam intelligere debeam εὐνὴν ἀμοιβαίαν, non exputo.

β 1171: περὶ δ' ἐσχάρῃ ἑσήσαντο
ἐσσυμένως, ἥ τ' ἐκτὸς ἀνηρεφέος πέλε νηοῦ.

Interpretibus haec verba displicuerunt; Madvigius εὐηρεφέος coniecit, Herwerdenus autem ἐπηρεφέος. Omnem fortasse offensionem optime vitabimus, scribendo: ἐντὸς ἀνηρεφέος πέλε νηοῦ.

β 1251: τὸν μὲν ἐπ' ἀκροτάτης ἴδον ἔσπερον ὀξέϊ ῥοίζῳ
νηὸς ὑπερπτάμενον νεφέων σχεδόν.

Moris est, credo, dicere: ἀπ' ἀκροτάτης. Eodem modo corrigam
γ 202: ἐξείης πρόμαλοί τε καὶ ἴτεαι ἐκπεφύασιν,
τῶν καὶ ἐπ' ἀκροτάτων νέκυες σειρῇσι κρέμανται
δέσμιοι.

γ 20: ἀλλά τοι οὔπω
Φράσσασθαι νόεω τοῦτον δόλον ὅσις ὀνήσει.

Ex more poetae dictum oportuit: τοῖον δόλον. Sic:
α 1287: οὔτε τι τοῖον ἔπος μετεφώνεεν, οὔτε τι τοῖον.
β 617: μηκέτι δείδιθι τοῖον.
γ 457: οὔτε τιν' ἄλλον ὄΐσατο πορφύρουσα
ἔμμεναι ἀνέρα τοῖον.

Adde γ 18, 24, alios locos.

γ 47: μέλλε δὲ μακρούς
πλέξασθαι πλοκάμους.

Imo πλέξεσθαι. Alibi recte futurum sequitur: γ 1066, 1268; δ 939, 1000, 1636. Corrigendi videntur:
γ 261: ἔμπης οὐκ ἄρ' ἐμέλλετ' ἀκηδείῃ με λιπόντες
τηλόθι πλάγξασθαι.
γ 972: μέλλον ἅλις Φθέγξασθαι.

Sunt alii loci de quibus subdubito, veluti δ 1215:
κεῖθεν δὲ Κεραύνια μέλλον Ἀβάντων
οὔρεα Νεσαίους τε καὶ Ὠρικὸν εἰσαφικέσθαι.

γ 189: πολλάκι τοι ῥέα μῦθος, ὅ κεν μόλις ἐξανύσειεν
ἠνορέη, τόδ' ἔρεξε κατὰ χρέος, ἥπερ ἐώκει
πρηῢνας.

Digitized by Google

Hic, credo, necessario scribendum est: ἦπερ ἐῴκει et ad eandem normam aliquammulti loci corrigendi supersunt; malim certe α 517 ἦ θέμις quam ἢ θέμις, itemque α 960 et 1061, sicuti legitur β 709: τὼς γὰρ θέμις, non αὕτη γὰρ θέμις. Vide praeterea β 800, 840; γ 991; δ 479, 1129. Recte autem γ 209: ἢ γάρ τε δίκη θεσμοῖο τέτυκται.

γ 288: βάλλεν ὑπ' Αἰσονίδην ἀμαρύγματα.
Prorsus requiro: ἐπ' Αἰσονίδην.

γ 321: αὐτοὺς δ' ὑπὸ δούρασι πεπτηῶτας
νήσου Ἐνυαλίοιο ποτὶ ξερὸν ἔκβαλε κῦμα.
Nonne verum est ἐπὶ δούρασι? Cf. Madv. *Advers.* I p. 287.

Saepe legi et relegi luculentam Leeuwenii nostri disputationem in *Enchiridio Dictionis Epicae* p. 559 de usu particulae κε apud Homerum. Amicus meus in eam sententiam acutissime disputat, hanc solam esse formam quae in poetae textu tolerari debeat, quum paucissimis locis exceptis, tantum non ubique lenissimis mutationibus effici possit, ut particula ἄν ex utroque carmine evanescat, restituatur autem legitimum κε. Quod facile intelligitur et omnes consentiunt, in Apollonio id quod est ἄν ab omni parte tutum est, nam scholia in Iliadem liquido commonstrant Alexandriae doctissimos grammaticos utramque particulam apud Homerum toleravisse; quin et longius progressi saepe statuunt ad metrum fulciendum ἄν vel κε inutiliter fuisse ab poeta additum. Apollonius non tantum non sapiebat supra Aristarchum, sed, quod propter aetatem minime mirandum est, videmus eum haud pauca perpetuo ignoravisse eorum, quae brevi post acutissime demonstrata fuerunt. Secundum Leeuwenium particulae quas diximus, apud Homerum inveniuntur locis circiter 1500, ex quibus 1150 sunt qui κε habent, quum locis 350 legatur ἄν, ita ut κε fere triplo crebrius inveniatur quam ἄν. Ea in re Apollonio cum Homero convenit, nam, si bene numeravi, apud eum κε legitur locis paulo pluribus quam 150, ἄν autem locis ferme 50, ita ut eadem ratio obtineat. Sed hoc interest: apud Homerum tantum non semper parva ac propemodum nulla mutatione pro ἄν restitui poterit id quod

Digitized by Google

est κε, apud Apollonium autem pro minore numero multo plures sunt qui correcturientibus resistent. Ut appareat quam sedulo Apollonius secutus sit exemplum recensionis Homeri quam ante oculos habebat, unum et alterum locum exscribam.

Negant viri docti, cf. Leeuw. l.l. p. 310, particulam conditionalem cum futuro recte iungi posse; ita est: veterem poetam facili opera illius labis immunem praestabimus; quid autem Apollonio facies?

β 18: ἤ κέν τις ϛυγερῶς κρατερὴ ἐπιέψετ' ἀνάγκη.

β 415: εἰ δέ κεν αὖτις
τάσδ' ἡμῖν προφυγοῦσιν ἐς Ἑλλάδα νόϛος ὀπίσσω
ἔσσεται, ἀσπαϛῶς κε παρὰ σέο καὶ τὸ δαείην.

α 424: μείλιχος, ᾧ κ' ἐπὶ πόντον ἐλευσόμεθ' εὐδιόωντες.

Sunt autem plura exempla alterius particulae perperam usurpatae, veluti:

α 416: σοὶ δ' ἂν ὀπίσσω
τόσσων, ὅσσοι κεν νοϛήσομεν, ἀγλαὰ ταύρων
ἱρὰ πάλιν βωμῷ ἐπιθήσομεν.

β 441: ἤ τ' ἂν δῖω
γηθήσειν.

γ 29: τὸν δ' ἂν δῖω
κείνης ἐννεσίῃσιν ἐς Ἑλλάδα κῶας ἀνάξειν.

Satis crebro αἴ κε vel εἴ κε cum coniunctivo construitur, semel, si bene memini, εἰ δ' ἄν, nempe β 689. Itidem εἴ κεν vel αἴ κεν saepe cum optativo reperio usurpatum, veluti β 642 et γ 479, semel fortasse εἰ δ' ἄν β 17. Sed vide indicativum α 197:

εἴ κ' ἔτι μοῦνον
αὖθι μένων λυκάβαντα μετετράφῃ Αἰτωλοῖσιν.

β 1051: εἴ κ' ἐπικέλσαι
μέλλετε.

γ 377: εἰ δέ κε μὴ προπάροιθεν ἐμῆϛ ἥψασθε τραπέζης.

Sicuti exspectari poterat, particula ἄν vel κε saepissime cum optativo iungitur; sed permirum est futurum

γ 644: τό κέν μοι λυγρὸν ἐνὶ κραδίῃ σβέσσοι ἄλγος.,

pro quo Madvigius *Advers.* I p. 288 σβέσαι commendavit. Cum indicativo κε persaepe copulatur; fit hoc in altera particula longe rarius, veluti δ 1255 et α 862:

δηρὸν δ' ἂν ἐλίνυον αὖθι μένοντες.

Digitized by Google

Etiam ἦν sat crebro invenitur et quidem, uti aequum est, cum coniunctivo; ἄν hoc modo positum inveni

β 406: οὐδ' ἂν ὁμῶς περιναιέται ἀντιόωσιν
Κόλχοις ἦρα φέροντες.

Haud raro inveniuntur εὖτ' ἀν, ὁπόταν, ὅταν, ἔς' ἄν· semel omnino ἐπήν γ 1052; sed frequentiora sunt ἐπεί κε, ὅττι κεν, ὥς κεν, εἰσόκε, ὄφρα κεν, ὁππότε κεν, τείως κεν, εἵως κεν· dixeris autem poetae fere perinde fuisse usurparetne optativum an coniunctivum; veluti est frequentissimus abusus coniunctionis ὥς κεν cum optativo. Interdum etiam diversi modi perperam coniunguntur; exempli gratia δ 904:

εἰ δ' οὔ μοι πέπρωται ἐς Ἑλλάδα γαῖαν ἱκέσθαι
τηλοῦ ἀναπλώοντι, σὺ δ' ἄρσενα παῖδα τέκηαι.

Quae cum ita sint, etiamsi minime dubitaverim quin persaepe multa vitia ab librariis demum invecta sint, optimum fuerit in talibus emendatricem manum continere, nam in tanta incuria plerumque est in incerto positum ipsene poeta erraverit an librarii qui post venerunt. Sic α 660:

ὦ φίλαι, εἰ δ' ἄγε δὴ μενοεικέα δῶρα πόρωμεν
ἀνδράσιν, οἷά τ' ἔοικεν ἄγειν ἐπὶ νηὸς ἔχοντας,
ἥϊα καὶ μέθυ λαρόν, ἵν' ἔμπεδον ἕκτοθι πύργων
μίμνοιεν, μὴ δ' ἄμμε κατὰ χρειὼ μεθέποντες
ἀτρεκέως γνώωσι.

Mire sane copulantur μίμνοιεν et γνώωσι, sed quid tandem proderit corrigere μίμνωσιν? Paulo utilius scribes: εἶ' ἄγε δή. Vide quoque δ 758 et 1073 et α 797:

κακότητα δὲ πᾶσαν
ἐξερέω νημερτές, ἵν' εὖ γνοίητε καὶ αὐτοί.,

facile est emendare γνώητε, sed in Alexandrino poeta tales minutias negligere fas est. Aliquanto certius α 253: ἤ τέ οἱ ἦεν — βέλτερον, coll. δ 1255 repones: ἤ κέ οἱ ἦεν et idem vitium redit δ 916. Itidem γ 61:

τὸν μὲν ἐγών, εἰ καί περ ἐς Ἄϊδα ναυτίλληται
βύσομαι,

correxerim: εἴ κέν περ et fortasse ναυτίλητται, coll. Leeuw. ad Odyss. δ 672. Denique γ 354:

εἰ δὲ καὶ οὔνομα δῆθεν ἐπιθύεις γενεήν τε
ἴδμεναι οἵτινές εἰσιν, ἕκαστά γε μυθησαίμην,

Digitized by Google

cum Herwerdeno *Mnem.* 1883 p. 115 et collato α 20, scribam: ἕκασά κε μυθησαίμην. Reliqua de hoc genere aliorum studiis commendo. Digni sunt quos conferas Schneider. Callim. I p. 286 et 400, Wilamow. Callim. praef. p. 8 et imprimis Χαριτωνίδης ἐν τοῖς Ποικίλοις Φιλολογικοῖς p. 448 sqq.

γ 347: τῷ δ' ἐναγειράμενος Παναχαιΐδος εἴ τι Φέρισον. Scripsit vel debuit certe scribere: ὅττι Φέρισον.

Infinitum fuerit omnes locutiones Apollonii recensere quibus Graecitas violatur; sed in hoc libero scribendi genere unum et alterum locum annotare iuvat, ubi poeta mirabiliter peccat, veluti quod δέμας cum tertio casu coniungit:

γ 414: ἀλλ' ὅΦιος δεινοῖο μεταλδήσκοντας ὀδόντας
ἀνδράσι τευχηςῇσι δέμας.

Ipsum verbum ἀλδήσκειν recurrit γ 1363, cf. Ψ 599.

γ 248: τὴν μὲν ἄρ' οἵγε
ἐκ θαλάμου θάλαμόνδε κασιγνήτην μετιοῦσαν —
Ἥρη γάρ μιν ἔρυκε δόμῳ· πρὶν δ' οὔτι θάμιζεν
ἐν μεγάροις, Ἑκάτης δὲ πανήμερος ἀμΦεπονεῖτο
νηόν, ἐπεί ῥα θεᾶς αὐτὴ πέλεν ἀρήτειρα —
καί σΦεας ὡς ἴδεν ἆσσον, ἀνίαχεν.

Ἀνακόλουθον est, uti animadvertis, cuius etiam alia exempla non minus manifesta Merkelius enotavit; quocirca miror quod Madvigius *Advers.* I p. 287 unum versiculum excidisse putat, quum omne ἀνακολούθων genus apud Graecos minime rarum atque interdum adeo de industria quaesitum sit. Maius incommodum est vs. 477:

κούρην δή τινα πρόσθεν ὑπέκλυες αὐτὸς ἐμεῖο
Φαρμάσσειν Ἑκάτης Περσηίδος ἐννεσίῃσιν.

Sunt haec Argi verba ad Iasonem, sed in superioribus nil tale legeramus itaque, ut grammatici loquuntur, κατὰ τὸ σιωπώμενον narravit; verum nunc denique Medeae recordatus fuerat, cf. vs. 534, ut appareat esse poetae negligentiam. Itidem ipse sibi Apollonius obloquitur γ 568. Iason mittit Argum Phrixi filium ad matrem:

Ἄργος μὲν παρὰ νηός, ἐπεὶ τάδε πᾶσιν ἔαδεν
ϛελλέσθω.

Digitized by Google

Etiam ἦν sat crebro invenitur et quidem, uti aequum est, cum coniunctivo; ἄν hoc modo positum inveni

β 406: οὐδ' ἂν ὁμῶς περιναίεται ἀντιόωσιν
Κόλχοις ἦρα Φέροντες.

Haud raro inveniuntur εὖτ' ἄν, ὁπόταν, ὅταν, ἕς' ἄν· semel omnino ἐπήν γ 1052; sed frequentiora sunt ἐπεί κε, ὅττι κεν, ὥς κεν, εἰσόκε, ὄφρα κεν, ὁππότε κεν, τείως κεν, εἵως κεν· dixeris autem poetae fere perinde fuisse usurparetne optativum an coniunctivum; veluti est frequentissimus abusus coniunctionis ὥς κεν cum optativo. Interdum etiam diversi modi perperam coniunguntur; exempli gratia δ 904:

εἰ δ' οὔ μοι πέπρωται ἐς Ἑλλάδα γαῖαν ἱκέσθαι
τηλοῦ ἀναπλώοντι, σὺ δ' ἄρσενα παῖδα τέκηαι.

Quae cum ita sint, etiamsi minime dubitaverim quin persaepe multa vitia ab librariis demum invecta sint, optimum fuerit in talibus emendatricem manum continere, nam in tanta incuria plerumque est in incerto positum ipsene poeta erraverit an librarii qui post venerunt. Sic α 660:

ὦ φίλαι, εἰ δ' ἄγε δὴ μενοεικέα δῶρα πόρωμεν
ἀνδράσιν, οἷά τ' ἔοικεν ἄγειν ἐπὶ νηὸς ἔχοντας,
ἥϊα καὶ μέθυ λαρόν, ἵν' ἔμπεδον ἕκτοθι πύργων
μίμνοιεν, μὴ δ' ἄμμε κατὰ χρειὼ μεθέποντες
ἀτρεκέως γνώωσι.

Mire sane copulantur μίμνοιεν et γνώωσι, sed quid tandem proderit corrigere μίμνωσιν? Paulo utilius scribes: εἶ' ἄγε δή. Vide quoque δ 758 et 1073 et α 797:

κακότητα δὲ πᾶσαν
ἐξερέω νημερτές, ἵν' εὖ γνοίητε καὶ αὐτοί.,

facile est emendare γνώητε, sed in Alexandrino poeta tales minutias negligere fas est. Aliquanto certius α 253: ἤ τέ οἱ ἦεν — βέλτερον, coll. δ 1255 repones: ἤ κέ οἱ ἦεν et idem vitium redit δ 916. Itidem γ 61:

τὸν μὲν ἐγών, εἰ καί περ ἐς Ἄϊδα νautίλληται
βύσομαι,

correxerim: εἴ κέν περ et fortasse ναυτίλληται, coll. Leeuw. ad Odyss. δ 672. Denique γ 354:

εἰ δὲ καὶ οὔνομα δῆθεν ἐπιθύεις γενεήν τε
ἴδμεναι οἵτινές εἰσιν, ἕκαστά γε μυθησαίμην,

Digitized by Google

cum Herwerdeno *Mnem.* 1883 p. 115 et collato α 20, scribam: ἕκαϛά κε μυθησαίμην. Reliqua de hoc genere aliorum studiis commendo. Digni sunt quos conferas Schneider. Callim. I p. 286 et 400, Wilamow. Callim. praef. p. 8 et imprimis Χαριτωνίδης ἐν τοῖς Ποικίλοις Φιλολογικοῖς p. 448 sqq.

γ 347: τῇ δ' ἐναγειράμενος Παναχαιίδος εἴ τι Φέριϛον. Scripsit vel debuit certe scribere: ὅττι Φέριϛον.

Infinitum fuerit omnes locutiones Apollonii recensere quibus Graecitas violatur; sed in hoc libero scribendi genere unum et alterum locum annotare iuvat, ubi poeta mirabiliter peccat, veluti quod δέμας cum tertio casu coniungit:

γ 414: ἀλλ' ὅΦιος δεινοῖο μεταλδήσκοντας ὀδόντας
ἀνδράσι τευχηϛῇσι δέμας.

Ipsum verbum ἀλδήσκειν recurrit γ 1363, cf. Ψ 599.

γ 248: τὴν μὲν ἄρ' οἵγε
ἐκ θαλάμου θάλαμόνδε κασιγνήτην μετιοῦσαν —
Ἥρη γάρ μιν ἔρυκε δόμῳ· πρὶν δ' οὔτι θάμιζεν
ἐν μεγάροις, Ἑκάτης δὲ πανήμερος ἀμΦεπονεῖτο
νηόν, ἐπεί ῥα θεᾶς αὐτὴ πέλεν ἀρήτειρα —
καί σΦεας ὡς ἴδεν ἄσσον, ἀνίαχεν.

Ἀνακόλουθον est, uti animadvertis, cuius etiam alia exempla non minus manifesta Merkelius enotavit; quocirca miror quod Madvigius *Advers.* I p. 287 unum versiculum excidisse putat, quum omne ἀνακολούθων genus apud Graecos minime rarum atque interdum adeo de industria quaesitum sit. Maius incommodum est vs. 477:

κούρην δή τινα πρόσθεν ὑπέκλυες αὐτὸς ἐμεῖο
Φαρμάσσειν Ἑκάτης Περσηίδος ἐννεσίῃσιν.

Sunt haec Argi verba ad Iasonem, sed in superioribus nil tale legeramus itaque, ut grammatici loquuntur, κατὰ τὸ σιωπώμενον narravit; verum nunc denique Medeae recordatus fuerat, cf. vs. 534, ut appareat esse poetae negligentiam. Itidem ipse sibi Apollonius obloquitur γ 568. Iason mittit Argum Phrixi filium ad matrem:

Ἄργος μὲν παρὰ νηός, ἐπεὶ τάδε πᾶσιν ἔαδεν
ϛελλέσθω.

Digitized by Google

Sed ea res neutiquam omnibus placuerat; vehementer contradixerat Idas,

πολέες δ' ὀμάδησαν ἑταῖροι
ἦκα μάλ', οὐ δ' ἄρα τίς οἱ ἐναντίον ἔκφατο μῦθον.

Superest vitium γ 250:

Ἥρη γάρ μιν ἔρυκε δόμῳ.

Scribe: δόλῳ.

γ 348: δοκέω δέ μιν οὐκ ἀθερίζειν.

Malo futurum ἀθερίξειν. Aoristus ἀθερίξαι legitur α 123 et β 477.

Constructio mire impedita est γ 598. Numquam Aeetes Phrixum hospitio excepisset, nisi iussisset ipse Iupiter:

μὴ καὶ λῃϊστῆρας ἐὴν ἐς γαῖαν ἰόντας
ἔσσεσθαι δηναιὸν ἀπήμονας.

Vix locum tentare ausim, cum meminerim β 192:

μὴ καὶ λευκανίηνδε Φορεύμενος = *nedum.*

Μείλια Apollonio praeter Homeri usum *dona* in universum dicuntur, *ornamenta*, cet., cf. γ 135, 146; δ 1190, 1549. Παίγνια quoque sunt, cf. Schol. γ 135. Sed etiam longius a vera vocabuli significatione aberravit γ 594:

νόσφι δὲ οἱ αὐτῷ Φάτ' ἐοικότα μείλια τίσειν
υἱῆας Φρίξοιο.

Negligenter dictum est γ 678:

ὄφελλέ με μήτε τοκῆων
δῶμα τόδ' εἰσοράαν μηδὲ πτόλιν.

Alibi tamen ὤφελον recte positum est: α 256, 278; γ 712, 773.

In Odyssea ο 8 ita legitur:

Τηλέμαχον δ' οὐχ ὕπνος ἔχε γλυκύς, ἀλλ' ἐνὶ θυμῷ
νύκτα δι' ἀμβροσίην μελεδήματα πατρὸς ἔγειρεν.

Quod olim conieci ἔτειρεν vel fortasse ἔτειρον, id Batavos editores non improbavisse video. Est autem utile Apollonium conferre, ut appareat quam vetusta corruptela sit γ 752:

Digitized by Google

ἀλλὰ μάλ' οὐ Μήδειαν ἐπὶ γλυκερὸς λάβεν ὕπνος·
πολλὰ γὰρ Αἰσονίδαο πόθῳ μελεδήματ' ἔγειρεν
δειδυῖαν.

ubi praeterea nota formam ceteroquin inauditam δειδυῖαν, de qua Lobeckius egit ad Buttmannum II p. 145. Rectius autem poeta scripsit γ 762:

ἔνδοθι δ' αἰεί
τεῖρ' ὀδύνη σμύχουσα διὰ χροός.

De formis ἐβήσατο et ἐδύσατο Homero abiudicandis hodie non ambigitur; pleraque omnia quae huc pertinent, collegi *Mnem.* 1884 p. 344 et postea Leeuwenius breviter sed luculenter quid rei sit indicavit in *Enchirid.* p. 386 et 410. De Apollonii usu nondum satis constat; veluti ἐβήσατο legitur γ 869, 889, 1152, 1237; δ 775; ἐδύσατο invenitur δ 865, sed ἐδύσετο α 63 et ἐβήσετο in Laurentiano utique codice δ 458 et 1176. Sed utcumque de ea scripturae diversitate iudicaveris, certe non probabis ἀνεύρατο δ 1133, cf. Schneid. Callim. I p. 434. Quod legitur

δ 288: ἀλλ' ὁπόταν Θρηκῶν Σκυθέων ἐνιβήσεται οὔρους,

effictum est ad Homeri exemplum, Iliad. Ο 282:

οἳ δ', ὥς τε μέγα κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο
νηὸς ὑπερ τοίχων καταβήσεται.

Quoniam dum haec scribo, non tantum doctos viros cogito, sed etiam prodesse cupio tironibus, nunc lubet uno alteroque exemplo ostendere, quomodo genetivus cum dativo casu iungi possit ac proinde debeat. Legitur γ 1010:

ἐχύθη δέ οἱ ἔνδοθι θυμός
αἴνῳ ἀειρομένης.

Item γ 371:

ἐκ δέ οἱ ὄμματ' ἔλαμψεν ὑπ' ὀφρύσιν ἱεμένοιο.

Item δ 170: ἐν δέ οἱ ἦτορ
χαίρει δερκομένης καλὸν σέλας.

Homeri locos Leeuwenius collegit ad Odyss. ζ 157.

Operae pretium est videre quam miro modo Apollonius interdum confundat imperativum, coniunctivum et optativum. Locus est γ 1032:

Digitized by Google

βόθρον ὀρύξασθαι περιηγέα· τῷ δ' ἔνι θῆλυν
ἀρνειὸν σφάζειν, ———————
μουνογενῆ δ' Ἑκάτην Περσηΐδα μειλίσσοιο,
ἔνθα δ' ἔπειτα θεὰν μεμνημένος ἱλάσσηαι·
ἂψ δ' ἀπὸ πυρκαϊῆς ἀναχάζεο.

Hinc saepe difficile est vitia corrigere.

γ 1062: νίσσεο δ' ἔμπης
ἦ Φίλον ἦ τοι ἔκδεν ἀφορμηθέντι νέεσθαι.

Praestiterit ἀφορμηθέντα, de qua correctione supra dixi, sed praeterea arridet: εἴ τοι ἔκδεν. Nempe tantum non optat Medea ut Iason in Colchide remaneat, neque eam spem prorsus abnuisse videtur ipse Iason γ 1101.

Unum omnino Apollonii locum Cobetus attigit et operae pretium duco elegantissimam emendationem hic excerpere; legitur autem *Var. Lect.* p. 405. Iasonis postrema verba fuerant γ 1129:

οὐδ' ἄμμε διακρινέει Φιλότητος
ἄλλο πάρος θάνατόν γε μεμορμένον ἀμφικαλύψαι.

Madvigius quum miram locutionem improbaret, coniecerat: ἄμμι διακρινέει Φιλότητας· non fecisset, ut Cobetus ait, si commode recordatus fuisset Homeri loci in Odyssea δ 179:

οὐδέ κεν ἡμέας
ἄλλο διέκρινεν Φιλέοντέ τε τερπομένω τε
πρίν γ' ὅτε δὴ θανάτοιο μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψεν.

Unde Apollonius:

οὐδ' ἄμμε διακρινέει φιλέοντε.

γ 1201: ἀλλ' ὅτε δὴ ἴδε χῶρον, ὅτις πάτου ἔκτοθεν ἦεν.

Convenientius iudico: ὅτε δὴ ἵκε χῶρον. Sed quod continuo sequitur, lavisse Iasonem τέρεν δέμας, id mihi permirum accidit ad aures. Rectius dicitur τέρεν σῶμα Nymphes α 1238 et δ 871 τέρεν δέμας Achillis infantis. Pro:

ἔνθ' ἤτοι πρώτιστα λοέσσατο μὲν ποταμοῖο
εὐαγέως θείοιο τέρεν δέμας.,

leniter refingere possis:

ποταμοῖο
εὐαγέως θείου σφέτερον δέμας,

Digitized by Google

nam abusus pronominis σφέτερος in Argonauticis, uti vidimus, frequens est. Fieri tamen potest ut quis provocare malit ad Iliad. Δ 237: τῶν ἤτοι αὐτῶν τέρενα χρόα γὔπες ἔδονται., vel ad Ξ 406 de Aiace:

τώ οἱ ἐρυσάσθην τέρενα χρόα.

Armatur Aeetes γ 1234:

ἂν δὲ πολύρρινον νώμα σάκος, ἂν δὲ καὶ ἔγχος
δεινὸν ἀμαιμάκετον· τὸ μὲν οὔ κέ τις ἄλλος ὑπέσχη
ἀνδρῶν ἡρώων, ὅτε κάλλιπον Ἡρακλῆα
τῆλε παρέξ, ὅ κεν οἷος ἐναντίβιον πολέμιξεν.

Intelligam: πελέμιξεν. Cf. β 92: κὰδ δὲ βαρεῖαν
χεῖρ' ἐπὶ οἱ πελέμιξεν.

Non concoquo quod invenio γ 1249:

ἀμφὶ δ' ἑταῖροι
πείρησαν τευχέων βεβιημένοι, οὐδ' ἐδύναντο
κεῖνο δόρυ γνάμψαι τυτθόν γέ περ.

Certe alio modo participium usurpatum est δ 1390:

οἷον ὑπέσαν
ἔργον ἀναγκαίῃ βεβιημένοι.

Fortasse praestat: πείρησαν τευχέων λελιημένοι, sicute λελίημαι absolute dictum est α 78, 123, 350, 1276; β 252; γ 80; δ 256 et 802. Iam Homerus Iliad. Δ 465:

εἴλκε δ' ὑπ' ἐκ βελέων λελιημένος.,

uti et Μ 106:

βάν ῥ' ἰθὺς Δαναῶν λελιημένοι.

γ 1311: εὗρὺ δ' ἀποπροβαλὼν χαμάδις σάκος, ἔνθα καὶ ἔνθα
τῇ καὶ τῇ βεβαὼς ἄμφω ἔχε πεπτηῶτας.

Malim: εὐθὺ δ' ἀποπροβαλών. Εὐθύ = *statim* apud Alexandrinos frequens est.

γ 1320: ὃ δ' ἄρ' αὖτις ἑλὼν σάκος ἔνθετο νώτῳ
ἐξόπιθεν.

Scripsissem equidem: ἄνθετο. Cf. δ 189:

πρύμνῃ δ' ἐνεείσατο κούρην
ἀνθέμενος.

Digitized by Google

γ 1341: ἦμος δὲ τρίτατον λάχος ἤματος ἀνομένοιο
λείπεται ἐξ ἠοῦς, καλέουσι δὲ κεκμηῶτες
ἐργατίναι γλυκερόν σφιν ἄφαρ βουλυτὸν ἱκέσθαι.
Reposuerim verbum quod apud Apollonium minime rarum est: κατέουσι. Cf. δ 1431:
ἔκφατο δ' Αἴγλη
μειλιχίοις ἐπέεσσιν ἀμειβομένη κατέοντας,
uti et δ 1557: οἷά τε πολλὰ
ἄνθρωποι κατέουσιν ἐπ' ἀλλοδαπῇ περόωντες.
Poeta imitatus est Odyss. ν 280:
οὐδέ τις ἡμῖν
δόρπου μνῆσις ἔην μάλα περ κατέουσιν ἐλέσθαι.

γ 1396: πολλοὶ δ' οὐτάμενοι πρὶν ὑπὸ χθονὸς ἴχνος ἀεῖραι,
cum Struvio prorsus necessarium iudicio ἀπὸ χθονός. Cf. δ 104 et 887.

γ 1406: πορφύρων ἤ κέ σφι θοώτερον ἀντιόῳτο.
Sic sine sensu editur; quidni scribitur τί κέ σφι?

δ 10: οὐ δ' ὅγε πάμπαν
θυγατέρων τάδε νόσφιν ἐῶν τελέεσθαι ἐώλπει.
Praestat perfectum τετελέσθαι.

δ 166: εἰσόκε δή μιν
αὐτὸς ἐὴν ἐπὶ νῆα παλιντροπάσασθαι Ἰήσων
ἤνωγεν, λεῖπεν δὲ πολύσκιον ἄλσος Ἄρηος.
Nonne pluralis λεῖπον requiritur?

Scripserat Zenodotus Iliad. Θ 166:
ἔρρε, κακὴ γλήνη, ἐπεὶ οὐ εἴξαντος ἐμεῖο
πύργων ἡμετέρων ἐπιβήσεαι, οὐδὲ γυναῖκας
ἄξεις ἐν νήεσσι· πάρος τοι πότμον ἐφήσω.
Hoc recte; nec tamen minus in omnibus libris manuscriptis legitur:
πάρος τοι δαίμονα δώσω.
Absurda ea lectio est, quae certe Aristarcho non potuit placere. Quid latet? Respondi *Mnem.* 1884 p. 354 olim circumlatam fuisse lectionem:

Digitized by Google

πάρος τοι λαιμὸν ἀμήσω,

quae lectio etiamsi fortasse Aristarchea fuerit, certe non est potior quam Zenodotea, quam Batavi editores in textum intulerunt. Nunc autem suspicioni meae haud exiguum pondus accedit ex Apollonio δ 374:

Φασγάνῳ αὐτίκα τόνδε μέσον διὰ λαιμὸν ἀμῆσαι.

δ 436: εὖτ' ἂν πρῶτα θεᾶς περὶ νηὸν ἵκηται.
Nonne praestat παρὰ νηόν?

δ 513: ὕστατον αὖ — δὴ γάρ τε Κυταιίδος ἤθεα γαίης
σύξαν, ἀτυζόμενοι χόλον ἄγριον Αἰήταο —.
ἔμπεδον ἄλλυδις ἄλλοι ἐφορμηθέντες ἔνασθεν.
Arridet: ἀφορμηθέντες.

δ 663: εὗρον ἀλὸς νοτίδεσσι κάρη ἐπιφαιδρύνουσαν.
Praestat, credo, quod in Guelferbytano libro est: περιφαιδρύνουσαν. Eiusdem libri lectio δ 673: ἄλλο δ' ἀπ' ἄλλων συμμιγέες μελέων potior est quam Laurentiana: ἐπ' ἄλλων.

Mitto nunc δ 697 stultam formam πάϊν = παῖδα, quacum conferre poteris δάϊν apud Callimachum frgmt. 243, nam magis me advertit δ 927:

καπνῷ δ' ἀχλυόεις αἰθὴρ πέλεν.

Nimirum quod in *Quaestionibus Homericis* olim exsecutus sum, apud Homerum plurimum interest inter ἀέρα et ἀχλύν. Ἀὴρ, quem σκοτεινὸν κατάσημα grammatici appellant, mortales prohibet quominus obvia cernant, quum tenebrae omnia occupent; ἀχλὺς autem ipsius mentis est caligo facitque ut oculi nostri suum officium praestare nequeant. Ut idem dicam barbare, sed perspicue satis: ἀὴρ impedimentum est *obiectivum*, ἀχλύς totum *subiectivum* est. Multi Homeri loci comprobabunt id quod dixi, sed Alexandriae ne Aristarchus quidem certum discrimen agnovit, itaque nemo mirabitur subinde Apollonium quoque peccavisse. Recte scripsit de Medea

γ 725: κὰδ δέ μιν ἀχλὺς
εἷλεν ἰαινομένην.,

item γ 963:

Digitized by Google

ἐκ δ' ἄρα οἱ κραδίη ϛηθέων πέσεν, ὄμματα δ' αὖτως
ἤχλυσαν· θερμὸν δὲ παρηΐδας εἶλεν ἔρευθος,

nam extra semet ipsam efferebatur et caecutiebat et caligo miserae virginis menti obversabatur. Itidem recte dicitur δ 1525: πολλὴ δὲ κατ' ὀφθαλμῶν χέετ' ἀχλύς. Sed pessimum est quod legimus β 1103:

κελαινὴ δ' οὐρανὸν ἀχλὺς
ἄμπεχεν, οὐ δέ πῃ ἄϛρα διαυγέα Φαίνετ' ἰδέσθαι.,

et δ 1361:

οὐ δ' ἔτι τάϛδ' ἀνὰ χῶρόν ἐσέδρακον, ἀλλά τις ἀχλὺς
ἠὲ νέφος μεσσηγὺ Φαεινομένας ἐκάλυψεν.,

et δ 1480: ὡς τίς τε νέῳ ἐνὶ ᾕματι μήνην
ἢ ἴδεν ἢ ἐδόκησεν ἐπαχλύουσαν ἰδέσθαι.

Ἀὴρ contra recte usurpatur γ 211; δ 648 et 1246. Mire Callimachus frgmt. anon. 10: ἠέρος ἀχλύσαντος.

δ 1007: αὖθί τε καὶ μετέπειτα σὺν Αἰήταο κελεύθῳ.

Non dubitatur quid hoc significare debeat: regis *iussu*; itaque Herwerdenus *Mnem.* 1883 p. 120 suasit ut reponeretur κελευτμῷ· bene ad sententiam, sed correctioni evidentia accedet, si scripseris κελευθμῷ, quam formam finxit poeta ad analogiam vocabulorum γναθμός, μηνιθμός, ἐλκηθμός, aliorum. Cf. Valcken. ad Röverum p. 43 et Callim. Hymn. IV 34 βυθμόν et de eo loco Schneider. I p. 261.

δ 1022: συγερὸν δέ με τάρβος ἔπεισεν
τῆϛδε Φυγῆϛ μνήσασθαι.

Nonne ἔπειγεν magis ex more dictum erit?

δ 1034: ταύρους τ' ἐζεύξασθε καὶ ἐκ θέρος οὐλοὸν ἀνδρῶν
κείρετε γηγενέων.

Imo praestat aoristus κείρατε.

Sine sensu editur δ 1046:

οἰόθι δὲ προτιβάλλομαι ὑμέας αὐτούς.

Collato δ 1372 coniicio: οἰόθι δὲ προτιόσσομαι. Traxit hoc poeta ex Iliad X 356: ἤ σ' εὖ γιγνώσκων προτιόσσομαι.

Digitized by Google

δ 1274: δαημοσύνην δέ τις ἄλλος
φαίνοιεν.
Absurda lectio; facile est corrigere φήνειεν.

δ 1719: ῥέζον ὅσσα περ ἄνδρες ἐρημαίῃ ἔνι ῥέζειν
ἀκτῇ ἐφοπλίσσειαν.
Requiro: ὅσσα κεν.

δ 1768 verbum φθάνειν solita significatione usurpatum invenio:
αἶψα δὲ τοίγε
ὑδρείης πέρι δῆριν ἀμεμφέα δηρίσαντο,
ὃς κεν ἀφυσσάμενος φθαίη μετὰ νῆα δ' ἱκέσθαι.
sed alibi *praevertendi* usus non apparet omnique cum aliis comparatione sublata nihil est nisi *quantocius*, quo sensu ut plurimum φθάνειν cum negatione construitur: οὐκ ἂν φθάνοιμι τὴν μάχαιραν παρακονῶν, sim., veluti fortasse
β 584: ἀλλά μιν ἔφθη τῖφυς ὑπ' εἰρεσίῃ βαρύθουσαν
ἀγχαλάσας.,
sed luculentiora exempla sunt:
α 1189: βῆ ῥ' ἴμεν εἰς ὕλην υἱὸς Διός, ὥς κεν ἐρετμόν
οἱ αὐτῷ φθαίη καταχείριον ἐντύνασθαι.,
et in vicinia α 1209 Hylas
δίζητο κρήνης ἱερὸν ῥόον, ὥς κέ οἱ ὕδωρ
φθαίη ἀφυσσάμενος ποτιδόρπιον.

Amstelodami,
d. 23 m. Nov. 1904.

SALLUSTIUS.

SALL. BELL. IUG. 79. 4: *per indutias sponsionem faciunt, uti certo die legati domo proficiscerentur: quo in loco inter se obvii fuissent, is communis utriusque populi finis haberetur.*

Verba *utriusque populi*, ubi nunc leguntur, non quidem molesta sunt, sed ad *legati* desiderari nequeunt. Qua de causa e versu superiore in hunc locum ea migrasse suspicor, Sallustium autem scripsisse: *uti certo die legati utriusque populi domo proficiscerentur* e. q. s. P. H. D.

Digitized by Google

AD PROCOPIUM.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

Procopii Caesariensis opera omnia. recognovit Iacobus Haury. MCMV. Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri.

Adnotationibus meis ad Procopium scriptis in Mnemosynes vol. IX N. S., quarum rationem habuit cum in textu tum in notis criticis novissimus Procopii editor Iacobus Haury, e diligenti huius recensionis lectione addantur nunc observationes insequentes.

Ad vol. I.

(de bellis libri I—IV).

I 2 § 12. *Ἀνατόλιον — Θεοδόσιος — πρεσβευτὴν ἐς Πέρσας μόνον αὐτὸν ἐτύγχανε πέμψας· ὃς ἐπειδὴ ἄγχιστα ἐγεγόνει τοῦ Μήδων στρατοῦ, ἀποβρώσκει μὲν τοῦ ἵππου μόνος, πεζῇ δὲ βαδίζων ἐπὶ Ὀναραράνην ᾔει.* Deleatur *μόνος*, absurde repetitum ex antecedentibus.

I 2 § 15. *ἐφ' ᾧ μέντοι μηδέτεροι ἐν χωρίῳ οἰκείῳ ἐν γειτόνων τοῖς τῶν ἑτέρων ὁρίοις ὄντι ὀχύρωμα νεώτερόν τι ἐργάζονται.*

Procopius formulam *ἐφ' ᾧ* de re futura aut cum futuro coniungere solet aut cum coniunctivo, itaque recipienda fuerat lectio codicis V *ἐργάζωνται*. Nam indicativo locum non esse apparet. — Est etiam ubi *ἐφ' ᾧ* iungatur cum infinitivo, ut III 3 § 25, *ἐφ' ᾧ — ἕκαστον τὸ τριτημόριον ἔχοντα ἄρχειν*. Cf. 4 § 13 etc.

Digitized by Google

I 5 § 7. *οἱ δὲ κτεῖναι ἄνδρα τοῦ βασιλείου αἵματος οὐδ' ὅλως ἔγνωσαν.* Procul dubio praeferenda est lectio codicis G *οὐδαμῶς*, sic enim aut *οὐδαμῇ* (hoc etiam saepius) constanter in talibus scribit noster.

I 5 § 27. *ἐπεὶ δὲ ἐς χοῦν αὖθις τὸν Ἀρμενίων ἦλθεν, ἐς τὰς ἀπειλὰς ἀπεχώρησε.* Ut e praegressis videbis, iam saepius minatus fuerat Arsaces, itaque h. l. corrigendum *ἀνεχώρησε.*

I 5 § 40. *ἐμοὶ δὲ ὅθενπερ ἐξέβην ἰτέον.* Imo vero ‹*ἐπαν*›*ιτέον*, ut in hac formula, quam cum aliis plurimis sublegit Herodoto, scribere solet Procopius. E locis plurimis conferas mihi quae leguntur vol. I pp. 19, 25; 44, 8; 51, 26; 85, 13; vol. II pp. 123, 3 sq.; 360, 4 sq.; 420, 5 sq.; 436, 3; 453, 3; 518, 11; 563, 2; 600, 4; 660, 7.

Possis tamen eodem iure conicere, quod semel notavi II p. 607 extr.: *ἐμοὶ δὲ* ‹*αὖθις*› *ὅθενπερ ἐξέβην ἰτέον.* Vid. infra ad V 11 § 4.

I 8 § 4. *στράτευμα γὰρ τοιοῦτό φασιν οὔτε πρότερον οὔτε ὕστερον ἐπὶ Πέρσας Ῥωμαίοις ξυστῆναι.* Fallorne an agitur de quantitate, non de qualitate exercitus, ut vero lectio sit *τοσοῦτο*?

I 9 § 3. *ἐς δὲ τὰ οἰκεῖα ξὺν τῷ εὐπρεπεῖ λόγῳ ἀναχωρεῖν ἤθελον.* Nescio an praestet *ξύν τῳ εὐπρεπεῖ λόγῳ.* Suspectus enim articulus.

I 9 § 5. *καὶ τῷ Γλώνῃ ἕτοιμον εἰπὼν τὸ θήραμα εἶναι, αὐτῷ τε καὶ τοῖς διακοσίοις ἐξηγήσατο ἐπὶ τὴν τῶν πολεμίων ἐνέδραν.* Perspicuitatis ergo hic additum expectes subiectum *ὁ ἀγροῖκος.*

I 11 § 10. *ὡς δὴ αὐτῷ καὶ τὴν βασιλείαν ἐκδέξασθαι ἐπίδοξος ἦν.* Formulam *ἐπίδοξον εἶναι* Procopium, ut pas est, coniungere cum futuri infinitivo, arguunt loci plurimi, velut p. 99, 24; 330, 3 sq. etc., itaque recipienda fuerat lectio cod. G *ἐκδέξεσθαι.* Pag. 61, 4 corrigendum *ἐσβαλεῖν* (pro *ἐσβάλλειν*) *ἐπίδοξοί εἰσιν.*

Digitized by Google

I 13 § 12. ἄφνω δέ τις Βελισαρίῳ τε καὶ Ἑρμογένει ἀπήγγελλεν ὡς Πέρσαι ἐπιβάλλειν (l. ἐσβαλεῖν) ἐπίδοξοι εἰσιν ἐς γῆν τὴν Ῥωμαίων, πόλιν Δάρας αἱρήσειν ἐν σπουδῇ ἔχοντες.

Constanter noster, ut par est, formulas ἐν σπουδῇ (γνώμῃ, βουλῇ) ἔχειν iungit cum infinitivo praesentis aut aoristi, itaque h. l. merito expectes αἱρεῖν. Ex innumeris locis compara mihi quae leguntur vol. I pp. 38, 70 sq.; 41, 2 sq.; 55 24 sq.; 75, 23; 87, 19 sq.; 108, 7 sq.; 111, 35; 112, 25; 117, 13; 118, 13; 152, 6 sq.; 153, 70; 160, 36; 166, 12; 203, 1 sq.; 215, 18; 236, 7; 286, 29 sq.; 290, 13; 298, 23 sq.; 300, 20 sq.; 476, 24; 505, 22 sq.

Ambigo tamen utrum sic locus emendandus sit an scribendum πόλιν Δάρας ἐν ἐλπίδι ἔχοντες. Haud enim ita difficulter ex ΕΛΠΙΔΙ nasci potuit ΣΠΟΥΔΗΙ. Illam vero correctionem ut leniorem praetulerim.

I 14 § 5. ταῦτα ἐπεὶ Μιρράνης ἀπενεχθέντα [τὰ γράμματα] εἶδεν. Expuncto glossemate Procopio reddo formulam huic scriptori usitatissimam, quae legitur p. 121, 6; 166, 20; 207, 20; 209, 15 et alibi passim.

I 17 § 8. καὶ μὴν καὶ ἅμαξαι παρίασιν ἐνθένδε πολλαὶ ἡμέρᾳ ἑκάστῃ, ἀλλ' οὐδὲν τὸ παράπαν ἰσχύουσιν ἢ ἐξελέγχειν τοῦ τέλματος. Agitur de loco palustri superstrato parti Euphratis, ita firmo tamen, ut vel plostra transire possint. Si sanum est ἐξελίγχειν, accipiendum de natura loci, quam palustrem esse plostri rotis non arguatur. Dubitabundus tentavi ἐξέλκειν.

I 17 § 16. χῶρόν τινα ἐν Καππαδόκοις εὑρεῖν τῷ ἐν Ταύροις ⟨ἐς⟩ τὰ μάλιστα ἐμφερέστατον. De meo inserui praepositionem, quae inserenda etiam in eadem formula Vol. I p. 165, 10 et vol. II p. 648, 23. Nam aut sic scribere solet Procopius aut sine articulo μάλιστα.

I 17 § 44. Supplendum videtur: οὓς δὴ (captivos) ἀπέδοτο ὕστερον, πλοῦτον ⟨ἀπ'⟩ αὐτῶν οὐ φαῦλον οὐδὲ τὸν τυχόντα περιβαλλόμενος.

Digitized by Google

I 18 § 15. ἑορτὴ δὲ ἡ πασχαλία ἐπέκειτο ἡμέρᾳ ἐπιγενησομένῃ τῇ ὑστεραίᾳ, ἣν δὴ σέβονται Χριστιανοὶ πασῶν μάλιστα, ἡμέρᾳ τε τῇ ταύτης προτέρᾳ σιτίων τε καὶ ποτοῦ ἀπεχόμενοι οὐ διημερεύειν νενομίκασι μόνον ἀλλὰ καὶ πόρρω νήστεις τῶν νυκτῶν ἰέναι. Transponendum πόρρω τῶν νυκτῶν νήστεις ἰέναι. Secuntur haec: τότε οὖν ἅπαντας Βελισάριος ὀργῶντας ἐπὶ τοὺς πολεμίους ὁρῶν, ταύτης τε ἀποστῆσαι τῆς γνώμης ἐθέλων (ταῦτα γάρ οἱ καὶ Ἑρμογένης ἐγίνωσκεν· —) τοὺς παραγενομένους πάντας ξυγκαλέσας ἔλεξε τοιάδε. Ne sensu careat pronomen οἱ, evidenter corrigendum est: καὐτὰ γάρ οἱ κτἑ. Laborant etiam verba sequentia sic, ni fallor, emendanda: Ποῖ φέρεσθε, ἄνδρες Ῥωμαῖοι, ἢ τί πεπονθότες κίνδυνον αἱρεῖσθαι ὑμῖν αὐτοῖς οὐκ ἀναγκαῖον βουλεύεσθε; μίαν εἶναι νίκην ἀκίβδηλον οἴονται ἄνθρωποι τὸ μηδὲν δεινὸν πρὸς τῶν πολεμίων παθεῖν, ὅπερ ἡμῖν ἔν γε τῷ παρόντι δέδωκεν ἥ τε τύχη καὶ ἡμῶν τὸ ἀπὸ vel παρὰ (pro κατὰ) τῶν ἐναντίων δέος. οὐκοῦν ἀπόνασθαι τῶν παρόντων ἀγαθῶν ἄμεινον ἤ, παρελθόντα (-τας?) ταῦτα, ‹τὰ ἀπόντα› ζητεῖν, i. e. *ergo frui praestat praesentibus bonis quam his neglectis absentia quaerere.*

I 19 § 22. διαπλεύσαντες δὲ ἀεὶ τὸ πέλαγος τοῦτο καταίρουσιν ἐς τῶν Ἀδουλιτῶν τὸν λιμένα. Vocula ΑΕΙ non delenda mihi videtur cum Christio, sed mutanda in ΔΗ.

I 21 § 5. ἐγκαθεζόμενοι ἐπολιόρκουν (Μαρτυρόπολιν). Noli conicere, quod expectes ἐπικαθεζόμενοι. Cf. II 19 § 11 et quod passim sic usurpat noster, ἐνστρατοπεδεύεσθαι pro verbo simplici.

I 21 § 23. ἐν δὲ Μαρτυροπόλει Σίττας τε καὶ Ἑρμογένης ἀμφὶ τῇ πόλει δειμαίνοντες, ἀμύνειν γὰρ κινδυνευούσῃ οὐδαμῇ εἶχον, ἔπεμψάν τινας ἐς τοὺς πολεμίους κτἑ. At hi duces procul ab ea urbe erant in Mesopotamia, itaque suspicor: ἐν δὲ ‹Μεσοποταμίᾳ› — ἀμφὶ τῇ ‹Μαρτυρο›πόλει δειμαίνοντες κτἑ. Vide antecedentia.

I 23 § 21. οὕτω μὲν ὁ Χοσρόης τὴν ἐπὶ [τῷ] θανάτῳ τὸν ἄνθρωπον ἀπεπέμψατο. Deleo articulum, qui alibi constanter etiam apud Procopium in notissima formula recte abest, v. c. p. 124, 17 et 128, 4. Creberrime occurrit.

Digitized by Google

I 25 § 31. *τότε μὲν οὖν ἐξ ἐπάρχων ἰδιώτης γενόμενος ἐς ἕτερον ⟨ἱερὸν⟩ ἐνθένδε ἀναστὰς ἐκομίσθη* (Ioannes Cappadox). Inserui quod propter ductuum similitudinem facile excidit *ἱερὸν*, cuius durissima est h. l. omissio, licet in fine § 30 legatur *καταφυγὼν ἐς τὸ* (*τι* recte coniecit editor) *ἱερὸν κτέ.*

I 25 § 38. *ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἧνυον, δυνάμει αὐτοὺς περιελθόντος Εὐσεβίου πολλῇ, ξυμφρονήσαντες νεανίαι τινὲς ⟨αὐτὸν⟩ ἐν τῇ Κυζικοῦ ἀγορᾷ κτείνουσιν.* Pronomen, quod de meo addidi, desiderari nequit.

II 4 § 11. *Πέρσαι δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον τὰς σπονδὰς λύσαντες ἔργα Ῥωμαίους τοὺς ἑῴους εἰργάσαντο ἅπερ ἐγὼ αὐτίκα δὴ μάλα δηλώσω. Βελισάριος* [*ἐπεὶ* om. VP] *τῶν Γότθων τε καὶ Ἰταλιωτῶν βασιλέα Οὐίττιγιν καθελὼν ζῶντα ἐς Βυζάντιον ἤνεγκεν. ὅπως δὲ ὁ Περσῶν στρατὸς ἐς γῆν τὴν Ῥωμαίων ἐσέβαλεν, ἐρῶν ἔρχομαι.* Verba *Βελισάριος — ἤνεγκεν* adeo male interrumpunt reliquam orationem arte cohaerentem, ut scholium marginale esse suspicer.

II 4 § 17. Vid. supra ad I 17 § 17.

II 7 § 36. *ᾤχοντο ὡς ἕκαστός πῃ ἐβούλετο.* Commemorat Haury coniecturam meam *οἳ* pro *ὡς*. Debebam e constanti Procopii usu proponere *οὗ*, quod soloece de motu quoque in locum adhibet.

II 9 § 15. *ἐνταῦθα κειμήλια χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου τοσαῦτα τὸ πλῆθος ὁ Χοσρόης εὗρεν, ὥστε τῆς λείας ἄλλο οὐδὲν ὅτι μὴ τὰ κειμήλια ταῦτα λαβὼν πλούτου τι μέγεθος περιβεβλημένος ἀπιὼν ᾤχετο.* Num forte *πλούτου ⟨πολύ⟩ τι μέγεθος*?

II 11 § 1. *ἐνταῦθά τε Ῥωμαίων οὐδένα οὔτε εὑρὼν οὔτε λυμηνάμενος* (Chosroes), *ἀπελούσατο μὲν* [*ἐκ*] *τῆς θαλάσσης τῷ ὕδατι μόνος* (*μόνον*?), *θύσας τε τῷ ἡλίῳ — ὀπίσω ἀπήλαυνεν.* Delevi suspectam mihi praepositionem. Pro *εὑρών*, quod sane corruptum, editor coniecit *αἱρῶν*, at necessarius videtur aoristus, ut recte sequitur *λυμηνάμενος* etc. Expectatur *ἑλὼν* vel *ἀνελὼν*.

II 11 § 21. *καὶ ὃς ⟨ἐπεὶ* add. editor*⟩ ἀνεπυνθάνετο κτέ.* Malim equidem *ὃς ⟨ὡς⟩ κτέ.*, quae facilior est correctio.

Digitized by Google

II 16 § 27. μετεῖναι δὲ τῆς Ῥωμαίων θαλάσσης ὑμῖν διὰ τῆς ἡμετέρας ξυμβήσεται χώρας, ἐν ᾗ πλοῖά σοι, ὦ βασιλεῦ, ναυπηγουμένῳ βατὸν οὐδενὶ πόνῳ τὸ ἐν Βυζαντίῳ παλάτιον ἔσται. Malim ⟨προσ⟩βατὸν.

II 24 § 10. οἷς δὴ ὁ βασιλεὺς αὐτίκα ἡγμένος αὐτῷ τε καὶ Μαρτίνῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἄρχουσιν ὅτι τάχιστα ἐσβάλλειν εἰς (l. ἐς cum G) τὴν πολεμίαν ἐπέστελλεν. εὖ γὰρ οἶδεν ὡς αὐτοῖς τῶν πολεμίων οὐδεὶς ἐμποδὼν γενήσεται. Male editor sprevit multo meliorem codicis G lectionem εἰδέναι pro οἶδεν.

II 28 § 8. χρῆναι δὲ ὑπὲρ τῆς ἀεὶ ἐκεχειρίας χρήματά τέ οἱ τὸν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα δοῦναι. Suspectam habeo voculam ἀεί, quam omittit cod. H. Num forte errore repetita est e proxime antegressis verbis οὕτω τε ἀδεέστερον ἀεὶ ἐς ἀλλήλους φοιτῶντες?

II 28 § 13. καὶ Ἀλαμούνδαρος μὲν ἕνα τῶν Ἀρέθα παίδων ἵπτους νέμοντα ἐξ ἐπιδρομῆς ἑλὼν τῇ Ἀφροδίτῃ εὐθὺς ἔθυσε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐγνώσθη οὐ καταπροῖεσθαι τὰ Ῥωμαίων πράγματα Πέρσαις Ἀρέθαν. Obscurissimum est quomodo ex eo sacrificio apparere potuerit *non* prodere Persis res Romanorum, cum praesertim Procopius alibi eius fidem merito suspectet. Nec tamen deleri potest negatio, quoniam etiam contrarium inde non poterat apparere.

II 28 § 16. Φάβριζός τε καὶ Ἰσδιγούσδας, ἀρχὰς μὲν περιβεβλημένω ἐνταῦθα μεγίστας καὶ ἄλλως λογισμῷ πονηροτάτω Περσῶν ἁπάντων κτέ. An ἄλλων λογισμῷ, *aliorum sententia*?

II 29 § 27. νῦν δὲ ὁ Γουβάζης μαθὼν τὴν Περσῶν ἔφοδον τῷ Λαγισθαίῳ ἐπέστελλε πέμψαι μέν τινας, οἳ Φυλάξουσι τὸν στενωπὸν ἰσχυρότατα. Hoc fecisse § 33 dicitur Lagisthaeus, qui *centum* tantum milites miserit ad tuendas angustias, multo pauciores quam quibus opus erat, nec tamen ita recte dici potuit § 33 αὐτὸς δὲ Πέτραν πολιορκῶν παντὶ τῷ στρατῷ οὐδὲν ἤνυσε, sed necesssario corrigendum παντὶ τῷ ⟨ἄλλῳ⟩ στρατῷ, ut cum alibi scribitur tum infra 29 § 20, p. 299, 8.

Digitized by Google

III 2 § 11. πόλεις τε γάρ, ὅσας εἶλον, οὕτω κατειργάσαντο ὥστε οὐδὲν εἰς ἐμὲ αὐταῖς ἀπολέλειπται γνώρισμα, ἄλλως τε καὶ ἐντὸς τοῦ Ἰονίου κόλπου, πλήν γε δὴ ὅτι πύργον ἕνα ἢ πύλην μίαν ἤ τι τοιοῦτο αὐτοῖς περιεῖναι συνέβη. Nullam reperio causam probabilem, cur Vandali *praesertim* urbes sitas citra sinum Ionium funditus deleverint. Quocirca Procopium scripsisse arbitror ἄλλας τε καὶ ἐντὸς Ἰονίου κόλπου.

III 2 § 21. οἵ τε γὰρ νέοι τῷ εὐπειθέστεροι τοῖς κεκτημένοις εἶναι τὸ ὕποπτον ἀπεκρούοντο. Malim εὐπειθέστατοι.

III 3 § 9. ζῶντα δὲ Βαλεντινιανὸς Ἰωάννην ἔν τε τῷ Ἀκολήιας ἱπποδρομίῳ — εἰσῆγεν ἐπόμπευσέ τε ὄνῳ ὑχούμενον καὶ — ἔκτεινεν. Sequentes aoristi suadent εἰσήγ‹αγ›εν.

III 4 § 15. ἐν δὲ δὴ Ῥώμῃ Πλακιδία μὲν πρότερον ἐτελεύτα, ἔπειτα δὲ Βαλεντινιανὸς ὁ ταύτης υἱός, ἅπαις ἀρσενογόνου. Imo vero ἄρσενος γόνου, ut more Herodoteo sed mutata dialecto passim dicit noster, v. c. mox p. 333, 13; 345, 3; 347, 7. Nec vero palaeographice aliud significat lectio ἄρσεν̊ γόνου, unde nata est librorum scriptura. Cf. etiam p. 20, 21; 119, 3.

III 4 § 37. τήν τε Εὐδοξίαν ἀχθομένην Μαξίμῳ καὶ πρότερον τίσασθαί τε αὐτὸν τῆς ἐς Βαλεντινιανὸν ἀδικίας ἐπιθυμοῦσαν ἔτι [δὲ] μᾶλλον εἰς (l. ἐς hic et alibi semper, ut Thucydidem secutus solet noster) αὐτὸν οἰδαίνειν ὁ λόγος ἐποίησεν. Pro vocula δὲ, quam cancellavit editor, scripserim δή.

III 6 § 4. λέγουσιν οὖν Ἄσπαρα τότε δείσαντα μὴ Βανδίλων ἡσσημένων ὁ Λέων ὡς ἀσφαλέστατα τὴν βασιλείαν κρατύνηται, πολλὰ Βασιλίσκῳ ἐπισκήψαντα παρακαθέσθαι οἱ Βανδίλους τε καὶ Γιζέριχον. Verba lacunosa et corrupta. Scribendum videtur ἐπισκήψαντι et post hoc supplendum fere ὑπουργοῦντα (sive χαριζόμενον) πεῖσαι Λέοντα aut similia. Hoc enim suadet antecedens narratio.

III 7 § 21. παραδίδωσιν Ἀρμάτος Ζήνωνι τὸ αὐτοῦ στράτευμα, ἐφ' ᾧ Βασιλίσκον Καίσαρά τε καταστήσεσθαι καὶ τελευτῶντι διάδοκον τῆς βασιλείας ἀπολιπεῖν. Non ipsius scriptoris sed li-

Digitized by Google

brariorum errore ita legi pro καταστήσασθαι arguit sequens ἀπολιπεῖν.

III 7 § 25. ἔνθα δὴ ψύχει τε καὶ λιμῷ πιεζόμενοι ἔς τε ἀλλήλους καταφεύγουσι καὶ τὰ φίλτατα περιβαλόντες σώματα διεφθάρησαν. Exquisitius sic sibi scribere Procopius visus est pro ἀλληλοκτονίας.

III 8 § 4. πολλῶν δὲ καὶ τὰς γλώσσας ἀπέτεμεν ἀπ' αὐτῆς Φάρυγγος, κτέ. Malim ἀπὸ τῆς Φάρυγγος.

III 9 § 10. οὐχ ὅσια ποιεῖς οὐδὲ τῶν Γιζερίχῳ διαθηκῶν ἄξια, εἴ τι τῶν Γιζερίχῳ βεβουλευμένων ὄφελός ἐστιν· γέροντα τε καὶ ξυγγενῆ καὶ βασιλέα Βανδίλων ἐν φυλακῇ ἔχων, καὶ βίᾳ τὴν ἀρχὴν ἀφαιρούμενος κτέ. Manifeste sic transponenda verba εἴ τι — ἐστιν, quae in libris leguntur post Βανδίλων.

III 10 § 26. Legerim: τούτῳ τῷ Γώδᾳ ὁ Γελίμερ Σαρδὼ τὴν νῆσον ἐπέτρεψε, φυλακῆς τε ἕνεκα καὶ ‹τοῦ› φόρου τὸν ἐπέτειον ἀποφέρειν.

III 11 § 33. σχῆμα βασιλέως περιβαλλόμενον καὶ δορυφόρους προσποιησάμενον. Requiro περιβαλόμενον. Idem mendum similiter tollendum infra V 21 § 16.

III 13 § 8. Ταινάρῳ προσέμιξαν, ἣ νῦν Καινούπολις ἐπικαλεῖται. Num recte ita scribitur, an legendum Καινόπολις?

III 15 § 18. Supplendum: μηδεὶς ὑμῶν, ὦ ξυνάρχοντες, ἐπιγνώμονες εἶναι τοὺς ‹ἐμοὺς› λόγους οἰέσθω, κτέ.

III 21 § 10. οὐ μὴν οὐδέ τι ἐμπόδισμα τῇ κατὰ τὴν πόλιν (Romam captam a Belisario) ἐργασίᾳ ξυνέβη, ἀλλ' ἐν ἀλούσῃ πόλει καὶ πολιτείαν μεταβαλούσῃ καὶ βασιλείαν ἀλλαξαμένῃ οὐδὲ τῶν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ξυνέβη τινὸς τὴν οἰκίαν ἀποκεκλεῖσθαι, ἀλλ' οἱ γραμματεῖς τὰ βιβλίδια γράψαντες τοὺς στρατιώτας, ὥσπερ εἰώθει, ἐς τὰς οἰκίας ἐσήγαγον αὐτοί τε ὤνιον ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς τὸ ἄριστον λαβόντες ὡς ἑκάστῳ ἦν βουλομένῳ ἡσύχαζον.

Quia pronomen αὐτοί non ad *scribas*, sed ad *milites* referendum esse sententia docet, scribendum videtur aut οὗτοί τε aut αὐτοί τε ‹οὗτοι›, quod fortasse praeferendum.

Digitized by Google

IV 5 § 24. βουλόμεθα δέ σε ὡς βέλτιστα βουλεύσασθαι ἢ ὡς ταχύτατα καὶ τὴν παρὰ τοῦ σοῦ βασιλέως προσδέχεσθαι γνώμην. Editor ante ἢ excidisse putat μᾶλλον, quae si esset sententia, nulla opus foret mutatione, si quidem iam Homerus βούλομαι ἤ dixit cum ellipsi vocis μᾶλλον, sed nescio an potius sit huius loci βουλεύσασθαι καὶ ὡς ταχύτατα κτέ. Passim confundi a librariis ἢ et καὶ nemo ignorat.

IV 11 § 18. καὶ γυναῖκας μὲν ξὺν τοῖς παισὶ κατέθεντο τοῦ κύκλου ἐντός· (τοῖς γὰρ Μαυρουσίοις καὶ γυναῖκας ὀλίγας [ξὺν τοῖς παισὶν del. Christ] ἐς παράταξιν ἐπάγεσθαι νόμος κτέ. *Paucae mulieres* minime sufficiebant, ut arbitror, itaque minime dubito, quin hic, ut saepe, perierit negatio, et supplendum sit ‹οὐκ› ὀλίγας.

IV 12 § 28. καὶ τότε Μαυρουσίων τοὺς ἀπολειπομένους γυναικῶν τῶν σφετέρων τὸ λόγιον ἐπῄει, ὡς ἄρα τὸ γένος αὐτοῖς πρὸς ἀνδρὸς ἀγενείου ὀλεῖται.

Postulabat, ni fallor, narrationis psrspicuitas, ut scriptor aut hic adderet aut in praegressis moneret imberbem fuisse Solomonem, itaque suspicor post ἀγενείου periisse verba ἀγένειος δ' ἦν Σολόμων aut similia.

IV 17 § 3. Malim: οὗ δὴ αὐτοῖς αἵ τε γυναῖκες καὶ ‹τὰ› τῆς λείας χρήματα ἦσαν.

IV 21 § 21. χλευάζοντες δὲ τὰ εἰρημένα οἱ βάρβαροι πάντως αὐτὸν (Sergium, qui Leuathorum ducibus promiserat se *amnestiam* sanctissimo sacramento iis confirmaturum) ὀμεῖσθαι τὰ Χριστιανῶν λόγια ἔφασαν, ἅπερ καλεῖν εὐαγγέλια νενομίκασιν. οὐκοῦν ἐπειδὴ Σέργιος ταῦτα ὀμόσας εἶτα τοὺς πιστεύσαντας ἔκτεινε, βουλομένοις σφίσιν αὐτοῖς εἶη ἐς μάχην ἰοῦσι τούτων δὴ τῶν λογίων ἀποπειρᾶσθαι, ὁποίαν τινὰ πρὸς τοὺς ἐπιόρκους δύναμιν ἔχουσιν, ὅπως αὐτοῖς βεβαιότατα πιστεύσαντες οὕτω δὴ ἐπὶ τὰς ξυνθήκας καθιστῶνται. Pro εἶη, quod non habet unde pendeat, corrigatur εἶναι, referendum ad ἔφασαν.

IV 26 § 5. καὶ ἔτυχέ γε τῆς ἀληθοῦς ἐννοίας, εἰ μὴ χειμὼν μεταξὺ ἐπιγενόμενος διεκώλυσε. Requiro κἂν ἔτυχε κτέ.

Digitized by Google

IV 26 § 13. ἐνταῦθα ἀφίκεται. Pro forma eschatobarbara aut e codd. PO ἀφίκετο fuerat recipiendum aut corrigendum ἀφῖκται. Saepe enim Byzantini et Procopius perfecto utuntur pro aoristo.

IV 27 § 28. Ἀρταβάνης δὲ καὶ Κουτζίνας ἐπῆγον ἐπὶ τοὺς ἐναντίους τὸ στράτευμα, οὓς δὴ οὐ [ξυν]ενεγκόντες οἱ ξὺν τῷ Ἀντώκ Μαυρούσιοι ἐς φυγὴν ὥρμηντο. Cancellavi apertum dittographema.

Ad vol. II.

V 2 § 16. Supra correxi ad III 11 § 33.

V 11 § 4. Legendum: ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον ⟨ἐπ⟩άνειμι. Vid. ad. I 5 § 40.

V 20 § 2. καὶ αὐτὸν (puerum Vittigin in luctatione victum) ὁ τῶν παίδων ὅμιλος ἐπὶ δένδρον ἐκρήμνων. Recipienda fuerat e cod. L ἐκρέμων, quae forma commendatur frequenti Procopii usu. Cf. vol. I pp. 185, 16; 303, 21; 404, 7; vol. II p. 217, 23; 218, 14 etc. De ἐπὶ pro ἀπὸ cf. I p. 6, 24; p. 25, 13.

V 23 § 13. Supplendum ἐν ⟨πύλῃ⟩ Σαλαρίᾳ. Nusquam enim alibi in frequenti huius aliarumque Romae portarum mentione hoc vocabulum omissum offendes.

V 24 § 28. τῶν τινες πατρίκιοι τὰ Σιβύλλης λόγια προὔφερον, ἰσχυριζόμενοι τὸν κίνδυνον τῇ πόλει ἄχρι ἐς τὸν Ἰούλιον μῆνα γεγενῆσθαι μόνον κτέ. Imo vero γενήσεσθαι. Similiter 28 § 29 sententia flagitat: διὰ ταῦτα μὲν Βελισάριος ἰσχυρίζετο τοὺς βαρβάρους ἐν ταύταις δὴ ταῖς ξυμβολαῖς πρὸς Ῥωμαίων ἡσσήσ⟨εσ⟩θαι.

V 29 § 7. ἐννοοῦντά με δὲ τό τε Βανδίλων πάθος — οὐδὲν ἐσέρχεται μέτριον. Transpone δέ με.

Digitized by Google

V 29 § 44. ὁ δὲ ἡμέρας δύο ἐπιβιοὺς ἐτελεύτησε λόγον αὐτοῦ πολὺν ἔν τε Ἰσαύροις καὶ τῷ ἄλλῳ στρατοπέδῳ ἀπολιπών.

Suspicantem me, coll. p. 195, 21 sq., locis bene multis πόθον, *desiderium*, reprimit tamen I 18 § 38 λόγον αὐτοῦ πολὺν τοῖς πολεμίοις ἀπολιπών, ubi πόθον absurdum foret.

VI 2 § 23. Requiro ἔργα μὲν ⟨οὖν⟩ ἐπιδειξάμενος μεγάλα κτέ. et similiter correxerim vol. II p. 234, 10 (VI 19 § 10).

VI 4 § 11 (166, 18). Narrationis perspicuitas post longas ambages postulare videtur subiecti mentionem, ut scribatur ἐν τούτῳ δὲ τῷ χωρίῳ ⟨Βελισάριος⟩ Βαλεριανόν, τοὺς Οὐνίους ἅπαντας ἀπαγαγόντα, χαράκωμα — ἐκέλευε ποιεῖσθαι.

VI 8 § 2 οὗτος δὲ Πρεσίδιος, ὅτι δὴ Γότθους προσκεκρουκώς, — φεύγει κτέ. Imo vero ὅ τι, *quidquid*. An est typorum vitium?

VI 11 § 6. ἤλπιζε γάρ, ἢν πεζοί τε καὶ μόνοι ἀρχόντων οὐκ ἀξιολόγων σφίσι παρόντων Ἀρίμινον ἔχωσιν, σφᾶς ποτε αὐτῆς ἐς πολιορκίαν Γότθων τὴν δύναμιν καταστήσεσθαι, ἀεὶ ὑπεριδόντας ἐπὶ Ῥαβέννης αὐτίκα ἰέναι, ἤν τε Ἀρίμινον πολιορκεῖν ἐθελήσωσι, τοῖς τε πεζοῖς τὰ ἐπιτήδεια ἐς πλείω τινὰ χρόνον ἀρκέσειν. Manifeste sententia aspernatur voculam τε, quam editor e cod. K addidit. Omittit eam cod. L, sed fortasse in γε refingenda est.

VI 14 § 10. οὐκ ἔχοντες Ἔρουλοι ἐφ' οὕστινας ἀνθρώπους τὸ λοιπὸν ἔλθοιεν, καταθέμενοι τὰ ὅπλα ἡσυχῇ ἔμενον, χρόνος τε αὐτοῖς ἐνιαυτῶν τριῶν ἐν ταύτῃ δὴ τῇ εἰρήνῃ ἐτρίβη καὶ αὐτοὶ ἐς ἄγαν ἀχθόμενοι Ῥοδοῦλφον ἀνέδην σφῶν τὸν ἡγεμόνα ἐκάκιζον κτέ. Quia parum hic conveniunt notiones *ipsi* et *ultro*, non dubito quin genuina lectio sit αὐτῇ, scil. τῇ εἰρήνῃ.

VI 14 § 13. Ἔρουλοι — ὁμολογοῦντες, εἰ μέν τι ἀπεστερήκασι τοῦ Φόρου, ἀλλ' αὐτίκα μάλα ξὺν μεγάλῳ αὐτὸ ἀπέτισαν κτέ. Manifeste ita scripsit Procopius memor nobilissimi loci Homerici Δ 160 sqq.

εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ' Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσε,
ὀψὲ καὶ ἐκτελέει σύν τε μεγάλῳ ἀπέτ(ε)ισαν,
σὺν σφῇσιν κεφαλῇσι γυναιξί τε καὶ τεκέεσσι,

Digitized by Google

cuius loci immemor doctissimus Homeri editor Christ infelicissime Procopio reddendum coniecit *ξὺν μεγάλῳ ⟨τόκῳ⟩*, nec magistri sui errorem animadvertit editor.

VI 17 § 23. *καὶ εἰ μέν τι ἰσχύος ἢ θάρσους περιεῖναι τοῖς πολιορκουμένοις τετύχηκε, πλείστους τε ἂν τῶν πολεμίων ἐπεξελθόντος αὐτοῦ ἔκτειναν.* Sententia flagitat *τετυχήκει.*

VI 19 § 29. *Νάρσης δὲ — ἰσχυρίζετο ἐν τῷ παρόντι ⟨περὶ⟩ τοῦ τῆς πολιτείας ξυμφόρου πολιτεύεσθαι.* De meo addidi praepositionem ita necessariam, ut de operarum errore fere cogitem.

VI 20 § 24. *τό τε πελιδνὸν ἐς τὸ μέλαν μεταβαλόντες δαδίοις τισὶν ἐς ἄγαν καυθεῖσιν ἐῴκεσαν.* Facillime confunduntur ΔΑΛΙΑ, *torres*, et ΔΑΙΔΙΑ, *faces*. Huius autem loci est *δαλίοις*. Cf. Thesaurus II p. 881 s. v. *δάλιον*.

Paucis interpositis secuntur haec: *ἐπειδὴ γὰρ σφίσιν ἀποσβεσθὲν ἅπαν τὸ θερμὸν ἔτυχεν, ὅπερ ἡ φύσις ἐντὸς ἔκαυσεν, εἴ τις ἐς κόρον αὐτούς, ἀλλὰ μὴ κατὰ βραχὺ θρέψειεν, ὥσπερ τὰ ἐπὶ καιροῦ τεχθέντα παιδία, οἵδε καταπέψαι οὐκέτι τὰ σιτία ἔχοντες πολλῷ διεφθείροντο θᾶσσον.*

Pro verbis omni sensu destitutis reponere non dubito: *ὥσπερ τὰ ⟨μὴ⟩ ἐπὶ καιροῦ θρεφθέντα παιδία*, quae non egent interprete. Si quis forte mavult *τὰ ἀπὸ καιροῦ*, quae formula saepe occurrit apud nostrum, per me licet; res enim redit eodem. In eo non sibi constat editor, plerumque enim scribens *ἀπὸ καιροῦ*, semel dedit *ἄπο καιροῦ*, ut constanter edidit *ἄπο τρόπου*.

VI 23 § 1. *εἰ πολέμου μὲν ἕτεροι ἐς τοσόνδε χρόνον διαφέρουσι μῆκος περὶ χώρας ἀρχῇ κτέ.* Sic dedit Haury e codice K, dum L habet *ἀρχήν*. Utrique lectioni praestat *ἀρχῆς*.

VI 25 § 22. *καὶ ταῦτα ἐς βασιλέα μέγαν ὑβρίζων, ὃν δή που τὴν ὕβριν μὴ λίαν ἐν τοῖς μεγίστοις ἀμείψεσθαι οὐκ εἰκὸς εἴη.* Expectatur aut *⟨ἂν⟩ εἴη* (nam voculae conditionalis omissio non est Procopiana) aut *ἐστιν*.

VI 29 § 11. *ὑμᾶς τε τοὺς ξυνάρχοντας καὶ τούσδε τοὺς βασιλέως*

Digitized by Google

πρέσβεις ξυνεισάγειν ἔδοξεν ἔμοιγε. Sic perperam editor scripsit e cod. K, nam procul dubio vera est lectio cod. L ξυναγαγεῖν.

VI 29 § 12. τῶν γὰρ ἀτοπωτάτων ἂν εἴη σιωπᾶν μὲν ἕως ἔξεστιν [ἐξ]ελέσθαι τὰ κρείσσω. Sic scribendum cancellata absurda praepositione repetita e verbo antecedenti.

VII 1 § 24. ἅπερ ἐγὼ ὅτῳ δὴ τρόπῳ ἐρῶν ἔρχομαι. Haec verba aperte nihil aliud significare possunt quam *quocumque modo* (i. e. sive recte sive perperam) *dicturus sum*, quamquam dubium non est quin Procopius dicere voluerit: *quae quomodo gesta sint significabo*. Egregie igitur fallitur editor adnotans: „ὅτῳ δὴ τρόπῳ <ἐγένετο> Herw., ὅτῳ δή<ποτε γέγονε> τρόπῳ Krus. *Utrumque frustra.*"

VII 1 § 40. Malim <ἡ> τοῦ Ἰλδιβάδου γυνή.

VII 4 § 3. πολλοὶ γὰρ δόξῃ οὐκ ἀληθεῖ ἐξηπατημένοι σφᾶς αὐτοὺς ἔσφηλαν καὶ καταφρόνημά τισιν οὐκ ἐν δέοντι γινόμενον τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς καταλῦσαι δύναμιν ἴσχυσεν, ἐπεὶ καὶ ἄλλως ἡ προλαβοῦσα κακοπραγία τούσδε τοὺς ἄνδρας εἰς εὐτυχίαν παρακαλεῖ. τύχη γὰρ εἰς (l. ἐς) ἀπόγνωσιν ἀγαθῶν ἐλπίδων <ἐλθοῦσα add. Haury> ἐς εὐτολμίας ὑπερβολὴν περιίσταται. Doceri pervelim quid sit *hortari ad felicitatem*, quasi vero quisquam nolit esse beatus. Universa sententia abunde docet Procopium dedisse εὐψυχίαν. Passim confundi a librariis τύχη et ψυχή norunt omnes, hic vero sequens τύχη eos induxit in errorem.

VII 6 § 4. ἐπεὶ δὲ Νεαπόλεως ὁ Ῥωμαίων στόλος ἀγχοῦ ἐγίνετο, κατέβαινε σκληρὸς ἄνεμος, ἐξαίσιόν τινα χειμῶνα ἐγείρων. καὶ ὁ μὲν ζόφος ἅπαντα ἐνεδίδου, ὁ δὲ κλύδων τὰς κώπας ἀνασπᾶν ἢ ἄλλο τι ἐνεργεῖν τοὺς ναύτας οὐκ εἴα. Ut certa est verborum ἅπαντα ἐνεδίδου corruptela, ita incerta est correctio. Apta quidem sed violentior est Christii coniectura ἅπαντα εἴλυεν. Mihi venit in mentem ἅπαντας ἐδεδίσσετο (quo verbo passim Procopius usus est), ut caliginem veteribus plus fere quam hodiernis hominibus terroris incussisse plurima historiae antiquae exempla docent.

Digitized by Google

VII 10 § 4. *ἐν τούτῳ δὲ οἱ ἐν Δυροῦντι πολιορκούμενοι τῶν ἀναγκαίων σφᾶς παντάπασιν ἐκλελοιπότων· βαρβάρους — ἐς λόγους ξυνῆλθον.* Haud dubie legendum *ἐπιλελοιπότων*, *deficientibus*, ut passim cum reliquis omnibus scribere solet noster, v. c. p. 369, 12 et 363, 7 et ubi non?

VII 11 § 23. *καὶ οἱ μὲν βάρβαροι Τίβουρον ἔσχον, Ῥωμαῖοι δὲ οὐκέτι ἐδύναντο ἐκ Τούσκων τὰ ἐπιτήδεια διὰ τοῦ Τιβέριδος ἐσκομίζεσθαι. πρὸς γὰρ τῷ ποταμῷ ἡ πόλις κειμένη κτέ.*
Non potuit Procopius, Belisarii comes, ignorare Tibur situm esse non ad Tiberim, sed ad *Anienem*, qui in Tiberim influit, itaque suspicor eum dedisse *πρὸς γὰρ τῷ <Ἀνιῆνι> ποταμῷ ἡ πόλις κειμένη*, vel potius *πρὸς γὰρ τῷ <ἐς τοῦτον ἐμβάλλοντι Ἀνιῆνι> ποταμῷ ἡ πόλις κειμένη.*

VII 12 § 3. *ἀφίγμεθα εἰς* (l. *ἐς*) *τὴν Ἰταλίαν, ὦ βασιλεῦ κράτιστε, ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων καὶ ὅπλων καὶ χρημάτων χωρίς, ὧν οὐδ' ἄν τις μὴ διαρκῶς ἔχων πόλεμον, οἶμαι, διενεγκεῖν οὐ μή ποτε ἱκανὸς εἴη.* Iure haerens in pronomine indefinito Haury improbante Christio proposuit *ὧν οὐδ' ἂν <ὧν> τις πολεμικώτατος> κτέ.* Plane autem sufficere mihi videtur lenissima correctio *οὐδ' ἂν εἷς.*

VII 12 § 5. In eadem Belisarii ad Iustinianum epistula legitur: *ὁρῶμεν δὲ καὶ τοὺς ἀπολελειμμένους ἐνταῦθα οὔτε αὐτάρκεις ὄντας καὶ κατεπτηχότας τοὺς πολεμίους δεδουλωμένους τε τὸ Φρόνημα τῷ πρὸς ἐκείνων πολλάκις ἡσσῆσθαι, οἵ γε οὐδὲ εἰκῇ τοὺς ἐναντίους διέΦυγον, ἀλλὰ τούς τε ἵππους ἀΦέντες καὶ τὰ ὅπλα ἐς τὴν γῆν ῥίψαντες.* Quid sibi velit in hac sententia *εἰκῇ*, *temere*, prorsus me latet. Intellegam: *οἵ γε οὐδὲ νικη<θέντες> τοὺς ἐναντίους διέΦυγον*, nam *victis* fugam capessere turpe non est, hi vero terrore correpti abiectis armis equisque missis terga vertere dicuntur.

VII 14 § 33. *ταύτῃ γὰρ αὐτοὺς καὶ τῇ ἀμΦ' αὐτὴν χώρᾳ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἅτε προσηκούσῃ τὸ ἐξ ἀρχῆς Ῥωμαίοις ὡμολόγει δεδωρήσεσθαι καὶ σΦίσι ξυνοικιεῖν μὲν δύναμις τῇ πάσῃ κτέ.* Merum librarii *σΦάλμα* est quod e cod. K recepit editor *δεδωρήσεσθαι* pro *δωρήσεσθαι*. Exhibet *δωρήσασθαι* cod. L.

Digitized by Google

VII 19 § 15. Βελισάριος μὲν οὖν καὶ ὁ Ῥωμαίων στόλος πόνῳ <πολλῷ> ἀναπλέοντες, ἅτε τοῦ ῥεύματος σφίσιν ἀντιστατοῦντες. Addidi quod ob ductuum similitudinem elapsum est πολλῷ. Cf. vol. I p. 17, 9; 40, 15; 293, 9; vol. II 549, 18; 555, 10; 641, 2. Opponi solet formula creberrima οὐδενὶ πόνῳ.

VII 19 § 24. Ἰσαάκης δὲ ταῦτα ἀκούσας οὐκέτι οἷός τ' ἦν ἐν αὐτῷ μένειν, ἀλλὰ πλέους τοῦδε μεταλαχεῖν ἐν σπουδῇ εἶχε κτέ. Ambigo utrum ἐν αὐτῷ explicandum sit ἐνταῦθα, scil. ἐν Πόρθμῳ, quod nomen in antecedentibus longiuscule distat, an potius scribendum sit ἐν αὐτῷ cum spiritu aspero, ut sit sententia: *non amplius continere se poterat.*

VII 24 § 29. διὸ δὴ καὶ Γότθοι εὐημεροῦντα μὲν τοῖς ἐγχειρήμασι Τουτίλαν (melius cod. L ubique habet formam probe Gothicam Τωτίλας) ἐτεθήπεσαν ἴσα θεῷ, ἄμαχόν τινα καὶ ἀήττητον ἀποκαλοῦντες, ἡνίκα πόλεων τῶν ἁλισκομένων ἐκ μοίρας τινὸς τὰ τείχη διαφθείρειν εἴα. Sententiae sane aptum est ἐκέλευε, quod proposuit editor, sed multo facilius ЄΙΑ nasci potuit ex ЄΓΝ, i. e. ἔγνω, quod aeque aptum est.

VII 26 § 20. Lege ἦ γὰρ <ἂν> πάντας σαγηνεύσας εὐθὺς τοὺς ἐναντίους εἷλεν. Incredibile dictu est quot locis in scriptorum Graecorum codicibus post γὰρ vocula ἂν exciderit.

VII 27 § 9. κυκλώσαντές τε αὐτοὺς οἱ πολέμιοι πλέον μὲν ἢ διακοσίους διέφθειρον, ἔμελλον δὲ <καὶ> Βῆρόν τε αὐτὸν καὶ τοὺς λειπομένους χειρώσασθαι, ἀλλὰ τύχη τις αὐτοῖς ξυμβᾶσα διεσώσατο. In tali sententia vocula καὶ, quam inserui, vix potest desiderari.

VII 31 § 8. γενόμενον δὲ τὸν Ἀρταβάνην ἐν Βυζαντίῳ ὁ μὲν δῆμος τῶν πεπραγμένων ἐθαύμαζε καὶ ἄλλως ἠγάπα. ἦν γὰρ εὐμήκης τε τὸ σῶμα καὶ καλός, τό τε ἦθος ἐλευθέριος καὶ ὀλίγα ἄττα ἐφθέγγετο. Bella scilicet causa aurae popularis praesertim apud Byzantinos, quos vix alius populus superabat loquacitate et iactantia. Pro verbis haud dubie corruptis legendum suspicor ἐπιχάριτα ἐφθέγγετο. Cf. VII 40 § 9 ἐστιάτωρ δὲ καθ' ἡμέραν οἷκοι ἡδύς τε καὶ ἐλευθέριος καὶ ἐπίχαρις.

Digitized by Google

VII 35 § 14. προνοήσας οὖν Οὐάκης ἅπας εἰς (l. ἐς) τὸν παῖδα τὸν αὐτοῦ (ex L revoca αὐτοῦ) ἡ ἀρχὴ ἄγοιτο, ἔγκλημα Ῥιστούλφῳ ἐπενεγκὼν αἰτίαν οὐκ ἔχον φυγῇ τὸν ἄνθρωπον ἐζημίωσεν. Quid significet ἔγκλημα αἰτίαν οὐκ ἔχον frustra quaerens emendo: αἰτίαν οὐκ ἔχον<τα> (i. e. ἀναίτιον ὄντα, *insontem*) φυγῇ τὸν ἄνθρωπον ἐζημίωσεν.

VII 36 § 10. αὐτὸν δὲ τὸν Γότθων στρατὸν ἄγχιστα πύλης τῆς εἰρημένης [ἣ Παύλου τοῦ ἀποστόλου ἐπώνυμός ἐστι] λανθάνων τοὺς πολεμίους. Additum τῆς εἰρημένης arguit haec verba a glossatore repetita esse ex modo antegressis § 7 ἀμφὶ πύλην, ἣ Παύλου τοῦ ἀποστόλου ἐπώνυμός ἐστι.

VIII 12 § 19. οἶνον δὲ οὐκ ἔτυχον ἐνταῦθα καταθέμενοι Πέρσαι, πλήν γε ὅτι τόν τε ὀξίνην καὶ διαρκῆ κύαμον. Permirum potionis genus *faba*! Quid lateat ignoro. Num forte ζῦθον, i. e. οἶνον κρίθινον?

VIII 15 § 4. ἐφ' ὧν δὴ ἔμελλον ἱστάμενοι Πέρσαι τοὺς πολεμίους ὥσπερ ἐκ πύργων κατὰ κορυφῆς ἐνθένδε βάλλειν. Revocanda e spreto ab editore cod. L, qui multas optimas praebet lectiones, formula κατὰ κορυφήν, qua ad Thucydidis exemplum passim utitur noster.

VIII 16 § 32. τῷ ἐς τὸν Χοσρόην ἔχθει ὡς ἥκιστα ἐς τὴν Ῥωμαίων ἀπόγνωσιν ἐγκλίνειν ἐθέλων. Ubinam quaeso ἀπόγνωσις aliud significat quam *desperatio*? Flagitat autem sententia ἀπόστασιν, *defectionem*.

VIII 17 § 18. πολλοὺς ἔκτεινεν, ἐν τοῖς καὶ τῶν Σαβείρων τὸν ἄρχοντα ξυνηνέχθη πεσεῖν. Similiter VIII 22 § 32 ναυσί —, ἐν ταῖς εἶναι ξυνέβη καὶ τῶν νηῶν τινας, αἳ — ἔφερον, ubi tamen optimus cod. K exhibet αἷς, ut scribere solet Procopius cum pedestribus omnibus. Nisi igitur multo plura et certiora miri illius usus exempla e nostro afferri poterunt, hic quoque corrigam ἐν οἷς.

VIII 19 § 13. τεθέαται γὰρ τῶν πάντων οὐδεὶς οὔτε ποίμνῃ κύνας ἐπιβουλεύσαντας οὔτε λύκους ἀμυνομένους αὐτῆς πώ-

Digitized by Google

ποτε. Absurda lectio. Corrige sodes: οὔτε λύκους ἀμύνοντες αὐτῇ (sc. τῇ ποίμνῃ) πώποτε.

VIII 23 § 18. ἐς δὲ τὸν Ἀγκῶνα ἡμῖν ἡ προσδοκία μεμένηκε πᾶσα τοῦ καὶ τοῖς ἐξ ἠπείρου τῆς ἀντίπερας καταίρουσαν ἐνταῦθα προσχεῖν δυνατοῖς εἶναι καὶ ἀσφάλειαν ἔχειν. Imo vero προσ<σ>χεῖν, *appellere*. Non debebat editor lectores suos ludificari sequendo librariorum exemplum in talibus simplex a duplice sigma non distinguentium!

VIII 25 § 17. τὰ δὲ διαιρεθέντα ἕνια [σχῆμα recte del. Haury] μὲν αὖθις ἐς ταὐτὸ ξυνιόντα τὸ πρότερον τῇ γῇ σχῆμά τε καὶ εἶδος ἀπέδωκεν, ἔστι δὲ οὗ καὶ διεστηκότα μεμένηκεν. Propter opposita ἕνια μὲν merito expectatur ἔστι δὲ ἃ, sive librariis sive ipsius scriptoris neglegentiae vulgata scriptura tribuenda est.

VIII 27 § 27. Supplendum: τῇ γὰρ τῆς ἐμφεροῦς ἀτοπίας ὀκνήσει τὴν ἐπίταξιν αὐτῶν ἀναχαιτίσειν <ἐλπίδα> εἶχεν. Fugit hic locus editoris diligentiam similiter emendantis locum simillimum VIII 7 § 6 οὐδὲ γὰρ αὐτὸ ἐξ ἐπιδρομῆς ἐξαιρήσειν τὸ λοιπὸν <ἐλπίδα> εἶχεν.

VIII 32 § 20. οὐ μόνον Γότθοι δὲ ἀνῄρηντο, ἀλλὰ καὶ τῶν πάλαι Ῥωμαίων στρατιωτῶν πλεῖστοι, τῶν τε πρότερον ἀποταξαμένων μὲν τῇ Ῥωμαίων στρατιᾷ, ἀπηυτομοληκότων δέ. Corrigendum τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς, aut, quod fere praetulerim, παρατα ξαμένων, qui antea in Romanorum exercitu militaverant, *sed transfugerant ad hostes*.

VIII 32 § 28. ἐπεὶ καὶ τὰ πράγματα πρότερον τῷ ἀνθρώπῳ ἐχώρησε. Fortasse non necessaria est editoris coniectura ἐχώρησεν <ἐπὶ μέγα>, propterea quod formula τὰ πράγματα χωρεῖ (sive προχωρεῖ) noto usu idem significat quod εὖ sive εὐτυχῶς χωρεῖ. Vid. Thesaurus s. v. χωρέω. Neque aliter noster v. c. I 14 § 16.

Finem huic scriptiunculae imponam indicando locos aliquot, mihi valde suspectos, ubi legitur aoristi aut praesentis pro futuri infinitivo aut ratione inversa.

Digitized by Google

I 3 § 17. ἦν γε — ὅρκους — ὀμνὺς τὰ πιστὰ δοίη, μήποτε Πέρσας ἐπὶ τὸ Ἐφθαλιτῶν ἔθνος στρατεύσασθαι.

I 14 § 33. οὐδέν μοι δοκῶ ἐνταῦθα ξὺν τοῖς Ἐρούλοις μένων τοὺς πολεμίους ἐργάσασθαι μέγα, ubi editor citat coniecturam meam ἐργάσεσθαι (Possis etiam οὐδὲν <ἂν> — ἐργάσασθαι).

II 3 § 9. πείθειν βασιλέα ὑποσχόμενος.

II 6 § 4. ἡμᾶς μὲν τὰ ἐπιτήδεια ἐπιλείψειν εἰκός, Πέρσας δὲ ἅπαντα ἐκ τῆς ἡμετέρας — κομίζεσθαι. Futurum verborum in ίζειν apud Procopium modo Atticorum more exit in ιῶ, modo in ίσω.

II 14 § 29. τὰ ξυγκείμενα ἐπιτελῆ ποιήσειν ἤθελον pro ποιῆσαι aut ποιεῖν.

II 18 § 12. θαρρήσουσιν ἐπιθήσεσθαι pro ἐπιθέσθαι.

II 26 § 45. αὐτὸν δὲ ὡς ἥκιστα οἷόν τε εἶναι τὸν Ῥωμαίων αὐνοκράτορα πείθειν τῆς πρὸς Χοσρόης Φιλονεικίας ἀφέμενον τὴν εἰρήνην πρὸς αὐτὸν θήσεσθαι pro θέσθαι.

Ibidem § 46. ὑποσχόμενον πρέσβεις τε — ἀφίξεσθαι καὶ τὴν εἰρήνην ἐν τῷ βεβαίῳ κρατύνασθαι.

III 11 § 22. Τρίπολιν μὲν ἀνασώσασθαι μόλις ἤλπισεν.

VII 20 § 12. δέξασθαι τῇ πόλει αὐτόν τε ὠμολόγουν καὶ τὸν Γότθων στρατόν.

VII 36 § 25. ἀπομόσαντες τε μηκέτι τοὺς Γότθους στρατεύεσθαι.

VIII 17 § 6. ταῦτα εἰπόντας ὁ βασιλεὺς μεγάλοις τοὺς ἄνδρας ἀγαθοῖς δωρήσασθαι.

VIII 24 § 3. διαπράξασθαι — ἐν ἐλπίδι εἶχον.

VIII 24 § 4. δασμοὺς δὲ καὶ Φόρους ὑπὲρ τῆς ἐρήμου ἀποφέρειν ὁμολογοῦσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος καὶ συμμαχήσειν καὶ κατήκοοι — αὐτῷ ἔσεσθαι. Sed incertiorem lectionem ἀποφέρειν reddunt variae lectiones. Verbum enim omittit cod. W (et abesse posse videtur), ἀποφέρεσθαι vero exhibet L.

VIII 27 § 21. ὅρκοις τε ἀλλήλους κατέλαβον ἢ μὴν Φιλίαν — διασώσασθαι.

Digitized by Google

De vitiosa hac syntaxi iudicantibus reputandum est, cum simillima vitia passim in bonorum quoque scriptorum operibus occurrere, tum vero Procopium longe plurimis locis verba *sperandi, promittendi, iurandi* recte et ordine coniungere cum futuri infinitivo. Cum hac huiuscemodi stribiliginum paucitate comparetur velim summa constantia vitiorum Byzantinorum quae ipsi scriptori imputanda sunt, velut quod ἦν ceteraeque coniunctiones cum vocula ἄν compositae optativum et indicativum adsciscere solent. Byzantinorum quidem faciem non distinxisse terminationes σαισθαι et σεσθαι papyri Aegyptiaci abunde docent, sed Procopius, assiduus veterum lector et imitator, pro aetatis suae modulo erat homo doctus admodum et eruditus. Sed de hac quidem quaestione iudicato ut cuique fort animus.

Quod ad scribendi rationem attinet, lectionum varietatem in codicibus examinans non dubito quin Procopius ubique secutus sit Thucydidis exemplum, ut constanter scriberet ἐς pro εἰς, σσ pro ττ, ξ pro σ, ρσ pro ρρ.

Simulatque reliqua Procopii opera in nova editione prodierint, haec studia deo volente continuabo.

CICERO.

Cic. Tusc. I. 40: *Qui cum coniectus in carcerem triginta iussu tyrannorum venenum ut sitiens obduxisset, reliquum sic e poculo eiecit, ut id resonaret, quo sonitu reddito adridens „Propino", inquit, „hoc pulchro Critiae", qui in eum fuerat taeterrimus. Graeci enim in conviviis solent nominare, cui poculum traditurus sint. Lusit vir egregius extremo spiritu, cum iam praecordiis conceptam mortem contineret, vereque ei, cui venenum praebiberat, mortem eam est auguratus, quae brevi consecuta est.*

Deleatur interpretamentum molestissimum quod est *Graeci enim in conviviis solent nominare, cui poculum traditurus sint.* Quid sibi velint verba *propino hoc pulchro Critiae,* in sequentibus optime ipse Cicero illustravit (*vereque .... auguratus*), qua de causa ludi magistro illi reddatur elumbis sua adnotatiuncula.

P. H. D.

Digitized by Google

OBSERVATIUNCULAE DE IURE ROMANO.

SCRIPSIT

J. C. NABER S. A. FIL.

(*Continuantur ex Vol. XXXIII pag.* 397).

XCIII.

DE DEPOSITO USURARIO [1]).

Debet usuras is, qui depositam pecuniam accepit, sive in restituendo *mora(m)* fecit [2]), quod commune est omnium bonae fidei iudiciorum [3]), *sive* usuras *percepit* ipse, *sive pecunia in re sua usus est* [4]), non eius permissu qui deposuit, quia placet mutuam fieri pecuniam, ex quo vel dominus ea uti permiserit [5]), vel depositarius usus sit, quum ab initio convenisset, ut, si vellet, uteretur [6]). Quamquam turbat Paulus l. 29 § 1 D. 16. 3: *si ex permissu* [7]) *meo deposita pecunia is penes quem deposita est utatur, ut in ceteris bonae fidei iudiciis usuras eius nomine*

1) Cf. Niemeyer, depositum irregulare (1889).

2) Paul. Sent. II 12 § 7 (= Collat. X 7 § 7); c. 2 C. 4. 34.

3) L. 32 § 2 D. 22. 1; c. 2 C. 4. 34. — Idem est in petitione fideicommissi (l. 78 § 2, l. 87 § 1 D. 31), *verbis enim fideicommissi bonam fidem inesse constat* (l. 56 (54) D. 36. 1). Sane, ubi alia causa est, cur praestentur usurae, *mora* (*non*) *considerabitur* (Vat. fr. § 2).

4) L. 28 D. 16. 3; c. 4 C. 4. 34, — Exigit praeterea *moram* Papinianus l. 25 § 1 D. 16. 3 qua de re dicetur infra.

5) Collat. X 7 § 9 (Paul.); l. 9 § 9 D. 12, 1; l. 34 pr. D. 17. 1.

6) Cf. l. 10 D. 12. 1; l. 1 § 34 D. 16. 3.

7) Intelligi potest ab initio permissum vel post. Utroque tamen modo turbat (Niemeyer, op. cit. p. 60/1). Itaque corrigebat Huschke *impermissu* (Niemeyer op. cit. p. 56).

Digitized by Google

praestare mihi cogitur. Itaque ne turbet, verba *ex permissu meo* interim ei adsignabo, quem statim demonstrabo invexisse depositum usurarium ex conventione [1]), id est, Triboniano. Quaeritur enim, utrum in deponendo convenire possit, ut omnino praestentur usurae. Quod procedit iure utique novissimo, nam legitur l. 24 D. 16. 3 in causa depositi: *si .... ab initio de usuris praestandis convenit, lex contractus servabitur,* et item l. 26 § 1 eod.: *secundum conventionem usurae quoque actione depositi peti possunt.* Adnotat Niemeyer [2]), his verbis remissam videri stipulationem usurarum et confirmatum *pactum nudum de praestandis usuris,* quod *iure civili nullius est momenti* [3]). Cui simile est, quod placuit Sabino: *mandati tene(ri), qui mandavit tibi, ut Titio pecuniam fenerares* [4]), quibus verbis remittitur stipulandi necessitas in pro alio obligationibus [5]). Attamen, quum dicat Niemeyer stipulationem usurarum Papinianum (l. 24 cit.) Paulumque (l. 26 § 1 cit.) remittere, ludificare eum Tribonianum dixerim. Et quid apertius, quam inter Paulum et interpolatorem ita dividendum esse:

> *Lucius Titius ita cavit:* ἔλαβον καὶ ἔχω εἰς λόγον παρακαταθήκης τὰ προγεγραμμένα ....., καὶ συνεθέμην χορηγῆσαί σοι τόκον ἑκάστης μνᾶς ἑκάστου μηνὸς ὀβόλους τέσσαρας μέχρι τῆς ἀποδόσεως παντὸς τοῦ ἀργυρίου. *Quaero an usurae peti possunt? Paulus respondit eum contractum, de quo quaeritur, depositae pecuniae modum excedere* [et ideo secundum conventionem usurae quoque actione depositi peti possunt].

Mentis male tutae fuisset Paulus, si scripsisset, *ideo* depositi actionem competere, quia res depositi modum excedat [6]). Nec mutat quod eidem acceptum refertur l. 5 § 4 D. 19. 5: *pos(se)*

---

1) Eiusdem enim esse videtur introducere depositum ut tantundem reddatur et conservare depositi actionem, quum res transire videatur in causam mutui (cf. Niemeyer, op. cit. p. 48 ia. p. 53).

2) Op. cit. p. 76-78.

3) Paul. Sent. II 14 § 1 (cf. tamen l. 41 § 2 D. 22. 1).

4) Gai. III § 156.

5) Cf. inprimis l. 32 D. 17. 1 vv. *neque enim mult(um) referre, praesens quis interrogatus fideiubeat an absens vel praesens mandet.*

6) Hoc ante me vidit Lenel (in Palingenesia).

Digitized by Google

mandatum ex pacto etiam naturam suam excedere [1]), nam nec legitur ibi excedere oportere, ut secundum conventionem actio mandati competat, et est omne argumentum periculosum, quod ducatur ex l. 5 cit., quae adeo suspecta est, ut iam non certent viri docti, sitne aliqua ex parte Triboniani, sed sitne ex parte Pauli. Ceterum non hoc negatur *pacta conventa inesse bonae fidei iudicio* [2]), sed quaeritur, quatenus id obtineat. Et videtur dicendum, quidquid *extra naturam contractus conveniat* [3]), id pactum obligatorium esse, verum enimvero quidquid contractus *modum exced(at)*, id ratum esse posse nullo modo [4]). Videtur sane Stephano [5]) in causa depositi convenire posse παρὰ τὴν ἀγαθὴν πίστιν καὶ τὴν φύσιν τοῦ συναλλάγματος, quod ideo dicit, quia legit apud Papinianum [6]), *contra bonam fidem et depositi naturam es(se) usuras ab eo desiderare temporis ante moram, qui beneficium in suscipienda pecunia dede(rit)*, nihilo vero minus, *si ..... ab initio de usuris praestandis conven(erit) lege(m) contractus serva(ri)*. Nos Papiniano eo potius novissimam clausulam abiudicabimus, quia in facti specie, quod tractat, ne intercesserat quidem pactio de usuris praestandis. Intercesserat in ea specie, quam tractat Scaevola l. 28 eod.:

> *Quintus Caecilius Candidus ..... Paccio Rogatiano suo salutem. Viginti quinque* nummorum quos (Lenel: *milia HS quae*) *apud me esse voluisti, notum tibi ista hac epistula facio ad ratiunculam meam pervenisse, (de) quibus ut primum prospiciam ne vacua tibi sint* [7]). *Quaesitum est, an ex ea epistula etiam usurae peti possint. Respondi: deberi ex bonae fidei iudicio usuras, sive percepit, sive pecunia in re sua usus est.*

Negat igitur Scaevola, cui mos est *magno ingenio de iure*

---

1) Cf. l. 34 pr. D. 17. 1, ubi Stephanus recte: πλατύνεται γὰρ ἐνταῦθα ἡ φύσις τῆς *mandati*. Sed ibi quoque Tribonianum agnoscere mihi videor, scilicet, ut Africani nihil sit post: *mandati obligatum fore procuratorem*. Cf. Longo, *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XVII (1905) p. 81-85.

2) L. 7 § 5 D. 2 14.

3) L. 7 § 5 cit.

4) Cf. quoque Celsus l. 48 § 2 D 17. 1.

5) Sch. 4 Στεφάνου ad Bas. 13. 2. 26.

6) L. 24 D. 16 3.

7) In Pandectis additur: *id est, ut usuras eorum accipias, curae habebo*. Quod cancellat Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XI (1890) p. 6.

Digitized by Google

aperto respond(ere) [1]), *ex ..... epistula* deberi, quae non veniant officio iudicis, usuras. Nec videtur omnino ante Tribonianum cuiquam placuisse depositum dari ex conventione usurarium, quum lex sit depositi, *in ea causa ..... compensationi*, id est, commutationi [2]), *locus n(e si)t*, quia *res ipsa reddenda est* [3]), nec patiatur ratio, ut usurae conveniant pro eius pecuniae usu, quae pecunia non sit movenda. Itaque qui invenit depositum usurarium, idem invenit depositum, *ut tantundem redd(atur)*, quod hodie vocant irregulare, idque obtrusit Papiniano l. 25 § 1 D. 16. 3:

> *qui pecuniam apud se non obsignatam* [ut tantundem redderet] *depositam ad usus proprios convertit*, post moram [4]) *in usuras quoque iudicio depositi condemnandus est.*

Quae inclusi, quam sint genuina, ipse locus ubi inserta sunt, demonstrat [5]). Aeque gravis est interpolatio in Alfeni tractatu de actione oneris aversi [6]), ubi a re aliena sunt et sine dubio Triboniani: *idem iuris esse in deposito; nam, si quis pecuniam numeratam ita deposuisset, ut neque clusam neque obsignatam traderet, nihil aliud eum debere, apud quem deposita esset, nisi tantundem pecuniae solvere*[t]. Quasi vero id aut Alfeni temporibus iuris fuerit [7]), aut is ibi depositi parum securus; totus in eo, ut ostenderet *supervacuum esse iudicium oneris aversi*, atque adeo *improba(ndum)*. Restat Papiniani l. 24 D. 16. 3, quam exscribam paragraphis et characteribus distinctam, ut appareat, quid primi

---

1) L. 109 D. 35. 1.

2) Cf. superius caput XXVIII.

3) Paul. II 12 § 2.

4) Moram nec exigit Scaevola (l. 28 D. 16. 3), nec Gordianus (c. 4 C. 4. 34), nec in causa proxima, id est, mandati Ulpianus (l. 10 § 3 D. 17. 1) et videtur, quum sola mora sufficiat, ut debeantur usurae, altera utra causa abundare. Numquid igitur verba *post moram* interpolatori adsignabimus? Cf. tamen l. 60 pr. D. 17. 2: *socium qui in eo quod ex societate lucri f(e)cer(a)t, reddendo moram adhibuit, cum ea pecunia ipse usus sit, usuras quoque praestare debere Labeo ait, sed non quasi* usuras (l. *usum*), *sed quod socii intersit moram eum non adhibuisse. Sed, si aut usus ea pecunia non sit aut moram non fecerit, contra esse* etc. Ergo apud Papinianum nihil temere cancellandum est.

5) Itaque Niemeyer, quod non possint recte referri ad *depositam* (op. cit. p. 7/8), ideo refert ea ad *non obsignatam* et vertit: *ut posset uti* (ib. p. 47/8).

6) L. 31 D. 19 2.

7) Nam ne Papiniani quidem.

Digitized by Google

auctoris sit, quid notas scribentium Pauli et Ulpiani, quid denique Triboniani:

Lucius Titius Sempronio salutem. Centum nummos, quos hac die commendasti mihi, ... quando voles et ubi voles confestim tibi numerabo [1]). *Quaeritur* [2]) *propter usurarum incrementum. Respondi depositi actionem locum habere, quid est enim aliud commendare, quam deponere?*

(§ 1) *Quod ita verum est, si id actum est, ut corpora nummorum eadem redderentur, nam, si ut tantundem solveretur convenit, egreditur ea res depositi notissimos terminos.*

(§ 2) [In quae quaestione si depositi actio non teneat]. *Cum convenit tantundem, non idem reddi, rationem usurarum haberi non facile dicendum est.*

(§ 3) *Et est quidem constitutum in bonae fidei iudiciis, quod ad usuras attinet, ut tantundem possit officium arbitri, quantum stipulatio: sed contra bonam fidem et depositi naturam est, usuras ab eo desiderare temporis ante moram, qui beneficium in suscipienda pecunia dedit.*

(§ 4) vid. supra.

Principium et tertia paragraphus, quod vidit Niemeyer [3]), ita cohaerent, ut interposita necessario Papiniano abiudicanda sint. Sed cui dabimus primam et secundam? Certe prima non est nota Triboniani, qui invenit ipse depositum *ut tantundem solveretur*, sed esse potest Pauli, cuius exstat simile responsum [4]). Secunda quoque paragraphus antiqua nota est [5]), sed cum interpolatione Triboniani [6]), qui dicere voluit: *si depositi actio non tene(re)t*, ubi convenisset tantundem reddi, tunc fore, ut ratio

1) Similis cautio exstat in fontibus Brunsianis (1893) no. 129.

2) Quae teneat actio.

3) Op. cit. p. 36 sq. (cum not. 8).

4) L. 26 § 1 D. 16 3.

5) Hactenus mihi convenit cum Ottone Lenel. Utramque enim paragraphum notarum auctori adscribit (ad Papin. 167), magisque Paulo quam Ulpiano (ad Paul. 1474).

6) Interpolationem concurrere non docet Lenel (in Palingenesia utique).

Digitized by Google

usurarum haberi non posset, at, quia teneat, haberi posse rationem; nec aliter intellexit Stephanus [1]): *ἐν δὲ τῇ παρούσῃ ζητήσει, εἴ τις εἴποι χώραν μὴ ἔχειν τὴν depositi, ἐπειδὴ τοσούτους, οὐ τοὺς αὐτοὺς, συνεφωνήθη δοθῆναι, — οὐδεὶς δὲ τοῦτο λέγει· ἁρμόζει γὰρ ἡ depositi ὡς ὑποκατιὼν* [2]) *δηλοῖ — οὐκ εὐχερῶς (τοῦ) πρὸ τῆς προκατάρξεως χρόνου τόκος ἀπαιτηθήσεται* [3]). Iure genuino igitur nemo deponere creditur, qui sibi tantundem reddi paciscatur, nec potest ex conventione vel usurarium esse depositum vel huius actio salva esse, quum deponentis permissu pecunia deposita depositarius usus sit, *aliud est enim credere aliud deponere* [4]), nec ab ullo umquam istae causae commiscentur, Triboniano excepto. Proinde non videntur apud mensam *depositas pecunias habe(re)*, qui *foenore* eas *apud nummularios vel cum* [5]) *nummulariis* vel per ipsos [6]) *exerc(e)ant*, sed, *qui vel postea usuras acceper(i)nt*, etiam hi privilegium suum ilico amittere, *quasi renuntiaverint deposito* [7]).

XCIV.

QUID SIT TESTAMENTUM.

Scribit Mitteis [8]) papyrorum [9]) ope demonstrari posse, per provincias vel certe per Aegyptum testamentum quod proprie sic dicatur („*das eigentliche Testament*"), quale fuerit Romanis

---

1) In medio sch. I ad Bas. 13. 2. 24.

2) Id est § (mihi) 4.

3) Id est: *οὐκ ἂν εὐχερῶς . . . . ἀπαιτηθείη.*

4) L. 24 § 2 D. 42. 5. Adnotat Mitteis, *Ztschr. der Sav.-St.* XIX (1898) p. 211: „*wie sehr diese Vorstellung den Römern in Fleisch und Blut übergegangen war, zeigt* .... l. 19 pr. D. 14. 3, ... l. 13 pr. D. 14. 3, ... Plaut. Curc. 480."

5) *Commendae* genus („*Bank*-commenda") intelligit Goldschmidt, *Ztschr. f. Handelsrecht* 35 (1889) p. 81[*97]. Cf. praeterea Mitteis, *Ztschr. der Sav.-St.* XIX (1898) p. 207/8.

6) *Vel per ipsos* mihi suspectum est. Explicat qualiterqualiter Mitteis (l.l. p. 207).

7) L. 7 § 2 D. 16. 3.

8) Herm. XXX (1895) p. 611.

9) Berol. (*BGU*) 183 et 251, quibuscum conferri iubet (p. 610) 252. Hodie laudaret P. Fay. 97 et facilius obtineret

Digitized by Google

cognitum, sed ne Aegyptiis quidem incognitum (*„wie es bei den Römern üblich ist und in (BGU) nr.* 86 *auch von einem Aegypter errichtet wird"*), concurrisse [1]) cum *divisione parentis inter liberos*, quae forma [2]) sit antiquior [3]) inveniaturque etiam apud Graecos, Lysiam scilicet (XIX § 37) et Demosthenem (XLIII § 19). Quamquam dubitat ipse, sitne ibi divisio *inter* liberos [4]) intelligenda, ac non potius *cum* filiis [5]) (*„allerdings scheint von der griechischen Ueberlieferung beide Male reelle Theilung vorausgesetzt"*), qualis intelligitur legibus Gortynica [6]) et Naupacti [7]), exstant autem exempla eius, omnibus notum in evangelio Lucae [8]), recens cognita inter papyros Oxyrrhynchitas [9]) atque Berolinenses [10]), historicis nota in legibus Burgundionum [11]) et Baiuvariorum [12]) aliisque Germanicae antiquitatis monumentis [13]). Apud Romanos quidem solus Cicero auctor est [14]) *cum* filiis parentes bona sua partiri solitos, nam quod habet l. 4 § 1

---

1) Pugnam ipse vocat (*„einen Kampf"*).

2) Cuiusnam rei non exprimit.

3) *„mit der aelteren Form der* divisio etc." Unde datum hoc sentit?

4) *Inter* liberos divisionem appellamus, quae mortis causa fiat (Mitteis, l.l.: *„Papiertheilung"*).

5) *Cum* filiis divisionem appellamus divisionem inter vivos (Mitteis: *reelle Theilung"*; Polacco, *della divisione fra discendenti* (1884) p. 181 (*somm.* § 116: *„divisione contrattuale"*), etsi pater nihil sibi reliqui fecerit, sed omnia diviserit filiis.

6) Col. IV lin. 23-31. Dubitari possit ad utram divisionem pertineant haec: τὸν πατέρα .... καρτερὸν ἦμεν τᾶδ δαίσιος καὶ τὰν ματέρα τῶν ἐῶν αὐτᾶς (cf. Pap. Oxyrrh. 493 lin. 6-8: ἐξεῖναι τῷ ἐπιζήσαντι ἀφ' ἡμῶν διατάσσειν τοῖς .... τέκνοις .... ἐφ' ᾧ ἐὰν αἱρῆται μερισμῷ). Sed extrema clausula: αἱ δέ τις ἀταθείη κτέ. ad solam *cum* filiis divisionem referri potest.

7) *Inscr. jur. gr.* XI § 8 ia. ibid. pag. 190².

8) XV § 12, 13. — Indorum leges laudare maluit Polacco, *della divisione tra discendenti* (1884) § 2.

9) 248 lin. 9; 713 lin. 23-34. Dividit utrubique cum filiis mater.

10) (*BGU*) 1013. Dividit ibi cum filiabus mater retento annuo.

11) I § 1, 2; XIV § 7; XXIV § 5; LI § 1, 2; LXXV § 1; LXXVIII § 1, 2 (Walter, *deutsche Rechtsgesch.* (1857) § 509 not. 1).

12) I 1 (Walter, l.l.).

13) Heusler, *die Gewere* (1872) p. 45/6; Add *Sachsensp.* I 5 § 1; I 13; II 19 § 1; Beseler, *System* (1866) § 144; Polacco, op. cit. p. 181-200. De iure Gallico cf. Loysel, *Institt. cont.* no. 659 (io. 307); Polacco, op. cit. p. 200-219,

14) Accus. III 44 § 113: *quibuscum vivi bona nostra partimur.* — Eiusmodi divisionem iure Romano non procedere, nisi cum emancipatione coniuncta sit, manifestum putarem, nisi aliud placuisse viderem Cuiacio (Paris.) IX p. 545 A.

Digitized by Google

D. 41. 10: *si pater* [cum] *filiis bona qnae habebat partitus sit*, id ad divisionem *inter* liberos pertinere, sequentia demonstrant: *et* si filii *ex ea causa post mortem patris ea teneant, quod inter eos conveniret, ut ea divisio rata esset, usucapio his procedet pro suo in his rebus, quae alienae in bonis patris inveniuntur* [1]). Fit autem *cum* filiis divisio aut cum omnibus filiis (ut in Baiuvariorum et in Burgundionum legibus) aut cum uno filio certisve ut apud Lucam et in pap. Oxyrrh. 713 et in ipsa lege Gortynica (*ἀποδάτταθθαι τῶι ἀταμένωι*). Ad oratores quidem Atticos quod attinet, nulla de causa dubitat Mitteis aut ad divisionem *inter* liberos referre Demosthen. XLIII § 19 (*διένειμεν αὐτοῖς τὴν οὐσίαν ὁ πατήρ, ... νειμάμενοι δὲ τὴν οὐσίαν κτέ.*), aut ex diverso Lys. XIX § 37 (*εἴ τις .... τοῖς παισὶ διένειμεν, οὐκ ἐλάχιστ' ἂν αὐτοῦ ὑπέλειπεν*) ad divisionem *cum* filiis [2]), quum nemo mortis causa dividens sibi partem servare cogitet. Est praeterea talis divisionis, qualis fit apud Lucam, id est patris cum altero filio exemplum apud Demosthenem XLVII § 34, 35 (*ὅτι νενεμημένος εἴη* (*πρὸς τὸν ἀδελφὸν Θεόφημον*) *καὶ χωρὶς οἰκοίη ὁ Θεόφημος, αὐτὸς δὲ παρὰ τῷ πατρί*), quem locum ideo fortasse neglexit Mitteis [3]), quia non satis intellexit *νενεμημένον* posse dici, cuius cum fratre divisionem pater praevenerit. Praeterea, quum oppositurus esset Mitteis testamentum, *quod proprie sic dicatur*, divisioni, dicere debuerat, quid *proprie* sit testamentum, non enim de ea re ita constat, ut praetermitti definitio tuto possit, eo vel minus, quia ipsis Romanis testamenti factio ad nihil pertinere aliud dicitur, nisi *ad bonorum (testatoris) divisionem faciendam* [4]), quae ut rata sit efficere potest

---

1) Fieri praeterea potest, ut sit ad *cum* filiis divisionem referendus primus sensus c. 1 C. Th. 2. 24 (*cum dividendae — commodandum*). Quod potest certiorem in modum affirmari de Nov. 123 c. 38 (Polacco, op. cit. p. 81 not. 2).

2) Polacco, op. cit. p. 26: *fra vivi*; sed cf. ibid. p. 80 (ad l. 4 § 1 D. 41. 10).

3) Ex diverso Demosth. XLIII § 19 neglexit Lipsius, *der Att. Prozess.* p. 579 (not. 264) et duos reliquos locos (ex Lys. XIX et Demosth. XLVII) non intellexit.

4) L 1 pr. D. 29. 1 (*caput ex mandatis*). Cf. Plaut. Mil. glor. 707 (Fleckeisen) et interpretatio Caroli Appleton, *le testament romain* (1903) p. 141[3]. Testamento vel codicillis bona divisa *inter filios* commemorantur: l. 39 § 1, § 5 D. 10. 2; l. 90 § 1 D. 30; l. 77 § 8 D. 31; l. 23 D. 34. 4; l. 30 § 3 cod.; l. 3 § 4 D. 36. 1; c. 6 C. 3 29; inter heredes qualescumque: l. 33 D. 10. 2; l. 15 D. 34. 9; c. 10 C. 3. 36; c. 10 C. 3. 38; c. 1 C. 8. 35 (36).

Digitized by Google

testator singulas res *legando* [1]) vel fideicommittendo [2]) singulis. Est igitur *arbitrium dividendae hereditatis*, quum *inter liberos* [3]) tum inter extraneos heredes testatori, sed subiectum communi legandi vel fideicommittendi [4]) et per hoc testandi vel codicillos faciendi necessitati. Etsi potest etiam *sine scriptura* [5]) quum *inter filios* [6]) tum inter extraneos heredes dividi, et erit divisio rata, si *post mortem patris* inter filios convenerit, ut teneat, et secundum *placita* (l. 20 § 3 D. 10. 2) *vice divisionis* (l. 32 eod.) res possessae sint [7]). Nam, quod posterioribus temporibus placuit [8]), ut inter filios dumtaxat divisio obtineret, etiamsi *tam circa testamentum quam etiam codicillos iudicium .... defic(ere)t* [9]), id Papiniani temporibus nondum observabatur [10]), nec ad rem pertinet [11]), quod *inter coniunctas personas quibuscumque verbis .... voluntas expressa (sufficit)* [12]). Quia igitur, sicut diximus, testa-

---

1) L. 33 D. 10. 2. Cf. l. 90 § 1 D. 30 (*verbis legatorum*); l. 3 § 4 D. 36. 1 (*datis praeceptionibus*).

2) Cf. l. 77 § 8 D. 31 (*verbis fideicommissi*).

3) c. 8 pr. C. 3. 28. Videtur quidem constitutio ad assis distributionem, non corporum, pertinere, ne scilicet dicendum sit cum Cuiacio (Paris. IV Resp. p. 72 E), divisionem subiacere querelae inofficiosi testamenti. Quod iure meritoque negat Mühlenbruch, (Glück) XLII p. 242/3.

4) Vidit hoc Mancaleoni, *sulla* institutio ex re (1902) p. 51[3], id., *sulla* compens. mut. legat. (1903) p. 71[1]. — Intelligetur *divisionem fec(isse)* testator (l. 77 § 8 D. 30), si *divisionis arbitrio* hoc modo *fungi voluit* (l. 33 D. 10. 2). Quod perspexit Polacco, op. cit. § 7 (i. f).

5) *Testamenti vel codicillorum* (cf. l. 10 D. 26. 3), id est, neque testamento neque codicillis. Etsi dissentit Polacco, op. cit. p. 59 not. 3 (p. 60).

6) L 20 § 3 D. 10. 2. Eodem pertinere vidit Cuiacius (Paris. IV Resp. p. 71 E) l. 32 cit.

7) L. 4 § 1 D. 41. 10 (quam laudat Polacco, op. cit. p. 79). Ergo l. 32 cit. (D. 10. 2) sic suppleo: *post datas* (*res possessas et mandatas*) *actiones*. Iteratum, *datas* media expulit.

8) Respicit ius novum Constantinus c. 1 C. Th. 2. 24 (Polacco, op. cit. p. 62), itaque magis est ut non sit interpolata Diocletiani c. 21 C. 3. 36. Diversum dicendum est de c. 16 eod., quae conservat ius vetus (vv. *iuris auctoritate significatur*). Cf. Glück XLII (Mühlenbruch) p. 157.

9) Diocl. c. 16 C. 3. 36 (verbis ut videtur interpolatis); c. 21 eod. (*qualicumque indicio suam declaravit voluntatem*).

10) Diversum putabat Neuner, *die* hercdis institutio ex re certa (1853) p. 182/3 (adn.). Verum hic vidit in extraneis heredibus (ib. p. 172 not. 15).

11) Non pertinere vidit Polacco op. cit. p. 37[1]. Cf. Vat. fr. 294 § 1 et 296.

12) Paul. IV 1 § 11; Vat. 256*a*; c. 16 C. 3. 36 (parte non interpolata: *verum quibuscumque* etc.). Cf. l. 77 § 26 D. 31.

Digitized by Google

mentum pertinet *ad bonorum .... divisionem*, potest videri divisio genus esse, testamentum species, non genus alterum. Sed verius dicetur testamentum alterum esse genus, quia non utique cum divisione coniunctum est, proinde qui *testator successionem dividit* [1]), non suum *officium* explere, sed *arbitri dividendae hereditatis praeven(ire)* [2]). Itaque rursus dispiciendum est, quid sit testamentum. Et scribit Windscheid [3]) testamentum esse supremam hominis voluntatem [4]), quae habeat heredis institutionem [5]). Ergo suprema voluntas quaenam? Et apud Romanos quidem *suprema* dicitur quae perseveravit [6]), neque aliud dicere voluisse videtur Windscheid [7]), sed rectius atque melius dicetur voluntatem esse, quam quis *post mortem suam vale(re)* cupit [8]), Ulpiano ne adsentiendum sit censenti [9]) testamentum quod ruptum sit sicut irritum vel iniustum *abusive* testamentum appellari. Sunt autem supremae voluntates: donatio mortis causa [10]), testamentum, codicilli, fideicommissum sine testibus relictum [11]), *divisi(o) supremi iudicii* [12]), adsignatio liberti [13]), accommodatio voluntatis [14]). Ex his donatio mortis causa et voluntatis accommodatio et adsignatio liberti et fideicommissum sine testibus

---

1) c. 10 C. 3. 36; l. 15 D. 34. 9.

2) c. 21 C. 3. 36.

3) *Lehrbuch* (1891) § 538; § 628 (ante notam 1).

4) Voluntati opponitur *serm(o)* (l. 24 D. 29, 1 = § 1 Inst. II 11) et *literae, quibus .... animi affectus exprimitur* (l. 17 D. 29. 7).

5) In eadem sententia est Pothier (*Donations testamentaires* no. 2), est Dernburg, *Pandekten* III (1892) § 66. 1. Heredis institutionem iure gentium remittit Dareste, *Inscr jur. gr.* vol. II pag. 64 (cf. *Cod. civ.* art. 895): ex diverso requirere videtur Appleton, *le testament romain* (1903) p. 51 (cf. p. 42/3) heredis institutionem, quae cum adoptione coniuncta non sit.

6) L. 32 § 2, § 3 D. 24. 1; l. 15 § 1 D. 29. 1; l. 22 pr. D. 32; l. 12 D. 34. 9.

7) Cf. § 538[1]: „*letztwillig im eigentlichen Sinne*".

8) Cf. Ulp. XX § 1, Modest. l. 1 D. 28. 1.

9) L. 2 § 1 D. 29. 3. Cf. in contrariam partem Afric. l. 6 pr. D. 48. 10 (*esse aliquod testamentum vel non iure factum*).

10) Cf. Iust. c. 4 pr. C. 8 56 (57).

11) Iust. c. 32 C. 6. 42. Cf. Windsch. (1891) § 629; Dernburg, *Pand.* III (1892) § 75

12) L. 20 § 3 D. 10. 2.

13) Cf. l. 1 § 3, l. 7 D. 38. 4.

14) Ex Iustiniani constitutione (c. 30 C 2. 3), vel, quod ad matris hereditatem attinet, Constantini (c. 2 C Th. 2. 24, quam pertinere scribit Mittheis, l.l. (Herm. XXX) ad divisionem *cum* filiis).

Digitized by Google

relictum facillime discernuntur, quia sola donatio mortis causa habet *acceptionem* [1]), sola voluntatis accommodatio pactum expectat, cui accedat; sola liberti adsignatio in adsignando liberto consistit, fideicommissum denique sine testibus relictum a codicillis quo distet, nomen indicat. Inter codicillos et testamentum et supremi iudicii divisionem quid intersit, quaeritur. Et scribit Windscheid, sicut retulimus: testamentum esse voluntatem, quae habeat heredis institutionem, sin minus, fore codicillos [2]). Quam sententiam defendit quidem auctoritate Iuliani [3]): *tabulas testamenti non intelligi, quibus heres scriptus non (sit)*, easque *magis codicill(os) quam testamentum existimand(as)* esse; atqui praetermittere non debuerat impingi definitionem in certissimam iuris regulam, qua continetur *sine heredis institutione nihil in testamento scriptum vale(re)* [4]), quae foret supervacanea, si non esset testamentum, in quo nemo heres institueretur. Altera vero definitionis pars aperte falsa est, siquidem nihil obstat, quominus codicillis heres instituatur [5]), modo ne ipsis codicillis hereditas *data videa(tur)* [6]), quod ita procedit, si quis testamento caverit: „*quem heredem codicillis fecero heres esto*", nam heres erit auctore et cognitore Papiniano [7]), quem *codicillis heredem institu(erit)*. Idem docet Ulpianus [8]) de eo, qui testatus sit ita: „*cuius nomen codicillis scripsero*

---

1) Cic. Top. 8 § 37 (*donationem sine acceptione intelligi non posse*). Cf. l. 38 D. 39. 6 (*mortis causa donatur, quod praesens praesenti dat*); Windsch. (1891) § 365[5], § 675[2], § 676[1a].

2) *Lehrbuch* (1891) § 628 (ante notam 1) codicillos esse dicit supremam voluntatem, „*welche keine Erbeseinsetzung enthält*" (sed in adnotatione esse dicit, „(*welche*) *eine Erbeseinsetzung nicht beabsichtigt*").

3) L. 20 D. 29. 7.

4) L. 1 § 3 D. 28. 6. Cf. Gai. II § 248 (i. f.).

5) Fieri posse negant Gaius II § 273; Ulp. XXV § 11; Constantinus denique (c. 7 C. 6. 36) his verbis: .... *specialiter codicillis instituendi ac substituendi potestas iuris auctoritate data non est*; ideo *specialiter*, quia valet codicillis huiusmodi conceptio: „*quisquis mihi heres erit bonorumve possessor eius fidei committo*", quae quasi generaliter instituit omnes ad quos legitima hereditas intestative bonorum possessio perventura sit (l. 3 pr. D. 29 7).

6) Nam verum est, *quod per manus traditum est, codicillis hereditatem dari non posse* (l. 10 D. 29. 7).

7) L. 78 (77) D. 28. 5.

8) L 10 pr. D. 28. 7.

Digitized by Google

ille mihi heres esto"; admittit quoque [1]) cum Paulo [2]) tales institutiones: „*si codicillis Seium heredem scripsero* (vel *scripsi*) *heres esto*", neque id novum videtur Bernhardo Windscheid [3]). Iam, qui nullum fecissent testamentum iis generaliter concesserat Constantinus, ut codicillis *legitima heredis institutio* rata esset [4]), quod postea non obtinuit. Sed ipsorum iurisconsultorum responsa manent, quibus efficitur (Iuliano excepto) èt testamentum esse sed non iure factum, quo nemo heres instituatur, èt codicillos, quibus contineatur heredis institutio, licet inutilis plerumque sit futura. Tentare possis: testamentum esse voluntatem, quae *solemniter* ordinata sit (Ulp. XX § 1), ex diverso *scriptura(s) simpliciter inchoat(as), quas nulla solemnitatis adminicula defend(a)nt* aut supremi iudicii divisionem [5]) aut codicillos [6]). Sed ea res quoque fallit, siquidem testamentum imperfectum [7]) citra clausulam codicillarem [8]) nihilomagis codicillorum iure censetur [9]); atque praeterea in milite non tantum appellatur testamentum, quod nullam habet solemnitatem, sed distinguitur adeo, feceritne testamentum an codicillos [10]). — Aliorsum ducit Papiniani auctoritas (l. 41 § 3 D 28. 6): *ea(m) scriptura(m), quam quis testamentum esse volu(erit), codicillos non fact(uram),* quam doctrinam confirmat Ulpianus l. 1 D. 29. 7: non esse codicillos, quos quis *testamentum facere opinatus* [11]) scripserit, proinde (l. 11 § 1 D. 32) *(si) quis exemplum*

---

1) L. 10 pr., § 1 D. 28. 7.

2) L. 12 D. 37. 11.

3) *Lehrbuch* (1891) § 546[10].

4) Interpr. c. 1 C. Th. 4. 4

5) Constant. c. 1 C. Th. 2. 24.

6) Cf. § 3 Inst. II 25.

7) I. e., aut praeparatum dumtaxat (l. 29 pr. D. 28. 1; l. 11 § 1 D. 32) aut non iure factum (l. 41 § 3 D. 28. 6; l. 1 § 1 D. 31; c. 11 C. 7. 2). Cf. Fabricius, *Urspr. und Entw. der* bon. poss. (1837) p. 126 not. 172.

8) Tantundem valet *iurisiurandi religi(o)* (l. 77 § 23 D. 31), id est adiuratio.

9) L. 29 pr. D. 28. 1; l. 41 § 3 D. 28. 6; l. 3 (i. f.) D. 29. 1; l. 1 § 1, l. 11 § 1 D. 32; c. 11 C. 7. 2; c. 1 C. Th. 2. 24 (*sub testamenti vocabulo coeptae* (*scripturae*) .... *appellari aliter* (*n*)*ullo modo poss*(*u*)*nt*); c. 7 § 1 C. Th. 4. 4.

10) L. 36 pr. D. 29. 1; l. 8 § 4 D. 29. 7; l. 114 pr. D. 30; l. 96 D. 35. 2. Ad codicillos ante militiam potest pertinere l. 19 pr. D. 29. 1. Ad codicillos post missionem pertinent l. 17 § 4, l. 20 pr. D. 29 1; l. 17, l. 92 D. 35. 2.

11) *Opinio* et voluntas idem est: l. 60 pr. D. 50. 16; l. 22 § 1 D. 9. 4. Cf. Gai. II § 238.

Digitized by Google

testamenti praepar(e)t et prius decedat quam testetur, non vale(re) quasi ex codicillis, quae in exemplo scripta s(i)nt [1]). Erit igitur voluntatis quaestio, utrum quis fecerit codicillos an testamentum praeparaverit. Est in eadem sententia Paulus l. 29 pr. D. 28. 1, sed alibi [2]) transit in castra Iuliani; sicut a se desciscit ipse Papinianus, ubi admittit [3]) condicillos esse posse, quos quis *testamentum facere se existiman(s)* fecerit. Sin est voluntatis quaestio, ut fecisse videatur testamentum, qui testamentum facere voluerit, codicillos, qui codicillos, res nihil ab aenigmate discrepat: animus enim testamenti faciendi non potest aut definiri aut intelligi nisi ante perspectum sit, quid sit testamentum. Sed responderent, ni fallor, consulti, qui hanc doctrinam tuentur: eum velle videri facere testamentum, qui *ipso* [4]) *iure valere volu(erit)* suprema sua iudicia, sin *per fideicommissum* [5]), velle videri facere codicillos (l. 19 pr. D. 29. 1). Quod plerumque ipso contextu declarabitur, quia non est verisimile, codicillos scribere voluisse, qui heredem instituerit [6]). Sane id ita est, si solemnibus verbis usus sit, nam si verbi gratia scripserit „*Titium heredem esse volo*", praeterea quaeremus, an Titio substituerit, an legata ab eo reliquerit, ut sic constet testamentum eum facere voluisse [7]). Quodsi de ea re constiterit, testamentum erit aut perfectum aut imperfectum; codicilli non erunt, si placet voluntatis esse quaestionem. At *in milite diversum prob(atur)*; valebit enim iure militiae, quod communi deficitur, etiamsi maxime miles *destinaver(i)t communi iure testari*, ideo quia nemo *credendus est.... genus testandi eligere ad impugnanda sua iudicia*, nec audietur adversus hanc sententiam qui *dixerit: si imperfectum sit testamentum, codicillos non esse*, nam hoc in pagano quidem verum

---

1) Add. c. 7 § 1 C. Th. 4. 4.
2) L. 20 D. 29. 7.
3) L. 13 § 1 D. 29. 7.
4) I. e. directo.
5) I. e. *codicillorum* iure (pr. Inst. II 25). Sic l. 37 § 3 D. 32 *epistula fideicommissaria* dicitur, quos appellare solemus codicillos. Eodem modo l. 8 pr. D. 29. 7 codicilli non confirmati valere dicuntur *per fideicommissum*.
6) c. 14 C. 6. 23.
7) l. 13 § 1 D. 29. 7.

Digitized by Google

est, sed in milite contrarium *etiam divus Marcus rescripsit*[1]). Itaque, nisi dicemus testamentum esse, quod habeat heredis institutionem, vel quod habeat solemnitatem ordinationis, quod neutrum a testimoniis satis commendatum est, dicendum erit testamentum esse ultimam voluntatem eius, qui directo iure suae rei legare voluerit, codicillos eius, qui novo codicillorum iure[2]). Sed quid divisio? Erit nimirum eius ultima voluntas, qui nec testamentum facere nec codicillos, sed tantum *divisionis arbitrio fungi voluit*[3]), veluti, quum paterfamilias veteranus *vice tab(u)larum* terminos comportionales in agro pegerit adsignato[4]). Alioquin, si testamentum facere voluerit, mero iure non potest intelligi divisio[5]), sin codicillos, erunt codicilli. Quod vero generaliter diximus initio, ultimam voluntatem esse eam, quam quis *post mortem (su)am* valere cupiat, potest quis vel sic velle, ut post mortem suam omnimodo valeat, vel sic ut valeat, si aliquo certo periculo extinctus sit. Quae voluntas in donatione mortis causa rata est[6]), quin immo interdum donationem facit ratam[7]); in ceteris autem ultimis voluntatibus ratio eius non habetur, sed velle dumtaxat intelligimur, ut omnimodo, ni revocentur, valeant.

---

1) L. 8 D. 29. 1. Sensus fragmenti perspicuus erit, si pro *quicquam* emendetur *nequiquam*. Similiter l. 23 pr. D. 40. 7 pro *nec Titio* reponendum videtur *nequiquam*. Alias apud iurisconsultos hoc vocabulum exstare negatur.

2) Similiter hodie distinguendum esse inter testamentum et propter nuptias donationem, docet Hamaker, *Weekblad voor Privaatrecht* XXIX (1898) no. 1475 (p. 157). Potest enim hodie etiam per ante nuptias donationem legare quis suae rei.

3) Cf. l. 33 D. 10. 2.

4) Gromat. p. 40 lin. 5-18 (cf. ibid. p. 271 lin. 18).

5) c. 1 C. Th. 2. 24: *quod vero ad huiusmodi spectat scripturas, in quibus talis defunctorum mens fuisse invenitur, ut de testamento intelligatur tantum cogitatum, etsi repugnare ius videatur, huiusmodi quoque conscriptiones inter suos dumtaxat heredes valere oportet.*

6) L. 2, l. 31 § 2, l. 35 § 4 D. 39. 6; l. 20 D. 24. 1; Windsch. (1891) § 369[a].

7) L. 3-l. 6 D. 39. 6 (Paling. Paul. 1753) Pertinet sententia ad donationem inter virum et uxorem (l. 43 D. 39. 6). Cf. quidem l. 11 § 1 (sed etiam l. 20) D. 24. 1.

Digitized by Google

AMPHIDROMIA.

SCRIPSIT

J. VÜRTHEIM.

Relegens Lysistratae fabulae scholia haesi in verbis versui 757 adscriptis. Mulierem quae gravidam esse se finxerat, arcem relinquere ut sibi liceret, Lysistrata dolum perspiciens, quasi de infante non de galea sub feminae veste protracta sermo esset, serio rogat:

„οὐ τἀμφιδρόμια τῆς .... κυνῆς αὐτοῦ μενεῖς;"

quae verba scholiasta sic explicat: „ἀμφιδρόμια δὲ ἡ δεκάτη ἡμέρα τῶν τικτομένων παιδίων, ἐν ᾗ τὰ ὀνόματα αὐτοῖς τιθέασι περιδραμόντες κειμένοις."

Die igitur, si audiamus scholiastam, decimo post diem natalem agebantur τὰ ἀμφιδρόμια, quibus homines quidam circumcurrentes nomina dare solebant recens natis humi vel in lecto iacentibus. Quod si quaeris, quinam fuerint hi homines, exspectas responsum: „nimirum patres, quibus natura ipsa τῆς ὀνοματοθεσίας ius obveniebat. Neque mater tam cito post partum currendo apta fuisset. Adhibet scholiasta formam pluralem, morem ut indicet generalem." Erunt fortasse, qui opinentur, patrem non solum functum tali munere fuisse, immo cognatos, amicos, vicinos — quotquot aderant — quasi chorum instituisse, cursu patrem circum infantem currentem aequasse. Nempe satis est notum tam aliunde quam ex Avium vs. 494 familiares laeto exceptos convivio interfuisse nominandi caerimoniae. Εἰς δεκάτην παιδαρίου ἐκλήθησαν, ἐχόρευσαν τὴν νύκτα ὅλην, ὑποπε-

Digitized by Google

πωκότες saepius discedebant. Quid mirum igitur si inter tot varias dulcesque oblectationes ὁ ἀμφίδρομος χορός more sanctus antiquissimo locum obtinuerit primarium? Infantem vero in medio positum molliter involutum patri choroque exsultantibus acclamasse non est quod dubitemus proloqui. Fuitque spectaculum dulcissimum!

Ecce autem lexicographorum manus felix spectaculum misere conturbat. Clamat enim Suidas τὰ ἀμφιδρόμια numquam non fuisse acta die quinto; perhibet Hesychius (s. v. δρομιάμφιον) fuisse diem septimum caerimoniae sacrum; asseverant idem Hesychius et scholiasta ad Plat. Theaet. 160 E infantem nequaquam iacuisse in medio sed sublatum manibus circa focum esse gestatum. Oritur vero rixa inter scholiastam et Hesychium, cum ille perhibeat infantem gestasse mulieres quae matri enixae affuerint, hic contendat virum quendam (haud dubie patrem) γυμνόν perfunctum esse ritu illo mirando. Frustra Harpocratio Lysiam affert ut probet ὀνοματοθεσίαν habitam esse die septimo; refellit orationem falso Lysiae adscriptam tam Aristophanes quam Aristoteles in animalium historiae nono libro (Harp. s. v. ἑβδομευομένου).

Quod vero est gravius, ipse Plato auditu mirabilibus nos percellens in scaenam prodit. „μετὰ τὸν τόκον" — verba sunt Socratis agiturque de infante Theaeteti e cerebro nato — „τὰ ἀμφιδρόμια αὐτοῦ ἐν κύκλῳ περιθρεκτέον, σκοπουμένους μὴ λάθῃ ἡμᾶς οὐκ ἄξιον ὂν τροφῆς τὸ γιγνόμενον ἀλλὰ ἀνεμιαῖον. ἢ σὺ οἴει πάντως δεῖν τό γε σὸν τρέφειν καὶ μὴ ἀποτιθέναι, ἢ κἂν ἀνέξει ἐλεγχόμενον ὁρῶν καὶ οὐ σφόδρα χαλεπανεῖς, ἐάν τις σοῦ ὡς πρωτοτόκου αὐτὸ ὑφαιρῇ; Non videtur dubium quin Plato hoc voluerit: infantem in medio positum inspectasse homines quosdam, ut efficerent dignusne esset qui viveret aleretur necne. Iam suspicamur scholiastam ad Lysistr. vs. 757 hinc duxisse quod perhibeat de recens nato κειμένῳ ἐν μέσῳ. Unde vero Plato habuerit hanc doctrinam nusquam alibi de Atheniensibus prolatam, non diu quaeres Plutarchi bene memor. „Spartae non licebat", ita is narrat in vita Lycurgi (c. 16), „tollere recens natum atque educare, antequam τῶν Φυλετῶν οἱ πρεσβύτατοι inquisitione habita eum probassent; si forma viribus patriae curis videbatur indignus, mittebatur ad Ἀποθέτας, ut in bara-

Digitized by Google

thrum deiceretur." Hac de re Athenis inusitata Plato cogitavit, sed fingens magistratus inquisitione sua esse perfunctos *περιτρέχοντας* confudit Spartanorum usum cum Atheniensium ortaque est res perquam ridicula. Quid eius scholiasta? Silentio praeterit rerum confusionem, annotat haec: „dies est quintus post partum *ἀμφιδρόμια* vocatus, *quia tum lustrant manus* quae matri enixae affuerunt, *καὶ τὸ βρέφος περὶ τὴν ἑστίαν φέρουσι τρέχουσαι κύκλῳ καὶ τοὔνομα τίθενται τούτῳ; δῶρά τε πέμπουσι τῷ παιδίῳ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον πολύποδας καὶ σηπίας, οἵ τε φίλοι καὶ οἰκεῖοι καὶ ἁπλῶς οἱ προσήκοντες.*

Vera falsis commixta. Iniuria *ὀνοματοθεσίαν* die decimo peractam transfert in quintum diem; iniuria nutricibus attribuit ius illud *patri* debitum dandi nominis. Audivisset modo Pisetaerum clamantem:

θύω τὴν δεκάτην ταύτης (urbis) *ἐγὼ*
καὶ τοὔνομ' ὥσπερ παιδίῳ νῦν δὴ ἐθέμην!

Vera sunt quae memorat de amicis dona mittentibus confirmata quadamtenus ciborum serie quam apud Eubulum (fr. 15) de amphidromiis agentem legimus in Athenaei libro nono (370 C). Vera quoque videntur quae de nutricibus tradit manus lustrantibus; veri enim videtur simillimum adiutrices non statim infante in lucem edito matrem deseruisse, *καθάρματα* igitur solemnia tum demum fuisse peracta cum mulieres in eo essent ut inde discederent. Falsissimum autem iudicamus quod tradit de hisce mulieribus infantem manibus suis circum focum gestantibus. Praepostere scholium suum incipit: „*ἀμφιδρόμια* vocatur dies, quia tum manus lustrant adiutrices," cum vera etymologia exigat: „quia tum infantem circum ignem gestant Athenienses. Hoc die adiutrices lustrari solent vocanturque ad cenam amici cognati." Ordine turbato id quod fuit „*τὸ βρέφος π. τ. ἑ. φέρουσι τρέχοντες κύκλῳ*" propter subiectum femininum antecedens pessime corruptum est in *τρέχουσαι*. Veram lectionem servat Hesychius s. v. *δρομιάμφιον*: *ἐν ᾗ* (*ἡμέρᾳ*) *τὸ βρέφος βαστάζοντες περὶ τὴν ἑστίαν γυμνοὶ τρέχουσιν*. Cf. Apost. II 56: *ἀμφιδρόμια ἄγεις· ἡμέρα τις ἤγετο ἐπὶ τοῖς νεογνοῖς παιδίοις, ἐν ᾗ τὸ βρέφος παρὰ* (leg. *περὶ*) *τὴν ἑστίαν ἔτρεχον φέροντες καὶ παρὰ τῶν οἰκείων καὶ φίλων πολύποδας καὶ σηπίας ἐλάμβανον*. Qui *ἐλάμβανον*? Nimirum quibus gratulaban-

Digitized by Google

tur amici: parentes! Parentes, qui una cum amicis dona comedere solebant (cf. Eubul. fr. 15).

Idem igitur subiectum habet verbum ἔτρεχον, quod scriptor non sensu quodam generali (pro vernacule „men") enuntiavit, ut vel de mulieribus accipi posset, sed de *parentibus* voluit intellegi, i. e. de *patribus*.

Tutiores igitur ibimus cum Hesychio. Pater infantem circumtulit suum vestitu rituali amictus, γυμνός i. e. μονοχίτων. Nonne id mores antiquissimos in mentem revocat, puta Hesiodeum illud: γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν, γυμνὸν δ' ἀμάειν? (cf. Lysistr. vs. 1173). Neque simplicem hunc vestitum labentibus temporibus abiisse in desuetudinem docet Platonis praeceptum viva e vita petitum: Φωρᾶν δὲ ἂν ἐθέλῃ τίς τι παρ' ὀτῳοῦν, γυμνὸς Φωρᾶν (Legg. XII 954 A. Cf. Nub. 499).

Quid sibi volebat mos ille circum ignem infantem ferendi τρέχοντος?

Rohdius putabat originem esse petendam ex antiquo ἀποτροπιασμῷ, quo novus natus igni esset lustrandus (Psyche II 72). Revera omnia purgat edax ignis, vel ut Graeci dicebant τὸ πῦρ καθαίρει καὶ τὸ ὕδωρ ἁγνίζει.

Malesani e. g. circum ignem ferebantur neque aliam habet originem decursio funebris quam Homerus describit (ω 68 sq.):

τεύχεσιν ἐρρώσαντο πυρὴν πέρι καιομένοιο
πεζοί θ' ἱππῆές τε.

Livius de Gracchi funere sic refert: „in vestibulo Punicorum castrorum rogum extructum esse, armatum exercitum decucurrisse cum tripudiis Hispanorum motibusque armorum et corporum suae cuique genti assuetis" (XXV, 17).

Animadvertant lectores verba ἐρρώσαντο et *decucurrisse*, quae quam maxime cum ἀμφιδρομίοις conveniunt. Sunt enim nostris diebus, qui Rohdii explicationem reiciendam putent, cum Homeri Liviique verborum immemores a lustratione ducant alienum τὸ τρέχειν περὶ τὴν ἑστίαν. Vir e. g. ingeniosissimus Reinach in libro nuperrime edito circumspexit, ut facere solent mythologi hodierni, annon in angello quodam terrarum orbis abdito lateret mos, quo comparato Graecorum ritus melius explicari posset. Repperit esse in usu apud Esthones ut pater, cuius filius recens natus in ecclesia βαπτίζεται, inter baptismum

Digitized by Google

currat circum templum. Cur?, rogas. Scilicet ut novus quoque natus mox pedibus fiat celerrimus. Ecce lis diremta: currit Graecus circum focum, ut filius quem manibus fert fiat ὠκύπους! — Quis autem mortalium ita est hebes ut ne nunc quidem perspiciat, cur familiares amicique amphidromiorum die dono mittere solerent πολύποδας?

Sed cavendum ne iocis indulgendo virum optime de rebus antiquis meritum parum suspicere videamur. Id dicimus, qui decursionem circa pyram funebrem, qualem apud Graecos barbarosque invenimus, silentio praeterierit amphidromiorum ritum nondum explicasse. Etiam latet motus illius celerioris causa vera. Minime confundendus est mos ille funebribus cum certaminibus, quae non circa rogum sed cadavere combusto habebantur, ut docet Ψ. Ipso autem rogi calore et fulgore lustrari qui adsunt iam inde apparet, quod Patroclis funere habito vestigium *sequentis* lustrationis neque in fine Ψ neque in initio Ω invenimus ullum. Apud Scythas autem, qui mortuos reges *conditos* sepeliunt, post funus sequitur *lustratio peculiaris* (Herod. IV 73).

Sed de his rebus hactenus. Pauca de tribus fragmentis tragicis addere volo.

Habet Hesychius lemma δρομιάμφιον ἦμαρ, ut quivis videt e poeta quodam petitum. Exstat autem apud eundem s. v. Ἀμφίδρομος observatio haec: Αἰσχύλος Σεμέλῃ ἔπλασε δαίμονα καινὸν περὶ τὰ ἀμφιδρόμια, ὡς εἰ ἐλέγε τὸν γενέθλιον. Egit nimirum Aeschylus de Dionysi ἀμφιδρομίοις (cf. argumentum [Apollod.] III, 41, 4. 3).

Ecquid incertum illud lemma ἀμφιδρόμιον ἦμαρ ex Aeschyli fabula Semele est petitum? Obstatne metrum? At quis pro certo statuat vocabula iuxta posita fuisse? Quidni fuerint discreta ut in choricis plerumque fit? Amat Aeschylus substantivum ἦμαρ ab adiectivo disiunctum, e. g. Choeph. 610

μοιρόκραντον ἐς ἦμαρ.

Deque die festo agendo habet Agam. 1592: κρεουργὸν ἦμαρ εὐθύμως ἄγειν.

Fragmentum quoque 379 (Weckl.) incertum, quod e Danaidibus repetivit Hermann, e Mysis Droysen, e Prometheo Soluto Hartung, ad Semelen pertinuisse conicio. Sunt verba:

Digitized by Google

ὑμεῖς δὲ βωμὸν τόνδε καὶ πυρὸς σέλας
κύκλῳ περίστητ' ἐν λόχῳ τ' ἀπείρονι
εὔξασθε!

Alloquitur aliquis (daemon Amphidromus?) mulierum chorum monetque ut bonis suis verbis Dionysi amphidromia prosequantur. Vocabula ἐν λόχῳ τ' ἀπείρονι de corona circumstantium dicta conferat lector benevolus cum Bacchylidis imagine pulcherrima (Epinic. VIII, 27 sqq.):

πενταέθλοισιν γὰρ ἐνέπρεπεν ὡς
ἄστρων διακρίνει Φάη
νυκτὸς διχομήνιδος εὐφεγγὴς σελάνα·
τοῖος Ἑλλάνων δι' ἀπείρονα κύκλον
Φαῖνε θαυμαστὸν δέμας.

Semelen fabulam Τδροφόρους quoque fuisse inscriptam ob famulas vel vicinas aquam, qua Bacchus recens natus perlueretur, afferentes, satis est notum. Easdem mulieres in amphidromiis chorum circum ignem instituisse, daemonem ipsum Amphidromum patris (i. e. Iovis) functum esse munere — Bacchum igitur manibus sublatum gestasse circum focum — pro certo ducimus. Adstipulamur enim Hartungio, qui hanc Aeschyli fabulam satyricam fuisse primus est opinatus. Sophoclis quoque Τδροφόρους fuisse drama satyricum valde videtur verisimile. Superest versus:

ὄχοις Ἀκεσταίοισιν ἐμβεβὼς πόδα.

Quis hic adscendit ὄχημα ἐζευγμένον Σικελικαῖς ἡμιόνοις? Ni fallimur, Iuppiter fuit in ridiculum vertens quod legimus apud [Apollod.] III, 4, 3: Ζεὺς παραγίνεται εἰς τὸν θάλαμον αὐτῆς (i. e. Σεμέλης) ἐΦ' ἅρματος ἀστραπαῖς ὁμοῦ καὶ βρονταῖς. Pro equis suis superbis utitur mulis Siculis, ut bonus Trygaeus εἰσήγαγ' Αἰτναῖον μέγιστον κάνθαρον ἀντὶ Πηγασείου γενναίου πτεροῦ.

Digitized by Google

MINUCIANA.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

C. 20. 5. Similiter ac vero erga *deos quoque maiores nostri improvide creduli rudi simplicitate crediderunt; dum reges suos colunt religiose, dum defunctos eos desiderant in imaginibus videre, dum gestiunt eorum memorias in statuis detinere, sacra facta sunt quae fuerant adsumpta solacia.*

Haec in codice leguntur. Ex Waltzingii editione copiosissima, qui quidquid coniecturarum umquam viri docti ad Minucium protulerunt sedulo ad paginae calcem exhibet, his modis locum temptatum esse discimus: proposuerunt Ursinus, Dombart, Leonard: *similiter* [*ac*] *vero erga d.* — Heumann: *simili errore* — Vahlen, Halm: *similiter adeo* — Maehly: *s. vero atque erga deos* ‹erga homines› *quoque* — Baehrens, Kurz: *s. vero heroas ac deos quoque* — Cornelissen: *s. vero ac deos heroas quoque* — Vahlen, Waltzing: *s. erraverunt erga deos q. m. n.*: *improvide c. r. s. c.* — Synnerberg: *s. autem erant erga deos q. m. n. improvide creduli: rudi s. crediderunt: dum* e. q. s. — denique Boenig scripsit: *s. ac* miracula *deos quoque.*

Quicumque sententiam quae corruptam sequitur accurate perlegerit, mox perspiciet Minucium verbis quae sunt *dum reges suos colunt religiose* non inducere rem novam vel argumentum non prius allatum, sed rem, quam verbis *similiter .... crediderunt* in medium protulit, fusius explicare, in luce clariore ponere, legentibus magis probare voluisse. Summa vero argumentationis in fine est: *sacra facta sunt quae fuerant adsumpta*

Digitized by Google

solacia: his verbis eum quodammodo repetere verisimile est id quod in initio posuit, sed illic argumentis nondum allatis, hic vero iam toto rei cursu explicato probatoque. Cum autem verbis *dum reges suos* e. q. s. scriptor exposuerit quo modo factum sit ut homines regum mortuorum statuas deos esse crederent, eum antequam quo modo factum esset explicaret factum ipsum aliquo modo indicasse opinor. Quae cum ita sint, et ratio et litterarum corruptarum ductus mihi dubitationem iam relinquunt nullam quin vera sit lectio:

Simulacra vero regia *deos quoque maiores nostri improvide creduli rudi simplicitate crediderunt.*

Ita demum enuntiatum quod sequitur vim suam obtinere videbis: *dum reges suos* (viventes sc.) *colunt religiose, dum defunctos eos desiderant in imaginibus videre, dum gestiunt eorum memorias in statuis detinere, sacra facta sunt quae fuerant adsumpta solacia.* Hanc explicationem apte iam inducit sententia a me emendata. Neque minus illa quae praecedunt, hanc coniecturam commendant. Octavius enim postquam de miraculis locutus est monstruosis, quibus facilis apud maiores fides esset, ita pergit: *Quid illas aniles fabulas, de hominibus aves et feras omnes* (ita Scheffer — P *homines*) *et de hominibus arbores atque flores? quae si essent facta, fierent; quia fieri non possunt, ideo nec facta sunt.* Nonne iusta iam gradatio sequitur in verbis: *Simulacra vero regia deos quoque maiores nostri .... crediderunt?*

Ceterum conferas c. 23. 10: quodsi in animum quis inducat, tormentis quibus et quibus machinis simulacrum omne formetur, erubescet timere se materiem ab artifice, ut deum faceret, inlusam.

C. 28. 7. *Nisi quod vos et totos asinos in stabulis cum vestra vel Epona consecratis et eosdem asinos cum Iside religiose devoratis.*

Primum excutiamus Waltzingii thesaurum. Coniecerunt Rigault, Halm, Boenig: *cum vestra vel* ‹sua› *Epona* — Heinsius et Cornelissen: *cum vestra* bella *Epona* — Iac. Gronovius, Baehrens, Ellis: *cum* Vesta *vel Epona* — Roeren: *cum* ‹Vesta› *vestra vel Epona* — Svoboda: *cum vestra* [vel sua] *Epona* — Hartel, cui Waltzing assentitur, censet lectionem traditam servandam esse, *vel* hoc loco pro *et* positum esse contendens.

Digitized by Google

Quod ex hoc criticorum numero alii pronomen *sua* ante vocabulum *Epona* inserendum crediderunt, alii codicis scripturam defendere conati sunt eo quod *vel* pro *et* positum esse affirmant, ita Minucii manum restituere illi, hi vindicare sibi visi sunt collatis locis ex Tertulliano duobus, sc. Ad Nat. I 11: *Iam vos totos asinos colitis et cum sua Epona et omnia iumenta et pecora et bestias*, et Apolog. 16: *Vos tamen non negabitis et iumenta omnia et totos cantherios cum sua Epona coli a vobis.* Nempe Minucii verba aut immutanda aut contorte insoliteque explicanda esse censuerunt, dummodo verbis Tertulliani fierent quam simillima. Equidem locos Tertulliani, unde Minucio salutem afferamus, grato animo agnosco, sed aliam viam ingrediendam esse puto atque critici illi ingressi sunt — non quid Tertulliani editores recenseant, sed quid in codd. mss. traditum sit primum quaerendum esse arbitror. Loco autem altero codex Parisinus non *Epona* praebet, sed *poena*: illud demum a Iac. Gothofredo a. 1625 restitutum est. Altero loco, in Apologetico scilicet, codices variant: vocabula *Epona*, *Eponia*, *Hippona* exarata video, immo hanc lectionem, quae in Parisino 2616 est, editores ab anno 1521 usque ad annum 1603 dant omnes: Beatus Rhenanus, Sig. Gelenius, I. Pamelius, D. Heraldus. Nomen igitur *Epona* librariis saec. IX, qui quidem Tertulliano describendo operam impenderunt, parum notum fuisse inde satis manifestum est: *Hipponam*, nomen oppidi, optime noverant, deae Eponae nomen ignorabant.

Idem accidisse suspicor scribae codicis illius Minuciani, qui litteris cursivis scriptura longobardica exaratus et codicis nostri Parisini 1661, qui unus nobis Minucium servavit, exemplum fuisse dicitur. In illo scriptum fuisse credo *cum vestra Hippona* sive quod littera *H* male addita fuerit, ut aliorum vocabulorum initio (35, 9 *Hammon*, 2, 19. 27 *Hostia*, 26, 15 *histe* e. a.) addita est, sive quod nomen urbis Hipponae dici librarius ille putaverit; deinde scribam codicis, qui tempus tulit, partem priorem litterae *H* pro compendio habuisse, quo et in notis Tironianis et alibi particula *vel* designari solet, cum praesertim in hoc codice vocabula non nisi raro separata sint.

Quoniam igitur erroris originem satis manifestam esse puto, non iam metuo ne nimiae confidentiae me accusent asseveran-

Digitized by Google

tem, vocabulum *vel* expungendum esse, Minucium vero scripsisse: cum vestra Epona.

C. 29. 5. *Sic eorum* (principum et regum sc.) *numen vocant, ad imagines supplicant, genium, id est daemonem* eius *implorant; et est eis tutius per Iovis genium peierare quam regis.*

Pro codicis lectione *eius* editores fere recipiunt Vahlenii coniecturam *eorum*. Sunt qui verba *id est daemonem eius* tamquam glossam inducenda esse censeant; Baehrens *rei* proposuit.

Si quis in posterum quoque in Vahlenii scriptura acquiescere velit, caveat tamen, ne cum Boenigio virgulam post *eorum* ponat, nam genius recte quidem daemon vocari potest, daemon vero hominis alicuius esse nequit. At variis de causis Minucii manum a Vahlenio non restitutam esse opinor: vetat res palaeographica, vetat numerus singularis vocabulorum *genium* et *daemonem*, cum *genios* et *daemones* Minucius posuisset, si scripsisset *eorum*, vetat denique quodammodo sententia *et est eis tutius per Iovis genium peierare quam regis*. Si quis mihi obiciat vocabulum *numen* quoque, quamvis ad plures (*eorum*) pertinens, singulari numero positum esse, respondeo id deberi vocabuli notioni prorsus diversae, *imagines* vero vocabulum, quod et ipsum ad *eorum* pertinet, recte pluralem numerum obtinuisse. Auctorem scripsisse aio:

genium, id est daemonem, regis *implorant; et est eis tutius per Iovis genium peierare quam* eius.

Vocabula *regis* et *eius* igitur in codice locum inter se mutasse credo, quamquam fieri posse concedo ut Minucius bis *regis* posuerit, illud post in *eius* corruptum sit.

SALLUSTIUS.

Sallust. Bell. Iug. 54. 7: *quae negotia multo magis quam proelium male pugnatum ab suis regem terrebant, quippe cuius spes omnis in fuga sita erat, sequi cogebatur.*

Mihi quidem vocabula *ab suis* videntur ineptissima.

P. H. D.

Digitized by Google

DE PORTICU CLAUDIA.

SCRIPSIT

J. J. HARTMAN.

Martialis (Spect. II, 9 sq.) immensam Neronis aulam, a Vespasiano Titoque populo redditam, describens et alia habet et haec:

Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras
Ultima pars aulae deficientis erat.

Claudia porticus ubi fuisset ignorarunt viri docti, donec exsisteret Iordanus, qui (Forma Urbis p. 33 A) doceret in monte Caelio eam stetisse, *quoniam* ibi (prope S.S. Ioannem et Paulum) magnae porticus *exstarent* rudera. Nova haec τῆς ἀρχαιολογίας ratiocinatio mihi semper mira visa est; falsissimam eam esse ipsi nuper me docuerunt oculi, cum in ipso stans Palatino vel in Aventino (in suavissima illa taberna quae Castellum Constantini dicitur) otiose desidens longe Colosseum prospectarem recordarerque pone illud latere „Thermas Titi" quae dicuntur, ubi aureae domus etiamnunc certissima superessent vestigia, a dextra vero haud longe haberem illud Ioannis Paulique templum, ubi finem habuisse Neronis aulam nunc docemur. Videbar mihi audire aliquem narrantem de strenuo cursore, qui mane Harlemo profectus prandium Leidae sumsisset, post meridiem Hagae Comitum et Delphis substitisset, vesperi advenisset ..... Amstelodamum. Equidem porticus Claudiae sedem inventam credam cum prope „Mariam Maiorem" aliove extremi Esquilini loco effossa erunt porticus alicuius fundamenta. Sed nolo cum doctis fossoribus digladiari; totam enim rem non curo magnopere, cum vel sic sciam haud parvum urbis spatium ab aedificante Nerone fuisse occupatum: satis superque me hoc poetae

Digitized by Google

scriptoresque docent. Hoc cordi magis est ipsiusne Martialis verba integra pervenerint ad nos, quod quaerere neglexerunt qui terra eruenda illustrare eum student. At latet hic, nisi fallor, sub verborum ruderibus poetae gemma quaedam minime spernenda.

Ultima pars aulae *deficientis* erat.

Quis unquam sic est locutus? Certe non bonus poeta et versuum elegantissimus artifex qualis fuit Martialis. Non solum bis idem hic dicitur, sed absurdum in modum poeta tyrannum, quem accusat, simul absolvit. Ibi finem aulae suae facere, ubi *deficit* illa, id est ubi ipsa natura finem posuit, cuiusvis est, at Nero ét a Martiale ét ab omnibus, qui immensum aureae domus increpant spatium, tamquam furiosus et insanus depingitur. Nam omnino, qui in quavis re modum excedit, insanire dicitur; nunquam vero usitatius illud est, quam si quis in aedificando certorum finium immemor videtur. Cogita modo de vernaculo *bouw-woede*, quod in ore habent omnes. Denique, ne longus fiam, scripsit Martialis et salsissime venustissimeque scripsit:

Ultima pars aulae *desipientis* erat.

AD OVID. MET. I, 712.

Legimus apud Ovidium l.l.:

arte nova vocisque deum dulcedine captum
„hoc mihi concilium tecum" dixisse „manebit",
atque ita disparibus calamis compagine cerae
inter se iunctis nomen *tenuisse* puellae.

Ubi *tenuisse* verbum spurium esse v. d. Hartman adnotavit, suspicor autem legendum esse *tribuisse*, quod et aptum praebet sensum et facile in *tenuisse* abire potuit, praesertim cum id ipsum legatur in versu vicino 706.

Comparentur velim Met. VI, 89:

nomina summorum sibi qui tribuere deorum

et ibidem XIV, 620 sq.:

qui, quo regnarat, eodem
monte iacet positus tribuitque vocabula monti.

W. Werff.

Digitized by Google

DE CICERONIS SCHOLIASTA GRONOVIANO.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN I. F.

Consentaneum erat me Scholiis Bobiensibus antea collatis in Scholiasta Gronoviano qui vocatur omnis nervos aetatis industriaeque meae contendere, praesertim cum codicem in bibliotheca Academiae Leidensis nancto mihi peregrinandum non esset. Quin etiam ut, si ego a schola vacuus essem, vacarem scholiis, S. G. de Vries vir illustrissimus, quem propter benignitatem ubicumque studia humaniora florent summis laudibus efferri certo scio, codicem curavit mittendum Hagam Comitis ad Bibliothecam Regiam. Hic qui bibliothecae praeest W. G. C. Bijvanck vir amplissimus non magis diligentem quam benevolum custodem se praestitit atque simul T. I. de Boer vir doctissimus libros manu scriptos curans pro sua comitate permisit, ut cum iustum tempus praeterisset altaque silentia regnarent in capacissima domo, ego tamen collationem non intermitterem. Quamobrem in principio huius commentarioli praeclaris illis viris pro benevolentia erga me habita gratias ago quam maximas.

Contuli autem Orellii [1]) editionem cum cod. Voss. Lat. 130 atque in sequentibus paginis omnes discrepantias correctiones annotationes marginales afferam, quas in illa editione desideramus eisque carere non possumus, ut lectionis traditae expressam imaginem cogitatione nobis fingamus. Verum in munere meo fungendo quam diligenter tractaverim egregium librum, qui

1) M. Tullii Ciceronis opera edidit Io. Casp. Orellius. Vol. V. Pars 1. Turici 1833. Pag. 382—444.

Digitized by Google

inscribitur „Der sogenannte Gronovscholiast" [1]) nihil opus est dicere. In eo enim Stangl v. c. docte et acute disputat de quattuor manibus [2]) in codicis scriptura distinguendis, de quattuor scholiastis, qui longe et ingenio et aetate qua vixerunt inter se diversi commentarios nostros confecerunt, de horum interpretum genere dicendi, de vitiis Turicensis editionis, facile tamen mea quidem sententia caput tertium, quod agens de arte coniecturali permultas praestantes emendationes [3]) offert, principem locum obtinet. Peritissimum illum ducem secutus pro mea tenui infirmaque parte conatus sum verba, quae manifesto corrupta sunt corrigere, interdum etiam defendi vel revocavi traditam scripturam. Nonnullae denique observationes varii generis additae sunt.

Cod. fol. 1 (pagina recta) = Orell. pag. 382.

In medio margine superiore a tertia manu scriptum exstat: Veteris Grammatici In Aliquot M. Tullii Orationes Fragmenta [4]).

In marginis superioris parte dextra invenitur a tertia manu: Hieron. Apol. I advers, Rufinum: Puto quod puer legens Aspri In Virgilium Et Sallustium commentarios Vulcatii In orationes Ciceronis, Victorini In dialogos eius Et in Terentii comoedias praeceptoris mei Donati aeque In Virgilium.

An Vulcatii Gallicani cuius extant aliqt Impp. vitae.

382, 6 Ante litteras *n. a. h*, in cod. scriptus est numerus 219 (cf. Stangl. l. c. pg. 5).

382, 6 *n. a. h*, ergo hominum auxilium defecit, sed deorum restat.

Tres illae litterae quid sibi velint, pro certo affirmare non ausim, tamen scholiastae Vergilii laudandi studium probare videtur eum de suo poeta aliquid sumpsisse. Accedit nobis etiam quod interpres mox citat (Aen. II, 523): *Haec ara tuebitur omnis,*

1) Ueberlieferung, Text und Sprache dargestellt von Dr. Th. Stangl. Prag. Tempsky. Leipzig Freytag. 1884.

2) Ingenue fateor multis locis utrum prima an secunda manus in textu aliquid correxerit aut in margine addiderit me diiudicare non posse. Manus vero tertia et quarta plerumque sine ullo negotio distinguuntur. De hac re omnino vid. Stangl l. c. pg. 4—6.

3) Idem v. c. nuper alias emendationes publici iuris fecit, cf. Wochenschrift für klassische Philol. N. 16, col. 443—445. Ac profecto unus ille dignus videtur, a quo totum corpus Schol. in Cic. edatur. Quod idem censuit P. Wessner v. c. (Bursians Jahresb. 1902 Bd. CXIII pg. 194).

4) *Fragmeta* cum compendii signo, ut mox *Teretii*; talia non amplius afferre volo, neque digna sunt quae commemorentur: *deoru, propt, ptura, gravit* cet. (omnia cum compendii signo scripta). Praestat enim de iis tantum agere, quae huius libri manuscripti propria esse videantur.

Digitized by Google

quod pertinet ad *sed deorum restat.* Nonne igitur adducimur, ut cogitemus de (Aen. II, 522): *nunc adforet Hector,* ad quae referamus: *ergo hominum auxilium defecit?*

Non solum extremae lemmatum voces per primas modo singulorum verborum litteras significantur, sed interdum idem fit in versibus laudatis. Quod apud Orell. 387, 42 legimus: Quid non mortalia pectora cogis? in cod. sic se habet: Quid non mortalia p. c. Vergilii autem versus: Ferre sui dederat monumentum et pignus amoris (cf. sub 391, 5) in libro MS. sic scriptus est: ferre sui. d. m. e. p. a. Quod si attendimus, non nimis audax videtur conicere verborum nunc deperditorum ultimam partem olim fuisse:

non, si ipse meus n. a. h, (Aen. II, 522).

382, 7 *tuaebitur,* primo, post littera *a* inducta est. 9 *delubra* repetitur in marg. dextro. 9 *nihilhominus.* 13 *ubi qua* primo, post *a* scr. supra *q.* 13 *templo.* 17 *arri.* 21 *rogare orare* repetitur in marg. dextro.

23 supra versum inter *significat* et *et* corruptelae signum ⌣ descriptum est, cui in marg. dextro respondet $\overline{q}$ (= quaere) [1]).

23 dicere ut virgilius orabunt causas. Haec verba in textu omissa exarata sunt in marg. inferiore.

25 *tulit.* 25 *iud*; sic saepissime scr. in cod.

26 *doluisse* a prima manu; *t* addidit sec. manus (ut videtur).

27 fol. 1 (pagina versa) incipit inde a *bitas aut.*

383, 1 *defendos* primo, post *den* scr. supra *n.*

338, 2 Primum itaque necessitatem ostendit, quae veniam meretur; *sed inde* dixit, quod, etsi voluntatis esset, honesta esse poterat voluntas.

Ita Orellius edidit; in cod. autem *sed* non iam est integrum: *d* scripta est supra *s* inductam, itaque licet altera littera *d* non deleta proprie exaratum sit *ded,* tamen sine dubio prima manus, quae correctionem incohavit, una cum proximo verbo efficere voluit lectionem *deinde.* Comparare possumus 394, 32 Duo genera sunt populi, praerogativum primum, deinde iure vocatum; 440, 38 primum .... deinde .... deinde .... deinde; 443, 8 primo .... dehinc post. Ergo coniunctio *sed* supra damnanda est.

383, 5 *adulescentia.* 5 *αυξεσιν.*

383, 8 Oratoris est *autem* accusare et defendere.

---

1) Cf. Stangl l. c. pg. 70 (Nachweis 12) et pg. 71 (Nachw. 18).

Digitized by Google

Schuetz non debuit scribere: *autem* est; habemus enim 400, 26 facta est autem comperendinatio. Hic verborum ordinem in cod. obvium servamus tuentes quoque (384, 35): discrimen autem est proprie.

383, 11 fide, misericordia.

Ita Orellius dat ex Cic. In Q. Caec. § 5. Codex autem exhibet *fami*. Quomodo tale lemma nasci potuit? Certe *mi* significat *misericordia* itaque eodem modo pro *fide* exspectes *fi*, quod re vera in archetypo fuisse puto. Ex *fi* autem fortasse ortum est *fu*, quod ipsum in antiqua scriptura vix differt a *fa*; cf. 383, 13; 384, 7; 387, 19; 400, 38; 403, 29; 413, 2; 434, 4; 440, 2 cet.

383, 11 *oratorum* primo, post *um* inductum. 13 *vicere cons*; ita se lemma habet in cod., confusionem inter *vicere* et *vetere* non miramur. 15 *ma.i*; est in cod. pro *maiorum*.

17 *offici*. 19 *adulescentes*. 20 *quom negatio*.

21 *quo negotio* primo, post *in* insertum.

24 fol. 2 (r.) incipit inde a *tam idoneam*.

28 *reipç c. f. p.* Illud signum post *reip* Graecae litterae ç assimile haud ita raro occurrit.

29 *suscepissem* primo, post *m* expuncta. 30 *flagitium* repetitur in marg. dextro. 31 *cum* (nusquam *quum*) scr. est in cod.

32 *proconsulae* (ut videtur). 34 *mecum* primo, post *c* inducta.

35 *cons pr.* sic scr. pro: consilium posset reprehendere.

383, 17 Quid est pro deum homin. q. f.?

Haec cum interrogandi signo habet cod. in textu, sed in marg. dextro invenimus *pro* (compendiose scriptum) *d. a. h. f.* Is ergo, qui ita scripsit, legere voluit: pro deum *atque* hominum fidem.

383, 39 *cusatione* primo, post una *a* scr. supra *c*.

40 *temp. p. p.*, hoc extremum lemma est.

384, 1 *sententeam* primo, post *i* scr. per ultimam *e*. 2 *αυξεσιν*.

3 *socii* repetitur in marg. dextro. 5 *quibus us vistis* primo, post dittographia *us* paene erasa est et in ultima voce *c* scripta supra priorem *s* inductam. 5 *imponitur*. 5 *stipendiarii* repetitur in marg. dextro. 6. hic versus in cod. legitur post (Orell. vs. 19) *recipiant*. 6. *solatium* primo, post *c* scr. supra *t* inductam.

7 *qui laud. m. a. o. s*, sic se lemma habet; memorabile vitium *laud.* pro *ind.* (cf. 383, 11). 8 *staiemum* primo, post primus ductus prioris litterae *m* erasus est.

10 *a senatorium* primo, post *d* addita supra priorem *a*.

10 fol. 2 (v.) incipit inde a *transtulerat*; in marg. super. tertia manus scripsit *Verri*. 10 *etiam* primo, post *nim* pallidiore atramento scriptum supra *tiam* inductam.

12 *neglegentia*. 12 *accusatorem* primo, post *u* scr. supra *e* expunctam.

Digitized by Google

384, 14 *iudicium* primo, post extrema *i* paene erasa est. Ergo scholiasta legit: *iudicum* (severitatem). Kayser aliique Ciceronis orationum editores scribunt: iudiciorum severitatem.

384, 17 *aeq;* pro: aeque. 18 *req;* pro: requirit. 20 *p ef,* pro: potestas efflagitata. 20 *per tribus pl.* (cf. vs. 26). 23 *alius* in cod. omittitur. 26 *decem tribus* (cf. vs. 20). 27 *tuerentur,* nempe *nt* per contiguationem scriptum; *ur* per notissimum signum, quod simile est numero 2. Huius vocabuli litterae posteriores inde ab *r* exaratae sunt in rasura. 29. *acertum* (sine correctione). 29 *hos omnis hos a somnes.* Ita cod. Et in fine fol. 2 (v.) et in parte sup. sinistra fol. 3 (r.) descriptus est asteriscus lacunam indicans.

34 fol. 3 (r.) incipit inde ab *existimationis*; huius paginae inscriptio est *Divinatio.* 35 in marg. dextro compendiose scr. est a manu secunda *discrimen proprie.* 37 *expectatio.* 37 *accusarus* primo, post *tu* additum supra *r.* 39 hic versus in cod. legitur post (Orell. 385, 2) *orationc.*

385, 1 *nimis dil;* nunc, sed *nimis* corr. ex *minus.* 1 *accurate* compendiose scr. in marg. dextro. 3 *non n. d,* sic se lemma habet.

385, 4 *ac recuperare p;*

Orellius *p;* omittens non accurate lemma expressit; sunt autem Ciceronis verba (In Q. Caec. § 72) ac recuperare *possimus.*

385, 5 *dimicandus* primo, post secunda manus littera *s* inducta lineolam duxit supra *u.*

385, 7 *coniecta ut sint in a a.*

Hoc lemma corruptum in cod. exstat; verum originem vitii, ut opinor, divinare possumus. Nam illud *ut* coaluit ex primis litteris verborum *uno* et *tempore* (cf. In Q. Caec. § 72); at subiunctivus *sint* ortum est ex *sunt* simulatque *ut* transpositum [1]) est, de confusione denique inter *a* et *u* in antiqua scriptura iam supra egi (cf. 383, 11; 384, 7). Itaque non multis mutatis lemma sic refingo: *conlecta sunt u. t. u.* (= uno tempore universa (perdamus) cf. In Q. Caec. § 72). Nunc demum optime quadrat scholium: quae ne omnia uno tempore amittamus, maxime erit providendum.

385, 9 *fide* repetitur in marg. dextro. 10 *diligentia* compendiose scr. est in marg. dextro. 11 *disposione* primo, post *ti* scr. supra alteram *o.*

14 *vos ne pr;* eodem modo atque hic *populus Romanus* compendiose scr. est vs. 16.

385, 14 *tum* non arbitrabor *vos ne pr;*

Illud *tum* ipsius orationis verbi *superatum* partem truncatam

1) Stangl l. c. pg. 71 Nachw. 19 Die Transpositionen einzelner Worte und pg. 71 Nachw. 11 Die wichtigsten Transpositionen.

Digitized by Google

esse Orellius iam vidit. Nostrae Ciceronis orationum editiones neque agnoscunt *vos* post *arbitrabor* et transponunt *ne*, nam habent (l. c. § 73): superatum (sc. me) non arbitrabor; populus Romanus ne tam honestam, tam severam diligentemque accusationem neque vobis placuisse cet. Melius igitur proximum lemma (vs. 16) sic scribimus: P. R..... honestam, severam, diligentem.

385, 16 *inminere*. 17 *expectantem*. 18 *iud̄* hic, sed vs. 19 plene scriptum. 19 *neq̄*: sic hoc loco et alibi scr.

19 fol. 8 (v.) incipit inde a *dicibus praeterito*.

385, 21 Distinctio temporum notanda in verbis *Tullii*.

Haec verba in ipso textu omissa a manu secunda exarata sunt in marg. sinistro. Pro *Tullii* Orellius perperam edit *illis*; conferre possumus: a Tullio (394, 31); Tullium (419, 6); Tullius (430, 2 et 21; 431, 4).

385, 22 Sub hoc versu litteris grandibus, quae rubro atramento scriptae sunt, exaratum est: *exp̄l* divinatio incipit actio prima. 28 Etiam prima littera verbi *quod* rubrum colorem habet; ante *quod* in marg. sinistro conspicitur numerus 225.

385, 28 Quod erat optandum maxime, *iudices*.

Contra codicem Orellius ultimum vocabulum omittit.

385, 29. *benivolum*. 29. *dicendu* primo, post *u* corr. in *o*.

30 *pugare* primo, post *r* scr. supra *u*. 31 *verum* primo, post *re* scr. supra *u* inductam.

386, 1 *sedandum* primo, post *a* scr. supra *u* inductam. 1 actio cur haec oratio dicta. Haec verba in marg. sinistro scripsit manus secunda. 4. *ordine senatorum*. 4 *acsusantibus* primo, post *c* scr. supra primam *s* inductam. 5 *convecti*.

5 *damnentur*, sed *e* corr. ex *a* (ut videtur). 7 *numibus*.

8 quod ultro praestatur. Haec verba omissa in textu inveniuntur in imo marg. 8 *dare offerre* scr. in marg. sinistro.

9 *repç*. 9 *summo* compendiose scr. in marg. sinistro.

11 *idea* primo, post *o* scr. supra *a* inductam. 11 *durus* cod. dat pro *Aurelius*. Manus tertia ad calcem paginae scripsit *legem*, a qua voce proximum folium scil. IV. (r.) incipit.

386, 12 *assentiente Quintio* legendum est cum cod. et Stanglio contra Orellium.

386, 12 *tribuno pl*. 12 *publicano* primo, post *a* scr. supra *ub* inductum.

13 *nobisq:* 16 *percrebuit* primo, post *r* scr. supra *u*.

16 *his iud p. h̄*. 17 inter *pollicitum* et *se* una littera (*s*?) erasa est.

18 *debere* deest. 18 In marg. dextro legitur: tres ord̄ in iudiciis.

19 *tribus*. 20 *contionib;* 21 *festis* primo, post *ac* scr. supra *es* deletum. 22 *obiciuntur*. 23 *asta* primo, post *c* scr. supra *s* inductam. 24 *tribunum pl*.

Digitized by Google

386, 26 Rumor enim factus est, quod corruptis *iudicibus* damnatus esset Oppianicus.

iudicibus plene scriptum exstat in codice, at Orellius dat *iudiciis*; illud ergo servandum est, cf. 402, 1 quia conatur corrumpere iudices. Concedimus tamen in cod. legi (401, 39): qui volunt illum absolvi corrupto iudicio, quocum comparanda est annotatio marginalis supra (vs. 18) memorata. Alia ratio est (387, 22): Non dixit *iudicum*, sed *iudiciorum* (sc. religionem), ut et admoneret simul et offensionem vitare videretur.

386, 29 *pre d;* est in cod. pro: praedicatione. 32 *commemoratione* in textu omissum invenitur in imo marg. 32 fol. 4 (v.) incipit inde a *suorum*.

387, 1 *benivolos*. 3 *reconciliare* compendiose scr. in marg. sinistro.

11 *dolobellae*. 12 *adfecit*. 13 *urbavi* primo, post *n* scr. supra *v* inductam.

387, 17 In marg. sinistro legitur: *religiose et severe* (primum verbum compendiose scr.) itaque in cod. ter *severe* invenitur, ubi *vere* requiritur, cf. Stangl l. c. pg. 36.

387, 19 fol. 5 (r.) incipit inde ab *est enim*. 19 *permixtam* primo post *u* scr. supra *a* inductum. 19 *regiose* primo, post *li* scr. supra *g*.

21 $\overline{qm}$ = quoniam; sed 387, 39 $\overline{qnm}$ = quoniam.

21 *iurati iudices* compendiose scr. in marg. dextro.

22 *religionem* corr. ex *legç*, *igo* (ut videtur). 22 *dix̄* (pro: dixit); tale compendium alibi silentio praeteribo. 22 *iudicium* primo, post tertia *i* paene erasa.

387, 27 Aut accusator res defuisse *u: ç*.

Illud *ç* hic quoque quasi compendii signum est. Orellius igitur in fine lemmatis omisit primam litteram verbi *videatur* (cf. Cic. In Verr. Act. I § 3).

387, 27 Vult ostendere Verrem corruptionem iudicum cogitantem.

Hic *cogitandi* verbum obiectum adsciscit, sicut (388, 1): unde scis hoc Verrem cogitare? Usitatiorem tamen loquendi rationem secutus scholiastes scribit (388, 5): in cogitando de corruptione iudicum; 393, 31 de omni Verris absolutione cogitari.

387, 29 Cum multae *m. a. g. i;*

Ita se lemma in cod. habet, at rursus extremam litteram Orellius omisit. Si huc afferemus Ciceronis verba (In Verr. Act. I § 3): cum multae mihi a C. Verre insidiae ..... factae sint, primum apparebit in lemmate *v* (pro: Verre) praetermissam esse,

Digitized by Google

deinde illam *i* significare *insidiae*. Semicolo autem, ut saepe fit, lemma a scholio dividitur. Hac in re aliter Stangl sentit (l. c. pg. 69 Nachw. 9).

387, 30 *redeundi* primo, post altera littera *d* expuncta et corr. in *t*.
31 *periculum*. *m. aus*, (sic).
31 *pr ptori*. Itaque idem vocabulum varie compendiose scriptum est; satius duco posthac de huius vocis scriptura tacere.

387, 33 Praetori, qui praeerat iudicio, *aliquando* quaesitori.

Ita Stangl corruptam lectionem *aliquo* sanavit. Hanc emendationem confirmat (427, 10): Fannius praefuit aliquando huic quaestioni de sicariis.

Praeesse iungitur cum dativo (395, 20): cui (sc. consilio) Iunius praefuit; (442, 1): Aut Glabrionem, qui Ciliciae praeerat cet.

Aliquando occurrit praeterea (392, 41): aliquando quaesitor corruptus est cet. et (440, 44): Socii aliquando civitatem petierunt Romanam.

387, 34 *quaestori;* supra *q* olim scripta fuit *p*, quae nunc prope evanuit. 37 *subripit eripit* scr. in marg. dextro.
37 dixit de verre eripuisse. Haec verba in textu praetermissa addita sunt in imo marg. 39 *retulit* primo, post *t* scr. supra priorem *t*. 40 *sanctum* reperitur in marg. dextro.
40 *commisso* primo, post *s* deleta est et supra priorem *o* lineola ducta.
42 mortalia *pc*. (cf. 382, 6).
388, 3 *audax* repetitur in marg. dextro.
5 fol. 5 (v.) incipit inde a: ruptione iudicum.
7 *obcure* primo, post *e* scr. supra *c*.

388, 8 Legendum esse *percommode cadit* monuit Stangl; rursus igitur manus, quae in cod. scripsit *commode*, verum verbum truncavit, cf. 385, 14.

388, 12 *ut* primo omissum, post supra versum additum est. 15 *conatusq;*
17 *amef;*^{s} (= a me factus). 17 *de* primo omissum, post additum est.
18 *olim* primo, post *odium* scr. supra *olim* inductum. 18 *minuere* corr. ex *sanere* (sic). 20 *semper* compendiose scr. ut saepe.
21 *corrumpç*. 23 versus 23 et 24 in cod. leguntur post (vs. 27) *lucet*.
23 *alienum of*, 23 *propter angustias* scr. in rasura.

388, 25 Itaque cum ego diem *requirendi*.

Hoc cod. habet, at Verrinarum editores scribunt (I § 6): itaque cum ego diem *inquirendi* ..... postulavissem.

388, 25 *tempus dies* legimus in marg. sinistro. 26 *pholosophos* primo, post *i* scr. per primam *o*. 27 *sed* primo omissum, post additum.

Digitized by Google

27 fol. 6 (r.) incipit inde a *lucet*. 28 *diem diem p* (sic).
29 Inter *quidam* et *Dasianum* linea a manu recentiore ducta est.

388, 30 Lemmati *Diebus quinquaginta obii* subiectum est hoc scholium: Ne propter festinationem neglegenter egisse videretur, *hoc ideo addit*. Haec ultima verba pertinere non possunt ad *diebus quinquaginta*, nam festinasse profecto videri potest is, qui spatium centum decem dierum consecutus quinquaginta modo in inquirendo consumpsit, sed manifesto spectant ad locum Ciceronianum (Act. I § 6): *sic* obii, ut omnium populorum privatorumque litteras iniuriasque cognoscerem. Desideramus igitur in lemmate *sic*, quod cum emphasi pronuntiandum est. Id eo facilius fortasse intercidit, quod scholiasta voces *diebus* et *quinquaginta* transposuit. Kayser enim aliique edunt (l. l.): ego Siciliam totam *quinquaginta diebus sic* obii cet.

Saepius omnino lemmatis verbum aliquod ex Ciceronis oratione sumptum addendum est; Stangl quidem in lemmate (389, 4): Criminum subterfugere, requirit *vim* (Verr. I, 8).

388, 31 *dictus*, sed *s* post addita videtur.

388, 32 privatorumque *l;*
Sic scribendum cum codice.

388, 31 *obsideret* repetitur in marg. dextro; 34 item *insignis*.
35 prius *vel* compendiose scr.

388, 38 Haec cum ita sint.
Pro *haec*, quae est codicis scriptura, nostrae editiones Ciceronis orationum habent *quae*.

388, 38 *ita* ex corr.

388, 40 de omnibus bonis m. *ex;*
Orellius minus accurate dat *e* pro *ex*; significant autem extremae illae litterae: male existimat (Verr. I § 8).

388, 43 tempus *i. e*; 43 $\overline{Kl}$ saepe pro *Kalendas*. 43 *ian*$\overline{}$ (sic).

389, 4 Criminum subter *f;*
Ita se lemma in cod. habet. Stangl adiecit *vim*, equidem malim inserere statim post *criminum*, non modo quia verba tradita sunt (Verr. I § 8): criminum vim subterfugere, verum etiam quod codicis vitium per haplographiam natum esse videtur.
Scholium autem, quod huc pertinet, haud scio an rectius sic

Digitized by Google

edatur: In *qua* accusabatur a me; fortasse enim praepositio *in* ferri potest, cf. (389, 10) in quo confidit? In pecunia sperat cet.

389, 6 fol. 6 (v.) incipit inde ab *ianuarias*.

389, 6 Procellam autem dixit tempus, et *non* periculosum. Aliquid turbatum esse in hoc scholio negari non potest: Stanglio placuit scribere: et *nunc* (= hoc loco) periculosum. Mihi venit in mentem: tempus non ‹aequum› et periculosum.

389, 10 Hic legitur: *de* quibus enumerat, et paulo supra (vs. 8): omnia enumerat.

389, 11 *cause*. 11 *eloquentia*. 12 *commississe*. 12 *defesionem* primo librarius exarare voluit. 13 *pristinae* corr. ex *pristinte* (ut videtur). 17 *aucupari* scr. in marg. sinistro.

18 *non usq; eo d*; Ita cod. 18 *descipimus*. 18 *contempnimus*.

19 *despicere contemnere* scr. in marg. sinistro.

19 In marg. sinistro iuxta *vultu* scriptus est numerus 226.

20 *diligeretur*.

389, 20 *Oppium* significat ex praetore Achaiae.

Ita Orellius, at codex dat *Opium* quod per haplographiam ortum puto ex *Opimium*, nam eum significari declarat (388, 31) Praetor Achaicus Opimius dictus est.

389, 21 achaicae. 21 *a* (praepositio) in cod. deest. 21 *verre* corr. ex *vere* 25 *stendat* primo, post *n* scr. supra *i*.

28 fol. 7 (r.) incipit inde a *vero se conf̄*; 28 *quae* fortasse corr. ex *quam*. 29 *ī* pro *sunt* (ut saepius). 30 *profitere* primo, post *c* scr. supra *t* inductam. 30 *proficere* compendiose scr. in marg. dextro 34 *rei iectione*. 31 *iudicium* primo, post extrema inducta. 34 ·*i*· pro, *id est*, ut saepe.

34 *reiciebam*. 35 *tum p̄r* primo, post *nc* scr. supra *m* inductam. 38 *c*; sic pro: *Cicero*. 38 *populo* primo, post corr. in *populi*.

390, 2 *facultas copia* scr. in marg. dextro. 4 *adulescentiae*. *m*;

4 *καταδρομή* compendiose scr. in marg. dextro.

5 *carbones* primo, post *i* scr. per *e*. 6 *pecuniae* primo, post altera *e* expuncta. 6 *spoliato* corr. ex *spoliatu*.

6 *aerario* primo, post prior *a* erasa est et lineola obliqua ducta sub *e*. 7. *quodcumque* (ut vs. 23 *quaecumque*). Hoc non repetam. 7 In marg. dextro legitur: inter spoliatum et nudatum.

7 *nihil*, sed *l* corr. ex *s* (ut videtur). 8 *relictum pro. u*; (sic).

11 *exit f. a*; Ita cod. 11 *dolobellae*; perpetuo secunda syllaba in cod. est *lo*.

13 fol. 7 (v.) incipit inde a: *ciam* vastavit.

20 *mortua* primo, post *o* scr. supra *a* inductam.

390, 23 *omnia* peccata Verris, *quaecumque* commiserat in legatione. Comparare possumus (Schol. Bob. 228, 27): omnes qui-

Digitized by Google

cunque. Huiusmodi exempla congessi plurima ad Frontonem 85, 18 (Fronton. I pg. 21). In schol. Gronov. non redit illa locutio, sed invenimus: omne quod (387, 19); omnia quae (435, 2); quae omnia (436, 23) cet.

390, 26 *Huc* Verres conscientia stimulatus omnia consilia Dolabellae patefecit et delicta, et testimonium etiam in eum dicere est ausus.

Pro *huc* Stangl legere iubet *hic*, quod si *tunc*, *illo tempore* significat, bene ad sententiam convenit. Talem vim *hic* apud Ciceronem induit, velut (Verr. I § 23): hic alios negasse audere, alios respondisse non putare id perfici posse. Huiusmodi autem exempla, nisi fallor, prorsus desunt in Schol. Gron., ubi adverbia temporis (nunc, modo) non raro pro adverbiis loci [1]) usurpantur. Quamobrem dubitatio de illa coniectura legitima videri potest; ipse propono dubitanter tamen: *huic* (i. e. Scauro (vs. 22), vel (vs. 25) mihi); exstat certe in cod. *hic* (407, 37) pro *huic*; cf. etiam (436, 13) *ibi* pro *ubi* et *mutans* pro *multans* (418, 28).

390, 30 Statim post *in ipsum* in cod. sequitur *templum Castoris*.
32 *serta*. 32 *testa* primo, post *e* scr. supra *s* inductam.
33 *in iure* corr. ex *iuiure*. Post *iure* in cod. duae vel tres litterae erasae sunt, quarum nullum vestigium superest.
33 *iuredicendo* compendiose scr. in marg. sinistro. 33 *id.* pro *id est*, sicut saepius. 34 *addictio* repetitur in marg. sinistro.
36 προσκυρωσεις est in cod. (sicut 391, 1 αυξησεις).
391, 1 fol. 8 (r.) incipit inde a *fecit*. 2 *in* deest in cod.
3 *Monumenta* repetitur in marg. dextro. 4. *virgς* (sic).
5 ferre sui . *d. m. e. p. a.* (cf. 382, 6). 6 υπερβολικων primo, post ς scr. supra ν expunctam. 7 *improbitas*.
8 *sinari*. 9 *Omne ius* scr. in marg. dextro.

391, 11 *prς*. Compendio scripturae deceptus librarius per haplographiam verba corrupit, nam non modo *provincia*, verum etiam nomen P. Rupilii illis litteris significari oportet. Propter Orellium, quamvis bene alioquin locum extricaverit, necesse videtur monere illud ς non significare *Siciliam* (cf. 387, 27).

391, 11 *iura gentium* compendiose scr. in marg. dextro; 14 item *libidinosus* et (vs. 15) *avarus*. 15 *numquam* perpetuo (non *nunquam*).
15 *satietate* corr. ex *satiatete*. 15 *vincitur* corr. ex *vincinur*.

1) Cf. Stangl l. c. Nachw. 88 sub *d* et Nachw. 43b sub *d*; pg. 73 et 77.

Digitized by Google

17 supra *aut* corruptelae signum conspicitur, cui in marg. dextro respondet $\bar{q}$. 18 *societate*. 19 *tam parvia* primo, post *i* deleta est (perperam pro *patria*). 21 hic versus in cod. legitur post vs. 22.

21 innumerabiles *p. a;* 21 *frumenaria*. 26 *maxime tutissimeq: u;* Ita cod. 27 fol. 8 (v.) incipit inde a *tructas verres*. 27 *pratae* primo, post *y* scr. supra *p*.

28 *naves* primo omissum, post supra versum additum.

29 $\overline{pr}$ *incender*. (hoc verbum eodem modo scr. vs. 33 cet.)

30 Quater in cod. pro *ae* scr. *e* scil. optime cet.

30 *oportunissime* (sicut vs. 32). 30 *aut* corr. ex *ut*. 30 *optimae* compendiose scr. in marg sinistro. 31 *armatae* primo, post tertia *a* inducta. 31 *aedificate*. 31 *ad dignaviam*.

32 *locis* corr. ex *locus*. 32 *constitute*. 34 In cod. legitur *esse* et *resistente* ad quae vitia fortasse pertinet in marg. $\bar{q}$.

37 *antiquissimas*. 37 *locupl*. 37 *agat hoc len* primo sic divisim scr. post ὑφ' ἓν· 38 *dionisium*.

38 *falarium* primo, post *u* inducta.

392, 1 *civitatibus*. s. aut *d* aut *reddidit* nunc, sed prius *reddedit*. 2 *subaucta* nunc, sed prius *subauctu*. 2 *suracusana*.

5 *adfabre* in textu, sed in marg. *affabre*. 8 *recognosce*.

8 *cognoscimus* et *recognoscimus* compendiose scr. in marg. sinistro.

8 *recognoscimus* corr. ex *cognoscimus*. 10 *amens* repetitur in marg. sinistro. 10 *acp.* (= ac perditus). 11 *occultare* scr. supra *octare* expunctum. 12 *ra p;* (= ratione alia pugnat).

12 *conperendi natione* (sic). 12 *corrumpendam* primo, post *u* scr. supra *a* expunctam. 14 *ad rogandum* primo, post *ti* scr. supra alteram *d*. 14 *signif*.

16 fol. 9 (r.) incipit inde ab *ac per hoc*. 19 *pene*. 19 *nobilis* repetitur in marg. dextro. 20 *caeciliana*. 20 *notus* compendiose scr. in marg. dextro. 25 *conditione*. 25 Verbi *corruperimus* posteriores syllabae inde a *ru* leguntur in rasura. 23 *sortitio ne* primo divisim scr., post ὑφ' ἓν. 28 *iudices* corr. fortasse ex *iudicem*. 28 *sortitio iudicum et reiectio* scr. in marg. dextro. 30 *inparem*. 32 *reicere; ntur* (sic).

33 In marg. dextro compendiose scr.: senatus per decurias divisus.

35 *meautem* primo, post *a* addita supra priorem *e*. 27 *tota c. re demptio* (sic). 37 *renuntiata* compendiose scr. in marg. dextro.

37 fol. 9 (v.) incipit inde ab *id. equaestres* (sic) cf. 390, 33.

39 *preclarae* in textu, at in marg. dextro scr. *praeclarae*.

39 *seres* ὑφ' ἓν scr. in cod.

392, 39 Praeclare se res *h;*

Ita secundum codicem lemma constituendum est, at Orellius *h;* omisit; Ciceronis autem verba haec sunt (Verr. I § 17): praeclare se res habebat.

392, 39 *commodae*. 40 *quaesorem* primo, post *to* scr. supra *o* inductam.

41 *corruptos* primo, post *u* scr. supra *o* inductam.

393, 1 *suens* primo, post *ci* scr. supra *u* (non inductam). 6 *adlini*, sic scriptum et in textu et in marg. 6 *induci* corr. ex *iudici*.

6 *inhaerere* compendiose scr. in marg. sinistro. 6 *congluti nari*.

10 *laetus* et *alacer* scr. etiam in marg. sinistro. 13. *corrupendo*.

Digitized by Google

16 *per eosdem h;* 18 *quo* primo, post *ae* scr. supra *o* inductam.
18 fol. 10 (r.) incipit inde a *si.* 20 *pedetemptim* repetitur in marg. dextro.

393, 20 Pedetemptim autem proprie dicimus, quando per loca lubrica incedentes temptamus, *utrum* sit firmus incessus, suspenso pede.

Hoc uno loco in Schol. Gronov. legitur *utrum* altero sententiae interrogativae membro, quod solet per *an* (cf. 426, 3) adiungi, omisso. Talia exempla complura ex Vulgata et Augustino afferri possunt [1]).

393, 22 *suspenso* corr. ex *suspensu.* 23 *ratione ὑφ' ἓν.*
24 *fornix Fabianus* compendiose scr. in marg. dextro.
31 *urm* cum compendii signo pro *nostrum.* 31 post *nuntiemus* in cod. positum est interrogandi signum. 31 Supra *hoc* descriptum est corruptelae signum, cui in marg. dextro respondet $\overline{q}$.
32 *cogitare.* 32 *positos* primo, post *u* scr. supra alteram *o* inductam.
34 Supra *dixi* et in marg. dextro eodem quo vs. 31 indicavi modo corruptela indicata est. 35 *dirivari.* 36 *populo.*
37 *aliis* corr. ex *auis* (ut vid.).

393, 36 et argumento dat rumorem populi scilicet, quod cum tam multi audissent, aliis ridiculum *uidę;*

Haec est memorabilis scriptura in fine scholii. Quid legendum sit, declarant Ciceronis verba (Verr. I § 19): aliis illud indignum, aliis ridiculum *videbatur.*

393, 39 fol. 10 (v.) incipit inde ab *altius.* Huius paginae inscriptio est a manu tertia: Verr. 1. 39 *perficiebant* primo, post *spi* scr. per *fi.*

393, 39 Codex exhibens *perspiciebant* non conspirat cum Verrinarum editoribus, qui *aspiciebant* amplectuntur.

393, 39 *interius* repetitur in marg. sinistro. 40 *quo* primo, post *i* scr. per *o.*
42 *loquaebantur,* 42 *apertum* (compendiose scr.) et *perspicuum* repetuntur in marg. sinistro.
394, 1 $\overline{ee}$ pro *esse* (sicut ē crebro pro *est*). 1 *adlocutionem.*
2 *obiecto.* 3 *qui id:* primo, post *id* corr. in *iud.* (= iudices).

394, 11 Non commovebat spes Verris eos, id est, senatores, quia sperabat absolvi se, sed gratulatio Curionis.

Haec Orellius edidit, quae probare non possumus, nam in cod. legitur: Non commovebat spes Verris *id* senatores quia sperabat absolvi *se;* gratulatio Curionis hominis cet.

---

1) Cf. Sprachliche Erörterungen zur Vulgata, von J. A. Hagen, pg. 56.

Digitized by Google

Similitudine, ut opinor, versus noni deceptus librarius male repetivit *senatores;* nostro autem loco *iud* (an *iud?*), sicut vs. 3 supra, significare videtur *iudices*. Iam fieri potest, ut *sed* post *se* per haplographiam omissum sit: cui tamen haec ratio displicet, ei ante *hominis* supplenda est vox *com;* vel *commovebat* (ac profecto cod. paulo infra, vs. 14, exhibet *com;* pro *commovebat*). Itaque licet non ex omni parte locus sit sanatus, emendatior certe existet, si restituemus: Non commovebat spes Verris iudices, quia sperabat absolvi se, sed gratulatio Curionis.

394, 14 *com;* pro *commovebat*. 17 *anim. d. u. t.* (sic).
22 *tegere* corr. ex *integere*. 20 *dignati*. 22 *mar come tello* (sic).
22 *ut his de* $\overline{pr}$*;* talis est finis lemmatis in cod.

394, 22 Exspectabas talem fere sententiam:
„Metelli tres fuerunt fratres, unus qui praetor designatus tunc fuit Marcus, alter consul designatus Quintus, tertius praetor in Sicilia Lucius."
Rem ipsam docet Ciceronis oratio (Verr. I § 26—27), at scholiasta nobis offert (382, 17): unum ..... alterum ..... tertium.

394, 23 *frs·* cum compendii signo pro *fratres*. 23 in marg. sinistro est *tres fratres* (compendiose scr.) *metelli*.
In fine huius paginae asteriscus [1]) est, item in principio folii 18 (r.). Quae deinceps leguntur in editione Orellii, (394, 25 *tellum* cet.) exarata sunt in fol. 18 (r.) cet.

394, 25 Facile pauca verba recuperare possumus ex Ciceronis oratione (Verr. I § 26), nempe *ut apud M. Metellum* causa diceretur.

394, 25 Verba *causa* ..... *M. Metellum* (vs. 27) praetermissa in textu, addita sunt in summo marg.
28 iuxta *proscriptorum* in marg. dextro est numerus 227.
31 *praerogativum*. 32 *praerogatium*. 34 *quicquid*.
32 in marg. dextro repetitur: duo genera populi.
36 *praerogativa* repetitur in marg. dextro. 37 *Verris*.
38 *illo* corr. ex *illi*.

394, 42 Quid est, quaeso, Metelle?
Interrogandi signum in cod. non deest.

395, 2 *ab* corr. ex *ad*. 5 fol. 18 (v.) incipit inde a *magis*.
7 *officium dignitas* scr. in marg. sinistro. 12 *quod* est in cod. pro *duo*. 15 *si-*

1) Cf. quae dixi ad 384, 29.

Digitized by Google

mium corr. ex *minus*. 18. *cae soni* primo, post *ὑφ' ἓν*. 21 *oppiani cum*. 21 *venefecii* primo, post *i* scr. per extremam *e*. 26 *trib. pl.*

In fine huius paginae asteriscus est sicut in principio fol. 19 (r.). Harum duarum paginarum inscriptio a tertia manu est *Verr.* Fol. 19 (r.) incipit inde ab *i. o. n. d. quaesturam.*

395, 27 Qui diligenter folii 19[i] paginam rectam excutiet, hoc lemma primum reperiet: *i. o. n. d.*, quae litterae significant (Verr. I § 30): ineat oportet Nonis Decembribus.

395, 27 Iuxta primum versum in marg. dextro adscriptus est numerus 227; tum sequitur (compendiose scr.): qui magistratus Kalendis Ianuariis crearentur. 29 *novas* primo, post *n* scr. per *v*.

30 *acerrima* repetitur in marg. dextro.

395, 31 *Lucius* Cassius. Sic plene scriptum in cod.

395, 32 Supra *cui* descriptum est corruptelae signum, cui in marg. dextro respondet $\overline{q}$; ibidem a manu recentiore scr. *cui bono.*

34 *hi homç*, 35 in marg. dextro compendiose scr. (cf. 388, 48): secundum Kalendas. 35. *secundum* (compendiose scr.) *cras.*

395, 36 *Nonae sunt sex.* Ita se lemma in cod. habet; at in Ciceronis oratione legimus (Verr. I § 31): Nonae sunt hodie Sextiles. Itaque Orellius lectore non monito inseruit *hodie.*

395, 37 *diem iam nenq;* Hae ultimae litterae significant: ne numerant quidem. Ergo nihil vitii subest, nihilominus supra *nenq;* conspicitur corruptelae signum, cui in marg. sinistro respondet $\overline{q}$.

38 Pro *ludos votivos* cod. habet *ludo. suç.*

39 *pisatica.* 40 *cont. rç.*, (= continuo Romani).

395, 41 Quia non dixit, *quot* dierum Romani, addidit „prope". Illud *quot* pro cod. scriptura *quod* debemus Baitero. Idem vitium obtinet in cod. 404, 6 signa *quod* abstulisse Aspendo videbatur et 412, 22 vide *quod* (sic a prima manu, at secunda *d* mutavit in *t*) genera poenarum dat in una sententia.

369, 1 *ducturus* primo, post ultima *u* corr. in *o*. 1 *υφεν*. 2 *causis.*

4 *pleb.* 6 *refrigerato* ad hanc corruptam lectionem spectat fortasse $\overline{q}$ in marg dextro. 6 *omni* corr. ex *omnia.*

6 *extincto.*

396, 7 *Quem ego.* Ex his duobus verbis primo lemma constabat, post autem in fine versus una littera *h* addita est significans *hominem* (Verr. I § 31).

396, 7 Quod iam supra legimus *προσκυρωσεις* pro *προσκύρωσις*

Digitized by Google

(390, 36) et *αυξησεις* pro *αὔξησις*, id confirmat lectionem a Graevio propositam *πεῦσις* (cod. dat *πευσεις*).

396, 8 fol. 19 (v.) incipit inde a *tos iud;* 9 *com;* (= committere).

396, 9 Non quia mos erat dare *iudicii praetori* tabellas, sed quia poterat iubere, ut iudices absolverent G. Verrem.

Ita Orellius scholium constituit, codex autem a prima manu habet *iudicis praetoru,* a secunda (*s* erasa) *iudici praetoru.* Quapropter simplex commutatio inter *i* et *u* (pro *ū* vel *um*) facta esse videtur, ut restituendum sit: Non quia mos erat dare *iudicum praetori* tabellas cet.

In cod. Verris praenomen sic scriptum est *gς.*

396, 11 *ego u. c.* (= ego vos consulo).

18 syllaba *pro* per notissimum compendium significatur, *fecto* autem per *f*, sicut *taciti dabitis* per *t d;* 15 *tempς* (= tempore).

17 *κλεπτυδραμ* ita scr. in textu, at in marg. compendiose.

17 *legitimum* primo, post extrema *m* erasa et lineola supra *u* ducta est. 17 *tempus,* sed *p* in rasura scr.

18 in cod. sic se lemma habet: me laboris ind. dil.

18 *industria diligentia* scr. in marg. sinistro. 19 *ali* primo, post *i* addita. 21 in marg. sinistro legimus: paratior accusator vigilantior copiosior (sed secundum verbum compendiose scr.).

24 *eſlabetur* primo, post *f* inducta; in marg. autem *elab* scr. cum compendii signo. 25 *quid.* (Orellius facile vs. 24 et 25 correxit).

396, 24 In cod. invenimus (Orellii duobus emendationibus acceptis): elabatur evadat effugiat, summum periculum est. [1]) obscurum est, quod difficile invenitur cet. Restituendum videtur:

Elabatur. Evadat effugiat.

[1]) *Summum periculum est.* ‹Maxime metuendum est›.

Obscurum. ‹Obscurum› est, quod difficile invenitur cet.

Secundum lemma nullo omnino scholio in cod. excipitur: supplevi quod speciem veri habet; in tertio autem scholio librarius per haplographiam peccavit, sicut 396, 24; 397, 32; 399, 20 ubi Orellius bene nos monet.

396, 25 *obscurum absconditum* scr. in marg. sinistro. 27 in cod. sic se lemma habet: *nunc hom. tab. t. est;*

Et in fine fol. 19 paginae versae et ante primum verbum fol. 20 paginae rectae asteriscus conspicitur (cf. 384, 29). Fol. 20 (r.) incipit inde a *fuisset;* in marg.

1) Haec tria verba Orellius praetermisit, cf. Verr. I § 32.

Digitized by Google

dextro iuxta primum versum scr. est numerus 228. 31 *urbis* corr. ex *urbs*. 38 *fidico*. *Lanius*. 36 *forte*.

397, 7 *Cum* haec omnia *a* me diligenter.

Contra codicem Orellius in lemmate *a* posuit, at in libro manu scripto *cum* abundat, nam Cicero dixit (Verr. I § 40): haec omnia me diligenter severeque acturum esse polliceor.

397, 7 *diligenter* compendiose scr. in marg. dextro. 8 *rettulit*. 9 *gradibus* primo, post *v* scr. supra *d* inductam.

377, 11 *Alia* ratione esse violatum atque commissum.

Ad hoc lemma parum convenit scholium: Id est, *quomodo* tunc, cum diversis coloribus tabulae erant notatae. Hoc tum demum aptum erit, cum Ciceronem secuti lemma sic constituerimus: ‹simili› aliqua ratione esse violatum atque commissum (cf. Verr. I § 40).

Primum lemmatis verba haud ita raro interiit; Stangl quidem (l. c. pg. 43) edidit: ‹non› tam sibi consuluisse (= Orell. 402, 6).

397, 14 fol. 20 (v.) incipit inde a *si cogitaverit*. Huius paginae inscriptio (a tertia manu) est *Verr*. 17 *predare* primo, post *el* scr. supra *d* inductam. 18 *quartum* lucrum.

397, 19 Codicis lectionem *iudicio reservaret* praeter necessitatem Orellius mutavit in *iudicibus reservaret* (cf. quae dixi ad 386, 26).

397, 19 *iudicum* corr. ex *iudicium*. 22 *non p.* (= posse). 25 *inbibisset* sicut vs. 27.

397, 28 Quia scilicet tales vos speravit futuros.

Haec codicis lectio stare posse videtur, at Orellius edidit... ... *esse* futuros.

397, 30 *severitatis*. 31 *peieratur* corr. ex *peiuratur*. 32 *dispicimur* primo, post prima *i* corr. in *e*. 35 *f;* (fortissimo).

397, 35 Traditam scripturam servare possumus etiam hic: Pompeio enim et Crasso *cons*. cet. sicut vs. 39 Ad urbem *cons*. designatus.

397, 37 *patres c iud m et f t*. Haec exaravit prima manus, sed secunda supra *f* addidit *m*. 40 *contio* corr. ex *concio*. In fine fol. 20 (v.) et in principio fol. 17 (r.) asteriscus conspicitur (cf. 384, 29).

398, 7 fol. 17 (r.) incipit inde a *postea*. In summo margine a tertia manu exaratum est *Verr*., tum sequitur (compendiose scr.): Extant supra et In hunc eundem locum aliae notae.

Iuxta primum versum in marg. dextro scr. est numerus 226.

Digitized by Google

8 accusatores ante sortiuntur. Haec verba omissa sunt in textu, sed leguntur in marg. dextro.

398, 10 Spem $\overline{prç}$ fortuna *perfregerat.*

In hoc lemmate longe a vulgari lectione recessum est, invenimus enim apud Ciceronem (Verr. I § 16): quod et in sortitione istius spem fortuna populi Romani et in reiciendis iudicibus mea diligentia istorum impudentiam vicerat, renuntiata est tota condicio.

398, 11 *accusarent* praetermissum in textu, additum est in marg. dextro.

11 Verba *amicus* cet. usque ad *exierat* in imo margine tantummodo inveniuntur. Turbatum esse locum indicat $\overline{q}$ in marg. dextro.

15 *renuntiata* compendiose scr. in marg. dextro, ubi repetitur etiam *conductio* (vs. 16). 20 *quid ae quo* (sic).

23 *color* corr. ex *calor*. 24 *discolaribus* primo, post *o* scr. supra *a* inductam. 24 *ceris* corr. ex *cesaris* (ut videtur). 25 *alacer* repetitur in marg. dextro.

26 *plia* cum compendii signo (ergo *praelia* est in cod.).

398, 26 equos *alacres* media inter proelia Turnus.

Ita codex. Nostrae autem Vergilii editiones agnoscunt:

Talis equos *alacer* media inter proelia Turnus.

At Forbiger scribit (Aen. XII, 337): Schol. Gron. Cic. p. 398 Orell. exhibet *alacres*, idque etiam Serv. in Codd. invenit, qui adnotat: „Quidam *alacer*, gestiens et rei novitate turbatus, volunt; *alacres* vero laetos".

392, 1 fol. 17 (v.) incipit inde ab *erat*. 2 *parvam* corr. ex *parvum*. 4 *coeperit verres*. 6 *dicit* corr. ex *dat*. 9 *turpam* primo, post *e* scr. per *a*.

399, 10 honoris causa illum se dicit nominare, ut et amicitiae *illius*.

Supra *illius* corruptelae signum descriptum est, cui respondet in marg. dextro $\overline{q}$. Cuiusmodi vitium sit perspiciemus, si comparabimus (Verr. I § 18): quae .... dicentur, ut et amicitiae nostrae et dignitatis illius habita ratio esse intellegatur.

Itaque edi oportet: ut et amicitiae ..... illius.

399. 15 *arcus* repetitur in marg. sinistro. 17 *aecquis*. 18 *cognatum*.

19 *plurimus*. 21 *pridie quam*. 21 *condamnatam* primo, post *e* scr. per priorem *a*. In fine fol. 17 (v.) et in principio fol. 11 (r.) asteriscus conspicitur (cf. 384, 29).

31 fol. 11 (r.) quae in summo marg. inscriptionem a tertia manu habet *In Verr. De praetura urbana*, incipit inde a *dami hospitis*.

399, 31 ‹quod› Philodami hospitis filiam per vim stuprare temptaverit.

Digitized by Google

Illud meum supplementum commendatur enuntiatis, quae subsequuntur (399, 31): *quod* myoparonem Milesiorum vendiderit; *quod* Malleolo quaestore Dolabellae mortuo tutelam filii eius perfide tractaverit; *quod* damnato Dolabellae lis aestimata sit sestert. tot; cet.

399, 32 *myoparonem*, sed *y* scr. in rasura (fuit fortasse olim *e*).
32 *quaestorae Dolobelle*. (cf. 390, 11).
400, 1 *quo* (non *quod*). 3 *praeturae ius* cf. Stangl. Nachw. 27 Spuren der scriptura continua.
4 *asellini*. 5 *minacianis*. 6 *testis* primo, post *c* scr. supra *s* inductam. 6 *contramium* primo, post *iunium* scriptum supra *mium* expunctum. 7 *ostimum*.
7 *fal* primo, post *so* additum supra versum. 8 Supra *eo* corruptelae signum descriptum, cui in marg. sinistro respondet $\overline{q}$. 9 *designa*.

400, 11 Convenit enim inter nos nullam esse oratoriam virtutem, quae non sit perfectissima in singulis quoque narrandis, verum uberrima exempla per omnium generum figuras eminere ‹debere›.

Quod desiderabam supplevi exemplum secutus Gronovii, qui edidit (386, 18): Palicanus enim tres ordides iudicare ‹debere› dicebat, senatores, equites Romanos et tribunos aerarios.

400, 12 *quae sit* primo, post *non* additum supra versum, sed in cod. post *sit* videtur erasum *non*. 15 *aedilitatem* corr. ex *aedulitatem* (ut vid.). 16 *status coniecturalis* repetitur in marg. dextro.
16 *venivolas facit* primo, post *a* prioris verbi mutata in *e*.
16 *venivolos autem*. 17 in marg. dextro legimus: Benivoli auditores quot modis fiant.
17 fol. 11 (v.) incipit inde ab *autem*. 19 *nosmet* sed *et* legitur in rasura; *ipsos* post supra versum additum.
21 *accausa* primo, post prior *c* inducta. 23 Supra *auxilio* descriptum est corruptelae signum, cui in marg. sinistro respondet *q*. 23 *benivolos*. 23 inter *facimus* et *iudices* aliquid erasum est. 24 *extitit*. 26 *comperen di natio*.
26 *dicendo enim*. 28 *praetura* repetitur in marg. sinistro.
32 *qui fuit*. 34 *vulgus* repetitur in marg. sinistro. 35 *continentinentur*.
35 fol. 12 (r.) incipit inde a *dedit*. 35 *ergo sermonem* primo, post *vulgo* scr. supra *ergo* inductum. 38 *responsarum*; de confusione inter *a* et *u* cf. 383, 11. 39 *adfuturum* primo, post *f* scr. supra *d* inductam. Hoc verbum bis occurrens vs. 39 bis eodem modo scriptum et mutatum est.
401, 1 *equis* primo, post *a* scr. supra *e* inductam. 1 in marg. dextro est *emanare*, paulo infra (iuxta vs. 2) *statuere*. 4 ostendit Verrem consilio habito. Haec verba in textu omissa, addita sunt in imo marg. 4 *deliberatio* repetitur in marg. dextro. 7 *adtendunt*.

401, 6 Quasi sententiam ferentium; quod iudices adtendunt litigatorum ‹ora› dicentes sententiam.

Digitized by Google

Haec si Orellii supplemento admisso scribimus, vitium, quod in cod. ad vocem (401, 8) *ostendere* demum, quo supra iam saepius ostendimus modo indicatum est, sublatum videtur. Librarium per haplographiam erravisse (*ora* ab *oru* in hac scriptura vix differt) nemo non videt. Neque igitur miramur signum ⌜ quo in libro manuscripto lemma et scholium separari solent, positum esse inter (vs. 8) *ostendere* et *auderet*.

401, 8 *populor* (hic significat: populo Romano). 8 *inpudens*.
9 *inpudentior* (et vs. 13 *inpudentia*). 10 *facilis* repetitur in marg. dextro. 15 fol. 12 (v.) incipit inde a *neum patior*.

401, 18 *Antutis ūrae f. e. l.*

Haec codex habet pro: *uirtutis uestrae* fructum esse laturos. Rursus *a* et *u* confusae sunt; *n* autem coaluit ex *i* et *r* (cf. 402, 4 *rion* pro *non*); itaque *antutis* exaratum est pro *virtutis*.

401, 19 *notetur*. 23 *accusacione* (vs. 24 accusatione). 24 *inprobos*.
27 *condempnetur*. 28 *obscura* legitur in rasura. 28 *condempnatus*.
29 in marg. sinistro scr. *tenuis obscura*. 30 *αυξησιν*.

401, 31 In eo, quem nemo *ausus sit* defendere.

Hic est verborum ordo, quem cod. offert; at Verrinarum editores vulgo scribunt (II § 3): quem nemo sit ausus defendere.

401, 33 *priamum*. 34 *condempnetis*. 35 fol. 15 (r.) incipit inde a *quia*.
37 *hom def;* (hominum defendatur).

402, 1 Cum *istius* pecunia.

Hoc pronomen codex praebet at Kayser aliique edunt (l. l.): cum *illius* pecunia. (cf. 413, 15).

402, *minae* repetitur in marg. dextro. 4 *sine* corr. ex *fine*.
4 *certaminae* primo, post *ae* corr. in *e*. 4 *gloriarion* primo, post mutatum in *gloria non* (cf. 401, 8). 6 *inpudentem*.
7 *reip*. 10 *de iudicens*. 12 *veritati*. 14 *religioni*.

402, 15 Digna est quae memoretur annotatio marginalis: ordo vituperative.

402, 16 *meorum* primo (ut videtur), post: *ne eorum*. 18 *abalienari* repetitur in marg. dextro. 19 fol. 18 (v.) incipit inde ab *hemium et prope*. 20 in ultimo positam. Haec verba in textu praetermissa leguntur in summo marg.
21 *Virgilius* a manu tertia scr. in marg. sinistro. Ibidem paulo infra invenitur: in hoc loco corruptus erat codex antiquus. Huic extremo verbo subiectus est numerus 234.
25 *faleris*. 28 *αυξησεος*. 31 *umidis*. 33 *numeres*, sed *um* in rasura. 39 *ea quae*. 39 *coicienda*. 40 fol. 14 (r.) incipit inde a *tendit quippe*.

Digitized by Google

403, 2 *albei.* 3 *cohortae.* 4 *argumentatur*, sed *gu* scr. in rasura.
7 *emistichio.* In marg. dextro scr. a manu recentiore *Ennius.*
9 Lemma in cod. non legitur nisi in summo marg. 9 *expedi.*
9 *βραχυλογια* fortasse sub altera *α* iota subscr. erasum est.
11 *ut* primo omissum, post supra versum additum. 12 *apollonis.*

403, 16 Cum locutione: *apud* hanc insulam in Schol. Gronov. comparare possumus (438, 38): Mos fuerat apud omnes Graeciae civitates Corinthi habere conventum et (406, 23): apud Massilienses non tam hoc queruntur, quam verentur. Verum legitur (439, 17): Nemo iam *ad* Romam credebat propter priora exempla.

403, 16 *quemdam* primo, post mutatum in *quaedam.* 19 In marg. dextro est $\overline{q}$, spectans ad verba corrupta, quae Schuetz nobis emendavit (cf. edit. Orell.). 21 fol. 14 (v.) incipit inde ab *huic opioni* (sic).

403, 22 In cod. legimus: Nam cum res Aegyptias *persequeretur,* sic ait cet. quocum conferendum est (404, 6): sed cum generaliter dixisset „plostra", ait „exportata" esse, ut cet. Hoc exemplo prolato contra Orellium *persequitur* edentem vindicamus codicis lectionem.

403, 23 *Απολλονα. Αρτεμην. Ησιοδος. λεγουσειν.*
24 *τουσιν δε υροφον αυτοις και σωτιραν γενεσθαι.*

403, 25 Minus accurate ab Orellio lemma expressum est: codex nunc praebet: *ut* ne Persae quidem. Sed *ne* correctum videtur ex *nec,* aliquid certe ante *p* erasum est; praeterea *Persae* compendiose scriptum est (sicut vs. 27 *Persarum*).

403, 25 *δινως.* 25 *παραδιγμτος* primo, post *α* scr. supra *τ.*
27 in marg. sinistro est numerus 235. 28 *συλλογιστικος.* 28 *επιμονες.* in marg. sinistro est $\overline{q}$. 29 *inmorando.* 29 *pasci* (pro *parti*). 29 *universum* (cf. 388, 11). 30 *tenendum* primo post altera *n* inducta.
33 supra *p* scr. *rae* ut significaretur *praetor.* 35 *innocentiae* primo, post altera *e* expuncta. 35 *pronunciasse* primo, post *c* mutata in *t.* 37 in marg. sinistro est *sector.* 38 *proscriptorum* corr. ex *proscrestorum.* 38 *praetia.* 40 *se* in cod. deest. Post (vs. 40) *absolutum* librarius redit ad vs. 34 *cum fanum.* Nunc autem has discrepantias scripturae offendimus: 35 *innocencia.* fol. 15 (r.) incipit inde ab *asse iudicium.* 38 *praescriptorum.* 38 *praetia.* 40 Recte nunc *se* legitur. 40 *παραδιγματος.* 41 supra *cum* descriptum est corruptelae signum, cui in marg. dextro respondet $\overline{q}$.
404, 1 *quos rerum* est in cod. pro *Chios reum.* 2 *illum.*
2 *populorum legata.* 3 *plaustris* (vs. 7 et 8 per *o*).
3 *animavertamus.* 4 *compositiones.* 6 *quod* (cf. 391, 41).
7 *plostri.* 9 *Aspendium* compendiose scr. in marg. dextro.
10 *tante.* 11 *inpellere.* 11 *moribus* primo, post *ts* scr. supra *r* expunctam, ita ut nunc sit *motubus.* 12 *proverbio aliter.*

Digitized by Google

12 fol. 15 (v.) incipit inde a *simulq;* 13 χαριεντος in textu scriptum est, sed in marg. compendiose. 13 *superase.*

404, 15 Quae, malum, est ista audacia atque amentia? Interrogandi signum ab Orellio neglectum, in cod. positum est.

404, 18 *et dicentis* primo, post *et* inductum est. 22 Tertia manus in marg. sinistro scripsit: Cic. In Hortensio. 23 *omnia.*

25 *rapuit in eruditos iudices.* 27 αριστογιτονος. 27 Tertia manus in marg. sinistro scripsit *Demosthenes.* 28 fol. 16 (r.) incipit inde a τοντα λεον αλλο τους εφιμα αυτον αναλογισασται. 30 Praenomen P. post additum est. 31 *prius elida,* sed in marg. dextro a manu recentiore exstat *Phaselida.*

31 *olumpum.* 33 *conlucere* (sicut vs. 34). 33 Pro *furtis tuis* primo in cod. fuit *syrtis suis.* 34 και μετα τες βουλης.

404, 33—35. Mihi Graeca ferri posse videntur, si vocula, quae facile excidere potuit, inserta scribimus:

Vehementi ‹vi› παρὰ προσδοκίαν καὶ μετὰ τῆς βουλῆς collucere omnia furtis illius vidisse se dixit; quasi non esset ornatus fori, sed confessio rapinarum.

Graecis illis verbis, opinor, scholiasta magna cum emphasi affirmare vult locutionem „collucere omnia furtis illius vidisse" certe praeter lectorum exspectationem, attamen de industria a Cicerone esse usurpatam, qua probaret omnia Verris scelera iam patefacta esse neque quemquam lucem veritatis iam desiderare.

404, 36 *cupidatum.* 405, 3 *lividinis.*

404, 36 Codex hunc ordinem verborum praebet: qui *se iudiciorum* dominos dici volebant, at Verrinarum editiones: qui *iudiciorum se* dominos dici volebant (Verr. II § 58).

405, 3 Sed longius proximum lemma ab lectione, quam nostrae Verrinarum editiones exhibent, recedit. In his enim invenitur (l.l. § 59 simulacra) ex fanis suis sublata in foro venerabantur, at in codice nostro scriptum est: Ex suis templis ablata in foro venerabantur.

405, 4 *grecorum.* 5 *cerimoniosas.* 6 *tam̄* (= tamen).
9 fol. 16 (v.) incipit inde ab *inventos adorare* (sic).
11 *p̄r* (non P. R. quod Orellius dat). 12 *exprobat.*
14 *publicarum.* 15 μετά in cod. deest. 15 *ειρωνιας* nunc, sed post ω una littera (fortasse ι) erasa est.
15 σινχορησιν. 15 in praetura h. quaestio.
15 Iuxta versum in marg. sinistro est numerus 236.
16 ζηδινατος. 19 *mercaturum.*

Digitized by Google

405, 19 Verum *posthac ἄτεχνος πίστις* opponitur, inartificialis probatio de *recitatione* tabularum, in quibus emptio non invenitur.

Revocanda est codicis scriptura *posthaec* (Orellius dat: posthac), at *recitatione* (cod. praebet *citatione*) debemus Stanglio (cf. Wochenschr. f. Kl. Phil. 1905, n° 16 pg. 444).

405, 19 *πιστεις*. 20 *inartificialis*. 23 *bio* primo, post *du* supra scr.

405, 24 nimirum ut *quaeque* retro *ἐκ τῆς παρασκευῆς* dicta sunt cet. Ita Orellius edit, sed in annotatione *quaeque* improbat. Codex habet *queq:* verum pro *e* in nostra scriptura substituere licet *ae* (cf. supra 405, 4 et 5 et alibi saepissime); ergo a ratione palaeographica nihil impedit, quominus scribamus *quaeque*, quod significans *quaecumque* etiam sententiae convenire videtur.

Quisque eandem vim postea interdum habere atque *quicumque* discimus ex Roenschii exemplis, quibus multa Sidoniana addi possunt; cf. Ep. III 13, 10 quaecumque sunt clausa franguntur quaeque [1]) obserata reserantur; Ep. IV 11, 6 vs. 22 at tu quisque doles, amice lector e. q. s; Ep. IX 4, 3 cet.

Cum *retro dicta* comparare possumus Prudent. Peristeph. V, 253

Quin addit et poenam novam
Crucis peritus artifex,
Nulli tyranno cognitam
Nec fando compertam retro.

405, 26 *επικτησεις* primo, post in fine versus *δι* adiectum est syllabis *ἐπι*.

405, 27 Alta *ἐπίδειξις*, utcumque praesentis *causae* ratio postulavit. *Causae* quod codex fortasse a prima manu habet, iniuria Orellius mutavit in *causa*.

In fine fol. 16 (v.) et in principio fol. 21 (r.) conspicitur asteriscus (cf. 384, 29); in summo marg. huius folii scr. *Catil.*

406, 4 Ad primum versum in marg. dextro adscriptus est numerus 400.

5 *quare secunda erant* primo, post corr. in: quae resecanda erunt.

406, 12 Qui hesterno die.

Hoc lemma est in cod., sed post *qui* per haplographiam *ut* praetermissum esse credibile videtur. Editiones certe orationes Catilinarias continentes exhibent (Lib. II § 12): quid? ut hesterno die, Quirites cet.

---

1) Cf. Praef. Mohrii edit. pg. XXI.

Digitized by Google

406, 15 In textu scr. est *lepidum*, sed in marg. dextro *leca*. Ad eundem versum in marg. dextro adscriptum est $\overline{q}$. hic significans scholium omissum esse. 16 in marg. dextro paene evanuerunt verba *tanti est*. 18 *laevandae*.

406, 18 Stangl scholium sic constituit (l. l. pg. 46):

Quia contra invidiam loquitur. Ergo et hic invidia est, si merebatur occidi?

De *quia* (pro codicis lectione *qui*) dubitari non potest, legimus enim paulo supra (vs. 12): Vides, quia contra invidiam descendit et purgat se. At in altero enuntiato ipse tentavi: Ergo et hic invidia est, *etsi* merebatur occidi.

Etsi occurrit 383, 3; 385, 35 cet.

406, 21 *quocumque* primo, post *i* scr. per *o*. 23 *mansilienses*. 26 fol. 21 (v.) incipit inde a *vadat*.

406, 27 Sed cur tam diu de uno hoste loquimur?

E codice revocavi interrogandi signum.

406, 29 et vitia sociorum Catilinae per genera enumerat, ut quicumque male *locuti* fuerit, cognoscatur.

locuti ante *fuerit* per haplographiam (quoniam in hac scriptura *s* et *f* saepe inter se vix different, cf. 407, 3) corruptum esse potest ex *locutus*, quae lectio commendatur etiam hisce verbis (407, 12): et dividit per genera vitiorum totum exercitum Catilinae, ut quicumque locutus fuerit, intellegatur vitio suo loqui.

407, 1 *catilenae*. 3 *quafi* primo, post corr. in *quasi* (cf. 406, 29).

407, 3 Scribendum videtur contra cod. et Orellium in lemmate: Si ullo modo fieri *possit*, in scholio autem: Quasi non *possit* fieri, ut corrigantur (cf. In Cat. II § 17).

407, 5 Codex habet: Unum genus eorum est, at editiones Catilinarias continentes (l. c. § 18) unum genus est eorum.

407, 5 Verba: quomodo facit e. q. s. usque ad *remedium* (vs. 6) bis in cod. scripta sunt; sed dittographia (longiore linea sub verbis ducta) indicata est. 6 post *dixit* in cod. perperam interrogandi signum positum est. 14 *inponit*. In fine fol. 21 (v.) et in principio fol. 22 (r.) asteriscus conspicitur (cf. 384, 29). 17 fol. 22 (r.) incipit inde a *volunt*. 17 inter *iam* et *ad* pars litterae *p* scripta esse videtur. 17 in marg. dextro adscriptus est numerus 402. 21 in marg. dextro compendiose scr. *praetoria cohors*.

407, 21 Praetoria cohors dicitur, quae circa praetorem facit.....

In fine versus statim post *facit* quinque fere litterae erasae

Digitized by Google

sunt: puto *tutum*, cui vestigia, quae non desunt, respondent. Cf. 428, 14.

407, 22 *et* primo omissum, post supra versum additum. 23 *laboreat* primo, post *e* inducta. 23 *netiat* primo, post *me* scr. supra *a*.

25 Re vera nunc in cod. est *desperaverit*, sed inter *s* et *p* erasa est *e*. 26 *instructe*. 27 *cnosia*, sed *c* in rasura.

27 *Virg.* a manu tertia scr. in marg. dextro. 32 *vincat* legitur in rasura. 33 *petulentia*. In marg. dextro compendiose scr. *petulans impudicus*. 35 *sunt*. 36 *diligent* primo, post *es* supra versum additum.

407, 37 Mihi et hic verbi. Hoc lemma est in cod., sed recte Orellius scribi iubet: mihi ut huic urbi, quod idem scholium monet; at Ciceronis editiones habent (In Cat. II § 26) mihi, ut urbi.

407, 38 *uerbi* primo, post *e* inducta. 31 *praesidis* primo, post corr. in *praesidii*. 39 in marg. dextro est *excursio*. 40 fol. 22 (v.) incipit inde ab *et faciunt*. In summo marg. est *Catil.* 3.

41 *qua in* primo, post *in* inductum et supra *a* lineola ducta.

42 *ut ergo* primo, post *eryo* inductum.

408, 1 *sic uiso lutior* primo, post *si cui solutior*.

408, 2 Vide, cum illis minatur, populo minatur.

Nihil est cur cum Graevio scribamus *video*, legimus enim *vide* eodem modo usurpatum (412, 13): Vide ergo, quia mors malum non est, nec crudelis sententia est Silani. (*Silani* legendum pro *Caesaris*).

408, 3 *conibere* compendiose scr. in marg. sinistro. 5 *iumortales*.

7 et 8 Inscriptio in cod. stramento rubro scripta est, sicut littera *D* vocabuli *Deprehensi*. 10 *litteris*. 10 *sollicitati* corr. ex *sollicitatu* (ut videtur). 11 *caelebrata*. 15 *brachi logia*.

408, 14 Praeeunte Stanglio scribo: narrat modo populo, quid actum sit in senatu vel insultat tantum.

Quae subsequuntur sic edere malim: In hac [in hac] oratione brachylogia [hac] arte utitur.

408, 18 *quia* primo, post *i* inducta. 21 *iucund* primo, post *i* addita.

In fine fol. 22 (v.) et in principio fol. 23. (r.) asteriscus conspicitur (cf. 384, 29). Fol. 23 (r.) incipit inde a *qui sibi* (408, 22). In summo marg. a manu tertia est *Cat.* 3.

22 ad hunc versum in marg. dextro adscriptus est numerus 405.

23 *senatos invidiam* primo, post *u* scr. supra *o*. 24 *trudelis* primo, post *c* scr. supra *t* inductam. 25 *lenitatem*.

26 *inmortalibus* (sicut vs. 31 et 33). 29 *versatur*. 30 *repç*.

Digitized by Google

408, 31 Supplicatio diis inmortalibus decreta est pro singulari eorum merito meo nomine.

Haec Ciceronis verba (In Cat. III § 15) laudans scholiasta transposuit *decreta est*, quod vulgo in finem sententiae reicitur.

408, 32 in senatu *causa mei* diis inmortalibus actae sunt gratiae. Cum *causa mei* comparare possumus (426, 1): propter potentiam *sui*; ceterum vox causae praecedit genitivum etiam (428, 35): causa lucri, causa inimicitiarum patrem occidit.

408, 39 *qui dictus* (cf. Stangl l. c. pg. 48).

409, 1 *utq;* primo post *uae* supra versum additum. 3 fol. 23 (v.) incipit inde a *privatum*. 7 *somnum* (quod est in lemmate) primo, post *i* inserta inter *n* et *u*. 9 *si* corr. ex *so*. 10 *vanum*. 11 *sibullinis* (cf. 411, 34).

409, 12 Nec Lucii *Crassi* adipes.

Ergo *Crassi* pro *Cassii* scripsit librarius, cuius oculi aberraverunt ad adiectivum *crassus*, quod eodem versu legitur. Hoc exemplum addatur ad nomina propria corrupta, quae Stangl enumeravit l. c. pg. 49 sub 410, 39.

409, 13 poterat *et* audebat.

Ita scholiasta, at nostrae editiones Catilinarias continentes ἀσύνδετον amplectuntur.

409, 17 *prestitit*. 17 *deorum* nunc, sed inter *d* et *e* una littera (*e?*) erasa est. 19 *caperet?* (sic). 19 *oftentis* primo, post *f* corr. in *s*, (cf. 406, 29; 407, 23). 23 *iuvis* primo, post *u* corr. in *o*.

25 fol. 24 (r.) incipit inde a *locum*. 28 *aus picium* (sic).

29 in marg. dextro est a manu tertia *Virg*. 32 *liq; factae*.

36 In marg. dextro est a manu recentissima *tria fata Ausonio;* ibi paulo infra legitur *fatorum genera*, deinde *Servius Virgilius* utrumque compendiose.

37 *inmobile* (sicut vs. 38); 44 *iuppit* cum compendii signo.

410, 3 fol. 24 (v.) incipit inde a *sulpicium*. 6 *asta* (sicut vs. 16) cf. 384, 5.

410, 8 Ortum est bellum civile. Mox autem legimus (410, 16): orta sunt bella civilia.

Singularem numerum (bellum civile) habemus etiam 410, 17 et 20; 420, 26; 427, 15 cet. at pluralem (bella civilia) 410, 21; 414, 29; 419, 11 et 12 cet.

Similem varietatem [1]) observamus inter:

tempus (Sullanum tempus 427, 7 et 9; tempus tale 419, 15;

1) Cf. etiam quae dixi ad 444, 8.

Digitized by Google

pacis tempore 416, 15; belli tempore 439, 14) et *tempora* (temporibus Sullanis 435, 37; tempora consulatus 441, 10; tempora belli civilis 427, 15);

pars (partem Sullanam 437, 4; parte Sullana 436, 31 partem Pompeianam 417, 26; in partem Pompei 423, 8) et *partes* (Sullanas partes 436, 37; partes Marianas 410, 13; 441, 4; victis partibus 418, 26 et 428, 16);

principium (virtutem principii 427, 14; in principio 400, 16; 422, 5) et *principia* (loco principiorum 426, 8; dixit principia 428, 27 cet.).

410, 9 *praetio* compendiose scr. 10 *solutus* primo, post *solutis*.

410, 12 *lumina civitatis*. Sunt ipsius Ciceronis verba (cf. In Cat. III § 24).

410. 12 *marinas* primo, post *a* scr. supra *i*. 16 *asta* (cf. vs. 6) sed hic corr. in *acta*. 16 *Sulla* primo, post *na* additum supra versum.

18 *inter Cinnam*, sed *inter* corr. ex *iterum*. 18 in marg. sinistro scr. *quot bella civilia*. 19 *sulam* primo, post *l* scr. supra *u*.

21 *gesser* cum compendii signo. 22 fol. 25 (r.) incipit inde a *nam collegam*. 26 *seiungat* primo, post *i* scr. per *a*. 38 Inscriptio atramento rubro exarata est; etiam *H*, prima littera verbi *Hic* illum colorem habet. 42 fol. 25 (v.) incipit inde a *lationem deniq;*

411, 1 *statute* primo, post *i* scr. supra *u*. 2 *occidendus* primo, post *u* corr. in *o*. 3 *et suadet aliud agen* scr. in rasura.

411, 3 Laudando vituperat eius sententiam.

Contrarium legimus apud Frontonem (ed. Nab. 55, 11): vituperando laudi fidem quaereres.

411, 7 *vetebat*.

411, 12 Debet ergo orator ostendere se securum esse adversus omne periculum, ne contra gratiam ipsius parcant, et illam *lenem* sententiam, quae morte multavit.

Si quid video scribendum est: *leniorem* sententiam, nam requiritur quod opponatur *crudeliorem sententiam* (vs. 12, 5, 4) De eadem re loquens ipse scholiasta utitur locutionibus: *mitior* sententia est (412, 22) et *melior* sententia (412, 30); coniecturae meae favere videtur etiam locus Ciceronianus (In Cat. IV § 11): obtinebo (sc. Silani sententiam) multo leniorem fuisse.

411, 15 $\overline{pc}$ (= Patres conscripti) sicut vs. 22, 26, 36, 42.

18 fol. 26 (r.) incipit inde a *quod ait*. In marg. dextro est a manu tertia *Virg*. 24 *campis* primo, post *u* scr. supra *i* expunctam.

Digitized by Google

25 in marg. dextro tertia manus exaravit *curia*. 32 *excede*.
34 *inductos*. 28 *quamadmodum*.

411, 37 Scholium sic fortasse in integrum restituere possumus: Quomodo ostendit mortem non esse poenam, non esse crudelem? Quemadmodum ‹in›venit [non] esse crudelem sententiam Caesaris.

Quemadmodum occurrit etiam pg. 412, vs. 10, 20, 24, 36 cet. Quod dedi *invenit*, animadvertendum est in cod. *invenissent* (432, 22) correctum esse ex *venissent*.

411, 42 fol. 26 (v.) incipit inde a *translatio gubernatorum*, sed 4 litterae *erna* scr. in rasura.
412, 1 *iudiciis* est in cod. 3 *quidquid*. 4 *diserat* primo, post *s* erasa et in rasura scr. *x*.

412, 12 Disputatum est mortem ab dis non esse. Vide ergo, quia mors malum non est, nec crudelis sententia est *Silani*.

Pro *Caesaris* (quod etiam 415, 14 perperam legitur) dedi *Silani*, quod ratiocinatio postulare videtur. Cf. quae dixi ad 409, 12 et omnino adeundus Stangl l. c. pg. 49.

412, 15 *alter ɣlter* primo, post prius verbum deletum. 21 fol. 27 (r.) incipit inde a *ne intellegatur*. 21 post *astutia* interrogandi signum in cod. positum est. 22 *quod* primo, post *d* corr. in *t*.
22 ut mitior videatur illa esse sententia. Haec verba praetermissa in textu addita sunt in marg. dextro.

412, 15 Itaque *si* esset etiam apud inferos aliqua formido.

Haec sunt lemmatis verba, at Ciceronis editiones praebent (In Cat. IV § 8): Itaque ut aliqua in vita formido improbis esset posita, apud inferos cet.

Verum supra (412, 1 vos iam multis iudiciis) *iam* et *multis* interpres transposuit.

Hic denique commemoretur codicem exhibere *huius* (412, 31), at nostras editiones Catilinarias continentes *huiusce* (Cat. IV § 9).

412, 29 *populares*. 30 *sentia* primo, post *ten* additum supra *ti*.
37 *occidatur* primo, post *u* scr. supra *a*. 40 *metellius* primo, post *i* expuncta. 41 *deprachensi*. 42 fol. 27 (v.) incipit inde a *cetera*.

412, 43 Venit, ut sententiam diceret de civibus Romanis *et* noluit venire ad senatum, et coepit velle inimicis Ciceronis favere quasi pro civibus Romanis,

Haec scholiastae annotatio ipsa illustratur hisce Ciceronis

Digitized by Google

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
ASTOR, LENOX AND TILDEN FOUNDATIONS

verbis (In Cat. IV § 10): Video de istis, qui se populares haberi volunt, abesse non neminem, ne de capite videlicet civium Romanorum sententiam ferat. ⟨At⟩ is et nudius tertius in custodiam cives Romanos dedit cet.

Hinc apparet ad *venit* subaudiendum esse *nudius tertius* (sive: superiore die cf. 412, 41) ad *noluit venire* autem *hodie*; itaque edendum videtur: Venit, ut sententiam diceret de civibus Romanis, *set* noluit venire ad senatum et coepit velle inimicis Ciceronis favere cet.

413, 2 *hanc* (cf. 383, 11). 4 *populari*s repetitur in marg. sinistro.
10 *quamquā* primo, post *m* inducta est et lineola ducta supra priorem *a*. 11 *vul* primo, post *l* addita supra versum.
12 *cesaris* sententia. 13 *cesarem*.

413, 15 Illum latorem.

Hoc lemma est in cod., at nostrae Ciceronis editiones dant (In Cat. § 10) *ipsum* latorem. Eiusmodi exemplum pronominorum permutationis iam supra offendimus (402, 1).

413, 18 fol. 28 (r.) incipit inde a *populo*.

413, 20 promittit illis invidiam ..... eneporan scelerum.

Ita codex, sed supra *eneporan* scr. est *q*, deinde sequitur lineola transversa, sub quam punctum positum est, quod idem signum occurrit in marg. dextro, ubi praeterea adscriptum est *immanitate* (cf. In Cat. IV § 11). Ergo corrector pro corrupto *eneporan* restituere voluit *immanitate*. Novem autem litterae in cod. post *invidiam* erasae sunt, videntur quattuor posteriores fuisse *fore*, quare conicio:

promittit illis invidiam *nullam fore immanitate* scelerum.

413, 22 *cer* primo, post *no* additum supra versum; praeterea cod. habet proprie *nnno*. 24 *tirannum* (cf. 25 turanni).
24 *purpurati* repetitur in marg. dextro.

413, 24 Purpurati dicuntur satellites maiores circa tyrannum, qui sunt eodem loco, quo tyranni, ad *fallendum* forte si quis voluisset occidere.

Stangl (Wochenschr. f. k. Ph. 1905, n° 16 col. 444) *pellendum* substituit pro *fallendum*. Mihi venit in mentem *vallandum*, adgnoscit certe hic interpres *circumvallati* (438, 27). Contra librarius in textu exaravit *vanum* (442, 43), quod in marg. correctum est in *fanum*.

Digitized by Google

Nuper [1]) commendata est Charisii lectio *ficos* pro *vicos* ad Horat. Sat. I 9, 13.

413, 27 *gavinium.* 28 *misera miseranda* scr. in marg. dextro. 36 *uxori.* 38 *opimi.* 39 *abentino.* 41 *antigua* primo, post *q* scr. per *g.* 41 fol. 28 (v.) incipit inde a *modo.*

414, 1 *nonne* primo, post *ne* inductum, sed supra versum *ne* additum ante *non.* 9 *inposuit.* 13 *poene.* 14 *hodiherno.* 16 *carthaginem.* 17 *paulus.* 17 *tenctones* primo, post *c* erasa est. 21 fol. 29 (r.) incipit inde ab INCIP PRO. 22 Quos Orellius dat versus 22, 23, 24 in cod. desunt. 25 *Quintus* in cod. plene scr. 25 *legatus cum Considio.* 26 *hanc* in cod. deest. 29 *cesarem.* 29 *legarii.*

415, 1 Servanda videtur codicis lectio: Varus in Africam praetor fuerat; sicut vs. 13 qui in Africam fuerant; vs. 23 in Africam fuit; etiam vs. 9 a prima manu codex hobet: (occisum) esse in Africam.

His exemplis addamus: in Africam non fuit (417, 22); quia in aerarium solebant sortiri (414, 7).

Invenimus contra (421, 15): Is in matrimonio dederat filiam. Satis denique habemus lectorem relegare ad „Rönsch Itala und Vulgata" pg. 410—412.

415, 5 *livius* repetitur in marg. dextro. 6 *pensa.*

6 *pempeium* (ut videtur) primo, post prior *e* corr in *o.*

6 *quaerentur* primo, post *re* scr. supra *re.* 8 *mundavit* primo, post *a* scr. supra *u* inductam. 8 fol. 29 (v.) incipit inde a *peium scias.*

415, 8 Scias Curionem *ducem* occisum esse in Africa, tua est provincia. Haec est codicis lectio, at Orellius omisit *ducem.*

415, 12 *sala* primo, post corr. in *sola.* 13 *extremur* primo, post extrema *r* inducta est et lineola ducta supra *u.*

14 *pertinatia* primo, post *c* scr. supra alteram *t* inductam.

15 *cesarem.* 18 *ad interitum* bis scr., sed dittographia post deleta est. 19 *intellegentiam* (pro: indulgentiam).

20 *lagarii* primo, post *i* scr. per priorem *a.* 20 *posse* corr. (ut videtur) ex *psosse.* 22 *poene* primo, post *a* scr. supra *o* inductam. 24 *execrabatur.* 25 *pansa*, sed prior *a* in rasura (cf. 415, 6). 26 *status* compendiose scr. in marg. dextro.

26 *inprudentiam.* 27 *patet* primo (ut vid.), post corr. in *parte.* 28 *cause.* 29 *hironiam.* 32 *adfero.*

415, 36 Idque Gaius Pansa.

Sic in cod. scriptum est, etiam vs. 38 codex dat G. Pansa; offendimus praeterea (418, 29): Gaius Marcellus.

415, 37 *prestanti.* 37 *ipsi.*

415, 37 Ingenio praestanti fretus fortasse.

Sic cum Stanglio lemma constituimus. Rursus Ciceronis verba

1) Cf. Hermes XI, 2 G. Landgraf, Horatiana S. 317 f.

Digitized by Google

transposita sunt, praebent enim nostrae editiones (pro Ligario § 1) idque C. Pansa, praestanti vir ingenio fretus fortasse familiaritate e. q. s.

Incipit ergo scholion: Quia ipse *Pansa* voluerat Africam tenere; C. Pansa non ausus esset hoc dicere, nisi fretus familiaritate.

Pansa (vs. 37) haud dubie abundat, nam subsequenti versu non solum idem cognomen sed etiam praenomen *G.* in cod. exstat. Lectorem referre possumus ad reliquam scholii partem, ubi eadem ratio inter *ipse* et *Pansa* intercedit atque hic inter *ipse* (vs. 37) et *G. Pansa* (vs. 38); sunt autem haec verba (vs. 39): Nam si crimen esset tenere Africam, *ipse* crimen de se intellegeret. *Pansa* enim ad Africam obtinendam cum filio venerat.

Quamobrem edere velim (415, 37): Quia ipse [Pansa] voluerat Africam tenere, G. Pansa non ausus esset hoc dicere e. q. s.

415, 40 *optinendam*. 416, 1 *vertam?* Orellius interrogandi signum neglexit.

416, 5 *quae* primo, post *a* inducta. 6 fol. 30 (v.) quod in summo marg. a manu tertia habet *pro ligar.* incipit inde a: *qua* plurimi. 9 *inprudentiam* sicut mox (vs. 9) *inprudentiae*.

12 *conconsulatus*. 12 *pasto* primo, post corr. in *pacto* (Stangl postulat *facto* cf. Woch. f. kl. Phil. 1905 N° 16 col. 444). 13 *qua* post corr. in *qui*. 13 *geriuam* primo, post *q* scr. supra *u*.

13 *pararari* primo, post *ri* expunctum et inductum atque *i* scr. per ultimam *a*. 17 In marg. sinistro est $\overline{q}$ indicans fortasse scholium (vs. 19) omissum esse.

416, 17 Venialis per casum et *per* necessitatem.

Praepositio in cod. repetitur, quod factum est etiam (415, 26): Status venialis per casum, per inprudentiam et per necessitatem. Confer praeterea (425, 8): Nata primo admirabilitas ex adverso tempore, ex potentia Sullana, ex magnitudine parricidii et (441, 36): Milienus consul captus cum legatis suis et cum insignibus imperii venumdatus est.

416, 20 *magnum* primo omissum, post supra versum additum.

20 *pene*. 20 *innocentiae*. corr. ex *innocentiam*.

416, 20 Omne leve peccatum vel magnum paene innocentiae personam sumit *comparatione peioris*.

Haec ultima verba nos admonent Taciti (Ann. 1, 10): sed quoniam adrogantiam saevitiamque eius introspexerit, comparatione deterrima [1]) sibi gloriam quaesivisse.

1) *deterrimi* (Muretus).

Digitized by Google

416, 21 Puta, homicida est.

Orellius mavult: *ut* puta; frustra nam codex praebet etiam (423, 25): Puta ego dico: dicebat de te, quia latro es.

Rursus legitur *ut puta* pg. 435, 8; 439, 12 cet.

416, 26 *absoliti* primo, post *u* scr. supra priorem *i* expunctam.

26 *illi* primo, post corr. in *ille*. Ad calcem fol. 80 (v.) invenitur *Q IIII*.

28 fol. 31 (r.), quod in summo marg. a tertia manu habet *pro Ligario*, incipit inde a *suscepto*. 31 Ut essem idem qui fuissem. Hoc lemma omissum in textu legitur in marg. dextro.

32 *iure tenere* corr. ex *iuret inere*. 33 *hunc* sed inter *h* et *u* una littera erasa est; nostrae Ciceronis editiones hoc pronomen non agnoscunt, sed habent *nuntium* modo.

33 *et nuntiatum* primo, post *atum* inductum et *ū* scr. supra *i*. In marg. dextro scr. est *Nuntius Nuntium*.

38 *audeo* primo, post *i* scr. per *e*.

416, 38 Ergo nunc (cf. paulo supra) codex habet:

De Ligario autem audio, quia non voluntate suscepit arma. Quae verba cuncta scholium constituere videntur, verum lemma fortasse fuit (per haplographiam praetermissum):

De Ligari (sc. facto). Hic notum est Clarkium [1]) edere (Pro Ligar. § 8): Vide, quaeso, Tubero, ut, qui de meo facto non dubitem, de Ligari audeam dicere.

416, 39 Quemadmodum arguit pudorem *eius?*

Haec est codicis lectio et distinctio.

417, 2 *quidem* primo, post *e* addita supra *q*. 3 *non* primo omissum, post supra versum additum. 5 *Monomeres* repetitur in marg. dextro. 7 *Hec*.

417, 7 Haec non modo mirabilia.

Hoc lemma in cod. est, at Ciceronis editiones dant: Haec admirabilia.

417, 9 *aut gallos* primo, post *aut* inductum. 10 *habebit* primo, post *a* scr. supra *i* inductam. 10 *inimitias* primo, post *ci* additum supra *t*. 10 *inpellebant*. 11 fol. 31 (v.) incipit inde ab *hos* (a prima manu *hoc*). 12 *quidem* in cod. deest.

13 *sillan*. 13 *pene*. 16 *ignoscas* primo, post altera *s* corr. in *t*. 19 *optinet*. 21 *qua lignarius* primo, post corr. in: quia Ligarius. 22 *in Africam* (cf. 415, 1). 24 *ad* (pro *ac*).

24 *primus* primo, post *u* mutata in *o* (nimirum post *ad*).

24 *et* deest. 29 *Pompei* (sicut vs. 44). 34 fol. 32 (*r*) incipit inde a *tractare*.

418, 1 *ad* facile intercidit inter *quia* et *diversas*. 1 *optinendas*.

3 *notam*. 6 *fuisse* primo, post corr. in *fuit*.

---

1) M. Tulli Ciceronis Orationes, Vol. VI. Oxonii 1900.

Digitized by Google

9 fol. 32 (v.) incipit inde a *tuum*. 10 *inicum*. 14 *quia de* primo, post corr. in *quia ad*.

16 Hic versus atramento rubro exaratus est, sicut versus qui in cod. subsequitur: Incipit pro M. Marcello. Prima quoque littera verbi *Diuturni* (vs. 22) rubrum colorem habet.

22 *pcç*. 22 *civibus*. 24 In marg. sinistro est *lucani*.

26 *victus* primo, post corr. in *victis*. 27 *ipsae*. 27 *suaerat* primo, post *s* scr. supra *e*.

418, 27 Illic fuit *multans* temeritatem suam exilio voluntario.

Recte I F. Gronovius pro codicis scriptura *mutans* substituisse videtur *multans*, quod verbum certe interpres agnoscit (421, 20): et tamen regni parte multatus est; (422, 38): multaverat illum regno; (423, 34): parte multatum regni.

418, 28 *exilio*. 28 *cesar*. 29 *gaius* plene scr. 30 *fatri*. 30 *secutae* corr. ex *sicutae*. 31 *inpellimus*. 32 fol. 33 (r.), quod in summo marg. habet *Pro Marcell.* incipit inde ab *ex superiore*.

419, 2 *separatus* est in cod. pro *senatus*. 7 *errant* in cod. transpositum est legiturque inter (vs. 6) *putant* et *surrexisse*. 10 *peniteat*.

13 fol. 33 (v.) incipit inde a *rique putant*. 16 *cesar inducatur*.

19 *intellegunt*, 20 *suspitionem*. 21 *accusaret*. 22 *dolere*.

25 Ecce iam plena libertas. Haec verba bis in cod. inveniuntur nempe et vs 24 statim post *sumpseram* et vs. 25, priore tamen loco inclusa sunt. 26 *summa*, sed inter *m* et *m* videtur erasa *p*.

28 *ut* pro *at*. 29 *copiosa*. 31 *pene*. 33 *apellatus*.

34 fol. 34 (r·) incipit inde a *nolo;* post *i* scr. per alteram *o*. 34 *quo* corr. videtur ex *quin*. 38 *peccavimus* primo, post *v* mutata in *b*.

39 *quaerelam*.

420, 3 *falsum est* scr. in rasura. 7 *inte est*. 8 Hic versus et proximus in cod. exarati sunt inter *inquit* et *naturae*. Dubium non est quin ad haec verba transposita spectet in marg. dextro $\overline{q}$. 11 *philosofi*. 11 *contempnentis*.

12 *philosofurum* primo, post prior *u* mutata in *o*.

420, 13 Sed tum ita audirem, si tibi soli viveres.

Post haec verba in cod. lacuna quinque litterarum est, periit ergo scholium. Pro *ita* nostrae editiones Ciceronis orationes Caesarianas continentes habent *id*.

420, 16 fol. 34 (v.) incipit inde ab *iterum reipç*. 17 lemma deest.

420, 20 Quid est enim hoc ipsum diu.

Nostrae Ciceronis editiones dant: Quid enim est e. q. s. Cum scholiasta [1]) facit Servius ad Aen. X, 467. Interpres verborum ordinem mutavit etiam in his duobus lemmatis (420, 27): *Re-*

1) Cf. Pro Marc. § 27 (ed. Clark).

Digitized by Google

quirent alii fortasse (pro: alii fortasse requirent) et (421, 3): Maximas *omnes* tibi gratias agimus (pro .... tibi omnes ....).

420, 31 *qua* (pro *quam*). 31 *satis* in cod. deest. 33 de toto loco (33—30) videndus est Stangl l. c. pg. 56. 24 *laus?* (sic).
30 *pub lice* (sic). 35 *fatorum*.

420, 34 Sed fac, quia verum dicunt, interim dum vivo, ‹*volo*› laudabilem factorum de me esse famam.

Sunt fortasse qui pertinendi verbum addere malint memores verborum (Pro Marc. § 30): Id autem etiam si tum ad te, ut quidam falso putant, non pertinebit, nunc certe pertinet esse te talem, ut tuas laudes obscuratura nulla umquam sit oblivio.

420, 38 Multi quid *se* deceret.

Ita cod. Hanc varietatem lectionis desidero etiam in editione quam Clarkius curavit (cf. Pro Marc. § 30).

420, 38 Post *necessitatem* sequitur in cod. lemma: Nonnulli quid etiam [1]) liceret, sed scholium deest. Orellius lemma omisit.

420, 42 *Pompei*. 42 *constantia pertinacia* scr. in marg. sinistro.
42 fol. 35 (r.) incipit inde ab *animum*.
421, 5 *volunt?* (sic). 5 *diligunt?* (sic). 5 *marcellos* primo, post corr. in *Marcello sum*. 7 *ea* scripsit scholiasta, at Cicero *id* (pro Marc. § 34). 8 *solo*. 9 Post hunc versum in cod. sequuntur duo versus, qui atramento rubro exarati sunt nempe: Finit pro M. Marcello:. et Incip pro Deiotaro.
14 prima littera verbi *Deiotarus* colorem rubrum habet. 15 *regum*.
16 *postea* primo, post *ea* inductum. 17 *Pompeiano cum* haec verba in textu praetermissa scr. sunt in marg. dextro. 18 *victo*.
18 *aegÿptum* (re vera punctum supra *y* positum est).
22 fol. 35 (v.) incipit inde a *pro*. 24 *deiotarum* corr. ex *deiotarem* (sicut vs. 30). 27 *serium* primo, post *e* scr. supra *i* inductam.
422, 2 *modo* primo, post corr. in *domo*. 9 *quam* (pro: nisi).
9 *mirabilem*. 10 *et non*. 11 *hostes*; in marg. sinistro scr. est q.

422, 9 Stanglium sequor scribentem; Et dedit exemplum Sinon *qui* nisi miserabilem personam sumpsisset, non haberet, quemadmodum Troianis extorqueret misericordiam.

At distinctione mutata sic pergo: Quippe hostis, ut eius fallax audiretur oratio, finxit turbari.

Meae rationi favere videtur (402, 39): Copiam rapinarum et

1) Cicero scripsit (cf. Pro Marc. § 30) etiam quid .....

Digitized by Google

signorum multitudinem de modo navis ostendit. Quippe si ad haec spolia templi avehenda oneraria navis admota est, apparet quantitas oneris de alvei magnitudine.

422, 11 fol. 36 (r.) incipit inde a *fallax*. 17 *meritis* sed ante *m* una littera erasa est. 21 *adulescentes*. 22 *commendabitur* primo, post *au* scr. supra *i* inductam. 27 *depericulo* (inter *i* et *c* fortasse *c* erasa est). 28 *argitur* primo, post *u* addita supra *i*.

32 fol. 36 (v.) quod in summo marg. inscriptionem habet *Pro Deiot.*, incipit inde a *nihil*. 33 *iudex* primo, post *u* corr. in *n*.

35 *inmortalium*. 35 *Romam*. 37 *dixitti* primo, post prior *t* corr. in *s*.

422, 37 Quia ei ipse (sc. Caesar) orator fuit.

Iam supra scholiasta exclamavit (419, 16): Caesar orator est, qui non possit falli.

422, 39 Adflictum illum.

Hoc lemma est in cod. at apud Ciceronem legimus (Pro Rege Deiot. § 8): adfectum illum quibusdam incommodis e. q. s.

423, 4 *irasceris* primo, post *a* scr. supra *e* inductam. 7 *quaerelae*.

8 *quod* primo, post *d* inducta est. 8 *pompei*. 9 *litteras* hoc verbum postea additum videtur. 9 *cesar*. 10 *transieres* primo, post prior *e* inducta. 13 *perfidem* primo, post *u* scr. supra *e*. Et in fine fol. 36 (v.) et in principio fol. 37 (r.) asteriscus est (cf. 384, 29). 15 fol. 37 (r.) cuius inscriptio est *Pro Deiot.*, incipit inde a *tio tribuno*. In marg. dextro scriptus est numerus 574, tum sequitur $\bar{q}$. 16 *scaurus*.

423, 15 ..... tio tribuno plebis; interea Domitius subito. Nuntiatum est ei, servus Scauri, rei tui, venit.

Quae verba manifesto corrupta ut emendemus, afferendus est locus Ciceronianus (Pro Deiot. § 31): Cn. Domitius ille ..... cum tribunus plebis M. Scaurum principem civitatis in iudicium populi vocavisset Scaurique servus ad eum clam domum venisset et crimina in dominum delaturum se esse dixisset, prendi hominem iussit ad Scaurumque deduci. Nunc facile unusquisque in scholiastae verbis supplebit ‹Domi›tio, quod nomen tamen mox repetitum damnabit. Ergo distinctione prorsus mutata edere velim:

..... Domitio tribuno plebis. Interea [Domitius] subito nuntiatum est ei: servus Scauri, rei tui, venit.

423, 18 *domitium* (pro: dominum). 21 *blesamius* (cf. vs. 28).

21 *urbe romae* primo, post *e* alterius verbi inductum et expunctum.

22 *is* prius omissum, post supra versum additum. 24 *post* primo, deinde *s* expuncta est, supra versum autem additum *est*.

Digitized by Google

29 *situam* primo, post *ta* scr. supra *i* inductam. 34 *ostendat*, sed littera *a* integra non est. 34 *irate* primo, post *ū* scr. supra *e* expunctam. 35 hic versus et proximus in cod. scripti sunt post vs. 38. 35 fol. 37 (v.) incipit inde ab *in animo*.

424, 2 *ium* primo, post inductum est et suprascr. *iam*.

6 (compendiose scr.:) Finit pro Deiotaro. 7 Sequitur in cod.: Argumentum Rosci-anae orationis. 10 *his cum*. 11 *regidioris* primo, post *i* scr. per *e*. 11 *commemoran-tem*. 12 *roscium* sed *r* scr. in rasura. 12 *hic sulla*. 13 *pallacinere* primo, post *re* expunctum. 14 *cena*. 14 *glacia* primo, post *a* scr. supra *c*. 16 *venerunt* primo, post *i* inserta inter *n* et *e*.

16 *crisogone*. 17 *possidere*. 17 *amerino*. 18 *rosci*.

18 *veniri*. 18 fol. 38 (r.) incipit inde ab *obrepertumq;* post *er* inductum est, sed linea curvata litterae *p* et *t* coniunctae sunt.

20 *sextus*. 20 *adulescens*. 24 *ceterasq:* primo, post *s* erasa. 25 *ad* in cod. deest. 425, 1 *monens*.

425, 3 Placet igitur Ciceroni excursus ille iuvenilis de suppliciis parricidarum, ad annos suos, ad existimationem tam floridae partes inter medias haec oratio ponitur.

Ita Orellius, equidem locum sic refingere velim:

Placet igitur Ciceroni excursus ille iuvenilis de suppliciis parricidarum: ad annos suos *fac* existimationem tam floridae *partis*. Inter medias haec oratio ponitur. Post *suos* littera *f*, quae in nostra scriptura valde similis est *s*, facile omitti poterat; cum *partis* (cod. *partes*) comparetur (422, 11): *hostis* (cod. *hostes*).

Faciendi verbum in his scholiis obiecta adsciscit, qualia sunt: divisionem (407, 5); responsionem (428, 33); translationem (432, 21 et 26) cet.

425, 6 *antikathropeian* (litteris Latinis scr.). 7 *parridium* primo, post *ci* scr. supra priorem *i*, quo fortasse spectat $\bar{q}$ scr. in marg. dextro. 8 *cause*. 10 *pleonasmos* compendiose scr. in marg. dextro. 12 *eadem*. 12 fol. 38 (v.) incipit inde ab *oratorum*. 14 *damavit* primo, post *m* mutata in *n*, sed linea ducta supra priorem *a*. 17 in marg. sinistro legitur: duo in oratore. 22 *antiptosis* est in textu, sed in marg. sinistro, quo referendi signum (duo puncta) lectorem delegat, scriptum est $\bar{q}$, tum sequitur *anterosis*. 22 *tanto* corr. ex *tonto*. 23 *officisiores* primo, post *o* scr. supra priorem *s*. Hoc vocabulum compendiose scr. in marg. sinistro.

425, 23 Officiosiores *proprie* dicuntur, qui volunt ad suum officium pertinere, ut rapiant causas defendendas.

Cum Stanglio *proprie*, quod in cod. legitur inter *officium* et *pertinere* transposui neque adversatur (384, 35): discrimen autem est proprie, quod separat aliquas res e. q. s.

Nonne etiam in lemmate *ego audacissimus* (vs. 22) ordo Ciceronis verborum mutatus est? (cf. Pro Sex. Roscio § 2 auda-

Digitized by Google

cissimus ego ex omnibus?) Orellius denique verum ordinem secundum Ciceronis orationem (§ 3) restituit infra (425, 27 et 28).

425, 25 *ignosce adulescenti.* 25 *ignoscere cognoscere* compendiose scr. in marg. sinistro. 27 *cognoscendi ratio.* 28 *ignocendi* primo, post *s* addita supra *c.* 31 *si noluero* bis scr. in cod, sed dittographia post deleta est.

426, 2 fol. 39 (r.) incipit inde a *frater est.* 5 a me autem in me autem. Ita in cod. scriptum est, sed post tria posteriora vocabula inducta sunt.

6 *mesalam* primo, post *s* addita supra *s.* 6 *cuius maxime extant.*

11 *benivolentia.* 17 *lucio sulla.* 18 *effert*, sed ante *fert*, a quo nova linea incipit, *e* videtur erasa. 19 qua libertinum hominem. Ita cod. 19 *interposita.* 20 *nomina.* 23 *suspitionem* primo, post *c* scr. supra *t.* 23 *quemadum.*

24 fol. 39 (v.) incipit inde a *ducit.*

426, 25 damnatum et eiectum.

Hoc lemma est in codice, cum vs. 26 exhibeat *eiecto.* Quia autem in marg. sinistro exstat $\bar{q}$, scribendum videtur (id quod legitur Pro Sex. Rosc. § 6) damnato et eiecto.

426, 26 *culleum.* 28 *affert.* 29 *indignater* primo, post *n* scr. supra *a.* 33 *grisogono*, mox eodem versu *chrisogoni.*

32 *a* pro *aut.*

426, 32 Iudicium bonae causae esse voluit; quod sponsionem quandam apud iudices facere ausus est, ut vel tenui argumento convictus damnationem criminis non *excuset.*

Pro *excuset* substituo *recuset* confisus ipsius Ciceronis verbis (pro Sex. Roscio § 8): si ..... quidquam aliud causae inveneritis, non recusamus quin illorum libidini Sex. Roscii vita dedatur.

Afferamus quoque notissimum locum Livianum (XXII 61, 15): qui si Carthaginensium ductor fuisset, nihil recusandum supplicii foret.

426, 34 in marg. sinistro scr.: tria in coniectura. 36 Ibidem compendiose scr. *deferendo.* 37 *laudem iudicium.*

37 *benivolentiam.* 38 *ut* sed ante *u* littera erasa est.

427, 1 *commodati.* 2 *superiobus* primo, post *ri* scr. supra *b.* 2 *rettulit.*

427, 3 Supra *pertinenter* in cod. corruptelae signum descriptum est, sed hoc verbum satis tuetur (Schol. Bob. 279, 2): Pertinenter et cito a genere ad speciem prolapsus est.

427, 5 fol. 40 (r.) incipit inde a *prompta.* 7 *translane.*

427, 8 ‹Opprimi› me onere malo.

Sic videtur lemma constituendum; cui scholium subiungimus:

Digitized by Google

Melius est, ut opprimat me invidia Sullani temporis quam taceam.

Locutio *melius est ut* occurrit praeterea (410, 32): Melius est, ut dicas demonstrationem esse.

427, 10 *maximo* est in nostro cod., at in Cic. orat. (Pro Sex. Rosc. § 10) legitur *magno*. 11 *questione* (cf. vs. 18 *questionem*). 13 *in*, sed post *n* una littera erasa est. 13 *retoricis* primo, post *h* scr. supra *e*. 14 Supra *appellatur* descriptum est corruptelae signum, cui in marg. dextro respondet $\bar{q}$. 15 *postempora*.

17 *cedes indignissimum* (cf. vs. 27 *cedem*). 18 *continuere* primo, post *a* scr. supra *e* inductam.

21 Post *dimisso* in cod. sequitur *i* (quod significare potest *id est*), deinde exstat $\bar{p}$, suprascr. autem est *re*, iuxta *re* denique invenitur corruptelae signum, quod etiam supra *habitorum* conspicitur; in marg. dextro respondet $\bar{q}$.

427, 21 Fortasse legendum est (cf. quod modo supra dixi): *Dimissorum*. Id est *pro* contempto, relicto habitorum.

427, 22 *marce*. 22 *antiategoria* primo, post *c* scr. supra secundam *a*. 22 *hic illuminat* scr. in rasura. 23 *pro eo*.

25 *veteres*, sed *te* scr. in rasura. 29 fol. 40 (v.) incipit inde a *novimus*. 31 *vicerit*. 33 *sexti*. 35 *sextus*.

427, 35 Exspectabam fere:

Praeparatio a loco vel argumentum *a facultate* non potuisse. Conferre possumus (429, 19): a numero .... a qualitate ..... ab utilitate.

428, 1 *inimicitiarum* corr. ex *inimicitia ram*.

428, 4 Codex dat *rei familiaris* sed apud Ciceronem legitur (Pro Sex. Roscio § 18) *rei familiari*. Verum ad hoc scholium:

Hoc ideo, quia dicebant illi abiectum hunc fuisse a patre, idcirco illum interfecisse, dicit: „voluntas patri aequalis circa filium fuit",

aptum modo est lemma *voluntate patris*, quae verba in Ciceronis oratione ipso lemmate in cod. scripto excipiuntur. Hic [1]) referatur ad ea, quae optimo iure disputativit Stangl l. c. pg. 35.

428, 7 *inmissum*. 7 *occiderit*. 9 *corrumpi potuit libertinus*. Haec verba in textu omissa leguntur in imo marg. 12 *debeat* primo, post *b* addita supra *a*. 13 *cissis* ita in textu, at compendiose scr. in marg. sinistro. 14 *voloterrana* bis scr. in textu, sed in marg. sinistro compendiose. 14 *dr* cum compendii signo pro *dicitur*.

1) Cf. etiam P. Schmiedeberg. De Asconi codd. et de Ciceronis scholiis Sangallensibus. Vratislaviae 1905. pg. 33 et 34.

Digitized by Google

428, 14 Fortasse verum est:

Volaterrana civitas dicitur, quae praecisis undique lateribus ad omnes motus ‹tuta› alto se monte suspendit.

Idem verbum desiderabam supra (407, 21).

428, 16 *constantia* (sex priores litterae scr. in rasura). In fine fol. 40 (v.) et in principio fol. 41 (r.), quod a manu tertia inscriptionem habet *Pro Rosc. Amerino* asteriscus conspicitur (cf. 384, 29).

18 fol. 41 (r.) incipit inde a *patitur*. Iuxta primum versum exstat in marg. dextro numerus 208.

18 *chrisogonus* (etiam vs. 20 et 23 per *i*). 19 *indignitasas* primo, post dittographia *as* erasa est. 22 *tertia* corr. ex *tertiam*. 28 *summam* primo, post extrema *m* erasa.

30 *ex* primo. post *et* scr. supra *ex* inductum.

30 *argumentuatur* primo, post altera *a* erasa est.

30 *site* primo, post *s* addito supra *e*. 30 *idonea*, sed *a* scr. in rasura. 30 *argumentatur* compendiose scr. in marg. dextro.

428, 30 Cum codice (cf. supra) scholium scribendum est:

Argumentatur a persona, sitne idonea ad parricidium. Comparare possumus (428, 33): Nam per quaesitum [1]) argumentatur; responsionem facit; (432, 18): Cum ageretur causa, argumentabantur accusatores e. q. s.

428, 33 *quaestum*. 33 *quotienscumq*; (cf. 390, 7). 35 *lausa* primo, post *l* erasa et *c* scr. in rasura. 36 *natura*. 36 *eurucius*. 38 fol. 41 (v.) incipit inde ab *homo*.

428, 37 Descripsit feram quandam fuisse naturam Roscii, dicens: miramini si ‹fuerit indomita cupiditate› iste homo, qui in agro et solitudinibus cum nullo vixerit?

Cum cod. interrogandi signum posui post *vixerit*. Veri simile est librarium in folio vertendo illa verba quae inserui sumpta de Ciceronis oratione (§ 39) vel talia praetermisisse; quadrant certe egregie ad ea quae sequuntur (429, 1): Cicero arripuit luxuriae partes, expugnavit obiectionem Eruci; si enim solus in silvis fuit, luxuriosus esse non potuit.

Qui meo supplemento non acquiescit, ei post *si* lacuna statuenda est.

429, 1 *erucii* primo, post altera *i* erasa est. 3 *tantam*. 3 *augeret*. 5 *sanitatem*. primo, post *m* erasa est. 8 *eliganter*. 8 *naturele* nunc, sed antea fortasse fuit *natureli*; in marg. sinistro est: natura in unicis liberis (*liberis* scr. in rasura, ubi olim fuit *inicis*).

---

1) Ita legit Stangl cf. Woch. f. kl. Phil. 1905. N° 16 col. 444.

Digitized by Google

429, 8 Eleganter hoc intulit, quod naturale sit, ut unicis liberis quamvis *impotentibus* promptius indulgeamus.

Sic cum I. F. Gronovio scribimus, nam *potentibus* ab hoc loco alienum est, ut satis declarat (434, 41): si Africanus, potentissimus vir, aliquid ageret, in iudicio non diceret.

429, 11 *contrarium* primo, post *u* corr. in *a*. 15 *agis* primo, post *g* inducta. 16 *voluntati*. 19 alterum *tam* in cod. deest. 21 *quod*.

429, 23 Etenim si tibi ..... natura concessit.

Ita lemma constituo, ut respondeat Ciceronis verbis (Pro Sex Rosc. § 46): *Si tibi* fortuna non dedit ut patre certo nascerere, ex quo intellegere posses, qui animus patrius in liberos esset, at *natura* certe *dedit*, ut humanitatis non parum haberes.

429, 23 fol. 42 (r.) incipit inde a *bat hunc*. 29 *litteris*.

31 *cecilium comoediografum* (*mo* scr. in rasura).

33 *quemabat* primo, post *a* addita supra *m*. 34 *habes* pro *abis*. 430, 1 *quandiu*. 3 *forsitam* primo, post *m* corr. in *n*.

430, 4 *laus comicorum* est in marg. dextro. 6 *tribules* repetitur in marg. dextro. 7 *refert*. 7 *animus* primo, post *s* erasa est et lineola ducta supra *u*. 8 fol. 42 (v.) incipit inde a *quia*.

11 *cum* supra versum additum. 19 *molier* primo, post *o* mutata in *e*, sicut vs. 21 *molierem* primo, post corr. in *meliorem*.

22 *molier* post corr. in *melior*.

430, 19 Orellius edidit: In sua quisque arte melior illo, quum peritus in meliore parte est positus.

Qui accuratius codicem excutiet, veram lectionem inveniet:

In sua quisque arte melior illo, *qui imperitus* in meliore parte est positus.

Similem locutionem interpres usurpavit supra (393, 32): amicos in felicitate positos.

430, 22 *sit agricola* primo, post supra versum additum *illo* (sic). 23 *conditione* primo, post *c* scr. supra *t* inductam. 24 *obliviscar*. 24 *chrisogonus*. 25 *execuram qui* primo, post transpositionis signo posito significavit librarius legendum esse: *exequi curam*. 25 *alendorum*. 28 *cnrisogonum* primo, post *cn* corr. in *ch*. 28 *qui me* primo, post *me* corr. in *ne*. 28 fol. 43 (r.) incipit inde ab *aliena*. 35 *chrisogono*. 36 *nec tu*. 36 *chrisogonum*.

431, 1 *vulnereturucium* primo, post corr. in: vulneret erucium. 1 *manilius*. 3 *aratorium* corr. ex *ad ratorium* (ut videtur). 4 *tuerici*. 7 *adpetebant*. 7 ante *tangit* littera erasa est. 9 *proferro quae*. 9 *causator*.

10 fol. 43 (r.) incipit inde a *roscium et illo*. (sic).

13 *coluer* cum compendii signo. 14 *patebatur* primo, post *i* scr. supra *e*. 14 *optemperaberit*. 16 *vocaret*. 16 *cenam*.

Digitized by Google

16 *siveritatem* primo, post *si* corr. in *se*. 16 *iudices*. 18 *qui eum*. 18 *numquam*. 21 *praetio*. 23 *eurucius*.

23 post *accusaret* una littera erasa est. 25 *aliquid*.

27 *qua* supra versum additum.

27 In marg. sinistro a manu recentissima est *lex Remmia*.

28 *adprobare*. 29 *vicina* est in textu (pro *vicino*); vitium indicat $\bar{q}$ in marg. sinistro. 31 fol. 44 (r.) incipit inde ab *esse*. 31 *inprobi*. 34 *repraehendi*. 35 *anseres* et *canes* repetuntur in marg. dextro. 37 illi morsibus vindicant. Haec verba in textu omissa addita sunt in imo marg.

432, 1 *littera illa*. 1 *quotiescumq*. 2 *litteram*. In marg. dextro est *littera K*. 2 *A* repetitur in marg. dextro.

3 *etiam* cod. dat pro *litteram*. 4 *per* est in cod. pro *propter*.

4 *fugatis* primo, post *i* scr. supra *g*. 6 *privata*.

7 *quintiana*. 8 *consensu*. 8 *iudicium*. 9 *habere*.

10 *poterit*. 10 *inrisionem*. 11 *dixis* primo, post *i* scr. pro *s* erasa.

12 *quae* primo, post *i* scr. per *a*, sed *e* inducta et expuncta.

14 *caecidit*. 15 *fieri parricidium*. 16 fol. 44 (v.) incipit inde a *racinensis fuit*. 17 *adulescentes* (sicut vs. 20). 18 *esset* (proprie *eet* cum compendii signo). 21 *pene*. 22 *venissent* primo, post *in* additum supra *v*. 22 *pronunciaverunt* primo, post *c* mutata in *t*. 23 *numquam*. 24 *tamen* primo, post *autem* scr. supra *tamen* expunctum.

26 *almeon*. 29 *proprudentiae* primo, post *pro* inductum.

31 *iuventor*. 32 *creticis*. 32 *repraehensus*. 36 *iure*.

36 *prosolvit* primo, post *pro* corr. in *per*. 37 fol. 45 (r.) incipit inde a *tibus debebent* (sic). 39 *his* corr. ex *hic*.

39 *voluuere* primo, post altera *u* erasa est.

433, 1 In marg. dextro legitur: culleis cur insuebantur. 1 qua enutrire ut. Haec primo exarata fuerunt, post in principio facile corr. *quae*. 2 *necari* corr. ex *negari*. 5 *fraugem*.

433, 10 Veniam neque ita ‹multo› post ad hunc locum.

In lemmate inserui verbum, quod desideramus quodque Ciceronis oratio nobis offert (§ 78).

Contra in proximo lemmate legitur *Eruci*, quod nomen nostrae Ciceronis editiones non agnoscunt.

433, 11 *respondet*. 12 *roscius*. 16 *adversariis*.

17 *sectores* repetitur in marg. dextro, sicut (vs. 19) *collorum*.

433, 18 Nescis, Eruci, hoc tempore esse sectores collorum et bonorum? Cum cod. interrogandi signum posui.

433, 19 fol. 45 (v.) incipit inde a *nam*. 19 *occiderunt*.

20 *proscripti* corr. ex *prostripti*. 22 *furtiba*. 23 *chrisogoni*.

26 *gladiatorae* primo, post *i* addita supra *r*.

27 in marg. sinistro scr. est *palma*. 32 *dubitem*; sic compendiose scr. pro *dubitemus*. 34 *canensis* primo, post *n* scr. supra *a*. 39 *trasumeum* primo, post *m* scr. supra *e*. 39 *annibal* primo, post *h* addita supra priorem *a*.

434, 1 fol. 46 (r.) incipit inde a *Ferro*. In marg. dextro est a manu tertia *En-*

Digitized by Google

nius. 2 *grecis*, quod verbum compendiose scr. repeti videtur in marg. dextro. 4 *fugiens achillen.*

434, 4 Cum interrogaretur ab Aiace, cur fugisset, ille, ut celaret dedecus *vitium*. Quis enim vulneratus ferro Frugio?

Supra *vitium* descriptum est corruptelae signum, cui in marg. dextro respondet $\bar{q}$. Illa vox manifesto corrupta fortasse vitiosa scriptura est pro *ait tum* (cf. 383, 11).

Etiam Ennii verba depravata sunt: editiones, quae Ciceronis orationes vel Ennii fragmenta continent, docent inter *enim* et *vulneratus* in cod. excidisse *non est.*

434, 7 *ininpuritia* primo, post prius *in* inductum (cf. Stangl Woch. f. k. Ph. 1905 n° 16, col. 444). 7 *sallustius* scr. in textu, at compendiose in marg. dextro (hic a manu tertia). 8 Vetustior manus exaravit in marg. dextra *frugio* et *frugies*. 9 *curtius marius*. 10 *meterentur*. 10 *tempore* corr. ex *tempere*. 14 *sectoremodo*.

16 hic versus in cod. legitur post (vs. 21) *accusas*. 16 fol. 46 (v.) incipit inde ab *oris tui inpudentiae*. 22 In marg. sinistro est *automedon auriga;* non in textu, sed in summo marg. tantum leguntur verba: auriga fuit. posteaquam achilles.

23 *haectorem*. 24 *nunciaret*. 24 *hostorem* primo, post *ec* scr. supra *os* inductum. 28 *alt* cum compendii signo pro *alter*. 28 *cede*. 28 *cium magnum* scr. in rasura; deinde lineola ducta est, quam sequitur *dicit*.

29 *inmortalibus*. 30 *maiorem* primo, post *u* scr. supra *e*.

434, 30 Ita more ... maiorum comparatum est.

Haec codex praebet, sed quae ante *maiorum* scripta sunt, leguntur in rasura. Hoc monere videtur, ut Ciceronem (pro Sex. Rosc. § 102) secuti in lemmate restituamus: *Itaque* more maiorum comparatum est.

434, 30 *testinium* primo, post *mo* additum supra *n*. 31 *hergo*.

33 *chrisogono*. 33 *nunciasset* (at legimus apud Cic. (pro Sex. Rosc. § 105) *nuntiatur*). 38 *manubia* est in lemmate, *manubiae* in marg. sinistro, *manubias* in scholio.

435, 2 *oma* cum compendii signo pro *omnia*. 2 *argento* primo, post *um* additum supra *e*. 3 *grisogonum* primo, post *c* scr. supra priorem *g* inductam. 3 *ligatus* primo, post corr. in *legatos*.

435, 5 *Chrisogono nunciat.*

Hoc lemma est in codex, sed apud Ciceronem (pro Sex. Rosc. § 110) bis *enuntiandi* verbum legitur.

435, 6 *chrisogonum*. 7 *mandat iudicium*. 8 fol. 47 (r.) incipit inde ab *alicui*. 8 *possionem*. 13 *re* primo omissum, post additum est. 13 In marg. dextro legimus: cur amicis nostra committimus $\overline{DM}$.

21 praemium invenitur et apud quem. Haec verba in textu praetermissa in imo marg addita sunt. 22 *posuisse* corr. videtur ex *potuisse*.

Digitized by Google

435, 20 Ostendit vitam turpissimam Capitonis, *modo quia* et apud quem praemium invenitur, et apud quem perfidia et cetera maleficia, ipsum potuisse occidere Roscium.

Quia stare vix potest, fortasse corruptum est ex *quippe;* sed post *modo* exspectabas participium (sicut infra vs. 33: modo dicturus). Itaque edere velim:

Ostendit vitam turpissimam Capitonis modo ‹dicens› quippe et apud quem ..... ipsum potuisse occidere Roscium. *Dicens* occurrit 438, 26; 390, 24 cet.; *quippe* 402, 40; 422, 11.

435, 24 *discipulos.* 25 *chrisogono.* 26 *vul.* 26 *g chrisogonum* primo, post prior *g* inducta. 27 *eligantia.* 32 fol. 47 (v.) incipit inde ab *ut ipse.* 34 *chrisogoni* in textu scr., sed compendiose in marg. sinistro. 35 *inponere.* 37 *Sullanus* primo, post *us* corr. in *is.* 41 *intellego.* 41 *me ante* nunc, sed inter haec verba una littera erasa est. 42 *deponis.*

43 ante *intellexit* una littera erasa est. 43 *hoc* primo omissum, post supra versum additum. 43 *recusat* primo, post *s* corr. in *r.*

436, 1 *redubiam.* 2 *panaricium* repetitur in marg. sinistro, ubi praeterea a manu recentissima scripta est *f. παρονύχιον.*

436, 3 Sed dicit haec bona non concupiscere Roscium, sed tantum, ut *fama* parricidii careat.

A prima manu codex videtur exhibuisse *famia,* cuius *i* vestigia exstant. Itaque non audimus Orellium scribentem *infamia.*

436, 6 *redubiam.* 6 *curem* corr. ex *cur est* (scil. *est* compendiose scr.). 6 *redubia* repetitur in marg. sinistro. 6 *grece.*

8 *curtatum venēr* (sic). 9 *parum.*

10 fol. 48 (r.) incipit inde a *luit servare.* 13 *ibi cenaverat.* 15 *suspitionem* primo, post *c* scr. supra *t* inductam.

15 *chrisogonus* (sicut vs. 21 chrisogoni). 17 Omnia verba inde a *dissipavi* usque ad (vs. 19) *praedia praediis* praetermissa in textu, scripta sunt in imo marg.

17 *beientanam.* 24 In cod. scripta sunt: aut ipsa illa quam tanto praetio. aut thepsavus.

436, 24 Ex verbis modo e cod. allatis, licet corrupta sint, intellegimus hoc lemma restituendum esse:

authepsa illa, quam tanto pretio (cf. pro Sex. Rosc. § 133).

436, 24 In marg. dextro a manu secunda est *thepsavus,* sub qua voce a manu recentissima scriptum est:

Authepsa vas aquarium. 25 *lammina.* 25 *portatis.*

26 *vinatas* primo, post corr. in *vicinitas.* 27 *licticarios* primo, post *li* corr. in *le.* 27 *lecticarii* repetitur in marg. dextro. 29 *pantomimum* corr. ex *pantominum.*

32 *illa* cod. dat, sed apud Cic. (pro Sex. Rosc. § 136) legimus *mea.* 32 *tenuit.* 35 *adversarium. et.*

Digitized by Google

436, 36 *Si* id actum est idcirco.

Ex Ciceronis oratione (§ 137) et ex ipso scholio (*sin* autem id actum est hoc bello; 437, 1) discimus in lemmate quoque revocandum esse *sin*.

436, 36 fol. 48 (v.) incipit inde a *circo putamus*. In summo marg. huius paginae a manu tertia scr. est: Pro L. Manilia.

437, 1 *ductum*. 3 *chrisogonum*. 5 *sullanam* primo, post *sa* corr. in *su*. 5 *g chrisogonus* primo, post prior *g* erasa.

6 *non* corr. ex *tion* (ut videtur). 8 *roscio qui accusat* (sic).

437, 8 Deinde dicit hoc tantum agere Roscios, *qui* accusant innocentem, cum ipsi criminosi *sunt*.

Qui et *sunt*, quae in cod. leguntur, ferri posse videntur. Indicativum *sunt* certe, quem modum Graevius et Schuetzius sollicitarunt, tuetur (400, 28): Quaerunt multi, quare appellatur praetura, cum quaesturae et legationis crimina continentur?

437, 11 *qui* (pro: quae). 12 Pro *hominibus* in cod. scr. est *h*.

13 *Cicero* et *ne* primo ὑφ' ἓν scripta nunc divisa sunt.

17 et 18 hi versus atramento rubro scripti sunt.

21 fol. 49 (r.) incipit inde a *lucullus*. Huius paginae inscriptio a manu tertia est: Pro L. Manilia Pompeiana; infra haec verba tres asterisci descripti sunt.

21 iuxta primum versum in marg. dextro scr. est numerus 844.

437, 21 Et dum persequitur, adiit multas civitates et praeda *plenus*.

Ita codex, sed supra *plenus* corruptelae signum descriptum est, cui in marg. dextro respondet *q*. Equidem *plenus* mutare nolim, sed edendum puto: Et dum persequitur, adiit multas civitates [et] praeda plenus.

Conferre volumus (In Verr. Act. II Lib. II § 12): ut facile appareret non tam illis Siciliam, quam inanem offenderant, quam Verrem ipsum qui plenus decesserat, provinciam fuisse.

437, 26—28 aguntur. exercendis. occupatae. Haec lemmata compendiose scripta sunt in marg. dextro.

29 *bithiniaeq*; 29 *bithinia*. 29 supra *rege* asteriscus a manu tertia descriptus esse videtur.

438, 1 *quodne* primo, post *ne* inductum. 1 *armeniam* corr. (ut videtur) ex *armos viam*. 4 *grabrionem*. 4 *fuerit* corr. ex *siterit*.

438, 14 Mithridates cum pacem fecisset cum Sulla et dedisset Asiam Sulla *erat* in civitatibus illis Romanum exercitum servandae fidei *Numidarum* gratia posuit.

Digitized by Google

Supra *erat* conspicitur corruptelae signum, cui in marg. dextro respondet $\bar{q}$. Cum Orellio aliisque Stangl delet *erat* simul proponens (Wochenschr. l. c.) *indigenarum* vel *incolarum* (pro: Numidarum). Tentavi:

.... Sulla *moratus* in civitatibus illis Romanum exercitum servandae fidei *et numerandarum pecuniarum* gratia posuit.

Hanc lectionem defendere videtur Plutarch. Sull. XXV Σύλλας δὲ κοινῇ μὲν ἐζημίωσε τὴν Ἀσίαν δισμυρίοις ταλάντοις, ἰδίᾳ δὲ τοὺς οἴκους ἐξέτριψεν ὕβρει καὶ πλεονεξίᾳ τῶν ἐπισταθμευόντων [1]).

438, 16 fol. 49 (v.) incipit inde a *citum servandae.*

17 *recessisset* corr. ex *recessit.* 17 *mitridates illas illas.* 19 *translatio translatio* primo, post prius verbum inclusum. 23 *lucem.* 20 *metaforan.* 22 *quibus* (sic).

438, 25 et multos interemit Romanos iste eo tempore, quo Mithridates misit ad Sertorium dicens illi e. q. s.

Supra *misit* corruptelae signum exstat, cui respondet in marg. sinistro $\bar{q}$. Qui sic verba notavit, is ante *misit*, ut opinor, inserere voluit *legatos ac litteras* memor ipsius Ciceronis verborum (de imp. Cn. Pomp. § 9); fortasse contulit etiam ea, quae leguntur infra (vs. 40): misit legatos imperans, ut e. q. s.

438, 27 *ut* corr. ex *un.* 30 *hispanae optinebat.* 32 *virtute.* 32 alterum *vicit* post supra versum additum est.

35 *Navicularii* (quod repetitur in marg. sinistro) cod. habet pro *navicullariis.* 37 fol. 50 (r.) incipit inde a *cis subactis*, sed tres priores litterae post supra versum additae. 44 *miratus.*

439, 1 Supra *romani* exstat corruptelae signum, cui in marg. dextro respondet $\bar{q}$; sed potius (vs. 2) *matilium* notari oportuit. 5 *ariobarzanes*, sed *ar* in medio vocabulo scr. in rasura.

439, 5 Esset Ariobarzanes ‹rex›, si vester socius non fuisset.

Inserui quod desiderabam; pertinet autem scholium ad haec Ciceronis verba (l. c. § 12): Regno est expulsus Ariobarzanes rex, socius populi Romani atque amicus.

439, 6 *ad eum.* 9 supra *notalium* corruptelae signum exstat, cui in marg. dextro respondet $\bar{q}$.

439, 8 Sunt imperatores et saepius mittuntur contra hostes *notalium* civitatem *defendant*, et hostem quidem prohibent a rapina, ipsi tamen civitati hostes existunt.

---

1) Cf. etiam Mommsen[s] Röm. Gesch. II pg. 302 et 303.

Digitized by Google

Defendant est codicis lectio, at Orellius edit *defendat*; pro *notalium* conicio *ut provincialium*. Legitur certe infra (vs. 22): Deinde Lucullus missus est, *ut* Mithridatem persequeretur.

Stangl (l. c. pg. 63) pro verbo corrupto substituit *vectigalium* (masculini generis).

439, 12 fol. 50 (v.) incipit inde a *teris rebus*. 16 *coepit* (sicut vs. 32). 17 supra *romam* corruptelae signum descriptum est, cui in marg. sinistro respondet $\bar{q}$.

19 *semper ei*. 21 *misus* primo, post *s* addita supra *i*. 24 *paulatim*. 28 *aperire* primo, post *i* scr. per alteram *e*. 28 *nam* corr. ex *mam*.

31 *Sinope Amisus* scr. in marg. sinistro.

32 fol. 51 (r.) incipit inde a *quamvis*. Huius paginae inscriptio a tertia manu est: Pomp. sive Pro Leg. Manil. 35 *fecerit* corr. ex *fecit*.

39 ante *sed* una littera erasa est. 39 *quadrare* repetitur (scr. a secunda manu) in marg. dextro.

40 *pontificus* primo, post *fi* inductum.

41 *patriae mediae*, sed sub altero verbo lineola ducta est.

42 *sallustio* scr. est in textu, verum in marg. dextro *salust.*

440, 1 *aureum* corr. ex *auretum* (ut videtur).

2 *eam* (pro: *eum*, cf. 383, 11). 2 *redeunde* primo, post altera *d* corr. in *t*. 2 In marg. dextro est a manu secunda: Historia de medea et iasone.

3 *aetes* (sicut vs. 5). 3 *patī e's* (= pater eius).

440, 4 Illa fugiens suum fratrem occidit et membra eius *q.ter* dispersit.

Pro *q.ter*, quod Orellius dat, codex a prima manu habet *ater*, at secunda *i* scripsit per *a*; verum illud *ater* in hac scriptura ortum esse potest ex *ī iter̄* (compendiose scr. pro *in itinere*). Quamobrem legere velim: Illa fugiens suum fratrem occidit et membra eius in itinere dispersit.

In via usurpatum est infra (440, 6 et 443, 9); afferamus etiam (382, 18): iter faciens in Siciliam in via decessit (sc. Arrius).

Pertinet autem scholiastae annotatio ad Ciceronis verba (de imp. Cn. Pomp. § 22): quam praedicant in fuga fratris sui membra *in* iis locis, qua se parens persequeretur, dissipavisse.

I. Gronovio placuit scribere: per iter.

440, 5 Cum igitur Aeetes illos persequeretur, vidit suum filium sparsum in via et coepit eum colligere; et cum colligit ita per funus *moratus*, fugam lucrata fuit Medea.

Pro codicis lectione *moras*, quam Orellius amplexus est, substitui *moratus*.

Digitized by Google

440, 11 in marg. dextro est $\bar{q}$. 11 fol. 51 (v.) incipit inde a *dates postquam*. 12 *timidam* (cf. 383, 11). 20 *mitridates*. 23 *impetum* primo, post *s* scr. per alteram *m*. 25 *extincti*. 26 *poete*. 26 In marg. sinistro est: Historici romani.

440, 26 Ut poetae solent.

Hoc lemma in cod. est, sed Ciceronis editiones habent: *sicut* poetae solent (§ 25).

Infra certe (vs. 30) pro *multum praetereo*, quae est codicis lectio, cum Kaysero Halmio ceterisque orationis Pompeianae editoribus scribendum est: *multa* praetereo.

440, 29 *inbellem*. 32 *grabrio* primo, post prior *r* inducta est.

34 fol. 52 (r.) incipit inde a *ri fortes*. 35 *existimo* primo, post prior *s* inducta. 35 In marg. dextro est: quattuor ornamenta imperatorum.

38 *in bellis peritus* corr. ex *in belli spiritu*.

44 supra *patres* (sic) descriptum est corruptelae signum, cui in marg. dextro respondet $\bar{q}$.

441, 2 *pompei*. 4 *peritia*. 5 *tyrannidis* sed altera *n* scr. in rasura. 7 *clipeanos* primo, post *u* scr. supra *i* expunctam. 10 *legerent* primo, post *u* scr. supra extremam *e*. 11 fol. 52 (v.) incipit inde a *fuisse*. Huius paginae inscriptio est: Pro L. Manilia.

441, 10 Constat Lucullum usque ad tempora consulatus expertem fuisse bellorum, post in consulatu historiis studuisse, ut bella *destituta* cognosceret.

Supra *destituta* corruptelae signum descriptum est, cui in marg. sinistro respondet $\bar{q}$. Quid fere exspectaveris docet notissimus locus Sallustianus (Bell. Iug. 85, 12): atque ego scio, Quirites, qui postquam consules facti sunt et acta maiorum et Graecorum militaria *praecepta* legere coeperint.

Meminimus autem *praecepta* saepe coniungi cum *instituta*, sicut (Cic. de Off. I § 1): Quamquam te, Marce fili, annum iam audientem Cratippum, idque Athenis, abundare oportet praeceptis institutisque philosophiae e. q. s. Hic igitur edendum videtur: ... ut bella *de institutis* cognosceret.

Ne quis haereat in praepositione *de* [1]), commemorentur e nostro scholiasta haec exempla (409, 27) levavit de hasta (sc. caput); 429, 28 de incerto patre natus; 435, 34 adludit de nomine; 436, 23 omnia de rapinis habere; 439, 22 ipsam servare de servitio Mithridatis; 443, 4 de uxore Caesaris incestas amoris traxerat flammas.

1) Cf. etiam Stangl Bobiens. pg. 22.

Digitized by Google

441, 13 *et ortensio* primo, post *inh* additum supra priorem *o*.

13 *luculus* primo, post *l* scr. supra alteram *l*. 13 *Cicero* repetitur in marg. sinistro, sicut (vs. 15) *Salustius*, quod in textu sic scriptum est: *Sallustius*.

15 *cupierunt* (compendiose scr.) dat codex, at legimus (de imp. Cn. Comp. § 28): *concupiverunt*.

17 *in alienis* primo, post *in* deletum. 17 *aequi* primo, post *ae* inductum. 20 *legendus* primo, post *s* erasa est et *u* corr. in *o*. 21 *offensi* (sic). 23 *hispanense*.

24 *reliquas* primo, post *i* addita supra *u*. 25 *mitridatem*.

32 *coeperunt*. 33 supra *p̄bebant* corruptelae signum conspicitur, cui in marg. dextro respondet *q̄*.

34 fol. 53 (r.) incipit inde a *populi*. 36 *securus* primo, post altera *u* corr. in *e*. 37 post *ē* (= est) littera *s* erasa est. 39 *populus* corr. ex *pupulus*.

441, 39 Spectante populo Romano.

Hoc lemma est in cod., apud Ciceronem autem invenimus (de imp. Cn. Pomp. § 33): inspectante praetore. Itaque verisimile est compendio scripturae *pr̄* (quod et *populus Romanus* et *praetor* significare potest, ut supra 385, 14 et 387, 33 demonstravimus) vitium esse natum. Ergo in scholio quoque edere velim: videbat *praetor*, cum raperetur vectigal.

442, 1 *grabrionem* (sicut vs. 16 *grabrio*) cf. 440, 32; 442, 19.

3 *centuariatus* in textu, sed in marg. dextro a manu secunda compendiose scr. *centuriatus ordo*. 17 *maritumo* primo, post *i* scr. per *u*. 18 fol. 53 (v.) incipit inde a *peio potestas*. 19 *grabrione*. 21 *duodecim* nunc, sed *decim* corr. videtur ex *deum*. 21 in marg. sinistro legitur: *Unde rostra*. 22 *carthaniensium*.

442, 23 Ciceronis familiares erant, ut, quando probatione *deficit*, utatur exemplis.

Sic scholium edendum est, nam codex a prima manu exhibet *defecit*, sed post littera *i* per alteram *e* scripta est. Apte comparare possumus (407, 39): Excursio dicitur praedatio hostium, quando equites invadunt possessiones et faciunt praedas et fugiunt; etiam (440, 21): iussit (sc. Mithridates) milites sedere in loco obscuro, ut, quando veniat legatus Luculli ad oppida illa vastanda, contra ipsum impetus fiat.

442, 25 Cuiusquam *initia*. Haec lemmatis vox corrupta videtur ex *inimicum*, quod declarant non solum Ciceronis verba (de imp. Cn. Pomp. § 58): neque me impediet cuiusquam inimicum edictum, sed etiam ipsum scholium: Edictum proposuerat, ut nemo referat de Pompeio, ut ipse hoc bellum experiatur.

442, 27 Intercessio dicitur *aeatio* dictionis tribuni plebis.

Digitized by Google

Supra *aeatio* descriptum est corruptelae signum, cui in marg. sinistro respondet $\bar{q}$. Fortasse novo verbo opus est velut *cassatio:* cassandi verbum saepius legitur apud scriptores posteriorum temporum, velut Sidon. Apoll. Ep. I 11, 13 ceterum obiecta si non improbabiliter cassaverimus e. q. s. Carm. VII, 311 littera Romani cassat, quod, barbare, vincis.

442, 27 *distionis* primo, post *c* scr. supra *s* inductam.
28 *lucrus* primo, post mutatum in *locrus* (pro *lucius*).
30 *interroyantur* primo post *ren* additum supra alteram *n* inductam. **31** *dixit.* **32** *Pompei.*

442, 28 Lemmati *Cimbris* subiungendum est scholium *Gallis.* Huc manifesto non pertinet quod deinceps apud Orellium subsequitur (vs. 28—32): Lucius Philippus dixisse dicitur consulibus Sertorianum bellum detrectantibus e. q. s. Haec verba, quae spectant ad festivissimum locum Tullianum (de imp. Cn. Pompeio § 62) aliud scholium constituunt, cuius lemma periit.

In Orelli annotatione Garatoni emendationes ad vs. 30 et 31 laudantur, sed unum vitium restat; restituendum enim est (442, 30): Cum interrogarentur patres, quali debeat cum potestate mitti (sc. Pompeius), Philippus *consulum* ridens ignaviam pro consulibus dixit.

442, 33 *vanum*, sed supra *v* conspicitur referendi signum (i. e. quattuor puncta), quod etiam in marg. sinistro invenitur ante litteram *f*; ibi ergo *vanum* corr. in *fanum.*
33 *luculum* primo, post *l* scr. supra alteram *l.* **34** *figuratae.* **39** *praestare* repetitur in marg sinistro.
40 *parte.* **40** *hortensi.* **41** hic versus in cod. atramento rubro exaratus est.
443, 4 fol. **54** (r.) incipit inde a *quoddam* (sic primo scriptum, post prior *d* inducta. **4** *incestus*, sed in marg. dextro est $\bar{q}$. **5** *muliebricum.* **6** *inter amna* scr. in textu, sed in marg. dextro compendiose *interamna.* **8** *hinc* corr. ex *hic.* **11** *plebem iam.* **11** *exilium* et **12** *exilio.*
12 In marg. dextro legimus: Clodius Ciceronem in exilium misit milo revocavit. **13** *nepseus.* **14** *nepetere* (sic) scr. in rasura. **15** *lanubi.* **16** *opitae* primo, post *h* addita est supra *o.* **17** *lanubium.* **17** *p Milonem* primo, post *p* expuncta et inducta est. **17** $\bar{p}$*cessit* (= praecessit) est in cod. **20** *provocare* corr. ex *proveccare* vel *provectare.* **21** fol. **54** (v.) incipit inde ab *urbem.* Huius paginae inscriptio a manu tertia est *Pro Milon.*
22 *cacuit* primo, post *i* scr. per priorem *c.*
23 *torquuerentur* primo, post secunda *u* inducta est.
25 *possint*, sicut vs. 28 *possit.* **28** *nullo* primo, post *n* inducta est.
444, 2 *timet* in textu omissum, additum est in marg. sinistro.

Digitized by Google

444, 3 Idcirco laborat principio, ut adimat *iudici* timorem.

Si re vera interpres scripsit *iudici* (non *iudicib.* pro *iudicibus*), quamquam vs. 2 *iudices*, vs. 5 *iudicum* usurpatum est, hic habemus aliud exemplum illustrans inaequalitatem huius scholiastae generis dicendi. Nam proprium est nostri auctoris in eadem re modo singularem numerum adhibere modo pluralem, quod planum facere conatus sum supra ad 410, 8.

444, 2 *miscuerit* corr. ex *miscurat.* 5 *solacium.* 5 *recreat.*
6 *subplicare.* 7 *a clodio* corr. ex *ac lodio.*
7 *factus* primo post corr. in *factas.* 8 *si* nunc, sed ante *s* una littera erasa est. 8 *huic* nunc, sed inter *u* et *i* una littera erasa est.
Sub ultimo codicis versu tres asterisci descripti sunt.

AD ARISTOPHANIS RAN. 1274.

In poetarum tragicorum illa altercatione res eo devenit ut Euripides cantica Aeschyli cuiusmodi sint ostendat. E contextu igitur variorum dramatum evulsos versus aliquot, eodem omnes metro compositos, ita inter se conglutinat ut carmen continuum efficere videantur sed non efficiant.

Quorum versuum unus hic est:

„εὐΦαμεῖτε· μελισσονδμοι δόμον Ἀρτεμίδος πέλας οἴγειν."

Sic codex V; in R aperto vitio scriptum est δρόμον. Sed etiam cetera gravi vitio laborare censentur. Et vitiosa esse quis non concedat, quae intellegi nequeant; lene tamen ni fallor remedium sufficit:

εὐΦαμεῖτε· μελισσονόμοι δόμοι Ἀρτεμίδος πέλας οἴγειν.

Una littera mutata perspicuus iam factus est hic versus ex Aeschyli Ἱερείαις desumtus. Quod drama licet satis cognitum non habeamus, chorum fuisse feminarum Sacerdotum ipsum nomen docet; Dianae autem domus aperiri cum dicitur, quis non statim cogitat Dianae Ephesiae delubrum longe clarissimum. Ibi autem sacrae alebantur apes. Vertatur igitur versus:

Favete linguis: pervenimus ad aedem Dianae apes alentem, quam aperturae sumus.

πέλας (εἰσὶν) οἴγειν igitur ita est dictum ut πάρεστιν ὁρᾶν et similia et μελισσονόμοι δόμοι ita ut in Aristophanis Nubibus μυστοδόκος δόμος. Si quis mavult, mutato accentu, μελισσόνομοι *aedes apibus lustrata*, ut magis poeticum, vel etiam singularem -μος δόμος, non vehementer repugnabo; longius tamen sic discedimus a litteris traditis, et sufficere videtur coniectura quam proposui. v. L.

Digitized by Google

PLATONICA.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

Curaturo novam dialogorum Platonicorum quorundam recensionem recipiendam in *bibliothecam scriptorum classicorum*, quae prodit Groningae apud J. B. Woltersium, ideoque diligenter perscrutanti quaecumque a viris doctis ad emendandum philosophi textum probabiliter excogitata videntur, brevi mihi constitit procul abesse ut criticis nihil agendum supersit, sed pauca quidem in ipsis verbis corrigendis fieri etiamnum posse, multo vero plura in delendis magistellorum additamentis, in quibus expungendis post alios multos nuper J. J. Hartman noster in egregio opere *De emblematis in Platonis textu obviis*, Lugd. Bat. 1898 optime meruit de scriptore elegantissimo.

Ordine percurram Apologiam, Critonem, Phaedonem, quam brevissime indicaturus quae aut emendanda aut cancellanda mihi videantur, intrepidus nec curans superstitiosos codicum admiratores.

Apol. p. 17 B *τὸ γὰρ μὴ αἰσχυνθῆναι, ὅτι αὐτίκα ὑπ' ἐμοῦ ἐξελεγχθήσονται ἔργῳ, ἐπειδὰν μηδ' ὁπωστιοῦν Φαίνωμαι δεινὸς λέγειν, τοῦτό μοι ἔδοξεν αὐτῶν ἀναισχυντότατον εἶναι, εἰ μὴ ἄρα δεινὸν καλοῦσιν οὗτοι λέγειν τὸν τἀληθῆ λέγοντα· εἰ μὲν γὰρ τοῦτο λέγουσιν, ὁμολογοίην ἂν ἔγωγε, ⟨ἀλλ'⟩ οὐ κατὰ τούτους, εἶναι ῥήτωρ.* Sic demum, inserta vocula adversativa, recte procedit oratio.

Secuntur haec: *οὗτοι μὲν οὖν, ὥσπερ ἐγὼ λέγω, ἤ τι ἢ οὐδὲν ἀληθὲς εἰρήκασιν· ὑμεῖς δ' ἐμοῦ ἀκούσεσθε πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν.* Etiam omisso *ἀληθὲς* constaret sententia. Num est genuinum?

Digitized by Google

P. 18 D. ἀξιώσατε οὖν καὶ ὑμεῖς, ὥσπερ ἐγὼ λέγω, διττούς μου τοὺς κατηγόρους γεγονέναι, ἑτέρους μὲν τοὺς ἄρτι κατηγορήσαντας, ἑτέρους δὲ τοὺς πάλαι [οὓς ἐγὼ λέγω], καὶ οἰήθητε δεῖν πρὸς ἐκείνους πρῶτόν με ἀπολογήσασθαι· κτἑ. Interpolatori tribuo verba inutilia, quae cancellavi. Idem valet de proximis (E) καὶ γὰρ ὑμεῖς ἐκείνων πρότερον ἠκούσατε κατηγορούντων καὶ πολὺ μᾶλλον ἢ τῶνδε [τῶν ὕστερον].

P. 20 A. ἐπεὶ καὶ ἄλλος ἀνήρ ἐστι [Πάριος] ἐνθάδε σοφός, κτἑ. Gentile nomen h. l. minus aptum interpolatum videtur e Calliae responso sub B extr. Εὔηνος, ἔφη, ὦ Σώκρατες, Πάριος, πέντε μνῶν.

P. 20 B. νῦν δ' ἐπειδὴ ἀνθρώπω ἐστὸν (filii tui, o Callia), τίνα αὐτοῖν ἐν νῷ ἔχεις ἐπιστάτην λαβεῖν; τίς τῆς τοιαύτης ἀρετῆς, τῆς ἀνθρωπίνης τε καὶ πολιτικῆς ἐπιστήμων ἐστίν· οἶμαι γάρ σε ἐσκέφθαι [διὰ τὴν τῶν υἱέων κτῆσιν]· κτἑ. Unquamne vidisti languidius et inutilius additamentum? Repudio enim quod venit in mentem ἄσκησιν pro κτῆσιν.

P. 20 D init. ταυτί μοι δοκεῖ δίκαια λέγειν ὁ λέγων. Imo vero δίκαι' ἂν. Hoc enim requirit sententia: *qui haec diceret, recte diceret.*

P. 21 A. καὶ ἴστε δή, οἷος ἦν [Χαιρεφῶν]. Nomine nihil opus. Initio Χαιρεφῶντα γὰρ ἦστέ που pro ἴστε που iam correxi *Lect. Rheno-trai.* pag. 22, cf. etiam *Vindiciae Aristoph.* pag. 121. Causa erroris fuit sequens ἴστε.

P. 21 B extr. ἦλθον ἐπί τινα τῶν δοκούντων σοφῶν εἶναι, ὡς ἐνταῦθα, εἴπερ που, ἐλέγξων τὸ μαντεῖον καὶ ἀποφανῶν [τῷ χρησμῷ], ὅτι οὗτοσὶ ἐμοῦ σοφώτερός ἐστι.

P. 21 D extr. ἔοικα γοῦν τούτου γε σμικρῷ τινι αὐτῷ τούτῳ σοφώτερος εἶναι [ὅτι ἃ μὴ οἶδα οὐδὲ οἶμαι εἰδέναι]. Verba αὐτῷ τούτῳ referenda ad proxime praegressa, nec egent interpretatione.

P. 23 C. πρὸς δὲ τούτοις οἱ νέοι μοι ἑπακολουθοῦντες, οἷς μάλιστα σχολή ἐστιν, οἱ τῶν πλουτιωτάτων ⟨ὑεῖς⟩, αὐτόματοι χαίρουσιν ἀκούοντες ἐξεταζομένων τῶν ἀνθρώπων. Inserta a me vocula sine vitio omitti nequit.

Digitized by Google

P. 24 A. *καίτοι οἶδα σχεδόν, ὅτι τοῖς αὐτοῖς ἀπεχθάνομαι.* Hunc locum aliter ab aliis tentatum intellegam correctum sic, ut pro *τοῖς αὐτοῖς* legatur *δι' αὐτὸ τοῦτ' αὐτοῖς*, scil. propter meam dicendi libertatem. Versio Armenia habet *αὐτοῖς τούτοις*, quod recepit Burnet.

Sequitur *ὃ καὶ τεκμήριον, ὅτι ἀληθῆ λέγω καὶ* [*ὅτι*] *αὕτη ἐστὶν ἡ διαβολὴ ἡ ἐμὴ καὶ τὰ αἴτια ταῦτα* [*ἐστιν*], ubi non solum ultima vocula delenda cum Hirschigio, sed etiam *ὅτι*.

P. 24 B. Veterem meam coniecturam *ἔχει δὲ πῶς; ὧδε·* pro *ἔχει δέ πως ὧδε* sec. Burnet confirmat versio Armenia.

Ibid. C init. *τὸ μὲν δὴ ἔγκλημα τοιοῦτόν* ‹*τι*› *ἐστιν· τούτου δὲ* [*τοῦ ἐγκλήματος*] *ἓν ἕκαστον ἐξετάσωμεν.*

Ibid. C cap. XII init. *καί μοι δεῦρο, ὦ Μέλητε εἰπέ.* Quia *δεῦρο* est ellipsis pro *δεῦρ' ἴθι*, melius interpungetur semicolo post **Μέλητε**.

P. 25 B init. *οἱ δὲ πολλοὶ ἐάνπερ ξυνῶσι* [*καὶ χρῶνται*] *ἵπποις διαφθείρουσιν.*

P. 25 D. *ἀπόκριναι, ὦ ἀγαθέ, καὶ γὰρ ὁ νόμος κελεύει* [*ἀποκρίνεσθαι*].

P. 26 C. In parenthesi ponenda videntur verba *καὶ αὐτὸς ἄρα νομίζω εἶναι θεούς, καὶ οὐκ εἰμὶ τὸ παράπαν ἄθεος οὐδὲ ταύτῃ ἀδικῶ.*

P. 26 D. Eximium huius loci leporem destruens Schanz prius *Ἀναξαγόρου* expunxit. Delendum est alterum et *καὶ* ante *οὕτω* mutandum in *ἤ*. Vide quae scripsi Lect. Rheno-Trai. pag. 37.

P. 27 B extr. *ἀλλὰ τὸ ἐπὶ τούτῳ γε ἀπόκριναι.* Sub cod. Oxon. lectione *γεπ* fortasse latet *γέ τοι.*

P. 28 B. *ἄνδρα, ὅτου καὶ σμικρὸν ὄφελός* [*ἐστιν*]. Ultimam vocem recte omisit Antoninus 7, 44.

P. 29 B. *καὶ τοῦτο πῶς οὐκ ἀμαθίᾳ ἐστὶν* [*αὕτη ἡ*] *ἐπονείδιστος, ἡ τοῦ οἴεσθαι εἰδέναι ἃ οὐκ οἶδεν;* Pro *καὶ τοῦτο* scripserim *καίτοι* cum Eustathio, deleto *αὕτη ἡ* cum versione Armenia et virgula post *ἐπονείδιστος*. — Ibid. C *οὐχ οἷόν τ' εἶναι μὴ* ‹*οὐκ*› *ἀγανακτεῖν* correxi Lect. Rhen. p. 38.

Digitized by Google

P. 30 B extr. ὦ ⟨ἄνδρες⟩ Ἀθηναῖοι recte cod. E. — Ibid. C init. Μὴ θορυβεῖτε, ⟨ὦ⟩ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀλλ' ἐμμείνατέ μοι οἷς ἐδεήθην ὑμῶν [μὴ θορυβεῖν ἐφ' οἷς ἂν λέγω, ἀλλ' ἀκούειν·] καὶ γάρ ὡς ἐγὼ οἶμαι ὀνήσεσθε ἀκούοντες. Vix ipsius Platonis sunt verba seclusa.

P. 33 C extr. εἰ γάρ δὴ ἔγωγε τῶν νέων τοὺς μὲν διαφθείρω, τοὺς δὲ διέφθαρκα, χρῆν δήπου, εἴτε (εἰ μέν?) τινὲς αὐτῶν πρεσβύτεροι γενόμενοι ἔγνωσαν, ὅτι νεοῖς οὖσιν αὐτοῖς ἐγὼ κακὸν πώποτέ τι ξυνεβούλευσα, νυνὶ αὐτοὺς ἀναβαίνοντας ἐμοῦ κατηγορεῖν καὶ τιμωρεῖσθαι· εἰ δὲ μὴ αὐτοὶ ἤθελον, τῶν οἰκείων τινας τῶν ἐκείνων, πατέρας καὶ ἀδελφοὺς καὶ ἄλλους τοὺς προσήκοντας [εἴπερ ὑπ' ἐμοῦ τι κακὸν ἐπεπόνθεσαν αὐτῶν οἱ οἰκεῖοι], νῦν μεμνῆσθαι. Pessime post antecedentia abundant quae cancellavi.

P. 35 C extr. μὴ οὖν ἀξιοῦτέ με, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοιαῦτα [δεῖν] πρὸς ὑμᾶς πράττειν, ἃ μήτε ἡγοῦμαι καλὰ εἶναι μήτε ὅσια. Ambigo utrum δεῖν delendum sit an mutandum in δή.

P. 35 E init. τὸ μὲν μὴ ἀγανακτεῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐπὶ τούτῳ τῷ γεγονότι, ὅτι μου κατεψηφίσασθε, ἄλλα τέ μοι πολλὰ ξυμβάλλεται, καὶ οὐκ ἀνέλπιστόν μοι γέγονεν τὸ γεγονὸς τοῦτο, κτέ. Si recte Hirschig expunxit verba ὅτι μου κατεψηφίσασθε, praeterea abesse malis τὸ γεγονός. Quare nescio fere an praestet delere verba ἐπὶ τούτῳ τῷ γεγονότι, utpote interpolata propter sequens τὸ γεγονὸς τοῦτο.

P. 36 C extr. ὃ μὲν γὰρ ὑμᾶς ποιεῖ εὐδαίμονας δοκεῖν [εἶναι], ἐγὼ δὲ εἶναι. Multo elegantius prius εἶναι aberit.

P. 37 A init. εἰ οὖν δεῖ με κατὰ τὸ δίκαιον τῆς ἀξίας τιμᾶσθαι, τοῦτο τιμῶμαι [ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως]. Rectius saltem cod. E τῆς ἐν πρ. σ., sed procul dubio verba mihi cancellata interpolata sunt e praegressis τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἐν πρυτανείῳ σιτεῖσθαι. — Mox recte libri praeter B ὦ ⟨ἄνδρες⟩ Ἀθηναῖοι. Idem ex E revoca sub litt. C.

P. 38 A. περὶ ὧν ὑμεῖς ἀκούετε διαλεγομένου. Imo vero ἠκούετε, quod exhibet cod. E.

Digitized by Google

P. 38 C. Requiro: *ὁρᾶτε γὰρ δὴ τὴν ⟨ἐμὴν⟩ ἡλικίαν, ὅτι πόρρω ἤδη ἐστὶ τοῦ βίου.*

P. 39 C. *νῦν γὰρ τοῦτο εἴργασθε οἰόμενοι ἀπαλλάξεσθαι τοῦ διδόναι ἔλεγχον τοῦ βίου.* Malim *ἀπηλλάξεσθαι*, *fore liberos.*

P. 40 D. *οἶμαι ἂν μὴ ὅτι ἰδιώτην τινὰ ἀλλὰ τὸν μέγαν βασιλέα εὐαριθμήτους ἂν εὑρεῖν αὐτὸν ταύτας πρὸς τὰς ἄλλας ἡμέρας καὶ νύκτας.* Pronomen h. l. sensu cassum omittit versio Armenia, delet Hirschig, sed nescio an potius transponendum *ἀλλ' αὐτὸν τὸν μέγαν βασιλέα.*

P. 41 A init. *εὑρήσει τοὺς ὡς ἀληθῶς δικαστάς, οἵπερ* [*καὶ*] *λέγονται ἐκεῖ δικάζειν.* Quid *καὶ* hic sibi velit me latet.

P. 41 B. *ἐπὶ πόσῳ δ' ἄν τις — δέξαιτο ἐξετάσαι τὸν ἐπὶ Τροίαν ἀγαγόντα τὴν πολλὴν στρατιὰν ἢ Ὀδυσσέα ἢ Σίσυφον; ἢ ἄλλους μυρίους ἄν τις εἴποι —, οἷς ἐκεῖ διαλέγεσθαι — ἀμήχανον (ἀμηχάνου?) ἂν εἴη εὐδαιμονίας.* Corrigatur *καὶ ἄλλους κτέ.* coll. Phaedone p. 70 E et 94 C. Passim utraque vocula a librariis confunditur. Similiter corrigatur Gorg. 483 D.

Criton. 44 A. Socr. *οὐ τοίνυν τῆς ἐπιούσης ἡμέρας* (i. e. *τήμερον*) *οἶμαι αὐτὸ* (*τὸ πλοῖον*) *ἥξειν, ἀλλὰ τῆς ἑτέρας.* Requiro *ὑστέρας* seu potius *ὑστεραίας* (= *αὔριον*). Nisi forte praestat delere *ἀλλὰ τῆς ἑτέρας.* — Mox verba *ταύτης τῆς νυκτὸς* suspectavi Lect. Rhen. p. 38.

P. 44 B extr. *οἷον ἐγὼ μήποτε εὑρήσω.* Soloece pro *εὕρω*, ut recte exhibet E (*γρ.*). — Ibidem D init. recipienda videtur Cornarii lectio *αὐτὰ δὲ δηλοῖ* (pro *δῆλα*) *τὰ παρόντα νῦν.*

P. 45 B. *μήτε ταῦτα φοβούμενος ἀποκάμῃς σαυτὸν σῶσαι.* Soloece Jacobs coniecit *ἀποκνῇς*, pro quo grammatica aut *ἀπόκνει* postulat aut *ἀποκνήσῃς*, quod speciem habet.

P. 46 A extr. *εἰ δ' ἔτι περιμενοῦμεν* [*ἀδύνατον καὶ*] *οὐκέτι οἷόν τε.* Similiter iam Hirschig in praegressis *οἷόν τε* [*καὶ δυνατόν*].

Digitized by Google

P. 46 C init. *καὶ τοὺς αὐτοὺς πρεσβεύω* [*καὶ τιμῶ*]. Manifestum interpretamentum.

P. 50 C. Correxi *ἢ <μὴν> ἐμμενεῖν*. Lect. Rhen. p. 38 sq.

P. 50 D. *οὐ πρῶτον μέν σ' ἐγεννήσαμεν ἡμεῖς καὶ δι' ἡμῶν ἐλάμβανεν τὴν μητέρα μου ὁ πατὴρ καὶ ἐφύτευσέν σε*; Requiritur aoristus *ἔλαβεν*.

P. 51 B. *καὶ τὸ δίκαιον οὕτως ἔχει, καὶ οὐχὶ ὑπεικτέον οὐδὲ ἀναχωρητέον οὐδὲ λειπτέον τὴν τάξιν*. Apto sensu hic caret *ὑπεικτέον*. Manifesto sententia flagitat *Φευκτέον*. In verbis antecedentibus *καὶ σέβεσθαι δεῖ καὶ μᾶλλον ὑπείκειν καὶ θωπεύειν πατρίδα χαλεπαίνουσαν* noli conicere *θεραπεύειν*, sed verte *blandis verbis deprecari*.

P. 52 D init. *παρὰ τὰς ξυνθήκας καὶ* [*τὰς*] *ὁμολογίας*. Articulum recte non repetit Eustathius. Cf. D extr. et 54 C.

Phaed. p. 58 B. *εὐδαίμων γάρ μοι ἀνὴρ ἐφαίνετο — καὶ τοῦ τρόπου* [*καὶ τῶν λόγων*], *ὡς ἀδεῶς καὶ γενναίως ἐτελεύτα*. Variant libri inter *τῶν λόγων* et *τοῦ λόγου*, sed vix dubito quin sint insiticia, interpolata propter sequentia p. 59 A *καὶ γὰρ οἱ λόγοι τοιοῦτοί τινες ἦσαν*. Mox legitur: *καὶ πάντες — οὕτω διεκείμεθα, ὁτὲ μὲν γελῶντες, ἐνίοτε δὲ δακρύοντες, εἷς δὲ ἡμῶν καὶ διαφερόντως, Ἀπολλόδωρος· οἶσθα γὰρ τὸν ἄνδρα καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ*. Pro *ὁτὲ* in T est *τοτὲ*, unde verum esse suspicor *ποτὲ* (aut *τότε*) *μὲν — ἐνίοτε δὲ*, quia *ὁτὲ μὲν* videtur hellenisticum.

P. 59 B. Phaed. *οὗτός τε δὴ* [*ὁ Ἀπολλόδωρος*] *τῶν ἐπιχωρίων*. Abundat post *οὗτος* nomen. Hinc sub B extr. interpolatum est *τῶν ἐπιχωρίων*, quod expunxi Lect. Rhen. p. 39.

P. 59 D. *συλλεγόμενοι ἔωθεν εἰς τὸ δικαστήριον, ἐν ᾧ* [*καὶ*] *ἡ δίκη ἐγένετο*. Melius aberit vocula *καὶ*. Quamquam haec omnia *ἐν ᾧ — ἐγένετο*, quae ultro intelleguntur, abesse malim.

P. 61 A init. *καὶ ἐμοὶ οὕτω τὸ ἐνύπνιον, ὅπερ ἔπραττον, τοῦτο ἐπικελεύειν* [*μουσικὴν ποιεῖν*]. Verba interpolata ex p. 60 E.

Digitized by Google

P. 62 B extr. *οὔκουν — καὶ σὺ ἂν τῶν σαυτοῦ [κτημάτων] εἴτι αὐτὸ ἑαυτὸ ἀποκτεινύοι, μὴ σημήναντός σου ὅτι βούλει αὐτὸ τεθνάναι, χαλεπαίνοις ἂν αὐτῷ*; Glossema videtur *κτημάτων*, quod abest a cod. T, nec fortasse iniuria idem liber omittit *πρὸς ταῦτα* 63 AB: *οἶμαι γὰρ ὑμᾶς λέγειν, ὅτι χρὴ πρὸς ταῦτα ἀπολογήσασθαι ὥσπερ ἐν δικαστηρίῳ*, nam omnis sententiae vis est in verbis ultimis et sine noxa illis carebimus.

P. 64 C. *ἆρα μὴ ἄλλο τι ἢ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγήν; καὶ εἶναι τοῦτο τὸ τεθνάναι, χωρὶς μὲν [ἀπὸ] τῆς ψυχῆς ἀπαλλαγὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ τὸ σῶμα γεγονέναι, χωρὶς δὲ τὴν ψυχὴν [ἀπὸ] τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσαν αὐτὴν καθ' αὑτὴν εἶναι*. Primo loco propter genetivos concurrentes necessaria est praepositio *ἀπό*, sed duobus reliquis male abundat, neque ultimo legitur in cod. T neque apud Iamblichum. Quin utrobique delenda sit non dubito. *Ἀπαλλάττεσθαι* cum nudo genetivo passim legitur apud Platonem aliosque.

P. 67 D. *οὔκουν τοῦτό γε θάνατος ὀνομάζεται, λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος; παντάπασί γε, ἦ δ' ὅς, λύειν δέ γε αὐτὴν προθυμοῦνται ἀεὶ μάλιστα καὶ μόνοι οἱ φιλοσοφοῦντες ὀρθῶς, καὶ τὸ μελέτημα αὐτὸ τοῦτό ἐστιν τῶν φιλοσόφων [λύσις καὶ χωρισμὸς (τῆς* add. BD) *ψυχῆς ἀπὸ σώματος]*. Deleantur verba male repetita. *Αὐτὸ τοῦτο* pertinet ad verba *λύειν — αὐτήν*.

P. 68 D. *σφόδρα γὰρ αὐτῷ* (philosopho) *τοῦτο δόξει, μηδαμοῦ ἀλλοθι καθαρῶς ἐντεύξεσθαι φρονήσει [ἀλλ' ἢ ἐκεῖ]*. Subvenit h. l. papyrus Arsinoiticus omittens glossema.

P. 68 E. *ἀκολασίᾳ τινὶ σώφρονές εἰσιν*; Pap. Ars. *σωφρονοῦσιν* fortasse recte.

P. 69 A. *ὦ μακάριε Σιμμία*. Hic et alibi mihi cum Cobeto et Hartmano suspectum est additum nomen formulis *ὦ μακάριε, ὦ θαυμάσιε, ὦ δαιμόνιε* similibusque, a quibus plerumque abest.

Digitized by Google

P. 69 A. *μὴ γὰρ οὐχ αὕτη ἡ ὀρθὴ* [*πρὸς ἀρετὴν* del. Ast.], *ἡδονὰς πρὸς ἡδονὰς καὶ λύπας πρὸς λύπας καὶ Φόβον πρὸς Φόβον καταλλάττεσθαι*, [*καὶ*] *μείζω πρὸς ἐλάττω, ὥσπερ νομίσματα.* Optime insanum *καὶ* omittunt Iamblichus et Stobaeus. Pessumdat sententiam. Eandem particulam omittit cod. Ox. mox sub litt. B in verbis *καὶ ἀλλαττόμενα ἀντ' ἀλλήλων*, sed fortasse genuina lectio est *καταλλαττόμενα*, quo composito Plato utitur in praecedentibus. In antegressis post *νομίσματα* secuntur haec verba compluribus scholiis aucta a magistellis: *ἀλλ' ἢ ἐκεῖνο μόνον τὸ νόμισμα ὀρθόν, ἀντὶ οὗ δεῖ πάντα ταῦτα καταλλάττεσθαι, Φρόνησις*, [*καὶ τούτου μὲν πάντα* del. Burnet] *καὶ μετὰ τούτου* [*ὠνούμενά τε καὶ πιπρασκόμενα* del. Hartman] *τῷ ὄντι* [*ἢ*] *καὶ ἀνδρεία καὶ σωΦροσύνη καὶ δικαιοσύνη καὶ ξυλλήβδην ἀληθὴς ἀρετὴ ἦ* [*μετὰ Φρονήσεως* ipse deleo], *καὶ προσγιγνομένων καὶ ἀπογιγνομένων καὶ ἡδονῶν καὶ Φόβων καὶ τῶν ἄλλων πάντων τῶν τοιούτων· χωριζόμενα δὲ Φρονήσεως καὶ ἀλλαττόμενα* (*καταλλαττόμενα*?) *ἀντὶ ἀλλήλων μὴ σκιαγραΦία τις ἦ τοιαύτη ἀρετὴ καὶ τῷ ὄντι ἀνδραποδώδης — τε καὶ οὐδὲν ὑγιὲς* [*οὐδ' ἀληθὲς ἔχη* abesse malim], *τὸ δ' ἀληθὲς* [*τῷ ὄντι* deleo] *ἦ κάθαρσίς τις τῶν τοιούτων πάντων, καὶ ἡ σωΦροσύνη καὶ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἀνδρεία καὶ αὐτὴ ἡ Φρόνησις* [*μὴ καθαρμός τις ἦ* deleo]. Sic demum, his omnibus recisis simplex et elegans et philosopho digna prodit sententia.

P. 71 A. *ἱκανῶς οὖν, ἔΦη, ἔχομεν τοῦτο, ὅτι πάντα οὕτω γίγνεται* [*ἐξ ἐναντίων τὰ ἐναντία πράγματα*]. Refertur *οὕτω* ad praegressa, neque eget explicatione.

P. 72 A extr. *ἰδὲ τοίνυν* [*οὕτως*], *ἔΦη, ὦ Κέβης, ὅτι οὐδ' ἀδίκως ὡμολογήκαμεν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ κτἑ.* Οὕτω, quod pro *ὧδε* non est Atticum, recte abest a T. — Ibidem B init. *εἰ — εὐθεῖά τις εἴη ἡ γένεσις ἐκ τοῦ ἑτέρου μόνον εἰς τὸ καταντικρὺ καὶ μὴ ἀνακάμπτοι πάλιν ἐπὶ τὸ ἕτερον* [*μηδὲ καμπὴν ποιοῖτο*], *εἶσθ' ὅτι πάντα τελευτῶντα τὸ αὐτὸ σχῆμα ἓν σχοίη κτἑ.* Scire pervelim quid novi sententiae addant quae cancellavi. — Ibidem D init. *εἰ γὰρ ἐκ μὲν τῶν ἄλλων τὰ ζῶντα γίγνοιτο, τὰ δὲ ζῶντα* ⟨*ἀπο*⟩*θνήσκοι, τίς μηχανὴ μὴ οὐ πάντα καταναλωθῆναι* [*εἰς τὸ τεθνάναι*];

Digitized by Google

P. 76 A med. *ὥστε, ὅπερ λέγω δυοῖν τὰ ἕτερα, ἤτοι ἐπιστάμενοί γε αὐτὰ γεγόναμεν καὶ ἐπιστάμεθα διὰ βίου πάντες, ἢ ὕστερον, οὓς Φαμεν μανθάνειν κτἑ.* Quod (quamvis et alibi recurrat) certa coniectura restitui poterat *θάτερον*, totidem literis legitur in eximio cod. T. — Ibidem C med. *πότε λαβοῦσαι αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τὴν ἐπιστήμην αὐτῶν; οὐ γὰρ δὴ ἀΦ' οὗ γε [ἄνθρωποι] γεγόναμεν.* Platoni *γεγόναμεν* est *nati sumus*, interpolatori *facti sumus*. — Ibidem E extr. Plato more suo scripserat, ni fallor: *ὑπερΦυῶς, ὦ Σώκρατες, ἔΦη ὁ Σιμμίας, ⟨ὡς⟩ δοκεῖ μοι ἡ αὐτὴ ἀνάγκη εἶναι, κτἑ.*

P. 78 B cap. XXV init. *ἦ δ' ὅς [ὁ Σωκράτης]*. Deleatur nomen. — *δεῖ ἡμᾶς ἐρέσθαι* (l. *ἀνερέσθαι* cum libris praeter B) *ἑαυτούς, τῷ ποίῳ τινὶ ἄρα προσήκει τοῦτο τὸ πάθος πάσχειν [τὸ διασκεδάννυσθαι], κτἑ.* Puerulis fortasse utile interpretamentum, non adultis. — C med. *ἅπερ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ [καὶ] ὡσαύτως ἔχει.* Emendavi *Lect. Rhen.* p. 39. — D med. *αὐτὸ τὸ ἴσον, αὐτὸ τὸ καλόν, αὐτὸ ἕκαστον ὃ ἔστιν [, τὸ ὄν], μή ποτε μεταβολὴν καὶ ἠντινοῦν ἐνδέχεται, κτἑ.* Nihil aliud est *τὸ ὄν* quam glossema ad *ἕκαστον ὃ ἔστιν*. — E extr. *ἦ τοὐναντίον ἐκείνοις οὔτε αὐτὰ αὐτοῖς οὔτε ἀλλήλοις οὐδέποτε, — οὐδαμῶς κατὰ — ταῦτα; Οὕτως, ἔΦη ὁ Κέβης [οὐδέποτε ὡσαύτως ἔχει]*. Plane sufficit *οὕτως*.

P. 79 A cap. XXV extr. *ἀλλ' ἔστιν ἀειδῆ τὰ τοιαῦτα [καὶ οὐχ ὁρατά]*; Recte Burnet ubique cum papyro Ars. et T pr. edidit *ἀϊδῆ, invisibilia*, unde ultro liquet Platonis non esse quae expunxi. — Ibidem C cap. XXVII. Inutilis est et, ni fallor, interpolata tota parenthesis *τοῦτο γάρ ἐστιν τὸ διὰ τοῦ σώματος, τὸ δι' αἰσθήσεων σκοπεῖν τι.* Quis enim quaeso interlocutorum hoc non ultro intellegebat?

P. 81 C. *ἐμβριθὲς δέ γε, ὦ Φίλε, τοῦτο οἴεσθαι χρὴ εἶναι [καὶ βαρὺ] καὶ γεῶδες κτἑ.* Glossema ad *ἐμβριθὲς* expunxi. — Ibidem D init. e mente Cobeti corrigatur *καλινδουμένη* pro *κυλινδουμένη* et eadem correctio factitanda infra p. 82 E. Mox emblemate libera verba *ἀλλὰ τοῦ ὁρατοῦ μετέχουσαι [διὸ καὶ ὁρᾶται]*. Non stipitibus scripsit Plato.

Digitized by Google

P. 82 D cap. XXXII extr. *οὐ κατὰ ταὐτὰ πορεύονται αὐτοῖς, ὡς οὐκ εἰδόσιν, ὅπῃ ἕρχονται, αὐτοὶ δὲ ἡγούμενοι, οὐ δεῖν ἐναντία τῇ Φιλοσοφίᾳ πράττειν καὶ τῇ ἐκείνης λύσει τε καὶ καθαρμῷ ταύτῃ* ‹δὴ add. pap. Ars.› *τρέπονται* [*ἐκείνῃ*] *ἑπόμενοι, ᾗ ἐκείνη ὑΦηγεῖται.* Melius aberit aut *ἐκείνῃ* aut *ἐκείνη*. Illud fere praetulerim.

P. 83 A med. *πείθουσα δὲ ἐκ τούτων μὲν ἀναχωρεῖν, ὅσον μὴ ἀνάγκη* [*αὐτοῖς*] *χρῆσθαι, αὐτὴν δὲ εἰς αὑτὴν ξυλλέγεσθαι καὶ ἀθροίζεσθαι* [*παρακελευομένη*], *πιστεύειν δὲ μηδενὶ ἄλλῳ ἀλλ' ἢ αὐτὴν αὐτῇ, ὅ τι ἂν νοήσῃ αὐτὴ καθ' αὑτὴν αὐτὸ καθ' αὑτὸ τῶν ὄντων.* Duo vocabula, quibus facile caremus, omittit papyrus Ars.

P. 84 AB (*ψυχὴ ἀνδρὸς ΦιλοσόΦου*) *ἑπομένη τῷ λογισμῷ καὶ ἀεὶ ἐν ἐαυτῷ οὖσα, τὸ ἀληθὲς καὶ* [*τὸ*] *θεῖον καὶ* [*τὸ*] *ἀδόξαστον θεωμένη καὶ ὑπ' ἐκείνου τρεΦομένη, ζῆν τε οἴεται οὕτω δεῖν, ἕως ἂν ζῇ, καὶ ἐπειδὰν τελευτήσῃ, εἰς τὸ ξυγγενὲς* [*καὶ εἰς τὸ τοιοῦτον*] *ἀΦικομένη ἀπηλλάχθαι τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν.* Aequo animo carebimus, opinor, magistelli additamento *καὶ — τοιοῦτον*.

P. 86 C. *εἴ οὖν τυγχάνει ἡ ψυχὴ οὖσα ἁρμονία τις, δῆλον ὅτι, ὅταν χαλασθῇ τὸ σῶμα* [*ἡμῶν*] *ἀμέτρως κτἑ.* Mire *ἡμῶν* omissum post *ψυχὴ* additur post *σῶμα*, quare pronomen deleverim cum cod. T. Manifesto abundat. — Ibid. E extr. *λέγω δή, ἦ δ' ὃς* [*ὁ Κέβης*].

P. 87 B med. *ὥσπερ ἄν τις περὶ ἀνθρώπου ὑΦάντου πρεσβύτου ἀποθανόντος λέγοι* [*τοῦτον τὸν λόγον*] *ὅτι οὐκ ἀπόλωλεν ὁ ἄνθρωπος κτἑ.* Pronomen *οὗτος* non Attice usurpatum pro *ὅδε* indicio est verba seclusa non esse Platonis.

P. 95 A init. *ἦ δ' ὃς* [*ὁ Σωκράτης*].

P. 95 B. *ἡμεῖς δὲ Ὁμηρικῶς ἐγγὺς ἰόντες κτἑ.* Homerice quidem dicitur *ἐγγὺς εἶναι*, quod est Graecorum omnium, sed non est *ἐγγὺς ἰέναι*. Quare nondum me poenitet correxisse olim: *ἄσσον ἰόντες*, collata glossa Hesychiana *ἄσσον· πλησίον, ἐγγύς*.

P. 98 A init. *ὡσαύτως πευσόμενος καὶ σελήνης καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων τάχους τε πέρι πρὸς ἄλληλα καὶ τροπῶν καὶ τῶν ἄλλων*

Digitized by Google

παθημάτων, πῇ ποτε ταῦτ' ἄμεινόν ἐστιν ἕκαστον καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν [ἃ πάσχει]. Quia ταῦτα refertur ad παθημάτων, abundant verba ἃ πάσχει, quae tamen servari possint, si pro ταῦτ' scripseris πάντ'.

P. 99 D cap. XLVIII. μὴ πάθοιμι, ὅπερ οἱ τὸν ἥλιον ἐκλείποντα θεωροῦντες [καὶ σκοπούμενοι]· διαφθείρονται γάρ που ἔνιοι τὰ ὄμματα, ἐὰν μὴ ἐν ὕδατι ἤ τινι τοιούτῳ σκοπῶνται τὴν εἰκόνα αὐτοῦ. Frustra Wyttenbach corrigebat σκοτούμενοι, quae inepta foret prolepsis. Dele glossema petitum e sequenti σκοπῶνται.

P. 100 B. ἔρχομαι γὰρ δὴ ἐπιχειρῶν σοι ἐπιδείξασθαι. Graecum est ἐπιχειρήσων. — Post pauca sequitur: ὑποθέμενος εἶναί τι καλὸν αὐτὸ καθ' αὐτὸ καὶ ἀγαθὸν καὶ μέγα καὶ τἆλλα πάντα· ἃ εἴ μοι δίδως τε καὶ συγχωρεῖς εἶναι [ταῦτα], ἐλπίζω σοι ἐκ τούτων τὴν αἰτίαν ἀποδείξειν κτἑ. Procul dubio delendum ταῦτα, quod non fert loci sententia, sed praeterea dubito an spuria sint verba antecedentia τε — εἶναι. Passim enim διδόναι, ut latine *dare*, usurpatur *concedendi* sensu, ut mox respondet Cebes: ὡς διδόντος σοι οὐκ ἂν φθάνοις περαίνων. Glossema peti potuit ex 100 A init. οὐ γὰρ πάνυ συγχωρῶ.

P. 101 A init. Supplendum: ὅτι σὺ μὲν οὐδὲν ἄλλο λέγεις ἢ ὅτι τὸ ‹μὲν› μεῖζον πᾶν ἕτερον ἑτέρου οὐδενὶ ἄλλῳ μεῖζόν ἐστιν ἢ μεγέθει, καὶ διὰ τοῦτο μεῖζον [, διὰ τὸ μέγεθος], τὸ δὲ ἔλαττον οὐδενὶ ἄλλῳ ἔλαττον ἢ σμικρότητι, καὶ διὰ τοῦτο ἔλαττον [, διὰ σμικρότητα]. Quae in his cancellavi genuina esse non credam priusquam me aliquis docuerit quid novi addant antecedentibus. Similiter mox sub litt. B med. ἀλλὰ μὴ πλήθει [καὶ διὰ τὸ πλῆθος] ultima verba reddiderim magistellis.

P. 107 A med. ἀλλὰ μήν, ἦ δ' ὅς [ὁ Σιμμίας], οὐδ' αὐτὸς ἔχω, ὅπῃ ἀπιστῶ. — Ibidem D init. οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἔχουσα εἰς Ἅιδου [ἡ ψυχὴ] ἔρχεται πλὴν τῆς παιδείας κτἑ. Cf. *Lect. Rhen.* p. 42.

P. 108 A med. Obiter Platoni reddatur hic et alibi forma Attica κλινῆναι pro κλιθῆναι.

P. 110 B. οἷα τυγχάνει τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ‹τῆς› ὑπὸ τῷ οὐρανῷ ὄντα. Articulum supplevi *Lect. Rhen.* p. 40. — Ibidem: ὥσπερ

Digitized by Google

αἱ δωδεκάσκυτοι σφαῖραι, ποικίλαι, χρώμασιν διειλημμέναι, ὧν καὶ τὰ ἐνθάδε εἶναι χρώματα ὥσπερ δείγματα, οἷς δὴ οἱ γραφεῖς (l. γραφῆς) καταχρῶνται· κτἑ. Speciose Hartman ποικίλη proscripsit ut glossema ad sequentia, sed nescio fere an corrigendum sit potius ποικίλοις χρώμασιν. Cf. ibidem D init.: χρώματός τι εἶδος παρέχεσθαι στίλβοντα ἐν τῇ τῶν ἄλλων χρωμάτων ποικιλίᾳ.

P. 111 C, cap. IX init. καὶ ὅλην μὲν δὴ τὴν γῆν οὕτω πεφυκέναι καὶ τὰ περὶ τὴν γῆν· τόπους δ' ἐν αὐτῇ εἶναι κατὰ τὰ ἔγκοιλα αὐτῆς κύκλῳ [περὶ ὅλην] πολλούς κτἑ. Vix ipse Plato addidit verba redundantia περὶ ὅλην. — Post pauca sequitur τοὺς δὲ βαθυτέρους ὄντας τὸ χάσμα [αὐτοὺς] ἔλαττον ἔχειν τῶν παρ' ἡμῖν τόπων. Pronomen delevi *Lect. Rhen.* p. 42, αὑτῶν conicit Heindorf, quod recepit Schanz, αὖ de suo dedit Burnet, quorum neutrum mihi quidem satisfacit.

P. 112 B. καὶ ὥσπερ τῶν ἀναπνεόντων καὶ ἐκπνεῖτε καὶ ἀναπνεῖ ῥέον τὸ ῥεῦμα, οὕτω καὶ ἐκεῖ ξυναιωρούμενον τῷ ὑγρῷ, [τὸ πνεῦμα] δεινούς τινας ἀνέμους καὶ ἀμηχάνους παρέχεται καὶ εἰσιὸν καὶ ἐξιόν, κτἑ. Manifesto abundat alterum τὸ πνεῦμα. — Ibidem C εἰς τοὺς τόπους ἀφικνουμένα, εἰς οὓς ἑκάστοις ὁδὸς ποιεῖται. Rectius Stobaeus ὡδοποίηται, *quo singulis iter paratum est.*

P. 113 C. ὃ δ' (Styx) ἐμπεσὼν ἐνταῦθα (in Stygiam paludem) καὶ δεινὰς δυνάμεις λαβὼν [ἐν τῷ ὕδατι], δὶς κατὰ τῆς γῆς περιελιττόμενος χωρεῖ ἐναντίος τῷ Πυριφλεγέθοντι. Abiciatur emblema.

P. 115 A. τούτους δὲ ἐμπεσεῖν μὲν εἰς τὸν Τάρταρον ἀνάγκη, ἐμπεσόντας δὲ [αὐτοὺς] καὶ ἐνιαυτὸν ἐκεῖ γενομένους ἐκβάλλει τὸ κῦμα (ῥεῦμα Stob.?), κτἑ. Additum αὐτοὺς corrumpit Atticam verborum compositionem. — Ibidem C init. Iniuria ex cod. Ox. recepta est forma non Attica προθυμηθήσομαι pro προθυμήσομαι. — Ibidem post pauca e verbis ὡς ἐγώ εἰμι οὗτος [Σωκράτης] ὁ νυνὶ διαλεγόμενος κτἑ. nomen eximendum esse censeo. — Ibidem D extr. *Lect. Rhen.* p. 40 supplevi: ἐγγυήσασθε οὖν με πρὸς Κρίτωνα, ἔφη, τὴν ἐναντίαν ἐγγύην ἢ ἣν οὗτος πρὸς τοὺς δικαστάς

Digitized by Google

ἠγνυᾶτο. οὗτος μὲν γὰρ ἤ μήν ⟨με⟩ παραμενεῖν· ὑμεῖς δὲ ἤ μὴν μὴ παραμενεῖν ἐγγυήσασθε, κτἑ. — Ibidem E init. καὶ μὴ ὁρῶν μου τὸ σῶμα ἢ καλόμενον ἢ κατορυττόμενον ἀγανακτῇ ὑπὲρ ἐμοῦ ὡς δεινὰ πάσχοντος, μηδὲ λέγῃ [ἐν τῇ ταΦῇ], ὡς ἢ προτίθεται Σωκράτη ἢ ἐκΦέρει ἢ κατορύττει. Indicio est προτίθεται, spuria esse verba a me cancellata.

P. 117E. ὃ δὲ περιελθών, ἐπειδὴ οἱ βαρύνεσθαι ἔΦη τὰ σκέλη, ἀπεκλίθη (l. ἀπεκλίνη) ὕπτιος· οὕτω γὰρ ἐκέλευεν ὁ ἄνθρωπος· καὶ ἅμα ἐΦαπτόμενος αὐτοῦ [οὗτος ὁ δοὺς τὸ Φάρμακον], ὀλίγον χρόνον ἐπεσκόπει τοὺς πόδας καὶ τὰ σκέλη. Deleatur interpretamentum sumtum ex capitis LXVI init. τὸν μέλλοντα δώσειν τὸ Φάρμακον. Minus recte, ut mihi quidem videtur, Hartman verba οὕτω — ὁ ἄνθρωπος Platoni abiudicavit.

(*Continuabuntur*).

AD LUCRETIUM.

Versus II 679—681 a Briegero ita editi sunt:

denique multa vides, quibus et color et sapor una
reddita sunt cum odore in primis, pluraque dona
. . . . . .
haec igitur variis debent constare figuris.

Sed in codd. OQ pro *pluraque* scriptum est *pleraque*, neque ullum indicium apparet lacunae, quam primus suspicatus est Bernaysius, cui Munro assentiens hunc fere in modum lacunam explendam censet:

quis accensa solent fumare altaria divum.

Etsi hic versus insiticius cum totius loci argumento optime congruit — Lucretius enim varias esse in uno corpore atomorum figuras demonstrat, quibus efficiatur ut una eademque res et colorem habeat et sapiat et oleat — tamen minime opus esse mihi videtur statuere post *dona* unum versum excidisse, sed probabilius est vitium latere in vocabulo *pleraque*, pro quo scribendum esse conicio *turea*:

reddita sunt cum odore, in primis *turea* dona.
haec igitur cet.

Digitized by Google

Hanc mutationem non levem esse concedo, sed tenendum est vocabula TUREA et PLERAQ-, cum in archetypo litteris maiusculis formae angustioris exarata essent et particula *-que* per compendium scripta, facilius potuisse inter se permutari quam primo obtutu nunc nobis videntur. Verum hoc argumentum ex scripturae similitudine petitum premere nolim. Accedit tamen quod Vergilius, qui, ut Gelli (I 11, 7) verbis utar, non verba sola, sed versus prope totos et locos quoque Lucreti sectatus est, eadem locutione in Aeneide (VI 224—225) usus est:

congesta cremantur
turea dona, dapes, fuso crateres olivo.

Nonne hic locus audaciam coniecturae meae aliquantum minuit nobisque permittit, ut hoc modo Lucreti versus in integrum restituamus?

AD TACITI DIALOGUM.

Maternus, poëta et orator, sed artis poëticae quam oratoriae eloquentiae studiosior, dum Vergilium (Georg. II 475) imitatus vitam rusticanam summis laudibus celebrat et negotia forensia officiaque oratoris detestatur, ita exclamat (cap. XIII): „nec „insanum" ultra et lubricum forum famamque *palantem* trepidus experiar". *Palantem* in Leidensi (m. pr.) legitur, Vaticanus autem *pallantem* exhibet, pro quo Nipperdeius *pallentem*, Schurzfleischius *fallentem*, Boetticherus *fallacem* coniecit. Unus Iohnius, editor Dialogi recentissimus, lectionem traditam, ut solet, defendit ad Graecum illud ὅσσα ἄγγελος provocans, quasi *fama palans* dictum sit pro rumoribus vagis (Verg. Aen. II 17). Sed etiamsi hanc significationem verbo palandi concedamus, tamen aliud attributum famae gravius, quod non in ipsa notione huius vocabuli iam latet, desideramus, quo melius pateat Maternum existimare famam esse incertam instabilemque et aeque cavendam atque forum lubricum. Idcirco mihi legendum esse videtur: *famamque labantem*. Fama enim in foro lubrico stare non potest, sed iamiam casura est.

J. VAN WAGENINGEN.

Digitized by Google

ADNOTATIONES CRITICAE

AD

THEOCRITUM.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

Idyll. I 19:

ἀλλὰ τὺ γὰρ δή, Θύρσι, τὰ Δέλφιδος ἄλγε' ἀείδες
καὶ τᾶς βουκολικᾶς ἐπὶ τὸ πλέον ἵκεο Μοίσας.

Sitne ἀείδες praesens an praestet imperfectum ἄειδες, non definio; sed hoc video me longe malle: ἄλγεα εἶδας, nam cui barbarum ἴσαμι excidit, ei nihil necesse est obtrudere sinceram formam οἶσθα.

I 27: καὶ βαθὺ κισσύβιον κεκλυσμένον ἀδεῖ κηρῷ.

Satis credebant olim ipsi veteres κισσύβιον esse poculum hederaceum, sed malesana etymologia est, quam imprudentes sequebantur. Κισσύβια quibus ruri pastores et alii id genus mediocres homines utebantur, fagina erant: nuper hoc argumentum attigi ad Plutarchum *Mnem.* 1900 p. 351. Virgilius Theocriti non fuit immemor Eclog. III 37:

pocula ponam
Fagina, caelatum divini opus Alcimedontis.

Tibull. I 10. 8: nec bella fuerunt,
Faginus adstabat quum scyphus ante dapes.

Hinc parum apposite Theocritus et Theocritum imitatus Virgilius pretiosa artificum opera fagina pastoribus suis tribuerunt. Ovidius summam morum simplicitatem depingit *Fastor.* V 522:

Digitized by Google

Terra rubens crater, pocula fagus erant.

Item in domo Philemonis, *Metam.* VIII 670, crater erat

fabricataque fago
Pocula qua cava sunt, flaventibus *illita ceris.*

Hinc quum omnium consensu participium κεκλυσμένον ferri nequeat, fuit etiam ni fallor ante me, qui κεχριμένον reponere vellet, sive, si id fortasse mavis apud Alexandrinum poetam: κεχρισμένον, neque ullum aliud aptum vocabulum invenire potui quod simul metro conveniret. Dices fortasse verbum χρίειν nisi de liquidis rebus non esse in usu: respondeo pastorem antequam illineret, necessario ceram liquefecisse. Sed usus verbi χρίειν latius patet quam nonnulli opinantur. Callimachus Hymn. III 69 scripsit: σποδιῇ κεχριμένος αἰθῇ· quin et Schneiderus p. 215 tres locos attulit ubi ἀσβόλῳ χρίεσθαι legitur. Alia multa de verbo χρίειν congessi in *Mnem.* 1902 p. 7 et causam aperui, cur sacri scriptores, sicubi de profano usu sermo fiat, ab hoc verbo sedulo abstinuerint et ἀλείφειν maluerint appellare. Veluti Ioh. XIX 39, Nicodemus emit μῖγμα (var. lect. ἕλιγμα· lege σμῆγμα) σμύρνης καὶ ἀλόης, deinde cadaver illigatum fuit ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων· tertio die post, Evang. Marci XIV 1, veniunt mulieres ad sepulcrum ἀγοράσασαι ἀρώματα ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν αὐτόν. Est Aristophanis fragmentum Ταγηνισταῖς apud Stobaeum Flor. 121. 18, de quo Cobetus saepe egit et postremum *Mnem.* 1860 p. 147, ubi corruptum locum ita constituit:

οὐ γὰρ ἄν ποτε
. . . . . τεθνεῶτες ἐξεφανωμένοι
προὐκείμεθ' οὐδὲ βακκάρει κεχριμένοι,
εἰ μὴ καταβάντας εὐθέως πίνειν ἔδει.

Verum his ad Theocriti intelligentiam parum proficitur. Fatendum est non lenissimam esse mutationem, si quis pro κεκλυσμένον rescribere velit κεχρισμένον· sed exspecto qui faciliorem simul et verisimiliorem scripturam indicare possit. Etiam hodie simplex *unguentum* in usu est ex cera, cui aliquid olei admixtum fuit.

Difficile dictu est quid tandem sit I 30 κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονιμένος. Parum lucis affert Virgilius qui Eclog. III 38

Digitized by Google

locum ita immutavit ut minime appareat quid in suo codice invenerit; sunt enim satis obscura et contorta verba de poculis,

Lenta quibus torno facili superaddita vitis
Diffusos edera vestit pallente corymbos.

Contuli Callimachi Hymn. III 41: *ὄρος κεκομημένον ὕλῃ*, nam est sane *κομᾶν* verbum neutrum etiam apud Callimachum ipsum Hymn. IV 262, sed, quod vere observavit Schneiderus p. 161 et 210, poetae utique Alexandrini identidem delabuntur ad passivas dicam an medias formas. Apud Theocritum neutrum verbum est *κομᾶν* I 133 et VIII 9, nec tamen minus IV 57:

ἐν γὰρ ὄρει βάμνοι τε καὶ ἀσπάλαθοι κομέοντι,

Ahrens ultro reposuit contra codicum fidem *κομέονται*, quamquam Schneidero coniecturam approbare non potuit. Etiam illic malim: *κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκομημένος*. Pariter comandi verbum apud Romanos neutrum est, sed participium *comatus* usu tritum est et *comatam silvam* Catullus appellavit IV 11. Cf. Spanh. ad Callim. p. 198.

I 37 duo in poculo amatores repraesentati fuerunt, quibus assidet mulier: *πὰρ δέ οἱ ἄνδρες*

καλὸν ἐθειράζοντες ἀμοιβαδὶς ἄλλοθεν ἄλλος
νεικείουσ' ἐπέεσσι. τὰ δ' οὐ Φρενὸς ἅπτεται αὐτᾶς·
ἀλλ' ὁκὰ μὲν τᾶνον ποτιδέρκεται ἄνδρα γελᾶσα,
ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥιπτεῖ νόον· οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος
δηθὰ κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι.

Mire mihi dictum videtur ac sine exemplo illud *νόον ῥιπτεῖ*. Cogitavi de *ῥέπεται νόῳ*, in qua lectione medium verbum *ῥέπεσθαι* propter causam quam supra dixi non debet offensioni esse estque praeterea satis praesidii in Aesch. Suppl. 405. Deinde me advertit verbum *μοχθίζοντι*. Petunt amatores in tabula se invicem conviciis, *νεικείουσ' ἐπέεσσι*· unde hoc efficiunt spectatores? Nempe *κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι*. Hoc quidem per se recte dictum est; sic VII 48:

ὅ σοι ποτὶ Χῖον ἀοιδόν
ἀντία κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι.,

et X 56:

ταῦτα χρὴ μοχθεῦντας ἐν ἁλίῳ ἄνδρας ἀείδειν.

Sed undenam ille *μόχθος* apparet? Nempe toto corporis habitu,

Digitized by Google

gestu, vultu denique commotus animus significabatur. Sic legimus XX 13:

χείλεσι μυχθίζοισα καὶ ὄμμασι λοξὰ βλέποισα

et ad eundem modum malim:

κυλοιδιόωντες ἐτώσια μυχθίζοντι.

Adulescentium tument oculi, distorta labia.

I 51 etiam vulpecula in poculo repraesentata fuit, quae pueri prandio insidiatur: ἐπὶ πήρᾳ

πάντα δόλον κεύθοισα τὸ παιδίον οὐ πρὶν ἀνήσειν

φατὶ πρὶν ἢ ἀκράτιςον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ.

Haec bonorum Codicum lectio est; in aliis est ἀνάριςον, in Scholio autem quodam ἀκρατισμόν. De vera scriptura inter doctos viros minime convenit: veluti Isaaco Vossio Scholii lectio placuit; Valckenaerius cum aliis tuetur codicum lectionem; Ahrenti ἀκρατιςός idem est quod *prandium*; Lobeckius commendavit πανάπαςον; Fritzschius ἀκρατισμῶ; Hillerus ἀκρατισμόν· Cholmleius denique nil certi pronunciat; equidem nihil admodum requirerem, si legeretur:

οὐ πρὶν ἀνήσειν

φατὶ πρὶν ἂν πράτιςον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ.

Vide vocabulum πράτιςόν I 77, XXVII 49 et 55. Si nihil aliud, agnoscis certe correctionis lenitatem.

I 54: μέλεται δέ οἱ οὔτε τι πήρας

οὔτε Φυτῶν τοσσῆνον ὅσον περὶ πλέγματι γαθεῖ.

Molesta est praepositio περί· corrige: ὅσον περ.

I 57: τῶ μὲν ἐγὼ πορθμεῖ Καλυδωνίῳ αἶγά τ' ἔδωκα

ὦνον καὶ τυρῶντα μέγαν λευκοῖο γάλακτος.

Hic cum Ahrente in maiore editione et Susemihlio Hist. Litt. Gr. I p. 198. 3 omnino amplectendam censeo lectionem quam Scholiasta offert: πορθμῇ Καλυδνίῳ. Alii vulgatam lectionem defendunt cum Büchelero in *Museo Rhenano* 1893 p. 85. Scio quidem apud Herodotum I 24 πορθμέας dici qui ex Sicilia Corinthum ultro citroque commeant itemque latius patet nominis potestas apud Lucianum Veris Historiis II 29; Cholm-

Digitized by Google

leius mihi hos locos indicavit; sed πορθμεύς proprie tamen est, qui fretum transmittit, qui transfretat, nam uno vocabulo *transfretatorem* dicere non audeo, nec magis noster sermo *overzetter* ea significatione novit, quum non nisi translato sensu *interpretem* ita nominemus. Quodnam autem fretum hic intelligemus? Composuit Idyllia Theocritus partim in Sicilia, partim Alexandriae, partim in insula Co. Estne fretum quod Aetoliam et Siciliam dividit? Non est. Fretumne inter Aetoliam et Aegyptum interiacet? Multo etiam minus. Dicemusne denique Con insulam ab Aetolia freto separatam esse? Res prorsus absurda est. Ab altera parte verum quidem est, in hoc Idyllio describi colloquium duorum pastorum Siculorum; hinc vs. 65 legimus: Θύρσις ὅδ' ὡξ Αἴτνας et vs. 23: ὡς ὅκα τὸν Λιβύαθε ποτὶ Χρόμιν ἄσας ἐρίσδων, speciem habet Matthiae coniectura Λιλύβαθε, de qua suspicione Kuiperum vide *Mnem.* 1889 p. 383. Sed poeta, quod omnes norunt qui Theocritum paullo diligentius perlegerunt, locorum situs et temporum notationes susque deque habet. Sic vs. 147 pastoris illius Siculi verba sunt: καὶ ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα τρώγοις, quasi ficus in Sicilia non nasceretur, nam ἰσχάδες Αἰγιλίδες in Attica proveniunt, cf. Athen. XIV p. 652 E. „Mit Recht wird in den Scholien erklärt: διαπορθμεύοντι ἐξ Αἰτωλίας εἰς Πελοπόννησον. Dass ein solcher Kalydonischer Schiffer einmal nach Sicilien gekommen sei, ist keineswegs undenkbar, und wir können es dem Dichter glauben, ohne uns weiter den Kopf darüber zu zerbrechen." Qui haec scripsit Hillerus, non satis videtur reputasse institorem, qui forte Siciliam adiisset, vix bene πορθμέα potuisse dici, quod Calydone in Peloponnesum soleret transfretare. Equidem cum Scholiasta longe malim πορθμῆϊ Καλυδνίῳ scribere et Calydnas insulas intelligere, non eas quas Strabo XIII p. 604 prope Tenedum novit, sed quarum Homerus iam mentionem fecit Iliad. B 677, quaeque olim Κάλυδναι, postea Κάλυμναι dictae sunt, cf. Strabo X extr. Facile mihi persuadeo frequentem fuisse commeatum inter Con et Calymnam insulas, nam angusto freto separantur. Qui dubitarunt possetne ferri apud Theocritum epica forma πορθμῆϊ, conferant Idyll. IV 8; VII 49, 150; XIV 64; XV 22, 52 et 121.

Digitized by Google

I 67: ἢ κατὰ Πηνειῶ καλὰ τέμπεα ἢ κατὰ Πίνδω.
Malim: κατὰ Πίνδον.

I 72: τῆνον χὠκ δρυμοῖο λέων ἔκλαυσε θανόντα.
At non sunt in Sicilia leones; cf. Wagn. ad Virg. Ecl. V 27.

I 107 = V 46: ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι.
Nonne praestat περὶ σμάνεσσι?

I 150. Pro πεπλύσθαι Meinekius πεπλύνθαι commendavit: credite posteri! Adeo nemo mortalium omnibus horis sapit.

II 3: ὡς τὸν ἐμοὶ βαρὺν ἐόντα Φίλον καταδήσομαι ἄνδρα,
ὅς μοι δωδεκαταῖος ἀΦ' ὥ τάλας οὐδέποθ' ἵκει.
Praestare dixerim: ἐμοὶ βραδὺν ἐόντα. Aliter usurpatur adiectivum βαρύς I 100 et III 15.

II 15: καὶ ἐς τέλος ἀμὶν ὀπάδει
Φάρμακα ταῦτ' ἔρδοισα χερείονα μήτε τι Κίρκης
μήτε τι Μηδείης μήτε ξανθᾶς Περιμήδας.
Convenientius erit ἔρδοισι. Mulier de se, uti notum est, plurali numero utitur masculino genere, veluti Eur. Androm. 357. Etiam II 5 Theocritus ζοοί scripsit, non ζοαί.

II 20: ἦ ῥά γέ τοι μυσαρὰ καὶ τὶν ἐπίχαρμα τέτυγμαι;
Hillero haud iniuria displicet illud τοι. Incidi equidem in: ἦ ῥά γε, τρισμυσαρά.

II 124: καί μ' εἰ μέν κ' ἐδέχεσθε, τὰ δ' ἧς Φίλα.
Etiamsi sit in epica poesi aliqua licentia circa usum particulae ἄν vel κε, qua de re multi dixerunt necdum mihi ab omni parte pertractata quaestio videtur, non tamen mihi persuadeo εἴ κε cum indicativo iungi posse. Madvigius vitium odoratus *Advers.* I p. 301 coniecit: καί ῥ' εἰ μέν μ' ἐδέχεσθε, quod mihi quidem non magno opere arridet. Malim: καί μ' εἰ μὲν κατέδεχθε. Burneius correxit Iliad. Ψ 526.

II 126: εὖδον δ' εἴ κε μόνον τὸ καλὸν ςόμα τεῦς ἐΦίλησα.

Digitized by Google

Redit vitium quod modo procuravimus, nempe εἴ κε cum indicativo; hinc Ahrens proposuit:

εὖδόν κ' εἴ τε μόνον.

Uniuscuiusque est talia suspicari, sed remanet gravior offensio circa verbum εὕδειν, quod in hoc contextu necessario significare debebit: *contentus forem*. Valckenaerius anceps haesit quid statueret; Hermannus ad Eurip. Hec. 650 commendavit: εὖ δ' ἧς. Hodie editores fere tolerant, quod verosimiliter non potuit emendari. Potero sane post alios unum et alterum locum afferre, cuius ope translatum usum verbi εὕδειν aliquatenus tueare. Veluti cum Sophocles dixisset Oed. Colon. 510 κείμενον κακὸν ἐπεγείρειν, scholiasta attulit Callimachi locum: τί δάκρυον εὗδον ἐγείρεις; Apud Libanium legitur Orat. I 4 p. 82 Forster: τελοῦσα δὲ (μήτηρ) ἀργύριον τοῖς ἐπὶ τοῦ παιδεύειν οὐκ ᾕδει χαλεπῆναι πρὸς καθεύδοντα παῖδα, i. e. desidem. Platonis verba sunt Phaedr. 267 A: Τισίαν δὲ Γοργίαν τε ἐάσομεν εὕδειν. Longinus π. ὕ. 4. 6 ex Platonis Legg. VI 778 D excitavit: περὶ δὲ τειχῶν ξυμφεροίμην ἂν τῇ Σπάρτῃ καθεύδειν ἐᾶν ἐν τῇ γῇ κατακείμενα [καὶ μὴ ἐπανίσασθαι], ubi equidem resectis illis καὶ μὴ ἐπανίσασθαι, libenter rescripserim: καθεύδειν ἐῶν ἐν τῇ γῇ. Secundum Sophoclem gratum est: ὑπὸ στέγῃ πυκνῆς ἀκοῦσαι ψακάδος εὐδούσῃ Φρενί. His omnibus rite perpensis, tamen mihi non persuadeo sinceram scripturam apud Theocritum servatam esse. Iam correxeram εὗδε δ' εἰ μοῦνον τὸ καλὸν σόμα τεῦς ἐφίλησα, sed Cholmleius docuit p. 209, me post Leopoldum Schmidt sero venisse.

II 142: ἐπράχθη τὰ μέγιστα καὶ ἐς πόθον ἤνθομες ἄμφω.

Recte legitur XVIII 55:

εὕδετ' ἐς ἀλλάλων στέρνον φιλότητα πνέοντες
καὶ πόθον.

Illic autem longe praestabit: ἐς χόρον ἤνθομες.

II 145: ἀλλ' ἤνθέ μοι ἅ τε Φιλίσας
μάτηρ τᾶς Σαμίας αὐλητρίδος ἁ τε Μελιξοῦς.

Intolerabilis est hiatus in libris: τᾶς γε ἐμᾶς αὐλητρίδος· olim rescriptum fuit τᾶς γ' ἀμᾶς, sed acutissime coniecit Lobeckius τὰς Σαμίας, quod sine dubio longe melius quam Cholmleianum

Digitized by Google

τῆς ἀλαᾶς αὐλητρίδος. Superest offensio in iterato articulo, nam frustra interpretes alios locos admoverunt quorum est diversa ratio. Corrigam: ἥ γε Μελιξοῦς. Lena, credo, duas tibicinas alebat, sed utrius mater esset Simaetha non pro certo novit.

Scholia in Theocritum non magni facio, sed est operae pretium ea identidem inspicere, nam nullus liber tam malus est quin ex eo aliquid discere possis. Veluti Cobetus ad Homerum pluribus ostendit quaenam Alexandrinis grammaticis ἀπρεπῆ visa sint; quae eodem pertinent in Scholiis ad Apollonium Rhodium nuper excerpsi; nunc vide mihi quid annotatum fuerit ad Idyll. III: οἱ μέν Φασιν αὐτὸν Θεόκριτον εἶναι διὰ τὸ σιμὸν αὐτὸν καταφαίνεσθαι· οἱ δὲ Βάττον, αἰπόλον τινά, ὃν ἐν ἑτέρῳ εἰσάγει τῆς Ἀμαρυλλίδος ἐρῶντα. ἀπρεπὲς γὰρ τὸν Θεόκριτον τῆς ἀγρώας (credunt Byzantinum hoc esse vocabulum) ἐρᾶν, ὥςε καὶ ἐν ἀγρῷ διάγειν. Verum misso hoc, quod multis tanti non videbitur esse, est III 27:

τὰν βαΐταν ἀποδὺς ἐς κύματα τηνῶ ἀλεῦμαι,
ὥπερ τὼς θύννως σκοπιάζεται Ὄλπις ὁ γριπεύς·
καΐκα μὴ ἀποθάνω, τό γε μὰν τεὸν ἀδὺ τέτυκται.

Quid ea verba significare debeant, non obscurum est, nam Virgilius interpretatus est Eclog. III 60:

Praeceps aerii specula de montis in undas
Deferar; extremum hoc munus morientis habeto,

eaque verba Wagnerus prosaice ita reddidit: „Hoc tibi muneris, hanc tibi laetitiam moriens offero, ut tua causa misere peream." De Theocriti loco non consentiunt interpretes; postremus eorum quos cognovi, Cholmleium dico, probat Graefii coniecturam, quam Hillerus quoque in textum intulit: καΐκα δὴ ἀποθάνω, deinde ita vertit: „and if I die (well it will all be over), and yet thou art sweet to me", sed ultro concedit neque γε μάν recte positum esse, nec τὸ τεὸν ἀδύ apte explicari posse. Mihi δή pro μή non valde arridet, deinde vix dubitare possumus quin reliqua graviter corrupta sint. Ut in incerta re scribam:

καΐκα μὴ ἀποθάνω, — τό γ' ἐναντίον ἀδὺ τέτυκται.

h. e. mortem mihi exopto. Τὸ ἐναντίον scilicet τοῦ μὴ ἀποθανεῖν.

Quodnam est Quarti Idyllii argumentum? Prope Crotonem

Digitized by Google

colloquuntur inter se Battus caprarius et Corydon bubulcus. Non est ipse Corydon boum dominus, sed mercenarius senis cuiusdam, cuius filius, uti coniicere fas est, Aegon nomine, quamquam minime ad certamen idoneus abiit Olympiam, ut cum omnium celeberrimo athleta Milone contenderet. Interea boves, sive filii familias desiderio sive Corydonis incuria, depereunt. Hic tempus fallit fistula canendo ea quae docuerunt tibicines clarissimi qui floruerunt sub Ptolemaeo Philadelpho, nec quidquam poeta de chronologia sollicitus est, quum Milon duobus ferme saeculis ante floruerit. Cantat etiam Lacinium promuntorium, ubi Aegon — sed de eo infra dicam — taurum agrestem quem robusta manu prehenderat, Amaryllidi dedit quam deperibat; nam in ea morum simplicitate tale donum ab amatore eleganter virgini offerri poterat. Eandem mulierem Battus quoque amarat, sed iam, proh dolor! mortua est. Interea dum gregis aliquam curam habet, caprarius sub malleolo spina vulneratur, cui malo Corydon medetur simulque monet ne silvestribus locis discalceatus ambulet. Denique Battus rogat num senex, quem suspicati sumus Aegonis esse patrem, etiamnunc cum amica sua rem habeat. Affirmat Corydon ipsum se vidisse mortalium salacissimum, quum mulierculam permoleret. Sic discedunt.

Scopae solutae, uti aiunt. In hoc colloquio, uti Kiesslingius scribit, „pastores non certum, quo omnis sermo tendat, finem propositum habent". Boni poetae est artificium abscondere magis quam in clara luce collocare, sed in hoc carmine sancte deierare poteris nihil esse artis non magis quam ingenii. Atque hoc quidem Idyllium est ex „meris rusticis" illis, quae iubemur admirari. Veluti Fritzschius p. 24, ut lectoribus os obturet, etiam provocat ad Göthii testimonium, qui Theocritum appellavit „den Blumen-singenden, Honig-lallenden, Freundlich-winkenden Theokrit"; quae verba quid sibi velint, non satis assequor; illud novi de Graeco scriptore, si Homerum exceperis, non habere Göthium testimonii dictionem, qui Longi quoque Pastoralia laudibus in coelum extulerit. Deinde ut retundat severam Herderi de Theocrito sententiam et hodiernos iudices reiiciat tanquam „oberflächliche Schriftsteller" nullaque prorsus fide dignos, testimonium Gessnero denunciat Theocriteae laudis

Digitized by Google

aemulo. Ipsa sonantia verba partim certe describam: „Bei ihm findet man die Einfalt der Sitten und der Empfindungen am besten ausgedrückt, und das Ländliche und die schönste Einfalt der Natur; er ist mit dieser bis auf die kleinsten Umstände bekannt gewesen. — Seinen Hirten hat er den höchsten Grad der Naivetät gegeben; sie reden Empfindungen, so wie sie ihnen ihr unverdorbenes Herz in den Mund legt. — Er wusste ihren Liedern die sanfte Miene der Unschuld zu geben, wenn die einfältigen Empfindungen eines unverdorbenen Herzens eine Phantasie befeuern, die nur mit den angenehmsten Bildern aus der Natur angefüllt ist", cet. Quid attinet dicere me horum nihil credere? Verba mihi ac voces videntur et praeterea nihil.

Novam interpretandi viam ingressus est Reitzensteinius; hanc non cognovi nisi per Legrandium p. 142 sqq., sed quoniam in literarum republica quidvis libere licet proloqui, aperte dicam hanc mihi insaniam videri rationis expertem. Describam pauca quaedam, sed quantum, uti auguror, *γεύματος χάριν* abunde satis erit. „D'après M. Reitzenstein, les traits de moeurs rustiques — réelles ou fantaisistes — ne se seraient introduits dans l'oeuvre du poète que par voie detournée, à la faveur d'une espèce de jeu de mots". Pro exemplo erit idem illud Quartum Idyllium de quo quaerere coepimus. „Dans l'idylle IV, Corydon conseille à Battus de ne pas se risquer pieds nus sur la montagne; ces mots, si naïfs d'apparence, formuleraient une critique littéraire, mise dans la bouche d'Alexandre d'Étolie, et adressée par lui à Callimaque: ils signifieraient pour quiconque sait comprendre: „Avec un talent délicat comme le vôtre, ne vous aventurez jamais à traiter des sujets rustiques". À la fin de la même idylle, l'allusion faite aux amours d'un vieillard équivaudrait à l'annonce d'une poésie grivoise, d'un „poème ionien", que préparait alors Alexandre d'Étolie". Apparet Legrandio in laboriosissima commentatione novam illam sapientiam minime potuisse probari.

Conspirasse plerique omnes videntur ad Theocritum unice laudandum; de Vergilii Eclogis semper multo liberius iudicatum fuit. Ponam quaedam Wagneri dicam an Heynii verba: ad Eclogam III, quae partim ducta est ex Idyll. IV ita legimus adnotatum: „Vitae et moribus huius generis hominum convicia

Digitized by Google

ista haud esse insolita, nemo dubitat; verum poeta, si ingenio et carmine recte utitur, numquam ad sordida et flagitiosa, turpia ac foeda carmine exprimenda se demittet". Scribit Teuffelius: „Die Vergleichung mit dem griechischen Dichter fällt selten zu Gunsten des römischen aus, oft ist die Verschlechterung handgreiflich", cet. cet. Alia sciens praetermitto: hoc tamen habet Virgilius: versiculi sunt bene tornati et optimae Latinitatis; Theocriti sermo cum sit mixtus compositus ex dialectorum colluvie talis est, qualem dicere nolo, cum praesertim Cobetus iam dixerit.

IV 8: *Φαντί νιν Ἡρακλῆϊ βίην καὶ κάρτος ἐρίσδειν.*
Nemo praeter Milonem hoc affirmaverat, qui auctor fuerat Aegoni ut secum Olympiam ad certamen proficisceretur. Hinc plane necessarius est singularis *Φατί*.

IV 22. Impeditus locus est:

λεπτὸς μὰν χὠ ταῦρος ὁ πυρρίχος. εἴθε λάχοιεν
τοὶ τῶ Λαμπριάδα, τοὶ δαμόται, ὄκκα θύωντι
τᾷ Ἥρᾳ τοιόνδε· κακοχρήσμων γὰρ ὁ δᾶμος.

Mitto reliqua quae in hisce versibus merito offensioni sunt: sed Ahrens pro *κακοχρήσμων* commendavit *κακογράσμων*, nempe idem quod *κακοφάγος* a stirpe ΓΡΑ, unde *ἔγρας* Callim. fr. 250, *πολύγρασος*, *γράσις*. Plurimum ambigo verene sic coniectum fuerit, sed, si *κακογράσμων* probabitur, derivare equidem malim ab eo quod est *γράσος*, quo nomine appellant secundum Pollucem II 77 *τὴν ἐν τοῖς τράγοις δυσωδίαν καὶ τὴν ἐν ταῖς μασχάλαις*. Olidos suos tribules Battus dicit esse.

IV 24: *καὶ ποτὶ τὴν Νήαιθον, ὅπᾳ καλὰ πάντα Φύοντι.*
Demiror verbi *Φύειν* neutram significationem et proclive est restituere: *Φύοντᾰι*. Obloquitur Cholmleius: primum provocat ad Idyll. VII 75:

Ἰμέρα αἴτε Φύοντι παρ' ὄχθαισιν ποταμοῖο,

ubi mutato verborum ordine rescribere expeditum est:

Ἰμέρα αἴτε παρ' ὄχθαισιν ποταμοῖο Φύονταί.

Deinde praeter duos locos ex Mimnermo et Moscho petitos, ex Homero affert omnium notissimum locum Iliad. Z 149, ubi

Digitized by Google

Batavi editores scrupulum removerunt. Sed Britannus plurimum confidit Alcaei loco, fr. 97: ἐλάφῳ δὲ βρόμος ἐν σήθεσι Φύει Φόβερος, sed hoc quidem telum ei extorquere facile est, nam tuto corrigere poteris: βρόμος ἐν σήθεσι θύει. Est verbi causa Callimachi fragmt. 82:

κοὐχ ὧδ' Ἀρείων τὠπέσαντι πὰρ Διί
ἔθυσεν Ἀρκὰς ἵππος,

ubi utilia sunt quae Schneiderus adnotavit p. 237.

IV 34 sermo fit de promuntorio Lacinio, ubi

ἅπερ ὁ πύκτας
Αἴγων ὀγδώκοντα μόνος κατεδαίσατο μάζας.
τηνεῖ καὶ τὸν ταῦρον ἀπ' ὤρεος ἄγε πιάξας
τᾶς ὁπλᾶς.

Hic omnium primum audiamus scholiastam: ταῦτ' οὐκ ἐπ' Αἴγωνι ἰσόρηται, ἀλλ' ἐπ' Ἀσυάνακτι τῷ Μιλησίῳ. ὁ δὲ Θεόκριτος τὰ περὶ τοῦ Μιλησίου τοῦ Ἀσυάνακτος ἰσορούμενα εἰς Αἴγωνα μετήνεγκε. Φασὶ γὰρ τοῦτον Ἴσθμια νικήσαντα καὶ οἶκοι παραγενόμενον ἐκ τῆς ἰδίας ἀγέλης τοῦ μεγίστου λαβέσθαι βοὸς καὶ μὴ ἀνεῖναι ἕως ὁ ταῦρος ἐλευθερῶν τὸ σῶμα κατέλιπε τὴν ὁπλὴν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Simile quid etiam de Titormo traditur apud Aelianum Var Hist. XII 22: Τίτορμος ἐπὶ τὴν ἀγέλην ἦλθε καὶ σὰς ἐν μέσῳ τὸν μέγιστον ταῦρον ἄγριον ὄντα λαμβάνει τοῦ ποδός, καὶ ὁ μὲν ἀποδρᾶναι ἔσπευδεν, οὐ μὴν ἐδύνατο. παριόντα δὲ ἕτερον τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ συναρπάσας τοῦ ποδὸς ὁμοίως εἶχε. Item de Milone, Append. Epigr. 20:

τοῖος ἦην Μίλων, ὅτ' ἀπὸ χθονὸς ἤρατο βρῖθος
τετραέτη δαμάλην ἐν Διὸς εἰλαπίναις,
ὤμοις δὲ κτῆνος τὸ πελώριον, ὡς νέον ἄρνα,
ἤνεγκεν δι' ὅλης κοῦφα πανηγύρεως.
καὶ θάμβος μὲν· ἀτὰρ τοῦδε πλέον ἤνυσε θαῦμα
πρόσθεν Πισαίου, ξεῖνε, θυηπολίου.
ὃν γὰρ ἐπόμπευσεν βοῦν ἄζυγον, εἰς κρέα τόνδε
κόψας, πάντα κατ' οὖν μοῦνος ἐδαίσατό νιν.

Etiam Athenaeus X 412E hoc epigramma exscripsit — Dorieus auctor est — et praeterea haec habet: Μίλων δ' ὁ Κροτωνιάτης ἤσθιε μνᾶς κρεῶν εἴκοσι καὶ τοσαύτας ἄρτων, οἴνου τε τρεῖς χόας ἔπινεν. ἐν δ' Ὀλυμπίᾳ ταῦρον ἀναθέμενος τοῖς ὤμοις τετραετῆ,

Digitized by Google

καὶ τοῦτον περιενέγκας τὸ ϛάδιον, μετὰ ταῦτα δαιτρεύσας μόνος αὐτὸν κατέφαγεν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. Sunt etiam alia de Milone tum apud Athenaeum, tum apud alios, quae omitto; sed superest rogare quomodo Aegon, qui se numquam oleo inunxerat, vs. 7, nec corpus quotidianis exercitationibus corroboraverat, idem praestare potuerit quod clarissimi pugiles. Quodsi vel maxime Aegon praestiterit, nihil erat cur pastores hominem riderent, qui ipsius Milonis famam obscurasset. Sed quid cesso veram scripturam promere? Halbertsma, *Mnem.* 1878 p. 108, simplicissimo remedio hanc difficultatem evitavit Milonis nomine reposito, ubi librarii perperam intulerant nomen Aegonis.

Μίλων ὀγδώκοντα μόνος κατεδαίσατο μάζας.

Haec vera scriptura est, nec tamen Hillerus quum cognovisset, eam in textu exhibere ausus est.

V 9: τὶν δὲ τὸ ποῖον
Λάκων ἀγκλέψας ποκ' ἔβα νάκος;

Sic hodie recte; nam Kiesslingius perperam ἔβαν ediderat. Itidem vs. 19:

οὔ τευ τὰν σύριγγα λαθὼν ἔκλεψε Κομάτας,

Kiesslingius eundem errorem erravit. Ipso proprio nomine addito unusquisque de se loquitur usus tertia persona:

I 103: Δάφνις κήν Ἀΐδα κακὸν ἔσσεται ἄλγος Ἔρωτι.

V 87: Φεῦ Φεῦ Λάκων τοι ταλάρως σχεδὸν εἴκατι πληροῖ
τυρῶ καὶ τὸν ἄνηβον ἐν ἄνθεσι παῖδα μολύνει.

V 139: τὶν δέ, Κομᾶτα,
δωρεῖται Μόρσων τὰν ἀμνίδα.

Sed continuo reditur ad primam personam:

οὔ τέ γε Λάκων
τὰν βαίταν ἀπέδυσ' ὁ Καλαιβίδος· ἢ κατὰ τήνας
τᾶς πέτρας, ὤνθρωπε, μανεὶς εἰς Κρᾶθιν ἁλοίμαν,

ubi noli dubitare quin ἀπέδυσε intelligendum sit. Omnibus hic mos est et olim et nunc. Cf. *Mnem.* 1882. p. 5.

V 25. Legebatur olim:

καί πῶς ὦ κίναδ' εὖ τάδε γ' ἔσσεται ἐξ ἴσω ἀμίν.

Sunt variae lectiones: κίναιδε, κίναδε, κυνιδεῦ, κινιδεῦ· hinc Ahrens: καὶ πῶς ὦ κίναιδε τάδ' ἔσσεται· alii: καὶ πῶς ὦ κίναδος

Digitized by Google

τύ, τάδ' ἔσσεται. Nempe ut quocumque tandem modo eliminaretur molesta particula γε, cum ceteroquin ab scholio quodam maiorem commendationem habeat lectio κιναδεῦ, quam etiam Dindorfius amplexus est in Thesauro. Ceterum in certamine θεῖναι dicitur, *deponere, inzetten*, inde passivum quoque κεῖσθαι eo sensu usurpatur. Sic V 23: ἠνίδε κεῖται ὥριφος. VIII 13: μόσχον ἐγὼ θησῶ, alibi. Hinc scribam:

καὶ πῶς, ὦ κιναδεῦ, τάδε κείσεται ἐξ ἴσω ἀμίν;

V 36: εἰ τύ με τολμῇς
ὄμμασι τοῖς ὀρθοῖσι ποτιβλέπεν.

Recte articulus additus est; scripserit Sophocles:

ὀρθοῖς ἔμελλον ὄμμασιν τούτους ὁρᾶν.

Sed in soluta oratione solemne est: Arriani Epictet. III ad finem: τὰ ἀντιβλέπειν ποιοῦντα ὀρθοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς πρὸς τοὺς πλουσίους. Hierax in Stobaei Flor. X 78: οὐδ' ἰδεῖν ὀρθοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀνέχεται. Aristides pro Quat. Viris p. 299: καὶ μόνος ὀρθοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀντίσχων ἅπασι καὶ τοῖς παροῦσι πράγμασι. Bentleius qui mihi loco omnibus noto haec testimonia suppeditavit, attulit etiam Xenophontis Hell. VII 1. 30, ubi Archidamus in concione: ἄνδρες πολῖται, inquit: νῦν ἀγαθοὶ γενόμενοι ἀναβλέψωμεν ὀρθοῖς ὄμμασιν, ubi fortasse praestare videbitur ἀντιβλέψωμεν, sed ὀρθοῖς (τοῖς) ὄμμασιν satis certum est. Bentleius, opinor, correxisset si duxisset operae pretium.

V 112. Ad Theocriti verba:

μισέω τὰς δασυκέρκος ἀλώπεκας, αἳ τὰ Μίκωνος
αἰεὶ φοιτῶσαι τὰ ποθέσπερα βαγίζοντι.,

ad haec igitur verba scholiasta adnotavit: τινὲς οὕτω κατὰ τὸ ἔσω νοούμενον λέγουσι· μισῶ τοὺς ἄνδρας τοὺς ἐνήλικας καὶ δασυπώγους, οἳ φοιτῶντες διὰ τῆς νυκτὸς τὰ τοῦ Μίκωνος βαγίζοντι, ἤγουν βαγολογοῦσιν, ἐσθίουσι δηλονότι ὑπ' αὐτοῦ βινούμενοι. Similiter ad V 121:

ἤδη τις Μόρσων πικραίνεται· ἦ οὐχὶ παρῄσθευ
σκίλλας ἰὼν Γραίας ἀπὸ σάματος αὐτίκα τίλλειν.,

adscriptum est: τοῦτό φησι κατὰ τὸ ἔσω νοούμενον· ἀπελθὼν τίλλε, φησί, τὰς παλαιὰς τρίχας τοῦ τάφου σου, ἤγουν τῆς

Digitized by Google

πυγῆς σου. Itaque vides non noviciam esse sapientiam eorum qui in Idylliis Theocriteis nescio quem absconditum sensum odorantur. Ὅταν τι τοῦτο τῶν σοφισμάτων ..... nosti quod sequitur.

V 133: οὐκ ἔραμ' Ἀλκίππας, ὅτι με πρᾶν οὐκ ἐφίλησε
τῶν ὤτων καθελοῖσ', ὅκα οἱ τὰν φάσσαν ἔδωκα.

Locum descripsi non quod vitium alit vel aliquid obscuri habet, sed ut meum animum et fortasse etiam lectorum inter haec studia exhilararem. Laudat Reiskius Lilii Gyraldi Dialogismum in Lampade Gruteri II p. 410, qui docet hoc osculi genus — quod Graece dicitur φιλεῖν τὴν χύτραν et saepe memoratur, etiam ab Latinis scriptoribus — tunc temporis in Italia osculum Florentinum fuisse dictum. Deinde Reiskius sic pergit p. 181: „Ipse memini saepe mihi puerulo tale osculum Florentinum impressum; et cum uxorem paulo θερμότερον amplector, eo genere utor". Est mihi propemodum miraculi instar, lectissimam Reiskiam quum de more plagulas madidas relegeret, non vetuisse ne maritus tale quid effutiret.

VI 34: καὶ γάρ θην οὐδ' εἶδος ἔχω κακόν.

Nemo, credo, Graece ita loquitur, sed: οὐδ' εἶδος ἐγὼ κακός.

VII 10 non concoquo:

κοὔπω τὰν μεσάταν ὁδὸν ἄνυμες, οὐδὲ τὸ σᾶμα
ἁμῖν τὸ Βρασίλα κατεφαίνετο.

Admonitus unusquisque sentit quam praepostere hoc dictum sit. Requiro: nondum dimidium iter confeceramus, *nam* vixdum ostentabatur nobis e longinquo Brasilae monumentum. Correxeram: ἠδὲ τὸ σᾶμα, deinde comperi hanc lectionem verosimiliter fuisse in Virgilii Codice. Hic enim Eclog. IX 59:

Hinc adeo media est nobis via; *namque* sepulcrum
Incipit apparere Bianoris.

Coniunctio apud Theocritum exstat XXV 139.

VII 80: ὥστε νιν αἱ σιμαὶ λειμωνόθε φέρβον ἰοῖσαι
κέδρον ἐς ἀδεῖαν μαλακοῖς ἄνθεσσι μέλισσαι.

Mirum epitheton; recte de hoedis VIII 51: ὦ σιμαὶ δεῦτ' ἐφ'

Digitized by Google

ὕδωρ ἔριφοι· sed num apes σιμαί dicendae? Rescribam: αἱ λάσιαι, cum XXII 42: λασίαις φίλα ἔργα μελίσσαις.

VIII 3: ἄμφω τώγ' ἤσην πυρροτρίχω, ἄμφω ἀνήβω.
Hic operae pretium est Cobetum conferre ad Callimachum *Mnem.* 1861 p. 423. Poeta in Hymno in Dianam vs. 76 appellarat ἄτριχον Vulcani σέρνοιο μέρος· aegre tulit hoc Cobetus, sed, non in Museo suo verum in amoeno maris littore ἀκτάζων, sic tribus verbis edixit: „ἄτριχον vitiosa forma est pro ἄθριξ, nam sic ut οὐλόθριξ, πυρρόθριξ, sim. dicebant, non ἄτριχος, οὐλότριχος, cet.". Dum haec scribebat, fortasse in mente habebat Photii adnotatiunculam: οὐλόθριξ, οὐχὶ οὐλότριχος· καὶ οὐλότριχα, οὐχὶ οὐλότριχον. Nescio quam vere Scholiasta adscripsit ad Theocriteum πυρροτρίχω· τῶν Ἰώνων δὲ τοῦτ' ἐς τὰς γενικὰς ποιεῖν εὐθείας· sed plus proderit contulisse Schneiderum ad Callimachum p. 217, qui ut solet non sine quadam acrimonia ut Cobeti doctrinam refellat, ex Euripidis Herc. fur. 924 affert εὐτρίχου γενειάδος et ex Philonide comico apud Pollucem II 24 ὦ πολυτρίχου πώγωνος. Theocritus autem, si semel peccavit scribendo πυρροτρίχω, — sed venalis is error est — quater tamen recte: VII 15 δασύτριχος τράγοιο, XV 57 εὔτριχα δειράν, XVIII, 1 ξανθότριχι πὰρ Μενελάῳ et XXV 7 ποίμναι εὔτριχες. Totam quaestionem de adiectivis compositis tertiae declinationis ut explices, opus est Lobeckianis copiis et diligentia; vide eum *Paralip.* p. 285.

VIII 14:

μόσχον ἐγὼ θητῶ· τὺ δὲ θές γ' ἰσομάτορα ἀμνόν.

Incommoda est particula γε, quam si cum aliis deleveris, gravis orietur offensio circa metrum. Sed ἰσομάτορα quoque displicet, nam agnus tam grandis ut matri aequalis sit, iam non agnus est sed ovis et quidem adulta. Videri poterit ipse Virgilius in suo codice legisse ἰσομάτορα, quum canat Aen. IX 628: statuam ante aras iuvencum — *pariterque* caput cum matre ferentem; sed nec nihili hoc faciendum est et statim videbimus quam vitiosus ille Theocriti codex fuerit, quo Virgilius usus est. Sed Valckenaerius ad Eurip. Phoen. p. 514 scribit Ioannem Piersonum ingeniose coniecisse λιπομάτορα

Digitized by Google

itaque λιπομάτωρ est, quem Virgilius Eclog. VII 15 *depulsum a lacte* agnum nominavit. Viri docti fortasse amplexi fuissent illorum duumvirum auctoritatem, sed contra exortus est Ruhnkenius qui ad Hesychium Alberti t. II p. 75 in Auctario simpliciter scripsit se Piersonum sequi nolle, sed causam dissensus non significavit. Factum deinde est quod exspectari potuit: qui sese codicum sublestae fidei manciparunt, maxime *tuta* secuti, *mumsimus* suum, volo ἰσομάτορα dicere, mordicus retinent. Ruhnkenium magis miror, criticum minime superstitiosum, cuius illa quoque verba sunt: „Inter eruditos constat aliquando doctissimos quosque Romanorum prava codicis lectione in fraudem esse inductos". Ubi hoc dixit Ruhnkenius? Nempe in Epistula critica ad Valckenaerium, in qua sermo incidit de Theocr. V 90:

κἠμὲ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν ποιμένα λεῖος ὑπαντῶν
ἐκμαίνει.

Non tulit ibi λεῖον sic simpliciter positum sine accusativo partis itaque correxit: λεῖος ὑπάναν, quamquam apud Virgilium legitur: At mihi sese *offert* ultro meus ignis Amyntas. Multis tamen, uti arbitror, Piersonianum λιπομάτορα etiam magis placebit quam Ruhnkenianum ὑπάναν. Vide etiam eiusdem generis tertium et quartum locum. Vertantur, ut poeta ait, omnia in contrarium I 134;

πάντα δ' ἔναλλα γένοιτο, καὶ ἃ πίτυς ὄχνας ἐνείκαι.

Apud Virgilium haec sonant, Eclog. VIII 58: Omnia vel *medium* fiant *mare*. Hinc non commemini quis primus suspicatus sit Virgilium festinanter legendo vertisse: πάντα δ' ἐνάλια γένοιτο, sive hoc ipsum in vitioso suo codice invenisse. Pariter II 21:

πάσσ' ἅμα καὶ λέγε ταῦτα· τὰ Δελφίδος ὀργέα πάσσω.

Vertit Virgilius Eclog. VIII 82:

Sparge *molam* et fragilis incende bitumine laurus.

Hinc sunt qui putent Virgilium legisse: πάσσ' ἅλα, quae sane deterior lectio est, etiamsi Palmerium non sequar, qui in *Exercitationibus* p. 793 contendit eo sensu plurali numero ἅλας fuisse dicendum: nimirum quum haec scribebat, Homerus memoria exciderat qui scripsit: οὐδ' ἅλα δοίης Odyss. ρ 455, quem locum itidem imitatus est poeta in Idyll. XXVII 60:

Φής μοι πάντα δόμεν· τάχα δ' ὕστερον οὐδ' ἅλα δοίης.

Digitized by Google

Nemo ad hunc usque diem intelligere potuit ea quae leguntur VIII 91:

ὡς δὲ κατεσμύχθη καὶ ἀνετράπετο Φρένα λύπᾳ
ὥτερος, οὕτω καὶ νύμφα γαμεθεῖσ' ἀκάχοιτο.

Monstrum hic ali constat, nam participii γαμεθεῖσα est inaudita forma neque desponsatam nec recens nuptam cum Hillero licebit intelligere. Nempe „man muss, um das Gleichniss zu verstehen, sich die griechischen Verhältnisse vergegenwärtigen". Itaque docebimur virgines olim nuptiarum nomen perosas fuisse: sex loci afferuntur quos omnes describam, nam mihi iniurato testi aliter non habebitur fides.

Callim. IV 297: ὅ τ' εὐήχης ὑμέναιος —
ἤθεα νυμφάων μορμύσσεται.

Callim. fragmt. 118:
ἡ παῖς ἡ κατάκλειστος —
τὴν οἵ Φασι τεκόντες
εὐναίους ἀρισμούς
ἔχθειν ἶσον ὀλέθρῳ.

Sophoclis fragmentum 524:
αἱ νέαι μὲν ἐν πατρός
ἥδιστον οἶμαι ζῶμεν ἀνθρώπων βίον·
τερπνῶς γὰρ ἀεὶ πάντας ἀγνοία τρέφει·
ὅταν δ' εἰς ἥβην ἐξικώμεθ' ἔμφρονες,
ὠθούμεθ' ἔξω καὶ διεμπολώμεθα
θεῶν πατρῴων τῶν τε Φυσάντων ἄπο,
αἱ μὲν ξένους πρὸς ἄνδρας, αἱ δὲ βαρβάρους.

Eurip. Med. 231:
γυναῖκές ἐσμεν ἀθλιώτατον Φυτόν·
ἃς πρῶτα μὲν δεῖ χρημάτων ὑπερβολῇ
πόσιν πρίασθαι δεσπότην τε σώματος
λαβεῖν, κτέ.

Catull. 61. 80: . . . . . .
tardet ingenuus pudor.
quem tamen magis audiens,
flet quod ire necesse est.

Tibull. III 4. 31:
ut iuveni primum virgo deducta marito,
inficitur teneras ore rubente genas.

Digitized by Google

Dabis mihi, uti spero, hos locos nihil prorsus conferre ad Theocriti vulgatum textum explicandum. Nec nunc neque olim novae nuptae tristes sunt; deinde si vel maxime forent, potuitne is qui in certamine inferior discessit, apte comparari cum sponsa quae luget ereptam et delibatam virginitatem? Videor mihi coniicere posse quid lateat. Menalcas comparatur non valde quidem apte neque absurde tamen cum puella, cui spes nuptiarum dissoluta est. Quidquid crepant interpretes, nihil opus est, „sich die griechischen Verhältnisse zu vergegenwärtigen." Natura olim mortales eadem docebat quae hodie quoque docet. Nausicaa *αἴδετο θαλερὸν γάμον ἐξονομῆναι πατρὶ φίλῳ*, sed inter amicas audacter proloquitur:

αἲ γὰρ ἐμοὶ τοιόσδε πόσις κεκλημένος εἴη
ἐνθάδε ναιετάων, καί οἱ ἅδοι αὐτόθι μίμνειν.

Postquam sic mihi constitit de loci sententia, ulterius quaerendum erat de vera scriptura, nam Ahrentis: *οὕτω κα νύμφα δμηθεῖσ' ἀκάχοιτο* ridicula est suspicio ipsumque Ahrentem ad Theocritum cognovi infelicem coniectorem fuisse. Quidni scribimus:

οὕτω κα νύμφα μεθεθεῖσ' ἀκάχοιτο.

Pro *μεθεθεῖσα* scripserat librarius proclivi vitio: *μεθεῖσα*· deinde ut metro mederetur nescio quis addidit literas *γα-*. Bene factum quod *γαμεθεῖσα* forma barbara est; quod ni esset, fortasse fraus semper latuisset.

IX 18: *ὦ μοι πρὸς κεφαλᾷ καὶ πρὸς ποσὶ κώεα κεῖται.*
Legam: *πρὸς κεφαλᾶς.*

IX 3: *μόσχως βουσὶν ὑφέντες, ὑπὸ ϛείραισι δὲ ταύρως.*
Mire dictum: quod etiam Scholiasta animadvertit; scribit enim: *ἡ ὑπὸ ἀντὶ τῆς ἐπί, ἵν' ᾖ· ἐπὶ ϛείραισι τοὺς ταύρους ἀφέντες, ἵνα τέκωσιν, ὥς τινες. ϛείρας δὲ εἶπε τὰς οὔπω τετοκυίας.* Kiesslingius *ἐπί* edidit. Cholmleius cum Fritzschio servat codicum lectionem: „in *ὑφέντες ϛείραισι ταύρως* the verb has not the same sense as at the beginning of the line, and must = *clanculum mittentes*, unless we impute a curious ignorance to the author of the line". Secundum Hillerum „ist die Wendung höchst anstössig". Heinius ad Virg. Eclog. I 46 contendit vix *ὑφιέναι* eodem

Digitized by Google

versu duplici sensu usurpare potuisse poetam et diserta verba sunt:

Pascite, ut ante, boves, pueri; *submittite* tauros.

Dicuntur ceteroquin vaccae tauris submitti, nec minus apud Nemesianum est Cyneg. 114: Huic (cani feminae) submitte marem. Wagnerus autem tauros submittere de aratione explicat. Nihil tamen hoc facit ad Theocritum. Etiam apud Homerum Iliad. E 269 alia de causa mire dictum est: ὑποσχὼν θήλεας ἵππους, cf. *Mnem.* 1891 p. 304. Legitur apud Quintum Smyrnaeum VI 141:

θρέψε θοὴ ποτε κεμμάς, ἐῷ δ' ἴσα φίλατο νεβρῷ
μαζὸν ὑποσχομένη.,

sed verius fuerit Iliad. X 83:

εἴποτέ τοι λαθικηδέα μαζὸν ἐπέσχον.

Itidem haud certa lectio est Idyll. VII 22:

ἀνίκα δὴ καὶ σαῦρος ἐν αἱμασιαῖσι καθεύδει.

Vertit Virgilius Eclog. II 9:

Nunc viridis etiam *occultant* spineta lacertos,

ita ut cum Valckenaerio probabiliter legendum sit: ὑφ' αἱμασιαῖσι, cum praesertim alii codices habeant ἐφ' αἱμασιαῖσι. — His lectis non multo doctior abibis quam antea fueras: equidem exitum nullum video. Quaerant alii.

In decimo Idyllio plura insunt quae parum intelligo et abstineo manus. Vs. 39:

ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς ϛεφάνοις τὰ πρᾶτα λέγονται,

malim: φέρονται. Offensioni est forma μεμάνημαι vs. 31. Denique vs. 39 valde stultum est:

Βομβύκα χαριέσσ', οἱ μὲν πόδες ἀϛράγαλοι τεῦς.

Adscripsit God. Hermannus: „Pedes intellige bene tornatos, maxime propter talos, similes talis quibus ludebant, quorum quattuor latera plana erant, duo convexa". Dixeris Hermannum numquam talos vidisse. Comparatio est si qua alia quam maxime inepta.

XI 2: Οὐδὲν πὸτ τὸν ἔρωτα πεφύκει Φάρμακον ἄλλο,
Νικία, οὔτ' ἔγχριϛον, ἐμὶν δοκεῖ, οὔ τ' ἐπίπαϛον.

Quoties hunc locum relego, Aeschyli mihi in mentem venit Prom. 479:

Digitized by Google

οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδέν, οὔτε βρώσιμον
οὐ χρισόν, οὔτε πισόν.

saepeque suspicatus sum multum praestare πασόν.

XII 23: ἀλλ' ἤτοι τούτων μὲν ὑπέρτεροι οὐρανίωνες
ἔσσοντ' ὡς ἐθέλουσιν.

Impedita constructio est; arridet: θήσοντ' ἄσσ' ἐθέλ.

XII 24. Difficilis hic locus est:

ψευσὰς ῥινὸς ὕπερθεν ἀραιὰς οὐκ ἀναφύσω.

Possumus sane cum Köhlero corrigere: ῥινὸς ὕπερθεν ἀκραίης, sed quae sunt ψευσαί, nam haec est Bücheleri, vel ψεύδεα quae codicum lectio est? Conferendus est spurius versiculus IX 30: μηκέθ' ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ὀλοφυγγόνα φύσης, item Scholion ad illum locum: εἰώθασι γὰρ ἔνιοι τὰ ἐπάνω τῆς ῥινὸς ψυδράκια καλεῖν ψεύσματα. Omnem fidem superat pustulas dictas fuisse vel ψεύδεα vel ψευσάς vel ψεύσματα. Sed ψύδρακες et ψυδράκια haud ita raro memorantur, v. c. ut uno loco defungar, Polluc. IV 194. Scripserim equidem: ψύδρακα ῥινὸς ὕπερθεν ἀκραίης.

XII 32: ὃς δέ κε προσμάξῃ γλυκερώτερα χείλεσι χείλη.

Hic locus mihi in memoriam revocat Bion. I 42:

ὥς σε περιπτύξω καὶ χείλεα χείλεσι μίξω,

ubi praestare dixerim μάξω.

XIII 7: τοῦ χαρίεντος Ἥλα, τοῦ τὰν πλοκαμῖδα Φορεῦντος.

Fuerit Herculis amasius cincinnatus, sed cur tandem tanquam de nota re poeta τὰν πλοκαμῖδα articulo addito appellavit? Ex recentioribus interpretibus quantum memini nemo hanc difficultatem attigit; vetera autem Scholia nimis sunt absurda. Audi modo quae afferunt, omissis minus ad rem necessariis: πλοκαμῖδα Φορεῦντος. τοῦ ἔχοντος τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς πεπλεγμένας, ἵν' ᾖ τὸ Φοροῦντος ἀντὶ τοῦ Φέροντος καὶ ἔχοντος. — ἢ τοῦ τοὺς πλοκάμους Φοροῦντος ἤγουν ἐνδυομένου καὶ περιβαλλομένου. Ἴσως γὰρ ἂν Φαλακρὸς ἦν, περιεβέβλητο δὲ ἀλλοτρίας τρίχας τῇ κεφαλῇ. Videor mihi aliquando audivisse apud Aegyptios in aula Ptolemaeorum nobiles pueros tanquam regium insigne gestasse cincinnum. Si Theocriti locum cum eo more compara-

Digitized by Google

veris, articulus iam offensioni non erit, quamquam satis ridicule poeta usum retulerit ad ipsius Herculis tempora. Sed cavebo ne extra fines meae provinciae evager.

XIII 15: ὡς αὐτῷ κατὰ θυμὸν ὁ παῖς πεπονημένος εἴη,
αὐτῷ δ' εὖ ἕλκων ἐς ἀλαθινὸν ἄνδρ' ἀποβαίη.

Corrupta lectio est, pro qua Ahrens substituit: αὐτοῦ δ' εὖ εἴκων, Fritzschius autem Dan. Heinsium secutus: αὐτοῦ δ' εὖ ἤκων. Mihi arridet: αὐτῷ δ' εἴκελος ὤν.

XIII 33. De Argonautis ita traditur:

ἐκβάντες δ' ἐπὶ θῖνα κατὰ ζυγὰ δαῖτα πένοντο
δειελινοί, πολλοὶ δὲ μίαν σορέσαντο χαμεύναν.

Mire dictum; si quidem Theocritus eandem famam secutus est, quam apud Apollonium offendimus, praestare dixerim: δοιὼ δὲ μίαν σορέσαντο χαμεύναν. Hoc interest quod apud Apollonium Herculis contubernalis Ancaeus est, apud Theocritum Telamon: vs. 36:

κὤχεθ' Ὕλας ὁ ξανθὸς ὕδωρ ἐπιδόρπιον οἰσῶν
αὐτῷ θ' Ἡρακλῆι καὶ ἀσεμφεῖ Τελαμῶνι.

XV 53. In hoc celeberrimo Idyllio complura sunt valde corrupta, quibus sanandis me imparem esse sentio. Pauca tantum attingam, veluti versu 53:

ὀρθὸς ἀνέσα ὁ πυρρός· ἴδ' ὡς ἄγριος. κυνοθαρσής
Εὐνόα, οὐ φευξῇ; διαχρασεῖται τὸν ἄγοντα.,

corrigam:

ὀρθὸς ἀνέσα ὁ πυρρὸς ὅδ' ἄγριος· ὡς κυνοθαρσής.
Εὐνόα, οὐ φευξῇ; διαχρασεῖται τὸν ἀλόντα.

XV 87: παύσασθ' ὦ δύσανοι, ἀνάνυτα κωτίλλοισαι,
τρυγόνες. ἐκκναισεῦντι πλατειάσδοισαι ἅπαντα.

Quam incredibiliter fingit poeta Alexandrinum hominem qui hic loquitur, nunc ipsum quoque Doricam dialectum usurpare! Iam Palmerius rem notarat in *Exercit.* p. 806, sed nemo hucusque inventus est qui nodum probabiliter solveret. Certe nihil proficimus Hilleri adnotatione: „Sowohl diesen Alexandriner, wie den vs. 72 et 73 redenden lässt Th. sich desselben Dialectes

Digitized by Google

bedienen wie die beiden Syracusanerinnen, ebenso die Sängerin v. 100 figg. An unserer Stelle stimmt dies nicht zum Inhalt der Worte; das entgegengesetzte Verfahren möchte indessen dem Dichter in formeller Beziehung unangemessen erscheinen". Expeditum est ad hunc modum perpetuos commentarios undecumque compilare.

Vere ut dicam, parum prodest in hoc potissimum carmine minuta quaedam corrigere, quum longe maximus corruptelarum numerus remaneat, quas nemo procurare possit. Veluti apertum vitium est vs. 119:

χλωραὶ δὲ σκιάδες μαλακῷ βρίθοντες ἀνήθῳ,

cf. Legrandius p. 290, nec tamen quisquam reponere audebit βρίθοισαι. Interdum abstinere manus prudentia est.

XV 127:

ἔρωται κλίνα τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ ἄλλα.
τὰν κὲν Κύπρις ἔχει, τὰν δ' ὁ ῥοδόπαχυς Ἄδωνις.

Madvigius in *Advers.* I p. 295 correxit: τῷ καλῷ αὗτα, sed recte fortasse Hillerus unum versiculum suspicatus est excidisse; equidem olim conieceram:

ἔρωνται κλῖναι τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ αὗται.,

sed nimis hoc incertum.

XVI 24: οὐχ ἅδε πλούτου φρονέουσιν ὄνασις,
ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν.

Post demum, inde a versu 29, dicet poeta quomodo divites erga vates se gerere debeant, quod quum, credo, Wordsworthius animadvertisset, corrigendum proposuit ὀπαδῶν, quod Hillerus etiam in textum intulit. Longe lenius possis: τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοίκων.

XVI 77. Sermo fit de Carthaginiensibus, qui

οἰκεῦντες Λιβύης ἄκρον σφυρὸν ἐρρίγασιν.

Speciem habet quod Kuiperus *Mnem.* 1889 p. 383 correxit: Λιλύβης.

Digitized by Google

In Idyll. XVII laudes insunt Ptolemaei et Berenices; de regina ita legimus vs. 37:

τᾷ μὲν Κύπρον ἔχοισα Διώνας πότνια κούρα
κόλπου ἐς εὐώδη ῥαδινὰς ἐσεμάξατο χεῖρας.

Versus sunt, uti vides, supra quam dici potest inepti, sed magis etiam inepte Callimachus Gratias invocat fragmt. 121:

ἐλέγοισι δ' ἐνιψήσασθε λιπώσας
χεῖρας ἐμοῖς, ἵνα μοι πουλὺ μενοῦσιν ἔτος

Hemsterhusium secutus contra Bentleium Schneiderus horum versiculorum causam tutatus est; nimirum „poeta Gratias invocat, ut Elegis suis manus fragrantes abstergant, quo conciliata venustate cunctis probati per multum tempus in honorem suum durent". Metaphora est de sordido genere quod in comoedia facile ferimus, veluti Hermippi locus est apud Athenaeum I p. 29E:

Μενδαίῳ μὲν ἐνουροῦσιν καὶ θεοὶ αὐτοί,

vel quocumque tandem modo hic versiculus constituendus est; etiam plebeculae nostrae simile proverbium in ore est; poetae autem Alexandrini, qui nunc certe serio loquuntur, numquam didicerunt quid deceret, quid minus. Recentiores interdum etiam insulsius, cf. *Mnem.* 1877 p. 119.

XVIII 5:

ἀνίκα Τυνδαριδᾶν κατεκλάξατο τὰν ἀγαπατάν
μναςεύσας Ἑλέναν ὁ νεώτερος Ἀτρέος υἱός.

Novi sane quam omnes norunt fortissimam Tyndaridarum apud Horatium, sed genetivus offensioni est quem non video unde recte pendere possit; simpliciter rescribam: Τυνδαρίδα, quod per metrum sine dubio stare poterit.

XX 18: Φέρω δ' ὑποκάρδιον ὀργάν,
ὅττι με τὸν χαρίεντα κακὰ μωμήσαθ' ἑταῖρα.

Significantius erit, nisi fallor, μωκήσαθ'.

XXII 16:

κοπτομένη πνοιαῖς τε καὶ ἀρρήκτοισι χαλάζαις.

Nonne praestat ἀλλήκτοισι?

Digitized by Google

XXIII 31:

λευκὸν τὸ κρίνον ἐσί, μαραίνεται ἀνίκα πίπτῃ·
ἃ δὲ χιὼν λευκά, καὶ τάκεται ἀνίκα παχθῇ.

Spurii versiculi videntur esse, sed spurii quoque versus corrumpi potuerunt; quid enim est illud παχθῇ? Boissonadius φλεχθῇ rescripsit; Cholmleius derivat a verbo πάσσειν· verum hoc modo nihil proficitur. Equidem incidi in θαλφθῇ.

XXVII 41. Colloquium est adulescentis cum virgine. Dixerat ille:

Δάφνις ἐγώ, Λυκίδας τε πατήρ, μήτηρ δὲ Νομαίη.

Respondet autem virgo:

ἐξ εὐηγενέων· ἀλλ' οὐ σέθεν εἰμὶ χερείων.

At neuter nobilis est, sed parentes agellum colunt vivuntque satis lauta conditione: hinc rescribam: ἐξ εὐηφενέων et vide de horum adiectivorum confusione Kuiperum Callim. I p. 42.

XXVII 49: μᾶλα τεὰ πράτισα τάδε χνοάοντα διδάξω.

Premere vult amator formam papillarum; hinc proclive est restituere: πιαξῶ.

XXVII 59:

ἄλλην ἀμπεχόνην τῆς σῆς τοι μείζονα δώσω.

Imo pretiosiorem vestem dabit: h. e. ἀμείνονα.

XXVIII 4:

ὅπᾳ Κύπριδος Ἶρον καλάμῳ χλῶρον ὑπ' ἀπάλῳ.

Ultimum vocabulum merito omnibus displicuit, necdum successit emendatio; veluti Ahrens commendavit ὑπασσάλῳ, Aeolicam scilicet formam pro ὑποσάλου. Mihi placet: ὑπ' ἀςάτῳ.

XXIX 12: ποίησαι καλιὰν μίαν εἰν ἑνὶ δενδρίῳ.

Hic locus mihi revocat in memoriam Libanii locum, Orat. XI § 254, quem locum nuper tractavit Herwerdenus in *Museo Rhenano* 1904 p. 345: τόπος οὐδεὶς ψιλὸς χειροτεχνήματος. ἀλλὰ κἂν μικροῦ τις λάβηται κρασπέδου, παραχρῆμα τοῦτο ἀκεσήριον ἤ τι παραπλήσιον, καὶ ἔχονται δὴ τῶν τόπων οἷον καλωδίων, ὥσπερ Ὀδυσσεὺς τοῦ ἐρινεοῦ. Hic parum prodest reponere verio-

Digitized by Google

rem formam καλῳδίων, nam verum esse dixerim: καλιδίων. Eupolidis locus est apud Pollucem X 161:

οἰκοῦσι δ' ἐνθάδ' ἐν τρισὶν καλιδίοις
οἰκημ' ἔχων ἕκαστος.

XXIX 26: ὀμνάσθην ὅτι πέρρυσιν ἦσθα νεώτερος. Hillerus vix concoquere potuit duplicatum ῥῶ in eo quod est πέρρυσιν· mihi quidem imprimis obstare videtur quod praecedit vs. 17:

τῷ δ' εὐθὺς πλέον ἢ τριέτης ἐγένευ Φίλος.

Correxerim: πρωπέρυσ' ἦσθα νεώτερος, nam haec vera forma est διὰ τοῦ Ο μεγάλου, cf. Phrynichus ap. Bekkerum p. 60. 32. Pherecratis locus est apud Zon. p. 1745:

Πότε σὺ (δῆτ') ἤκουσας αὐτοῦ; Β. πρωπέρυσιν ἔτος τρίτον.

AD ARISTOPHANIS RAN. 27.

Ranas fabulam cum ante annos decem edidi, circa fabulae initium Hamakerum secutus eieci versus quatuor, quos cancellis inclusos excribam:

ΞΑΝΘ. οὐ γὰρ Φέρω ἐγώ;
ΔΙΟΝ. πῶς Φέρεις γάρ, ὅς γ' ὀχεῖ;
[ΞΑΝΘ. Φέρων γε ταυτί!
ΔΙΟΝ. τίνα τρόπον;
ΞΑΝΘ. βαρέως πάνυ.
ΔΙΟΝ. οὔκουν τὸ βάρος τοῦθ', ὃ σὺ Φέρεις, οὕνος Φέρει;
ΞΑΝΘ. οὐ δῆθ'! ὅ γ' ἔχω ἐγὼ καὶ Φέρω· μὰ τὸν Δί' οὔ!
ΔΙΟΝ. πῶς γὰρ Φέρεις, ὅς γ' αὐτὸς ὑΦ' ἑτέρου Φέρει;]
ΞΑΝΘ. οὐκ οἶδ'· ὁ δ' ὦμος οὐτοσὶ πιέζεται.

Num iure eiecissem statim dubitabam, mox a criticis admonitus ne dubitavi quidem, sed sensi comico sua sic detrahi. Attamen nihilo melius quam antea placebant illi versus, in quibus bis vel etiam ter idem dicitur. Nunc deprehendisse mihi videor vitium satis leve, quo ita deturpatur textus traditus ut cultro sanandum duxerit Hamaker. In Dionysi verbis pro secundo Φέρεις scribatur λέγεις:

οὔκουν τὸ βάρος τοῦθ', ὃ σὺ λέγεις, οὕνος Φέρει;

Quod si concedatur, nihil praeterea hoc loco mihi quidem videatur improbandum.

v. L.

Digitized by Google

MINUCIANA.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

(*Continuantur e pag.* 82.)

C. 2. 3. .... *placuit Ostiam petere, amoenissimam civitatem, quod esset corpori meo siccandis umoribus de marinis lavacris blanda et adposita curatio. sane et ad vindemiam feriae iudiciariam curam relaxaverant; nam id temporis post aestivam diem in temperiem semet autumnitas dirigebat. itaque cum diluculo ad mare inambulando litori pergeremus* e. q. s.

Hunc locum corruptela laborare opinor, cuius in codice Minuciano genus est frequentissimum. Verba enim quae sunt *sane et ad vindemiam feriae iudiciariam curam relaxaverant* ubi nunc leguntur perperam legi firmiter credo; quae cum argumentandi cursum moleste interrumpant, fere dixeris a nescio quo postea inserta esse. At modo de loco suo deturbata mihi videntur atque transponenda post verbum *dirigebat.* Quem ordinem si restituerimus, enuntiatum *nam id temporis post aestivam diem in temperiem semet autumnitas dirigebat* rursus cum illo coniunctum erit, quod ut confirmaret ab auctore adiectum est. Scilicet coniunctio *nam*, a Minucio et multis aliis locis et hoc loco sensu causali posita, causam non infert, propter quam vindemialia ferias forenses adduxerint, sed declarat, quare aquas marinas illo ipso tempore sibi salubres fore Minucius putet; nempe salutem sibi de aquis promittebat propter earum magnas medicandi vires et propterea quod id ipsum tempus erat quo viribus illis frui posset.

Digitized by Google

C. 9. 3. *nec de ipsis, nisi subsisteret veritas, maxime nefaria et honore praefanda sagax fama loqueretur. audio eos turpissimae pecudis caput asini consecratum inepta nescio qua persuasione venerari:* e. q. s.

His verbis Caecilius, postquam de Christianorum moribus ac vita hucusque egit, trita mendacia quae de eorum sacris vulgantur enumerare atque detestari incipit; narrationem absolvit verbis quae sunt in extr. § 5: *haec* sacra *sacrilegiis omnibus taetriora.* Deinde in Octavii responso leguntur in initio C. 22: *Considera denique* sacra *ipsa et ipsa mysteria.* Quamquam non me fugit pronomen *ipse* apud Minucium saepius significare *idem*, qua de causa Sauppii coniecturam *nec de istis* omnino reiciendam esse arbitror, locum nostrum tamen sanum esse non credo, sed rerum quas Caecilius iam explicare aggreditur ratione habita et collatis locis, qui sunt C. 9. 5 extr. et C. 22 i. i. quos supra laudavi, ita locum emendare mihi videor:

nec de ‹sacris› *ipsis, nisi subsisteret veritas, maxime nefaria et honore praefanda sagax fama loqueretur.*

C. 12. 2. *Ecce pars vestrum, et maior melior, ut dicitis, egetis algetis, opere fame laboratis; et deus patitur, dissimulat, non vult aut non potest opitulari suis: ita aut invalidus aut iniquus est!*

Pro *opere*, quod in codice legitur, Wowerus divisis litteris *ope re* scribere voluit, Davies *pauperie.* Alii aliter locum temptarunt: Keim *fama laboratis* proposuit — Baehrens *egetis opere, algetis, f. l.;* equidem vocabulum *opere* e versu inferiore in superiorem male commigrasse suspicor itaque locum refingendum:

egetis, algetis, fame laboratis; et deus patitur, dissimulat, opere non vult aut non potest opitulari suis: ita aut invalidus aut iniquus est!

Caecilius videlicet dei voluntatem vel potestatem ex rebus iudicat, immortalitatis promissa quibus Christiani gloriantur, nil curat, cf. C. 12. 4: Ubi deus ille, qui subvenire revivescentibus potest, viventibus non potest?

Facere non possum quin de alio quoque loco, ubi idem vocabulum recte, ut mihi videtur — male, ut aliis, legitur, pauca subiiciam. Est C. 9. 7 in verbis: .... *etsi non omnes opere, conscientia tamen pariter incesti, quoniam voto universorum*

Digitized by Google

adpetitur quicquid accidere potest in actu singulorum. In hisce *opere* e scriptura *oporae*, quam codex exhibet, ab Heumanno emendatum est, postquam in editione principe expressum fuit *opera*. Hartel primus rem novavit scribendo *corpore*, quem secuti sunt Cornelissen, Baehrens, Svoboda, Boenig. Waltzingium tamen *opere*, ab Heumanno optime restitutum, retinuisse video neque amplius iam sollicitandum censeo: vocabuli notio loco aptissima est ac bene congruens cum sequentibus: *quicquid accidere potest* in actu *singulorum.*

Itaque licet ita pereat alliteratio, qua Svoboda Hartelii coniecturam haud parum commendari censebat, modo in Heumanni restitutione manum auctoris agnosco.

C. 13. 1. *Quamquam si philosophandi libido est, Socraten, sapientiae principem, quisque vestrum tantus est, si potuerit, imitetur.*

Gelenius pro *quisque* scribere voluit *quisquis*, sed vetant loci permulti quibus *quisque* pro *quicumque, quisquis* positum esse constat. Deinde verba quae sunt *tantus est* a viris doctis varie temptata sunt, quorum Cornelissen *ad amussim* (i. e. accurate et exacte) proposuit — Boot *quantulus est*; Maehly verba transponenda iudicavit ita: *Socratem — quisque vestrum, si potuerit, imitetur: tantus est* (sc. Socrates); Rehm sic distinguendum esse censuit: *principem* (*quisque vestrum tantus est?*) *si potuerit* (Und wer von euch ist so gross wie er?); Baehrens scripsit: *quisque vestrum* (*tanti is est*), *si poterit;* denique Svoboda verba *si potuerit* tamquam emblema uncinis inclusit.

Si quid mihi quoque in loco conclamato temptare licet, proponere velim:

Socratem, sapientiae principem, quisque vestrum tardus esse potuerit, imitetur.

Tarditatis enim notionem totum caput flagitat, quippe quo identidem commendetur dubitatio, cunctatio, deliberatio: conferantur modo

§ 3: hoc fonte defluxit ..... in summis quaestionibus tuta dubitatio, quo genere philosophari et caute indocti possunt et docti gloriose.

§ 4: quid, Simonidis melici nonne admiranda omnibus et sectanda cunctatio?

Digitized by Google

ibidem: ..... respondit ille, quod sibi, quanto inquisitio tardior pergeret, tanto veritas fieret obscurior.

Nempe Caecilius Christianos contrario vitio nimis putat obnoxios, qua de causa haec addit § 5: mea quoque opinione quae sunt dubia, ut sunt, relinquenda sunt, nec tot ac tantis viris deliberantibus temere et audaciter in alteram partem ferenda sententia est, e. q. s.

Cf. praeterea C. 38. 5, ubi est Octavii ad locum nostrum responsio.

C. 14. 2. *'Parce' inquam 'in eum plaudere, neque enim prius exultare te dignum est concinnitate sermonis quam utrinque plenius fuerit peroratum, maxime cum non laudi sed veritati disceptatio vestra nitatur.*

Ne de variis coniecturis, quas in extrema paragrapho pro codicis lectionibus *laudis et* et *nitatur* viri docti protulerunt, nunc dicam, pro verbis traditis *in eum plaudere* Maehly substituere voluit *in eum inludere* — Cornelissen *inepte ludere* — Klussmann *in vanum plaudere* — Baehrens *tibimet plaudere.* Mihi sententia poscere videtur: *'Parce' inquam* 'tibi iam *plaudere*'.

C. 14. 5. *sic adsidue temeritate decepti culpam iudicis transferunt ad incerti querellam, ut damnatis omnibus malint universa suspendere quam de fallacibus iudicare. igitur nobis providendum est, ne odio identidem sermonum omnium laboremus ita, ut* e. q. s.

Hanc scripturam, quae tradita est, Waltzing servavit; contra Maehly, Baehrens, Cornelissen, Boenig *itidem* pro *identidem* recensuere, — *indidem* Dombartii coniectura est. At mutatione qualicumque quidquam hic profici non credo, quoniam aeque abundant *identidem, itidem, indidem,* neque facile vocabulum *identidem* corruptum esse crediderim utpote quod apud Minucium sit frequentissimum. Sed non ita abundaret, si in versu superiore positum esset post voc. *fallacibus.* Homines simpliciores frustrationibus adsiduis ad tantam diffidentiam progrediuntur ut omnia in incerto relinquere malint quam iudicium ferre de rebus quae identidem fallaces esse appareant.

Digitized by Google

C. 15. 2. *nec avocanda, quod quereris, diutius intentio, cum toto silentio liceat responsionem Ianuari nostri iam gestientis audire.*

Editores haec verba ita explicare suspicor: animi attentionem non diutius me impedire oportet, cum tandem iam (sc. postquam de periculis iudici instantibus satis vos praemonui) toto (i. e. a me non iterum rupto) silentio liceat e. q. s. Ergo: silentium non rumpam, cum silentio non rupto liceat; quod absurdum est. Atqui quomodo locus aliter possit intellegi ego quidem non video.

Sententiam intellegerem, si pro *liceat* scriptum esset *deceat*, quod Dombart substituere voluit, aut si pro *cum* positum esset *ut*. Nunc vero locum corruptum esse Dombartio credo, de remedio non ita assentior: scripturam *deceat* per errorem in *liceat* abiisse probabile non est.

Si quid video, pro *toto* scribendum est *tuto*, quod si restitueris, verbum *liceat* opportune positum videbis et Minucio reddideris sententiam, quae cum iis quae a C. 14. 2 ad hunc usque locum exposita sunt, unice congruit. Gravissima enim disputatione post Caecilii orationem interposita Minucius demonstravit, verborum speciosorum lenocinio iudicem arbitrumve moveri non oportere, sed argumentorum pondere res diiudicare. Quae cum Caecilio invito disseruit, communis salutis causa se disseruisse asseverat „ut examine scrupuloso nostram sententiam non eloquentiae tumore, sed rerum ipsarum soliditate libremus." Iam consentaneum videtur eum addere: sed non diutius quominus Ianuarius verba faciat, nos vero audiamus impediam, quoniam nunc eum audire nobis licet silentio t u t o i. e. quo periculum non erit ne verborum lenocinio (ut Minucii verbis utar) a rerum intentionibus avocemur, id quod oratione mea me iam avertisse confido.

Digitized by Google

Dicaeopolidis verba notissima:

„αὐτοὶ γάρ ἐσμεν οὐπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών,
κοὔπω ξένοι πάρεισιν"

in fabulae editione non mutavi, coniecturam quae satis mihi placeret non habens. Aliquid tamen tentabam, sed „frustra", ut optimo iure nuper scripsit Herwerdenus (Vindic. Aristoph. p. 7). At remedium aliquod requiri etiamnunc censeo, et libenter assentior Zachero viro *ἀριστοφανικωτάτῳ* paucis annis abhinc scribenti: „das ist ja Unsinn!" Neque leni remedio sanari posse iam persuasum habeo, interpretamentum in textum irrepsisse ratus. Nempe *Lenaeis* fabulam datam esse docendi sunt lectores hodierni, sed primi fabulae spectatores etiam non admoniti sciebant, opinor, Lenaea agi, in Lenaeo se sedere. Reddamus igitur interpreti illud „ἐπὶ Ληναίῳ", et sic scribamus:

ἐπὶ Ληναίοις
αὐτοὶ γάρ ἐσμεν οὔπερ ἀγών ἐστι νῦν,
κοὔπω ξένοι πάρεισιν.

Si quis non verbis „ἐστι νῦν" sed uno adverbio „τήμερον" lacunam explere malit, non obloquar.

Simili vitio deturpatus est Nubium versus:

τὰς εἰκοὺς τῶν ἐγχέλεων τὰς ἐμὰς μιμούμενοι.

Ubi cum *imagines* surripi sibi ab aemulis conquestus esset comicus, interpretes certam aliquam imaginem hic cogitandam esse sibi persuaserunt, et *Equitum* fabulae modo iniectam mentionem cum vidissent, illa fabula inspecta inciderunt in notissimam imaginem, qua demagogi assimulantur piscatoribus in aqua turbida anguillas captantibus. Superscripserunt igitur „τῶν ἐγχέλεων", quod in textum receptum aliud quid expulit et enuntiatum miserrime obscuravit. Genuina autem verba fortasse nequeunt restitui, sed speciem ni fallor habet id quod et antehac proposui (in Praefatione imaginis phototypae Codicis Ravennatis):

τῶν ἐγχέλεων
τὰς εἰκοὺς ⟨καὶ τὰς ἰδέας⟩ τὰς ἐμὰς· μιμούμενοι.

v. L.

Digitized by Google

HOMERICA.

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

(*Continuantur e Vol. XXXII pag.* 450.)

XXIV.

ΝΗΟΣ QUID EST?

Saepe est dictum, in carminibus Homericis multa inveniri quae hodie viventibus intellectu sint faciliora quam fuerint priscis Graecis. Etiam facilius fortasse hodie intellegerentur vetusta illa carmina, si inita ratione ea, cuius auctor acerrimus peritissimusque olim extitit Ludolphus Ahrens, Graecae linguae addiscendae initium ab ipso fieret Homero. Nunc enim iis qui ad poesin epicam accedunt multa impedimenta praebet lingua VI saeculi, quam prius addidicerunt. Vel sic tamen manet illud, Homeri versus multos melius intellegi a lectoribus hodiernis quam olim sint intellecti a Graecis, qui a pueris cum iis consuevissent. Nempe eam ipsam ob causam, quod inde a primis annis ea cognita habebant, non satis ab omni parte intellegebant. Nam qua aetate *νήφουσι* quidem homines, sed nondum norunt *ἀπιστεῖν* illud, quod adultae demum aetati vita afferre solet donum infelix, carmina epica discere et ediscere incipiebant, neque poterat fieri quin singulis verbis tunc eam tribuerent vim qua in vita quotidiana uterentur; itaque adverbium *πάλιν* Homero non esse *denuo*, *σχεδόν* non *ferme*, *ὅμως* non *tamen* significare aliaque eiusmodi plurima aut nunquam intellegebant aut postmodo discebant.

Haec res nuper quam maxime me denuo advertit, cum no-

Digitized by Google

tissimum quendam versum ex Iliadis initio a Nicolao Wecklein viro honoratissimo eo consilio allatum invenirem ut inde efficeret quo aevo carmen quod est de Ira Achillis esset natum [1]). De quo loco cum aliter sentiam, neque levis sit haec quaestio, periculum videtur faciendum an et ipsum Weckleinium et alios philologos in meam pertrahere possim sententiam [2]).

Sacerdotis dico preces illas ad Apollinem:

κλῦθί μοι, ἀργυρότοξε, ...
... εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα,
ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα,
κτέ.

Hunc maximi momenti sibi esse versum ait Wecklein, inde enim apparere haud ita raro tunc temporis a piis hominibus aedes diis esse extructas, Achilleïdem igitur recentiore sive Ionica aetate compositam testari vocabulum illud νηόν [3]).

Rogo igitur id quod huic commentariolo superscripsi: „νηός quid est?"

Socratem audiamus Platonicum. Qui oratione soluta cum enarraret Iliadis exordium, Chrysis haec verba sic reddidit: „ὁ πρεσβύτης πολλὰ τῷ Ἀπόλλωνι ηὔχετο, ... εἴ τι πώποτε ἢ ἐν ναῶν οἰκοδομήσεσιν ἢ ἐν ἱερῶν θυσίαις κεχαρισμένον δωρήσαιτο" [4]).

Hic est Plato, qui Homerum ut digitos suos norat, amabat, admirabatur, licet a civitate perfecta procul habendum censeret. Ne hic quidem vir cultissimus sagacissimus, scriptor elegantissimus, immo vere divinus et ipse poeta, sensit non idem esse si quis ipsius aequalis et si priscus vates voce ναῷ vel νηῷ uteretur. Platonis civibus νεώς erat aedes lapidea, artis opus splendidum pretiosissimum ornatissimum, in cuius cella numen habitabat; domus erat sive maiore sive rudiore fortasse arte

1) Studien zur Ilias von N. Wecklein, 1905.

2) Et antehac hunc locum tetigi in oratione, quam habui in Academiae nostrae Regiae consessu m. Octobri 1904 et paullo fusius in annotatione 87 opusculi patrio sermone scripti: *de Boogschutter en de Weefster*, 1904, — breviter tamen et illic.

3) „Vor allem wichtig ist uns A 39, wo es als ein nicht ungewöhnlicher Akt der Frömmigkeit hingestellt wird einem Gotte einen überdachten Tempel zu bauen. — Dieses νηόν in A weist jedenfalls die Achilleis der jüngeren, der jonischen Zeit zu" (l.l. p. 50). Cf. etiam Helbig noti operis² p. 417 sqq., Cauer Grundfragen der Homerkritik 1895 p. 199.

4) Plat. Rep. 394*a*.

Digitized by Google

extructa, sed operose utique aedificata longos duratura in annos. Itaque ne suspicati quidem sunt aliud alio aevo illam vocem potuisse valere, et ad nostros usque dies in hos similesque errores pronos mansisse viros doctos quantumvis sagaces et peritos testantur quae modo citavi verba Weckleinii, neque nominatim hunc indicare sum veritus, quoniam nemini pudori potest esse in eum incidisse errorem qui cum Platone sibi sit communis.

Est tamen error manifestus. Ipsum poetam iam interrogemus. „*Si tibi unquam* ..." non est hoc exordium rem commemoraturi quae nisi semel fieri non potuerit cuiusque effectus hucusque permanserit. Ita indicantur quae saepius acciderint, certe potuerint accidere, — etiam posthac futura, si is ad quem verba fiunt gratum se praestiterit. Nam verbis: „*si unquam tibi sacra tuli, nunc aurem mihi praebe*" subest: „*nunc si aurem mihi praebueris, et posthac sacra tibi feram opima*".

Fortasse obiciat mihi aliquis Achillis ad matrem verba: „*Iovem obsecra, εἴ ποτε δή τι ἢ ἔπε᾽ ὤνησας κραδίην Διὸς ἠέ τι ἔργῳ*" [1]), ubi certam quandam rem Achilles aut solam cogitat aut potissimum. At potuit tamen saepius Iovi prodesse Thetis, fortasse profuit saepius: certe nihil obstabat quominus sumeret id Achilles. Sed saepius Apollini νηὸν extruxisse sacerdotem, id non absurdum videri nequit si cum Platone eas cogitamus deorum domus, quas ille ob oculos habebat. Quamquam Platonem quid criminamur! Cui gratiae potius agamus; nam *plurali numero* ναῶν οἰκοδομήσεσιν id ipsum significavit quod demonstratum ivimus. Nec mirum! Nam in verbis epicis interpretandis ut Plato errare potuerit, non poterat non persentire vim particularum quales sunt εἰ et ποτε.

Quid igitur? Restat ut νηόν non talem, qualem Platonem cogitasse testatur vox οἰκοδόμησις ab eo adhibita, mente nobis informemus, sed talem qualem ipse dixit poeta. Hic „χαρίεντα" eum vocavit. Siccine Pericles vocaturus erat Parthenonem vel Pisistratus templum Iovis Olympii? Erantne *venusta* Apollinis templum Milesium vel Delphicum, Dianae delubrum Ephesium? Alios, opinor, in usus creata sunt adiectiva *venustus, formosus, amoenus.*

1) A 394 sq.

Digitized by Google

Et „ἐρέψαι" quid est? Quod dum perpendimus, desinimus tam graviter quam fieri solet vituperare eos qui delubrum ἐστεφανωμένον sive *corollis ornatum* intellexerunt, — perperam quidem illi quoque, sed ipso errore testati acquiescere se nolle in vulgari opinione, qua ἐρέψαι id quod *aedificium tecto instruere* nostro loco significare creditur. Senserunt fortasse, mirum esse si solum tectum aedis sic commemoretur, de parietibus taceatur. Fortasse recordati sunt etiam — nos certe nunc recordamur — alterius loci ubi ἐρέψαι in Iliade reperitur [1]): *milites Achillis tabernaculum*

καθύπερθεν ἔρεψαν
λαχνήεντ' ὄροφον λειμωνόθεν ἀμήσαντες [2]).

En materia quae hominibus tentorium ἐρέψουσιν praesto fuit. Non ingentis molis advolvuntur tigna, sed herbae et virgulta plenis manibus conferuntur, non quae in aeva futura perdurent, sed quae per breve temporis spatium permaneant — tamdiu quam durare solent castra [3]), tamdiu quam durabant umbracula quae diebus festis erigebantur diis dapes sibi propositas adituris.

Nulla iam comparet aedes lapidea solidaque contignatione superne clausa: — in auras evanuere parietes, tecti cernimus ramos, folia, herbas, flores — trabes nullas [4]). Iusta sacra quoties deo suo ferebat sacerdos, ἐν ἄλσεϊ δενδρήεντι ei collocabat σκιάδα, ut cenae assideret conviva honoratissimus.

Quae si probabiliter sunt disputata, — neque video quomodo verba poetae aliter possint accipi, nisi vis iis inferatur, — sequitur ut statuamus eum qui haec scripsit deorum aedes non habuisse cognitas, certe aevo heroico non tribuisse. Perantiquum igitur potius quam aetatis recentioris esse versum de quo loquimur inde efficitur. Tale umbraculum Apollini Sminthio quoties

1) Nonnisi tribus locis Homericis invenitur ἐρέψαι, tertium (ψ 193) infra illustrare conabimur.

2) Ω 450.

3) Novem annorum illud spatium, per quod bellum Troianum protractum esse finxere recentiores, ab hac disputatione alienum. De quo argumento infra scripturus sum.

4) Partem veri invenio in utraque editione Iliadis quam curavit Leaf (1886 et 1900): „a mere roof to protect the image of a god standing in a grove". Eximе imaginem — et id ipsum habebimus quod supra descripsimus.

Digitized by Google

opus erat erigebat Chryses, quale postea Apollini Carneo quotannis stabat Spartae [1]), nono quoque anno Delphis stabat Apollini Pythio [2]), qualia Athenis inde ab aevo perantiquo erigebantur Thesmophoriis et postmodo certe Adonidi struebantur. Χλωραὶ huiuscemodi σκιάδες profecto „χαριέσταται" erant! Hi νεῷ

μαλακῷ βρίθοντες ἀνήθῳ

δέδμηντο —

— deme flores, si lubet, pro herbis Adonidis cultui aptis pone ramos laureos, etiam foliorum quantumvis recide: χαρίεις utique restabit ναός, *sedes amoena*, si Homerice, non Platonice loquimur.

Recusanturne testimonia Sparta Delphisve petita et ex aevo multo recentiore? Immerito — ut mihi quidem videtur — fidem iis denegaverit quispiam. Sed si his de rebus testimonii dictio non videatur esse Ephoro vel Pausaniae, ne sic quidem testibus erimus destituti. Nam Homero utique in interpretandis verbis epicis non denegabitur fides.

Apud quem quid refertur de Aethiopum sellisterniis — ut brevi hac et perspicua voce nunc utamur? [3]) Minus nunc curo versus Α 424 sq., quos [4]) recentioris duco aetatis, sed specto eorum exemplum α 22 sq.:

(Ποσειδάων) Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας,
ἀντιάων ταύρων τε καὶ ἀρνειῶν ἑκατόμβης.

Abiit deus ad gentem remotam, ubi perfruatur dapibus larga manu sibi oblatis. Non eminus in plagis aetheriis — vel ubicunque commorari solet — expectat donec per aërem ad se transmittatur nidoris aliquid τελισσόμενον περὶ καπνῷ, sed locum ubi in eius honorem lautae cenae habentur visit ipse. Vocatus adest, ut etiam aevo multo recentiore Apollo Dionysus Athena Gratiae Musae cetera numina vocata credebantur adesse ludis qui ipsorum in honorem habebantur. Plena invocationum sunt carmina chorica.

Numen adest. Sed solusne sede careat conviva caelestis?

1) Cf. I. Vürtheim de Carneis, Mnemos. 1903 p. 234 sqq.

2) Cf Ephorus apud Strab. p. 422, Plut. Mor. p. 418.

3) *Lectisternia* dicerem nisi de aevo Homerico, cum thronis, non lectulis utebantur cenantes, nunc esset sermo.

4) Cum C. L. Kaysero.

Digitized by Google

Absit! Stat sedes parata, stat ei νηὸς χαρίεις, — cras vel perendie auferendus cum cetero dapum instrumento et reliquiis [1]).

Fabulam fingere videor? At testis mihi nunc quoque Homerus ipsaque adeo sapientiae Dea, quae puellae Phaeaciae figura sumta claris simplicibusque verbis ait „*una cum Scheriae incolis assidere deos quoties sacra illi ferant*": *θεοὶ Φαίνονται ἐναργὲς*

εὖθ' ἥμες ῥέρδωμεν ἀγακλειτὰς ἑκατόμβας

δαίνυνταί τε παρ' ἥμι καθήμενοι ἔνθα περ ἥμες [2]).

Idem fiebat in sacris quae ceteri ferebant mortales, sed Phaeacibus, ἅτε ἀγχιθέοις οὔσιν [3]), etiam conspiciendos se praebebant caelites, aliorum hominum oculos ἀχλὺς tenebat obstrictos quominus eos cernerent. Pylii, exempli causa, cum publicas dapes obierunt in honorem Neptuni [4]), χαρίεις ei νηὸς quin steterit non videtur dubitandum, sed adspectus non est deus.

Itaque Nausitheus Scheriam cum condidit ibique νηοὺς ἐποίησε θεῶν, non aedes aliquot aedificavit caelitibus habitandas, sed et ceteris et Athenae τεμένεα quaedam secrevit, templa sive fana, ubi sub divo vel sub umbra sacrae alicuius arboris, ad fontem iugis aquae, iusto tempore iis perferrentur sacra. Et Athenae quidem illud fanum ad urbem fuisse, non intra moenia, disertis verbis dicit poeta [5]); etiam Ποσιδήιον non cellam sed lucum fuisse statim suspicamur collato altero loco Homerico ubi invenitur vox Ποσιδήιον, ibi enim dicitur Ποσιδήιον ἄλσος [6]); ceterorum quoque deorum delubra illa lucos fuisse suspicari licet et fere demonstrare. Nam haec sunt poetae verba:

ἀμφὶ δὲ τεῖχος ἔλασσε πόλι καὶ ἐδείματο ϝοίκους

καὶ νηοὺς ἐποίησε θεῶν καὶ ἐδάσσατ' ἀρούρας.

Quae si satis intellego, sic sunt interpretanda: „*urbem condidit muroque cinxit, dein agros distribuit inter cives, postquam deorum secrevit delubra*"; κλήρους ποιήσας τῆς γῆς τοῖς μὲν θεοῖς τινας ἐξεῖλεν ἱερούς, ἐπὶ δὲ τοὺς ἄλλους κληρούχους τοὺς λαχόντας ἀπὸ

---

1) *Soli mensam* illam apud Aethiopas instructam (Herodot. III 17 sq. Paus. I 33, § 3 VI 26 § 1) in annotatione certe commemoro.

2) η 201—203. Scripsi εὖθ' ἥμες pro traditis ἡμῖν εὖτ'.

3) ε 35.

4) γ 5 sqq.

5) ζ 291, 321 sq.

6) Β 506.

7) ζ 9 sq.

Digitized by Google

πεμψεν, — ut Thucydidis de agro Mitylenaeo scribentis nunc utar verbis [1]).

Celsas igitur deorum aliquas domus urbem Scheriam neutiquam habuisse post ea quae disputavimus satis apparet et certius etiam testatur Ulixis silentium disertum; qui postquam urbem intravit, moenia quidem admirabundus intuetur et navalia et regiam Alcinoi, — de templis vero deorum illic οὐδὲ γρῦ! [2])

Melius iam perspicere nobis videmur quid deliquerit Oeneus, cum Thalysia celebrans Dianae non persolvit honorem debitum. Regis sive incuria sive inscitia sella χαρίεσσα huic deae non est instructa, ἄλλοι δὲ θεοὶ 'δαίνυνθ' ἑκατόμβας [3]).

Itaque, ut ad Chrysis verba illa, unde disputandi fecimus initium, iam redeamus, ἓν διὰ δυοῖν illic efficiunt τὸ νηὸν χαρίεντα ἐρέψαι καὶ τὸ μηρία κῆαι, quae si coniunctim nostris verbis enuntiamus, id unum dicit sacerdos: *„si unquam gratas dapes tibi instruxi, nunc mihi praesta te benevolum"*. Nec mirum Ulixem, cum in insulam Chrysen nave pervenisset Agamemnonis nomine Chryseidem patri redditurus Apollinemque placaturus, non dei aedem quae nulla fuit intrasse sed ad aram — sub divo collocatam — et puellam stitisse et hostias deo mactandas [4]). Quam partem rhapsodiae qui recentioris artis esse persuasum habent, concedant necesse est ne recenti quidem hoc Iliadis loco aedis sacrae fieri mentionem.

At νηός si primitus nihil nisi locum vel sedem deo sacram significavit, — et sic statuamus necesse est nisi in cassum reciderint quae hactenus disputavimus, — nullum huic voci inesse potest aetatis sive recentioris sive antiquioris indicium, sed singulis locis ubi inveniatur prius aliunde efficiendum erit qua fere in aetate versemur, ut possit statui quem igitur sensum illius aetatis homines voci νηῷ videantur tribuisse. Ipsum quidem sonum vocis recentiorem aetatem prodere sunt qui contendant, ναόν enim, non νηόν reperturos nos fuisse in carminibus epicis, ut λαόν et τάων et similia, si etiam primis vatibus illa vox in usu fuisset [5]); sed cum caeco casu passim permutati inveniantur

1) Thucyd III 50 § 2.
2) ψ 43 sqq.
3) I 535.
4) A 440 sqq.
5) Cf. Cauer Grundfragen der Homerkritik p. 109 sq.

Digitized by Google

soni η et ᾱ in carminum epicorum textu tradito [1]), huic argumento praestat, ut opinor, aut nullum tribuisse pondus aut perexiguum, et singulis locis rogandum videtur quid voce ambigua νηῷ — nam non minus est ambigua quam sunt *fanum*, *templum*, *delubrum* — poeta significare voluerit.

Itaque, ut locorum qui in censum veniunt omnium fere notissimum hic primum indicem: — matronae Troianae cum tutelarem urbis deam supplices adeunt [2]), commemoratur sane sacelli *ianua*, commemoratur *deae* sedentis *imago*, sed ita si quis sibi informet rem ut intra fani septum sub sacra aliqua arbore, qualis fuit ficus illa *Ruminalis*, collocatum fuerit illud βρέτας τῆς Ἀθηναίας, non video quomodo possit refelli. Et fortasse — cui argumento non multum sed aliquid tamen tribuerim equidem — fortasse dixerit quispiam novam vestem etiam magis gratam futuram fuisse deae sub divo degenti quam ei quae in aede bene clausa ab aëris intemperie tuta esset.

Idem valet de ceteris locis ubi νηοί commemorantur; sunt autem paucissimi.

In arce Troiana Apollinis quoque fuisse dicitur νηός [3]); cuius si nusquam fieret mentio, per se tamen intellegeretur tutelari huic numini sedem in arce non defuisse; in huius igitur delubri *adyto* Aeneam vulneratum reficiunt Latona et Diana, et ποτὶ νηὸν illum spolia opima suspensurum se iactat Hector: — quidni sacrae arboris trunco affigeret? quidni sub divo intra fani septum Aeneam deae curaverint? An spelunca fuit illud adytum? Nescimus, non enim clarius indicavit poeta quale templum Apollinis sibi finxerit.

Erechtheo Athenienses in deae suae πίονι νηῷ tauros arietesque mactare dicuntur [4]): — quidni sub divo mactaverint?

At Scheria relicta Athene δύνει Ἐρεχθῆος πυκινὸν δόμον [5])? Hic aedem habemus sane, — sed *regia* dicitur, non delubrum. *Erechthéum* tamen significari videtur? Non nego, nescire me fateor potius; minus autem curo hanc rem, cum hic utique

1) Cf. Enchirid. dict. ep. p. 26—39.
2) Z 88 sqq., 269 sqq, 297—311.
3) E 446—448 et H 83.
4) B 549.
5) η 80 sq.

Digitized by Google

versus suspicionem nemini non moveat, et *Marathonis* quae illic fit mentio quid sibi velit non habeamus dicere. Hic igitur aedem sacram revera significari si quis censeat, recentioris aevi id ratus indicium, equidem non obloquar; obscurius tamen significatam negari nequit, neque firmiter hunc versum inhaerere contextui.

Restat λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ingentes opes ἐντὸς ἐτέργων, cuius mentionem Achilles facit loco notissimo [1]). Siccine loquitur qui aedis alicuius ὀπισθόδομον bene tectum bene clausum cogitat? Non opinor; itaque suo iure *peribolum* aliquem ianua clausum sibi fingunt Helbig [2]) Cauer [3]) alii. Dementiae quidem foret opes sub divo coacervatas cogitare, sed quominus in eum errorem inciderent auditores cavit poeta, dixit enim Πυθοῖ — vel potius Πυθῶνι — ἔνι πετρηέσσῃ eas asservari; quibus verbis auditis nemo non cogitet collocatas in sacra aliqua *spelunca*, statim autem nobis in mentem venit Parnassi illud antrum Corycium, et optime congruunt quae tradita accepimus, „*antiquissimum Apollinis Pythii ναὸν fuisse ramis laureis confectum*" [4]). Primitus igitur et illic ita cultus est deus ut in insulis Chryse et Ithaca cultum referunt carmina Homerica. Habuit illic ἄλσος δενδρεόεν καὶ σπέος ὑψηλόν, δάφνῃσι κατηρεφές, περὶ δ' αὐλὴν ὑψηλήν [5]), cuius λάϊνον οὐδὸν modo audivimus commemoratum.

Quae cum ita sint, neque in Achillis illis verbis apparet aevi recentioris indicium. Neque vero alibi in Iliade vel in Odyssea ullum invenitur verbulum quo indicetur cella tecta et clausa, quae numini alicui sit sacra. „Aetas, qua floruit poesis epica, tales νεὼς quales postmodo diis erecti sunt non norat" [6]), sed ἐν ἄλσεσιν sive lucis tunc colebantur dii, τεμένεα sua καὶ βωμοὺς θυήεντας [7]) habebant. Revera tum, ut postea Pisetaero illo regnante, δένδρον ὁ νεὼς ἦν [8]).

---

1) I 405 sq.

2) Helbig[2] p. 421.

3) Cauer Grundfragen p. 202.

4) Pausan. X 5 § 5.

5) ι 182 sqq.; non caeco casui tribuendum videtur quod *lauris* adumbratam poeta dixerit speluncam Cyclopis, licet dicere non habeam quomodo ex Apollinis cultu in monstri illius immanis sedes aberraverint illae arbores.

6) „Die Blütezeit des Epos kannte keine Tempel" Cauer l.l. p. 204.

7) Θ 48 Ψ 148 δ 363.

8) Aristoph. Av. 617.

Digitized by Google

καλῇ ὑπὸ πλατανίστῳ ὅθεν ῥέεν ἀγλαὸν ὕδωρ [1])

aliave sub arbore sacra — nam aliae aliorum erant numinum — precibus hostiisque dii adibantur, neque opus est ipsos locos Homericos aut quae Helbig Cauer alii de iis scripserunt hic afferri [2]), certa enim est ea res et explorata.

Negavi aedem sacram in Homeri carminibus claris verbis indicari ullam. Sed unus tractandus restat locus, qui ceteris aptior videtur ad demonstrandum domos terrestres prisca aetate diis non fuisse aedificatas.

Dico *thalamum* illum *Ulixis*. Qui et obscurioribus verbis describitur et, si quam maxime forent clara, molestiam tamen quandam haberet. Indicavit eam Ferdinandus Noack [3]). Qui postquam mihi assensus [4]) unum μέγαρον, non plura, in heroum aedibus fuisse statuit, ultra progressus demonstravit in illo conclavi patrem familias cum uxore et liberis non solum vixisse et cenasse sed — id quod me fugerat — etiam noctem transegisse; ἐν μυχῷ μεγάροιο collocatum fuisse torum genialem, sic enim accipiendum esse notum illud ἠΰδε μυχῷ δόμου, pro quibus verbis legitur μυχῷ κλισίης cum in castris res aguntur, μυχῷ σπέεος ubi de nympha Ogygia fit sermo. Addi poterat et olim Romanos in *atrio* — quod epici μεγάρου fuit instar — collocatum habuisse torum genialem et etiamnunc rure passim ita vivi; sed vel sic Noack evicisse mihi quidem videtur et plerisque nisi fallor philologis visus est, in megaro legitimum fuisse locum tori. Cubiculum igitur illud, quod in nostra Odyssea Ulixes sibi aedificasse narratur [5]), inutile fuit primitus, nec dubito quin sero in fabulam receptum sit. Certe non requirebat id poeta ut heros indicio inde petito ab uxore posset agnosci; sufficiebat cicatrix illa, quae nutrici subulco bubulco fuit cognita

1) B 307.

2) Praesertim huc faciunt ζ 162 ρ 210 ν 278, praeterea cf. versus supra nondum indicati Θ 238 X 171 γ 273 sq. ι 200 ξ 328 (= τ 297). — Praeter Helbigium Cauerumque (l l.) conferri possunt quos indicavit V. H. Koch in Ebelingi Lexico Homerico s. v. νηός.

3) F. Noack, Homerische Paläste, 1903. De quo libro in Museo nostrate quaedam scripsi 1904 p. 292—294.

4) Cf. Mnemos. 1901 (*de Ulixis aedibus*) p. 221—248.

5) ψ 177—204.

Digitized by Google

neque uxori ignota esse potuit. Cur igitur commemoratur tamen? Noack ἀπορεῖν se fatetur, qui tamen λύσιν inscius praebuit ipse. Nam ex quo Laërti seni suus locus est factus in carmine quod erat de Ulixis reditu, inter hunc et Ulixem ea intercedebat ratio quam in Iliade indicavit Noack de Hectore et Meleagro disputans [1]); uxorem enim Ulixes, ut illi, duxit vivente patre, et perinde atque Priami Oeneique filii thalamum sibi et novae nuptae aedificavit in aedibus paternis.

Hactenus igitur insoliti nihil. Priscis quidem poetis inutilis fuit hic thalamus, vel potius ab eorum carminibus fuit alienus: molestus non est. Remove Laërtem ex Odyssea — neque firmiter profecto cum ipso argumento cohaerent quae de eo narrantur! — et ratione caret illud cubiculum: nostram vero Odysseam si talem accipimus qualem Musae nobis concesserunt, non est quod miremur Ulixi, ut Hectori, in patris regia fuisse θάλαμον ξεστοῖο λίθοιο, ἔνθα ἐκοιμᾶτο παρὰ μνηστῇ ἀλόχῳ.

Sed de hoc thalamo quae narrantur vere portentosa sunt et aenigmatis instar. Quod quomodo solvendum censeam vernacule quam maxime poteram perspicue exposui anno proximo [2]). Ad litteram ea quae tunc scripsi Latine nunc vertere piget, sed in brevius hic contraham quae fusius illic disputavi.

Heroas igitur et heroinas deos deasque fuisse primitus recordemur oportet. Ipsos autem poetas epicos cum rogamus dea quomodo marito λέχος καὶ εὐνὴν πορσύνῃ, respondent *sub celsa arbore* fieri ἱερὸν illum γάμον [3]). Sic nuptias deae, cuius *tela* etiam hodie est in proverbio, et dei *arcipotentis* adumbravit arbor quae illi deae sacra erat. Pisetaeri verbis ut denuo utar, — nam comicum meum missum facere nequeo, — τῇ πάνυ σεμνῇ τῶν θεῶν δένδρον ἐλάας ὁ νεὼς ἐγένετο.

θάμνος ἔφυ τανύφυλλος ἐλαίης ἕρκεος ἐντός,
ἀκμηνὸς θαλέθων· πάχετος δ' ἔεν ἠύτε κίων.

Celsa densaque erat illa sacra arbor, ἕρκει sive σηκῷ cincta.

Sed aevo recentiori pecudum, non caelitum cubile videbatur caespes: — „ἔστιν τοι θάλαμος!" ad Iovem amore incensum dicit Iuno [4]); dea autem Penelope deusque Ulixes abierunt in mor-

1) Cf. Z 244—250 et I 582.
2) In libro *de Boogschutter en de Weefster*.
3) Ξ 283 sqq.
4) Ibidem.

Digitized by Google

tales cum vitae terrestris aerumnis conflictantes. Tum σηκός, in quo sacra illa oliva ramos late pandebat, in carminibus altius eductus et thalamus factus est; cuius parietibus ut tectum posset superimponi, recisae sunt frondes. Truncum arboris sacrae, quem olim οὔ τι βροτοὶ ἴκτῖρόν γε σιδήρῳ, sed sanctissime venerabantur et in carminibus celebrabant, iam ab ipso sponso securi caesum finxere poetae. Sed sacrilegium quod — inscii profecto! — commiserunt sua poena non caruit; nam vesani potius Penthei alicuius vel Lycurgi quam magni poetae verba videntur quae hac de re tradit epos. Pergit in Odyssea nostra Ulixes:

τῷ δ' ἐγὼ ἀμφιβαλὼν θάλαμον δέμον, ὄφρ' ἐτέλεσσα,
πυκνῇσιν λιθάδεσσι καὶ εὖ καθύπερθεν ἔρεψα,
κολλητὰς δ' ἐπέθηκα θύρας πυκινῶς ἀραρυίας.

Hactenus non est quod magnopere nos impediat, modo ne nuptias humanas cogitemus sed θεογαμίαν et sacram arborem muro altiore seclusam. Unum ἐρέψαι nos detinet et agnoscimus verbum ambiguum ambigue adhibitum; si tamen vim verborum urgemus, negari nequit id quod prorsus absurdum sit narrari et parum intellegere malumus quam sic intellegere. Dicitur enim celsa illa arbor, cuius truncus veluti columna sursum tendebat, inclusa esse cubiculo — Aloadarum fortasse alteri structum, qui μηκός γε γενέσθην ἐννορόγυιοι? immo regi reginaeque ceteros homines statura non excedentibus.

Potuitne narrari quod etiam magis esset mirabile? Potuit. Nempe arbor illa postquam ingenti thalamo inclusa est tota... recidit eam Ulixes solaque stirpe relicta tenui arte in hac struxit cubile.

Quid plura! Non cella quidem Ulixis, quod miramur, sed ipsum carmen ruinam fecit cum concidit illa arbor. Narravit poeta, quisquis fuit, quae ipse non intellegebat; narravit absurda. Quae in hominum sanorum mente nasci et a cantoribus excoli potuisse magis miraremur si nesciremus qualia in mythologia portenta parere soleat fabularum contaminatio.

Itaque, ut redeamus illuc unde exorsi sumus: Ulixis illum thalamum hodierni lectores dei deaeque cubiculum nuptiale vocare possunt: nihil eiusmodi cogitavit qui carmine eum celebravit poeta, non enim numina sed mortales ei erant Ulixes et Penelope, diis autem illius aevo aedes nullae extruebantur.

Digitized by Google

Nec tamen aedibus terrestribus satis convenire portentosum illum thalamum nemo, ut opinor, non sentit; nam dudum abiectam spero confidoque interpretandi rationem illam, qua Ulixis cubile stirpis radicibus solo inhaerens „firmum irruptumque vinculum matrimonii" significare olim credere iubebamur.

Sui igitur generis est ille thalamus, itaque minus firmum est argumentum quod inde petivit Helbig de rudiore priscae Graeciae arte sic disputans: „non magnam fabrorum fuisse peritiam eo tempore, quo ceteri homines tam facile eorum arte carerent" [1]). Vulgo hominum ita immiscendus non videtur Ὀδυσσεύς neque τεκτήβολος, qualem prisci poetae cognitum habuerunt, neque πολυμήχανος καὶ Διὶ μῆτιν ἀτάλαντος, qualem recentiores; sed potius dicamus non magnam priscarum fabularum peritiam fuisse cantori qui in carmen pulcherrimum, quod erat de Sagittarii ad Textricem reditu, talia invexerit et inclementer arboris luxuriantis κορμὸν ἐκ ῥίζης προταμὼν dein ἐτέτρηνεν πάντα τερέτρῳ καὶ ἐπὶ στάθμην ἴθυνεν.

XXV.

NON FINIS BELLI TROIANI IN ILIADE NARRATUR SED INITIUM.

Quaestiones epicas mecum perpendens quoties imagines heroum et heroinarum tales fere, quales in priscorum vatum ingenio vixerunt, mente informare mihi conor, — ἀκίχητα profecto διώκων, sed eum unice dignum ratus scopum quem viribus intentissimis appetamus philologi, — nihil vetustae poesi tam perniciosum videtur fuisse quam cura chronologiae. Cuius dum rationem habemus, vir quadragenarius fit flavus ille Pelides, quem in bellum nuper profectum cura materna prosequitur Thetis; fit grandaevus Ulixes [2]), trisaeclisenex fit Nestor, Pene-

1) „Es wirft ein bedenkliches Licht auf das Niveau der damaligen Mauer-, Zimmer- und Tischlerarbeit, dass sich damit ... auch Laien befassen" Epos[1] p. 11.

2) Cf. Ψ 790, — ut Odysseam nunc mittamus.

Digitized by Google

lope non iam formosa est, sed facta videtur anus, ipsa Helena abit in matronam maturiorem [1]).

Apage ista! clamant omnes. — Ex animi sententia assentior: procul absint ista dum ingenii divini immortalia opera admiramur. Facessant qui μύθοις καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις προσέχοντες vati viam obstruere conati sunt aut etiamnunc conantur!

Sed naturam furca ...

Mihi quid acciderit dicam; nec soli mihi id accidisse quoniam non de nihilo nata videtur suspicio, data opera rem exponam.

Cuiusvis est sumere tempus belli Troiani non semper tam accurate fuisse definitum quam nunc fiat in secundo Iliadis libro, loco notissimo; aliqua igitur vestigia aevi, cui novem decemve illi anni non essent cogniti, in carminibus epicis reperiri posse nemo non suspicetur. Sed firmiter — nisi egregie fallor — in philologorum mente etiam haeret opinio quae olim ipsorum fuit Graecorum, in Iliade — non cogito nunc carmen aliquod primitivum nobisque parum cognitum, sed eam ipsam dico quae ad nos pervenit Iliadem, — in nostra igitur Iliade narrari res quae acciderint postquam per annos complures ante Troiam bellatum esset.

Nempe mortuo Hectore, ὃς οἷος ἐρύσατο Ϝίλιον ἱρήν, post quem etiam Achilli πότμος ἐτοῖμος fuit, non potuit non prope abesse belli finis urbisque excidium. Venient quidem Pyrrhus et Philoctetes, venient Memnon et Penthesilea, struetur equus sublicius, sed et in „recentiorum" carmina illa, quae minus cognita habemus, ea removemus, et potuerunt intra paucorum mensium vel etiam dierum spatium accidere cuncta. Itaque sumamus necesse est circa belli exitum acta esse quae in Iliade narrantur, quod quoniam diuturnum admodum fuisse accepimus, sequitur ut praeterea sumamus ante Iliadis initium Achivos per annos aliquot ... quid egisse? Nihil sane quod operae fuerit pretium, sed πρὸς γεωργίαν credo τῆς Πελοποννήσου ἐτράποντο Agamemnonis milites τῆς τροφῆς ἀπορίᾳ. Tales certe ostendit nobis scriptor multis sagacior et minime credulus Thucydides [2]). Talia nimirum suadebat chronologia, ferebantur enim οἱ Τρῶες τὰ δέκα ἔτη ἀντισχεῖν βίᾳ.

1) Cf Ω 765 sq., quae quis sine risu legat collatis Γ 442—446!
2) Thucyd. I 11.

Digitized by Google

At alia omnia quovis fere versu testatur nostra Ilias. Unum et alterum deme versum et restant quae bello ineunte ... potuerint dici et agi? Immo quae nisi bello nuper inito dici agive non potuerunt.

Fortasse et aliis Homeri studiosis novum erit id in quod ego certe post multos annos in his studiis transactos ab improviso incidi. Expertus autem scio haud exigui momenti id esse ad carmina vetusta suo pretio aestimanda, nam nunc pulcra, apta, vero poeta digna mihi videntur multa quae olim ducebam obscura et molesta.

Operae igitur pretium videtur rem quam possim accuratissime exposuisse. Ne tamen in immensum diffluens disputatio lecturis pariat taedium intolerabile, quam potuero brevissime et solo poeta duce quae huc faciunt referam.

Stant naves Graecorum in littore Troiano, quo viam iis monstravit Calchas deorum interpres [1]). Nuper Aulide profecti classe illuc appulerunt, postquam in itinere urbes aliquot Troianis amicas diripuerunt, in his Thebam urbem Eetionis. Supplices iam eos adeunt captivorum propinqui, quorum unus Chryses sacerdos petit ut filia sibi reddatur iusto pretio soluto: „*sic vobis dent numina*" ait

„ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν καὶ ποίκαδ' ἱκέσθαι".

Re infecta sacerdos repulsus precatur ad deum suum Apollinem, qui telis mox pestiferis per dies complures Achivos obruit. — „*Domum redeamus quantocius, nisi sedari possit numinis ira!*" omnium fortissimus clamat ceterorum nomine Achilles. Oritur rixa et iuvenis abstenturum a bello se ait donec insignem luerit poenam qui contumeliam sibi fecerit Agamemnon. Mater autem, quae in bellum eum misit ut laude bellica per exiguum vitae spatium sibi concessum frueretur, supplex adit Iovem utque Troianis, quorum urbem excidi iubet fatum, brevis ante victoria concedatur Achivique nihil sine Achille se valere sentiant a deorum patre impetrat.

Interim animum Achivi despondent [2]). Domum redire placet,

1) A 71.

2) Consulto nunc praetermitto molestias ad quaestionem in qua versamur non

Digitized by Google

sed etiam retinet eos Ulixes, qui *„testes mihi estis omnes"*, ait,

οὓς μὴ κῆρες ἔβαν θανάτοιο φέρουσαι
χθίζα τε καὶ πρωΐζ', —

„omnes quotquot non his ipsis diebus abstulit pestilentia [1]), *tum cum Aulide profecturi eramus Calchantis verbis victoriam nobis esse promissam"*. Itaque postquam refecti sunt militum animi et πόλεμος γλυκίων 'γένετ' ἠὲ νέεσθαι [2]), acie instructa per planitiem invadunt urbem, qua expugnata et deleta ulciscantur Helenae raptum lacrimasque [3]). Fuse autem poeta enumerat duces navesque Achivorum, quos Nestor secundum gentes disponi perite iussit [4]).

Appropinquare hostes Troianis nuntiat Iris sumta voce Politis, qui in specula collocatus erat

δέγμενος ὁππότε ναῦφιν ἀφορμηθεῖεν Ἀχαιοί, —

ubi non per annos aliquot eum sedisse, nuper igitur classem Achivorum in has oras pervenisse, haud difficulter nobis persuademus [5]). Quid autem personatus ille Polites Priamo nuntiat? *„O senex, etiamne hic sermocinaris*

ὥς ποτ' ἐπ' εἰρήνης; πόλεμος δ' ἀλίαστος ὄρωρε!

bellum iam exortum!" — non dudum furit in patria, sed nunc ipsum id est exortum. *„Pluribus iam ante pugnis"* — cum gentibus vicinis — *„interfui, sed tantum exercitum nunquam vidi antehac; quot folia silva, quot littus arenas habet, tot milites urbem invadunt"*.

Quantocius igitur armantur etiam Troiani, quibus praeest Hector, Dardani duce Aenea, Lycii duce Sarpedone, socii denique, qui peregre nuper sunt convocati: armati dein ex urbe proruunt cum hoste conflicturi. Helena autem postquam ex Iride audivit suos appropinquare, urbis moenia conscendit,

---

pertinentes, quas habet duplex illa ἀπάτη, qua prius Agamemnonem Iuppiter, deia ille sine utilitate suos milites decipit. Chronologiam haec non tangunt, a prisco tamen carmine aliena fuisse patet. Agamemnonis Ulixisque orationes quatenus huc faciunt, infra tractabimus.

1) B 301—303. Belli igitur nulla pericula graviora hactenus subierunt Achivi.

2) B 453 sq., item Λ 13 sq.

3) De Helena infra aliquid scripturus nunc hoc unum observo, longe a vero aberrasse Aristarcheam quam olim sequebar versus B 356 interpretationem.

4) B 365 sq.; quod nisi bello ineunte apte dari non potuit consilium. Item Δ 303—309.

5) B 794. Aristarchus eandem ob causam hos versus damnabat.

Digitized by Google

unde prospiciens laeta agnoscit maritum levirum amicos: fratres non videt, aut igitur domi mansisse aut pudore in castris retineri suspicata [1]). Etiam Priamus instantis proelii eventum e moenibus spectat cum ceteris senibus, quorum unus Antenor nuper, bello nondum indicto, cum legati Achivorum ad res repetundas Troiam venissent, censuit Helena reddita belli praecidere causam, alius est „οὐκ ἀλέγων" ille Cleon Troianus, cuius temeritas abiit in proprium nomen satis mirificum [2]).

Sed priusquam ad manus veniatur, placet pugna singulari Paridis cum Menelao rem decernere [3]). Vincebat autem Menelaus bellique finis erat, nisi Paridem eius manibus eripuisset Venus. Quae Helenam dein vocat a moenibus. — „*Etiamne longius me abreptura ades?*" indignata deam increpat Helena: „*in Phrygiae Maeoniaeve aliquo angulo me abdes, etiamnunc meis me invidens?*" [4]) Cui minata Venus „*utrisque invisam se redditurum* [5]) *ni dicto sit obediens*" sequi se cogit redditque Paridi.

Interea post pugnae singularis eventum ancipitem disceptant Argivi et Troiani, disceptant etiam caelites. Inferior quidem discessit Paris, discessit tamen. Quid igitur fiat? At Iuno perosa Troianos: „*ergone Troia superstes erit et frustra omnes illas copias collegi?*" — nono anno ante collectas cogita et insulsa fere haec verba fiunt.

Aegre ei concedit Iuppiter urbis interitum, itaque induciis a Pandaro fraudulenter ruptis pugna initur. Bellum erit tamen; incitat suos Agamemnon ipsaque Minerva in proelium eos ducit, Troianos Mars.

Multi cadunt utrinque, sed plures a parte Troianorum. Sic a Diomede trucidantur filii ambo Eurydamantis τοῦ ὀνειροπόλου, qui mortem iis instantem non praedixit cum in bellum

---

1) Bellum diuturnum si antecessisset, ferro iam absumtos suspicari etiam magis in proclivi fuisset, absurda autem fuisset poetae vox illa ἤδη Γ 243.

2) Ut si hodiernus partium dux nomen habeat *Sir Nevermind* vel *Monsieur Jemenmoque*.

3) In annotatione certe indicati sunto versus Γ 46 sqq. *recens* profecto Paridis iter spectantes, non id quod decimo fere anno ante ille susceperit.

4) Γ 400 sqq.; si multis annis ante Troiam venerit Helena neque recentem Achivorum adventum nunc causetur, satis aptum sensum haec non praebeant.

5) Γ 416 sq. — „The phrase seems week after ten years of war" (Leaf). Ita! At bello instante gravis minarumque plena.

Digitized by Google

abierunt nuper [1]), et Pandarus, quem in bellum nuper profecturum bigis uti iusserat pater, sed pedes pugnam iniit et sero eum poenituit spreti consilii paterni [2]). A Tlepolemo vulneratus Sarpedon etiam sospes eripitur pugnae, non vivus tamen rediturus ad uxorem et filiolum infantem nuper relictos [3]).

Argivi autem et alii cadunt et Dioclis filii gemelli, iuvenes fortissimi, qui ἡβήσαντε Agamemnonem in bellum sunt secuti; sic par leonum recens adultorum in praedam ruens mortem oppetit [4]).

Superiores tamen ne evadant Achivi cum sit periculum, iubente Heleno augure Hector abit in urbem, ubi matronas iubeat supplices adire deam Troiae tutelarem; ceteros Troianos Aeneas denuo ducit in hostem.

Visit Hector regiam matrique perfert Heleni mandatum, dein valedicit uxori et filiolo, sentit enim urbi sibique instare perniciem; Paridem dein duris verbis excitat ex ipsius aedibus, ubi latitabat populo quam maxime invisus. Belli initio optime convenit Hectoris illa in fratrem ira, optime conveniunt eius verba ad uxorem: *„nescio an non ad te rediturus sim"* — ad uxorem non bello flagrante ductam, sed tum cum alma etiam pace Troiani fruebantur; — optime conveniunt quae illa ad eum dicit de muri parte quadam non satis firma [5]), optime feminarum vivum etiam Hectorem tanquam mortuum lugentium clamores, hodie enim primum morti se offert, — unice conveniunt Hectoris ad Paridem verba: *„turpe tibi est in cubiculo latitare civibus succensentem quod iis sis invisus"* [6]), unice conveniunt quae Helena ad Hectorem ait: *„utinam mortua essem πάρος τάδε ἔργα γενέσθαι"* [7]) — a Paride raptam se dicens, non multis profecto annis ante sed nuper raptam pronomine τάδε significans.

Proelium restitutum mox interrumpitur singulari illa Aiacis

---

1) E 150. Vox *nuper* mea est, sed quis hoc loco cogitet de vaticinio annis aliquot ante dato! Idem dictum esto de altero quod statim sequitur *nuper*.

2) E 198, 204, 210 sq. — Etiam Sarpedonis verba E 478—480 eodem tendunt.

3) E 688.

4) E 541—560. Quae nihili foret comparatio si modo lacte depulsi leones illi ... aliquot annis ante patriam reliquissent.

5) Z 433—439.

6) Sic enim interpretor versum Z 326.

7) Z 348 sq.

Digitized by Google

et Hectoris pugna, quae nisi belli initio aptum locum habere nunquam potuit, neque in nostra Iliade — in quam non satis quadrat — suspicionem belli pridem initi habet ullam.

Sol occidens postquam dimicandi finem fecit, utrique ex composito mortuorum corpora legunt cremantque; Achivi autem quoniam spe urbem *αὐτοβοεὶ* capiendi sunt frustrati, fossa valloque quam celerrime proiectis tumulum ossa suorum tegentem et naves in littore subductas ab hostium incursionibus protegunt. Quale vallum — vallum dico, non murum, ne incredibilia poeta narrasse immeritus videatur — hoc igitur vallum belli initio erigendum curare cauti fuit ducis: nono demum anno talia moliri non Nestoreae fuisset prudentiae sed Epimetheo aliquo *μετὰ τὰ πράγματα* et sero sapiente dignum consilium.

Peractum est opus et commodum in littore adsunt naves vinum Lemno afferentes [1]). Paucis nimirum diebus ante, cum Lemni commoratus Agamemnon se suosque e longo cursu largis epulis refecit [2]), ab illius civitatis rege Euneo petivit ut novae vini copiae mox in Troadem sibi mitterentur.

Die sequenti iterata pugna in fugam coniciuntur Achivi. Amaris verbis Agamemnon deceptum se queritur ab Iove, cuius aram nullam inhonoratam praeterierit ... ante annos complures? Bona verba, sed *„νηὶ πολυκλήιδι ἐνθάδε τέρρων"* [3]), nuper, in ipso itinere, *χθές τε καὶ πρῴην*, ut ita dicamus.

Denuo cum occidit sol, videt Achivos intra vallum heri erectum latitantes, Troianos planitiem ante urbem obtinentes.

Seria iam agens Agamemnon auctor est reditus in patriam; quem expeditione nuper suscepta sic desperantem multo facilius nobis fingimus quam post annos complures in Troade transactos. Sed turpe consilium repudiatur: *„tu fuge, si lubet!"* regem increpat Diomedes,

πάρ τοι δδός, νῆες δέ τοι ἄγχι θαλάσσης
ἑστᾶσ', αἵ τοι ἔποντο ...

— quando secutae sunt? „Nuper utique!" nemo non clamat — *„at nos manebimus et pugnare pergemus"* [4]).

---

1) H 467 sqq.
2) Θ 230.
3) Θ 239.
4) I 43 sqq.

Digitized by Google

Itaque, quo melior spes sit cras marte secundo pugnandi, ad Achillem legati mittuntur Ulixes et Aiax, qui eius iram molliant. Immodice vero etiam succensens iuvenis repellit preces spernitque dona promissa, licet senex Phoenix in mentem ei revocet gravia verba Pelei, filium *οὔ πω τειδόθ' ὁμοίοο πτολέμοιο οὐδ' ἀγορῆς* [1]) ut animum nimis fervidum compesceret adhortati ... quando? Nono anno ante? I crede! nuper, tum cum Achilles iter e Thessalia initurus erat [2]), nondum detonsa coma puerili, quam fluvio patrio mox post reditum oblaturum se sperabat [3]).

Re infecta legati ex Achillis tentorio redeunt, magisque etiam quam antea sollicitus Menelaus cavendum sentit *μή τι πάθωσιν Ἀργεῖοι*, *qui sua causa* ... multos per annos aerumnas militares sint perpessi? minime: — *τοὶ δὴ τέθεν εἵνεκα πουλὺν ἐφ' ὑγρὴν ἤλυθον εἰς Τροίην πόλεμον θρασὺν ὁρμαίνοντες*, *qui trans latum mare in bellum se sint secuti* [4]).

Mittuntur igitur Ulixes et Diomedes ad hostium consilia clam noctu exploranda, qui mox strage inter Troianorum socios dormientes edita redeunt cum Rhesi regis Thracum equis praestantissimis. Nuper hic Troianis auxilio venerat [5]): cur nuper? Quia prius non fuit bellum!

Tertio die fortiter denuo suos in pugnam ducit Agamemnon. Cui primus occurrit Iphidamas recens nuptus et bello veluti ex ipso toro geniali excitus [6]). Nuper Troianis copias suas adduxit. Misero iuvene trucidato Agamemnon ipse ab eius fratre vulneratur. Ex acie igitur abit: ceteri fortiter pugnare pergunt. Sic Teucer Imbrium caedit Priami generum, qui ante bellum habitabat Pedaei, *αὐτὰρ ἐπεὶ Δαναῶν νέες ἤλυθον ἀμφιτέλισσαι, ἂψ εἰς Ϝίλιον ἦλθε, μετέπρεπε δὲ Τρώεσσι* [7]), — Idomeneus

---

1) I 441 sq.

2) I 254—256. Etiam Phoenicis illud *„φίλον τέκος"* I 437 quam insulsum fiat nisi cogitemus iuvenem qui vixdum pueritiam exuerit, nemo non sentit. — Minus aperta res est Λ 765—790, quamquam ne ibi quidem temporis dudum praeterlapsi indicium est ullum.

3) Ψ 146.

4) K 27 sq.

5) K 434.

6) *ἐκ θαλάμοιο.* Λ 225—245.

7) N 172—175.

Digitized by Google

Othryoneum, qui item *νέον πολέμοιο μετὰ κλέος εἰληλούθει* [1]), — Antilochus Melanippum, *ὃ τόφρα μὲν εἰλίποδας βοῦς 'βόσκ' ἐνὶ Περκώτῃ δηίων ἀπὸ νόσφιν ἐόντων*, sed Achivorum classis cum venisset, Troiam et ille rediit [2]).

Attamen gravius etiam quam ante profligantur Achivi, ne vallo quidem arcentur Troiani novis copiis aucti [3]), sed igne adoriuntur classem. *„Ignem afferte!"* Hector clamat *„quo naves istas deleamus, quae quod huc appulerunt, senum ea est culpa,*

οἵ μ' ἐθέλοντα μάχεσθαι ἐπὶ πρύμνῃσι νέεσσι
αὐτόν τ' ἰσχανάεσκον ἐρητύοντό τε λαόν" [4])

— retinuerunt Hectorem senes ... quando? primam autem face petit navem quae Protesilaum in Troiae oram advexit ... quando? nono anno ante? immo nuper! ... in patriam non rediturum [5]).

In ultimo periculo opem fert Patroclus Achillis armis indutus. Pelluntur Troiani, sed ab Hectore caeditur ipse Patroclus, prius vulneratus ab Euphorbo iuvene belli nondum perito, qui tamen iam alios Achivos ante Patroclum obtruncaverat viginti,

πρῶτ' ἐλθὼν σὺν ὄχεσφι, διδασκόμενος πολέμοιο [6]).

Denuo iam et suos Hector incitat et socios, iis verbis usus quae nisi bello ineunte apta non fuerunt:

οὐ πληθὺν διζήμενος οὐδὲ χατίζων
ἐνθάδ' ἀΦ' ὑμετέρων πολίων ἤγειρα ἑκαστον κτἑ. [7])

— moxque in naves denuo Achivi se coniciunt.

Interim filium dolore ob mortem sodalis prostratum miseratur Thetis, scit enim et ei proximum iam esse vitae finem:

τὸν μὲν ἐγὼ θρέψασα, Φυτὸν ὡς γουνῷ ἀλφῆς,
νηυσὶν ἐπιπροέηκα κορωνίσι Ϝίλιον εἴσω,
Τρωσὶ μαχεσσόμενον· τὸν δ' οὐχ ὑποδέξομαι αὖτις
οἴκαδε νοστήσαντα —

---

1) N 364. Hic quantivis pretii est versus, quoniam claris hic simplicibusque verbis bellum dicitur nuper efflagrasse. Neque obscuriora sunt Idomenei verba vicina N 458: *νῦν μ' ἐνθάδε νῆες ἔνεικαν.*

2) O 547 sqq.

3) N 793.

4) O 718—725.

5) O 705 sq.

6) Π 811.

7) P 221 sqq.

Digitized by Google

„recens adultum huc misi" ... annis compluribus ante? immo nuper! ... *„non rediturum in aedes paternas"* [1]). — Nova arma ei praebet, quibus indutus Achilles in bellum ruit, Troianos profligat, Hectorem occidit, dein Patrocli funus obit, tandem Priamo corpus filii reddit: — quae omnia et cuivis nostrum sunt notissima et hic pluribus verbis cur indicentur nulla est causa, temporis enim indicium — quod quidem hactenus deprenderim — unum tantum habent, id vero ad rem demonstrandam sufficiat unum, si cui etiam dubia videatur; nam ab ipso illo deo, cui prae ceteris curae sunt numeri, sub Iliadis finem docemur bello nuper coorto res agi.

Dico Mercurium, qui *κούρου πρῶτον ὑπηνήτου* sumta figura Priamo narrat Polyctoris cuiusdam Myrmidonis se esse filium, *„sorte autem cum fratribus ducta"* ait *„'λάχον ἐνθάδ' ἱκέσθαι"* ... sorte quam ob causam ducta? Quod milites convocasset Achilles in bellum profecturus. Quando autem? ante annos aliquot, cum puer decennis esset personatus ille Polyctoris filius? Ineptus fere mihi ipse videor talia etiam atque etiam rogans!

Itaque etiam poeta cui debentur *Ἕκτορος λύτρα*, quem — ut minimum dicam — inter antiquissimos vates referendum esse nemo contendit, res quas Ilias complectitur non in fine belli annorum complurium collocabat, sed ipsum belli Troiani exordium ei erat Achillis illa ira.

Satisne certa et explorata est res? Mihi quidem videtur, et mirabor si aliis aliter visum fuerit; minus mirabor si acta me egisse sensero.

Undenam igitur *τὰ δέκα ἔτη ἐκεῖνα*, quae tam bene nota nos habemus quam olim habuit Thucydides?

Ante omnia pro tempore decennali dicamus novennale. Nam non satis accurata sunt Thucydidis quae attulimus verba. Urbs *δεκάτῳ ἐνιαυτῷ* est capta, postquam per sacrum illum novem annorum numerum est pugnatum.

Nam sacrum esse novem numerum passim testatur Ilias. Statim carminis initio legitur:

ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο,

1) Σ 57 sqq. et 438 sqq.

Digitized by Google

et similia multa possunt afferri, sed notiora ea sunt quam quae hic colligantur; *τρὶς ἐννέα* autem hostes leto dat Patroclus eo die quo laudis attigit fastigium ipsaque Iliadis tragoedia ad culmen suum pervenit, et aliquot saeculis post cum inter Graecos efflagravit bellum, quod ceteris gravius fore omnes sentiebant, hominum in ore fuit vaticinium *„ὅτι τρὶς ἐννέα ἔτη δέοι γενέσθαι τοῦτον τὸν πόλεμον"* [1]). Exceptis autem excipiendis — et pauca profecto sunt excipienda! — dicere licet Iliadis numerum sacrum et sollemnem esse novem, Odysseae duodecim [2]).

In Troiano autem illo bello dum sensim creverunt omnia, et ipse temporis crevit orbis tam multa et tam multos complexus. Crevit numerus navium et copiarum, crevit regum; succrevit Achilli filius, vel potius e flavi ferocisque iuvenis epithetis *πυρρῷ* et *νεοπτολέμῳ* procrevit Achilli epigonus, ut ex herois sagittarii epitheto *τηλεμάχῳ* proles huic est nata. Itaque etiam numerus annorum crevit certusque hominum menti numerus inhaesit, cum antea de ea re definiti nihil habuissent fabulae. Sic, ut uno exemplo ostendam qua fere ratione famam crevisse mihi fingam, — ostentum illud, quo Achivis Troiam versus iter suscepturis victoria est promissa [3]), cum olim haec habuisset: *coluber ille πρός ῥα πλατάνιστον ὄρουσε,*

ἔνθα δ' ἔσαν στρουθοῖο νεοσσοί, νήπια τέκνα,
ὄζῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ, πετάλοισ' ὕπο πεπτηῶτες·
ἔνθ' ὅ γε τοὺς ἐλεεινὰ κατήσθιε τετριγῶτας,
μήτηρ δ' ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα
κτέ.,

postea definitus est pullorum numerus:

ὀκτώ, ἀτὰρ μήτηρ ἐνάτη ἦεν, ἣ 'τέκε τέκνα,

similibusque incrementis aucta sunt verba Calchantis:

ἦμιν μὲν τόδ' ἔφηνε τέρας μέγα μητίετα Ζεύς
[ὄψιμον, ὀψιτέλεστον, ὅο κλέος οὔ ποτ' ὀλεῖται].
ὡς οὗτος κατὰ τέκν' ἔφαγε στρουθοῖο καὶ αὐτήν.
[ὀκτώ, ἀτὰρ μήτηρ ἐνάτη ἦεν, ἣ 'τέκε τέκνα,]
ὣς ἧμες [τοσσαῦτ' ἔτεα πτολεμίξομεν αὖθι,
τῷ δεκάτῳ δὲ πόλιν] Τροίην αἱρήσομεν εὐρυάγυιαν,

1) Thucyd. V 26 § 4.
2) De Boogschutter en de Weefster p. 75—77 et not. 250—272.
3) B 303 sqq.

Digitized by Google

— quibus Calchantis verbis allatis Ulixes refellit Agamemnonis desperantis illum clamorem:

οὐ γὰρ ἔτι Τροίην αἱρήσομεν εὐρυάγυιαν [1]).

Aucta haec sunt, inquam, sed non ditata! Nam contorta — ne inepta dicam — iam sunt facta quae olim erant simplicia aptissimaque ad animos faciendos militibus iter longinquum in regiones ignotas inituris. *Ut coluber ille vim intulit in nidum, ubi aviculae veluti in firmo aliquo praesidio latitabant, sic nos urbi quam petimus vim inferemus quantumvis firmae et remotae:* devoravit ille incolas nidi, Priamum Priamique pisinnos devoraturum est bellum a nobis illatum! — Haec nemo non intellegit; quid vero textus traditus? „*Quemadmodum serpens ille „novem aves comedit, sic nos per novem annos Troiam ... non capiemus*" — — satisne ista inconcinna?

Itaque mirum non est in tam molesto emblemate neglectum esse vocis τέτεα sonum initialem, neque operae iam videtur pretium, inquisivisse quaenam avicularum haec fuerit species, quarum nidi octonos caperent pullos; nam ipsum oraculum neque illum capit numerum neque alium ullum.

Rarissima in Iliade sunt talia, neque cetera contextui firmius adhaerent quam quae indicavimus.

Ergone in tertia quae paratur Iliadis nostrae editione cancellis et versus de quibus modo sermo fuit sum septurus et vicinos:

ἐννέα δὴ βεβάασι Διὸς μεγάλοι' ἐνιαυτοί,
καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυνται [2]),

et

ἡμῖν δ' εἶνατός ἐστι περιτροπάων ἐνιαυτός [3])?

Salvo sane contextu hi quoque possunt removeri, vetusti autem carminis nativam simplicitatem etiamnunc prodit Ulixis hoc exordium: *O Agamemnon, Achivi tibi non*

ἐκτελέουσιν ὑπόσχεσιν, ἣν περ ὑπέσταν
ἐνθάδ' ἔτι στείχοντες ἀπ' Ἄργεος ἱπποβότοιο [4]).

Cum tamen reputo Ulixem solius Odysseae primitus fuisse proprium, a bello autem Troiano alienum, in contrariam relabor

1) B 141.
2) B 134 sq.
3) B 295 (vel potius 291—298).
4) B 286 sq.

Digitized by Google

opinionem rursusque credibile videtur in recentiore Iliadis hac parte, ubi reditum dehortatur Ulixes [1]), novem illos annos inde ab initio, id est inde a tempore quo a recentiore aliquo cantore inutilis et molesta illa *διάπειρα* enarrata est, commemoratos fuisse.

Utut id est, — nam sive serius sive ocius, aliquando certe nata est fabula quae per novem annos integros ad Troiam bellatum fuisse ferebat, — nemo potest mirari si qua huius opinionis indicia inveniantur in Iliade, cum in Odyssea inveniantur multa. Id potius miror equidem quod tam pauca huiusmodi aut habeat Ilias aut a me haud incuriose quaerenti sint reperta.

Quae autem adverti, ea partim ne vera quidem esse indicia accuratius inspiciens intellexi. Sic urbium ab Achille captarum virorumve quos trucidaverit aut captivos abduxerit ubi fit mentio [2]), nihil obstat quominus tempore quod Iliadis initium proximum antecessit facinora ea gesta esse sumamus; nam ad vastandos Troadis agros et aperta aliquot oppida diruenda longum temporis spatium minime requirebatur; et aliquid utique temporis intercessit inter iter Aulide inceptum pestilentiamque in Troadis ora grassatam. Sed quot dierum — aut si quis malit, mensium — illud temporis spatium fuerit nescimus — neque cupimus scire, quoniam ea de re tacuit poeta.

An non tacuit? Ita est: aliquid certe dixit. Nam Lycaon Priami ille filius, quem Achilles captivum abduxit e Troade, dein Lemnum vendidit, pretio mox ab hospite quodam solutus in patriam rediit,

ἔνδεκα δ' ἤματα θυμὸν ἐτέρπετο τοῖσι φίλοισι
ἐλθὼν ἐκ Λήμνοιο, δυωδεκάτῳ δέ μιν αὖτις
χερσὶν Ἀχιλλῆος θεὸς ἔμβαλεν [3]).

Potuitne magis aperte vates proloqui id quod modo statuebamus, dies haud ita multos intercessisse inter Iliadis nostrae ipsiusque belli initium?

Eundem autem dierum numerum in proxima vicinia comme-

---

1) „*Telemachi patrem*" potius eum dicamus cum ipso poeta (B 260), quo clarius etiam pateat recentior huius episodii origo.

2) A 125, 163 sq., [177], 226 sq., 366 sq. B 690 sq. Z 414—428 I 129 sq., 321—331, 664, 668 Λ 104—112, 625 T 60, 295 Υ 90—92, 187—194 Ω 752 sq.

3) Φ 85 sqq., 77 sqq.

Digitized by Google

morat Pelegonus Troianorum socius, iis verbis usus, quae nisi belli significant initium, nihil significant:

ἦδε δέ μοι νῦν
ἠὼς ἐνδεκάτη, ὅτε Ἴλιον εἰλήλουθα [1]).

Non enim post annos aliquot quam in has oras Achivi pervenerunt ad urbem tutandam confluxere socii, sed brevi postquam convocati sunt, appropinquante classe hostium.

Multos autem Argivorum iam esse mortuos cum circa Iliadis initium audimus [2]), vati facile credimus, quoniam post morbum illum divinitus immissum per dies complures πυραὶ καίοντο θαμειαί. Belli diuturni in huiusmodi verbis nullum est indicium.

Et induciae postquam inter Troianos Achivosque sunt initae, cum sidere caduco adspecto

ἦ ῥ' αὖτις πόλεμός τε κακὸς καὶ Φύλοπις αἰνὴ
ἔσσεται

milites clamant [3]), vix est opus annotasse his verbis non spectari pristina aliqua proelia, sed vertenda haec esse: „*ergone bellum erit tamen?*" — Modo certa videbatur pax, nunc caedes ne instet denuo videtur esse periculum.

Neptuni autem iurgia:

Τρῶες τὸ πρίν γε μένος καὶ χεῖρας Ἀχαιῶν
μιμνέμεν' οὐκ ἐθέλεσκον ἐναντίον, οὐδ' ἢ βαιόν·
νῦν δὲ τεκὰς πόλιος κοίλῃσ' ἐπὶ νηυσὶ μάχονται [4])

quidni ita interpretamur ut Troiani dicantur non prohibuisse quominus Achivi e navibus egrederentur et in littore castra ponerent? Mensium complurium — ne annos dicam — hic quidem neque vola neque vestigium.

Neque Achillis irati verbis:

ὄφρα δ' ἐγὼ μετ' Ἀχαιοῖσιν πολέμιζον,
οὐκ ἐθέλεσκε μάχην ἀπὸ τείχεος ὀρνύμεν' Ἕκτωρ,
ἀλλ' ὅσον εἰς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκανε·
ἔνθα ποτ' οἶον ἔμιμνε, μόγις δέ μ' ἐξέφυγ' ὁρμήν [5])

temporis praeterlapsi certum inest indicium, neque quicquam

1) Φ 155 sq.
2) B 115, 161, 177 Γ 99 sq.
3) Δ 82. Eadem particulae vis est vs. 15.
4) N 105—107.
5) I 352—355. Idem valet de E 788—791.

Digitized by Google

obstat quominus ad dies qui proximi antecesserunt, eos dico dies quibus saeviit pestilentia, haec referamus. Quamquam non obloquar si ultimum tamen versum recentioris aevi esse contendat quis; respicitur certe illic res quae aliunde non est cognita.

Neque Nestor verbis „αἰεὶ Τρώεσσ' ἐπιμίσγομαι" [1]) cum utitur, menses annosve praeterlapsos cogitat, sed hoc dicit: se per hosce dies perpetuo aciei interfuisse, idque verum esse ipsa Ilias docet.

Neque admodum molesta sunt Diomedis ad Glaucum verba:

οὐ μὲν γάρ ποτ' ὄπωπα μάχῃ ἐνὶ κυδιανείρῃ
τὸ πρίν [2]),

quoniam episodium in quo haec leguntur certum locum habere dici vix potest, sed in aliam quamvis Iliadis partem aeque bene — aut aeque male — quadrat. Ceterum hic versus duoque sequentes secludi possunt salvo contextu, potest etiam — quam lenissimam medelam offert Herwerdenus — pro ποτ' legi σέ γ'. Nemo vestigia belli diutius gesti satis certa hic cerni contendet.

Idem dictum esto de Iovis ad Thetidem verbis:

ἦ δὴ λοίγια ἔργ', ὅ τέ μ' ἐχθοδοπῆσαι ἐφήσεις
Ἥρῃ, ὅτ' ἄν μ' ἐρέθῃσιν ὀνειδείοισι ἔπεσσι.
ἦ δὲ καὶ αὔτως μ' αἰὲν ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
νεικεῖ, καί τέ μέ φησι μάχῃ Τρώεσσιν ἀρήγειν [3]).

Ubi voce μάχῃ licet videantur significari proelia *cum Achivis* antehac gesta, haudquaquam id certum; potest enim intellegi Iuppiter Troiam adversus gentes vicinas Iunone invita tuitus. Clara autem recentis aevi sunt indicia ἄν pro κεν dictum et νεικεῖ pro νεικείει. Et unum μάχῃ si sollicitandum videtur — potest substitui πάλαι vel πάρος sine ullo contextus detrimento.

Sed recentiori aevo quam vicini videntur deberi versus quos exscripturus sum [4]), etiam per se si spectes satis mirifici et veluti pallidam aliquam imaginem ostendentes τῶν γιγαντομα-

1) K 548.
2) Z 124.
3) A 518 sqq.
4) Γ 125 sqq.

Digitized by Google

χιῶν in pallio, quod Athenis quinto quoque anno Minervae offerebatur, pictarum. Iris Helenam

ἠΰρ' ἐν μεγάρῳ· ἡ δὲ μέγαν ἴστον ὕφαινε
[δίπλακα πορφυρέην, πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους
Τρώων θ' ἱπποδάμων καὶ Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων,
οὓς ῥέθεν εἵνεκ' ἔπασχον ὑπ' Ἄρηος παλαμάων.]

Recentiores hi videntur, inquam; si tamen sint genuini, ne sic quidem belli dudum incepti indicium hic locus habeat; nam imperfectis ὕφαινε et ἔπασχον telam *nunc* simul cum ipso bello inceptam significari quominus sumamus per linguam certe nihil obstat. Immo absurda fere haec fiant si per annos aliquot illi telae mulier operam insumsisse fingatur.

Antenor autem cum ad Helenam ait:

ἤδη γὰρ καὶ δεῦρό ποτ' ἦλυθε δῖος Ὀδυσσεύς [1]),

vel alibi Antimachus dicitur illa occasione

ποτ' ἐνὶ Τρώων ἀγορῇ Μενέλαον ἀνωγεῖν
ἀγγελίην ἐλθόντα σὺν ἀντιθέῳ Ὀδυσῆι
αὖθι κατακτεῖναι [2])

si quis adverbio ποτε tempus proximum satis apte potuisse indicari neget, non magnae profecto audaciae fuerit utrobique rescripsisse τότε, nam nusquam non haec permutantur, [3]) et priore loco encliticam numeri vix admittunt. Quisquis autem in verbis Diomedis „*en equos* οὓς ποτ' ἀπ' Αἰνείαν ἐλόμην" [4]) aequo animo fert ποτε de duorum dierum intervallo dictum, iustam non habet causam cur Antenorem vel Agamemnonem locis laudatis menses vel etiam annos aliquot cogitare sumat.

Manifestum vero emblema habent Achillis verba haecce:

οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον οὐδ' ὅσα φασὶ
Ἴλιον ἐκτῆσθαι, εὖ ναιόμενον πτολίεθρον,
[τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης, πρὶν ἐλθέμεν' υἷας Ἀχαιῶν,]
οὐδ' ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει [5]).

---

1) Γ 205.
2) Λ 139 sqq.
3) Cf. e. g. v. l. Π 810.
4) Θ 108.
5) I 401—404. De ultimo versu cf. pag. 189.

Digitized by Google

Nam cantor recens longos annos belli cogitans nec dubitans quin per tempus illud Troum divitiae magnam partem essent absumtae, de suo aliquid addidit, itaque iam Achilles quid ait? Cum Agamemnone in gratiam redire se nolle etiamsi dentur sibi ... opes quae nullae sint sed olim fuerint. Ipsa autem grammatica satis valet ad refellendum falsarium; nam inter perfectum ἐκτῆσθαι et praesens ἐτέργει non est locus particulae πρίν [1]).

Et unde habet versum illum? Id quoque notatu dignum, et alibi eum legi, ibi autem et aptissimum esse et bellum modo initum indicare. *Hector fugiens eumque persecutus Achilles cum pervenerunt in locum*

ὅθι τείματα σιγαλόεντα
πλύνεσκον Τρώων ἄλοχοι καλαί τε θύγατρες
τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης, πρὶν ἐλθέμεν' υἷας Ἀχαιῶν,
τῇ ῥα παρεδραμέτην [2])

— quaeque sequuntur, nam est pars haec carminis immortalis longe notissima. Ubi πρὶν particulam si quis *nono anno ante* interpretetur, quam insulsa fiant poetae verba nemo non sentit.

Recens est etiam versuum sequentium [3]) paenultimus: *bellum dum gestum est,*

μέγα τεῖχος Ἀχαιῶν ἔμπεδον ἦεν·
αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μὲν Τρώων θάνον ὅσσοι ἄριστοι,
πολλοὶ δ' Ἀργείων οἳ μὲν δάμεν, οἳ δ' ἐλίποντο,
[πέρθετο δὲ Πριάμοιο πόλις δεκάτῳ ἐνιαυτῷ,]
Ἀργεῖοι δ' ἐν νηυσὶ φίλην εἰς πατρίδ' ἔβησαν,

tunc Neptunus et Apollo illud vallum diruerunt.

Id unum fortasse incertum, versus quem notavi sitne vicinis, a quibus sine ullo contextus detrimento secludi potest, etiam recentior, id quod arbitror equidem, praesertim imperfecto illo verbi tempore ἐπέρθετο motus, an loco recentiore tolerandum sit aevi recentis vestigium.

---

1) Suspecti mihi non sunt, quos in annotatione commemorabo tamen, Σ 288—294 et 300—302. Ubi quod divitias Troianas audimus absumtas, belli diuturni indicium non inest, sed sociorum copiae magno pretio conductae dicuntur.

2) X 154 sqq.

3) M 12 sqq.

Digitized by Google

Recentissimo .poetae debentur etiam quae circa Iliadis exitum leguntur Helenae Hectorem lugentis verba:

ἤδη γὰρ νῦν μοι τόδ' ἐρεικοστὸν ἔτος ἐστί,
ἐξ οὗ κεῖθεν ἔβην καὶ ἐμῆς ἀπελήλυθα πάτρης [1]).

Cui cantori ne traditus quidem ille annorum satis magnus visus est numerus, sed per decennium paratum dein per alterum decennium gestum esse bellum sumsit, — nisi imprudens ex Odyssea repetivit versus et Helenae tribuit quae de Ulixe erant dicta [2]). Molesti hi versus nemini non sunt visi.

Necnon postmodo additos arbitror versus, quos cancellis inclusos cum vicinis excribam. Sunt Andromachae ad maritum verba notissima:

ἦ τοι γὰρ πατέρ' ἠμὸν ἀπέκτανε δῖος Ἀχιλλεύς,
ἐκ δὲ πόλιν πέρσεν Κιλίκων εὐ ναιετάουσαν,
Θήβην ὑψίπυλον· κατὰ δ' ἔκτανεν Ἠετίωνα,
οὐδέ μιν ἐξενάριξε, σεβάσσατο γὰρ τό γε θυμῷ,
ἀλλ' ἄρα μιν κατέκηε σὺν ἔντεσι δαιδαλέοισι
[ἠδ' ἐπὶ σῆμ' ἔχεεν· περὶ δὲ πτελέας ἐφύτευσαν
νύμφαι ὀρεστιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο] [3]).

Nam ulmi tumulum adumbrantes, quas viderunt opinor aequales cantoris qui haec inseruit, nisi volventibus annis procrescere non potuerunt.

Quo loco etiam versus 417 sq. suspicionem movent, quoniam ad imminuendum luctum apti sunt, ab amaris autem illis Andromachae querelis alieniores.

Denique de senum Helenam admiratorum verbis notissimis

οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐυκνήμιδας Ἀχαιοὺς
τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν [4])

quid statuam ambigo. Ubi illud „πολὺν χρόνον" fortasse non est urguendum, quoniam quodvis bellum, etiamsi non multorum sit annorum, multas diuturnasque affert aerumnas. Fortasse tamen satius est concedere ab hoc episodio, quod initio belli

1) Ω 765 sq.
2) Cf. τ 222 sq.
3) Z 414—420.
4) Γ 156 sq.

Digitized by Google

unice est aptum, verba illa esse aliena. Potuit autem πόνον καὶ κήδεα dici, potuere alia.

At quantilla sunt haec, quam rara, quam exigui singula sunt momenti si ad totius Iliadis molem exigantur!

De Odyssea autem nunc taceo; quamquam ne huic quidem firmiter inhaerere sive decem illum annorum numerum, sive numerum duplicatum annorum, per quos patria caruisse Ulixes vulgo fertur, nemo non suspicetur. Aliquanto tamen firmius hi numeri inhaerent ... non dico fabulae Ulixis quam Achillis: immo ab utraque primitus alieni fuerunt; sed Odysseae nostrae tanto firmius inhaerent quam Iliadi quanto Telemachus firmius inhaeret Odysseae quam Iliadi Neoptolemus. Nam per annos illos viginti puerulus, quem domi reliquit Ulixes cum in bellum Troianum profectus est, excrevit in iuvenem quem novimus regis officiis haud imparem patrisque mox strenuum defensorem.

Sagittarii ad uxorem redeuntis fabula vetusta non norat multorum illud annorum intervallum, sed in Odyssea nostra si quis non toleret, discerpendum ei erit ipsum carmen. In Iliade vero nostra qui toleret, carminis quod traditum accepimus suo pretio aestimandi facultatem ipse sibi adimat; nam NUPER in Troadem duce Calchante pervenisse Achivi dicuntur inde a primis Iliadis versibus usque ad ultimos.

XXVI.

HELENAE ENCOMIUM.

„Non humilis mulier!"

Horatii haec verba annis abhinc quadraginta scripsit Adolphus Stahr in fronte libri quo Cleopatrae famam ab obtrectantium malitia splendide defendit. Aequius nimirum de Aegypti regina iudicavit poeta Romanus quam alii multi inter eius aequales.

Idem poeta *„turpem adulteram"* vocavit reginam illam, ob quam cum Asia Europam aliquando conflixisse ferebant priscae

Digitized by Google

fabulae Graecorum, et contemtum suum magis etiam aperte prolocutus dixit belli Troiani causam fuisse ... pudet edere vocabulum e suburra petitum, quo significavit ille τὴν Διὸς ἐκγεγαυῖαν. Erat ei Helena Clodiae alicuius instar; sic de Salabaccho Cynnoque aliisque Clytaemestris quadrantariis locuti sunt comici Graeci.

Satisne aequa haec quoque Horatii fuit sententia?

Ah, quantum ab illa Helena, quam prisci vates cecinerunt, mutata est quae sic a sero natis poetis impune proscinditur. Impune? ... Immo ita eos ulta est Iovis filia ut olim Stesichorum. Nam in plena vetustae poesis luce caecutiunt, nec iam cernunt illam quam carmina epica exhibent Menelai uxorem. Ipsum adeo epos Homericum eos latet: caecutiunt! Nisi autem calumniatores se agnoverint et „οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος!" ex animi sententia cum Stesichoro clamaverint, visum non sunt recuperaturi, sed pergent ignorare divinam illam prolis caelestis formam, ἀχλύος τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπούσης.

Nam INSONTEM Helenam celebravit priscum epos.

Id quod haud inutile fortasse fuerit etiamnunc exposuisse.

Quod opus gratissimum aggressuri mittimus mythum antiquissimum, cui non mulier terrestris fuit Helena. In arce caelesti abditam non norunt quae ad nos pervenerunt Graecorum carmina, licet aevi prioris vestigium aliquod etiam servet epitheton illud „Διὸς ἐκγεγαυῖα". Divinae quidem stirpis divinaeque formae Homero est Helena, sed mulier, non dea; in terra degit, non in aethere: moenibus Troiae, non nubibus conglobatis inclusa est.

Est igitur poetis epicis id quod formosissima et nobilissima quaeque iis fuit mulier. Puellas ἀλφεσιβοίας a procis certatim expetitas patres ingentibus ἐεδνοισι vendebant ei ὅς πλεῖστα πόροι. Novo igitur marito opum pars longe pretiosissima exinde futura erat uxor, et Protesilaus aliquis vel Iphidamas si recens nuptus bello absumitur, miserantur poetae adolescentem, qui frustra tam multa impenderit:

οὐ γὰρ ἐτῆς ἀλόχοιο χάριν τίδε· πολλὰ δ' ἔδωκε!

Itaque etiam ad Tyndareum tunc, cum nubilis fuit filia eius formosissima, undique convenerunt proci,

πολλὰ δ' ἔπειτ' ἔδιδον, μέγα γὰρ κλέος ἦσκε γυναικός.

Digitized by Google

Aere, auro, pretiosissimis quibusque oblatis donis eum sollicitarunt; nam quivis optabat

Ἀργείης Ἑλένης πόσις ἔμμεναι ἠυκόμοιο.

Emit autem eam Menelaus, quippe qui

κτήνεσσιν Ἀχαιῶν Φέρτατος ἦεν [1]).

Non in Homeri tamen carminibus sic eam duxit uxorem. His enim *Iovis filia* est Helena, neque alterius patris, quem iusta conubia monstraverint, in iis fit mentio [2]). Pater autem hominumque deumque quoniam boves non emit neque vendit puellas, de Helena *μυρίοισιν ἐπέδνοισι* emta non iam licet cogitare. Sed quocumque modo acceptam — nam tacent de ea re carmina antiquissima, nec mirum, quoniam Menelaus quoque deus fuit primitus! — rex Spartae eam utpote thesaurum longe pretiosissimum servavit fovitque. Beatum se sensit maritus ille, cui postea vita perpetua in Elysio est concessa, utpote Iovis genero [3]).

Venit praedo Troianus, qui hospitio magnifice acceptus [4]) mox Menelao absente [5]) Helenam *καὶ κτήματ' ἄμ' αὐτῇ* [6]) abripuit, nihil curans feminae clamores stridulos iramque impotentem, eius *ὀρμήματά τε στοναχάς τε* [7]). Frustra illa clamavit: nullus erat maritus qui eius *βοῆς τε καὶ ἐλκηθμοῖο πύθοιτο* [8]). Incolumis Paris cum praeda sua pervenit in patriam.

At mox is quem spoliaverat Menelaus Troiam venit ad res repetundas, Ulixe adsumto legationis socio [9]). Reddi iussit quae vi et mala fraude Paris detraxit; cui si aequa petenti Troiani obtemperassent, opibus et uxore recuperatis laetus contentusque

---

1) Cf. novum Hesiodi fragmentum, quod praebuit papyrus Berolinensis 9739 (Hes. fr. 94 Rzach).

2) Mitto nunc Odysseae versus recentes λ 298 sq. et ω 199.

3) δ 561 sqq.

4) Γ 354.

5) Sic certe Cypria. Tacent ea de re Ilias et Odyssea, sed per se id intellegitur; nam maritus si adfuisset, fieri non poterat quin tutaretur uxorem. Cf. etiam Γ 232 sq.

6) Γ 70—72, 255, 458 alibi.

7) B 356, 590. Quae verba quod „*luctum cuius causa extiterit Helena*" interpretatus est Aristarchus, patet eius quoque menti firmiter inhaesisse illam de Helenae culpa opinionem et plus valuisse quam interiorem qua praepollebat dictionis Homericae scientiam.

8) De Andromacha dicta haec verba (Z 465) hic affero, quoniam ad versus modo e libro B allatos recte interpretandos sunt utilia.

9) Γ 205 sqq. Λ 140.

Digitized by Google

rediturus erat. Sed Paridis Veneris auxilio superbientis et amore occaecati sententia in Troianorum senatu superior fuit, itaque re non impetrata Priamo bellum indixere legati, dein Atridae copiis collectis Troadem invaserunt.

Interim Helena degebat in Paridis aedibus — huius iam facta ἄλοχος, non κουριδίη quidem, utpote aliis prius initis nuptiis, iusta tamen et honorata [1]). Levirum iam habebat Hectorem, socerum Priamum, glorem Laodicen, ianitricem Andromacham, nec quisquam in aula Priami tam fuit iniquus ut mulieri succenseret immerenti. „Οὔ τί μοι αἰτίη ἐσσί" Priami ad eam sunt verba [2]); Hector quoque, quantumvis Paridi iratus, Helenae tamen benevolum se praestabat [3]). Sed in peregrinae regiae illo splendore desiderabat

πρότερόν τε πόσιν πηούς τε Φίλους τε [4]).

Corpus Lacedaemone avellere potuit regius latro, cor non potuit: κλαίουσα ἐτετήκει [5]).

Adsunt tandem amici. Volat in moenia, dum in acie extra urbem versatur novus eius dominus Paris: — cernit Agamemnonem, Aiacem, ceteros, ipsum cernit Menelaum! adsunt qui eam liberaturi venerunt! Spe elata prospicit, ... at e pugna singulari, qua de sorte sua decretum iri audivit, incolumis redit is quem iustam sceleris poenam hodie luiturum speraverat.

„ἦλυθες ἐκ πολέμοι'; ὡς ὄφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι
ἀνδρὶ δαμεὶς κρατερῷ, ὃς ἐμὸς πρότερος πόσις ἦεν!" [6])

his verbis Paridem increpat, postquam ab ipsa Venere minis compulsa in eius aedes rediit invita et magis etiam quam antea eum exosa [7]).

Saevit iam bellum circa moenia Troiae. Cecidit optimus quisque Graecorum, cecidit Troum; mortui sunt Patroclus et Achilles, mortuus est Hector, et ipse mortuus est Paris. Tandem

---

1) Γ 329 Ω 763 al.
2) Γ 164. Praeterea cf. Γ 180 et Ω 770.
3) Ω 767.
4) Γ 140, 162.
5) Γ 176. Cf. etiam Z 345 sqq. Ω 764.
6) Γ 428 sq.; mulierem inter amorem recentem et priorem vacillantem agnoscere hoc loco sibi videbatur Nägelsbach.
7) Cf. Z 345–358.

Digitized by Google

callida fraude, non vi aperta urbem tentare placet; struitur equus ligneus, interimque Ulixes mendici sumto habitu speculator in urbem penetrat, simul ad Helenam salutis mox affuturae nuntium perlaturus. Una Helena eum agnoscit, et postquam clam ceteris interrogata iureiurando confirmavit fidum etiamnunc sibi erga suos esse animum, non prodituram igitur Troianis Achivorum consilia, omnia ex eo audit [1]).

Incolumis postquam Ulixes ad suos in castra rediit, ingens ille equus struitur et a Troianis dementibus intra moenia recipitur. Iamque stat urbis loco edito; vidit eum Helena, scit quid alvo capaci celet, et gaudio mentem occaecante ipsoque numine impellente vesperi incautius illuc properat vera femina, solam se rata nimirum. Alta voce reges intus latitantes vocat. At non erat sola, — proximus stabat Deiphobus clam secutus, et nisi Ulixes ea qua ceteros mortales superabat prudentia usus sodales cum ipso inclusos retinuisset quominus Helenae responderent, detecta erat fraus et equo a Troianis diruto occidissent insidiatores. Nunc Ulixis illa cautela in cassum cecidit consilium quod deus Troiae tutelaris ad urbem etiam servandam inierat ultimum: fraudem non aperuit temeritas feminea, sed abduxit eam Minerva Ulixis patrona [2]). Illa nocte capta est Troia et diruta, cum Helena domum rediit Menelaus, et post iter diuturnum, in quo etiam in Aegyptum pervenerunt [3]), in patriam redux Spartae regnavit beatus denuo uxoris honoratissimae maritus.

Quam potui brevissime enarravi quae de Helena referuntur in Iliade et Odyssea: non partes aliquas utriusque carminis dico, sed totam Iliadem totamque Odysseam [4]). Ad sua recuperanda in Troadem venit Menelaus: sua postquam recuperavit laetus in patriam redit. Honorem autem laesum neque ante

---

1) δ 244—256. Item Parva Ilias.

2) δ 271—289.

3) δ 125—130, 228—230, 351 sqq.

4) Dissimillima sunt quae leguntur in Ebelingi Lexico Homerico s.v. Ἑλένη: „... Paris eam abduxit volentem Γ 174 δ 261 ... decimo belli anno ab Iride accita de muro urbis prospectat exercitum Graecorum Γ 120 ... etiam post ea operam dedit ut Graecos deciperet δ 261 ... Graecos ligneo equo inclusos fraude in summum discriminis adduxit δ 290 ..."

Digitized by Google

urbem captam est questus, neque laesum etiam putavit cum denuo Helenam suam tenuit; *κτήμαθ' ἑλὼν ἓὺ πάντα γυναῖκά τε ῥοίκαδ' ἀπῆλθε* — quid plura! Sic poculum aliquod pretiosissimum si fraude sibi surreptum recuperasset, non minus libenter quam antea in conviviis usurpaturus erat, etiamsi furem aliquantisper eo usum compertum habuisset.

Scilicet heroico illo aevo mulier res erat, quae pretio emitur, mercimonium in paucis pretiosum, mercimonium tamen, *κτῆμά τι*, cui suum perstat pretium dum detrimentum non capit.

At „turpis" — vel etiam pulcherrima — illa „adultera" ubi est?

Nusquam comparuit, nusquam vir fidem coniugalem laesam ulturus. Scelesta non fuit Helena, neque ea cui Menelaus eiusve socii succenserent. Salutem ei affert maritus, non cum minis strictove gladio adest inter Ilii ruentis incendia.

Sed quae resplendent denigrare saeculum est. Non noluisse se abripi Helenam, gratam esse vim istam ... non puellis solis sed et feminis nuptis, suspicatum est aevum recentius nimisque callidum, cum praesertim sensim percrebruisset opinio illa, de qua supra disputavimus, per annos complures ante Troiam bellatum et Helenam illic commoratam esse. Itaque *„μετὰ τὴν μεῖξιν τὰ πλεῖστα κτήματα ἐνθεμένους νυκτὸς ἀποπλέοντας"* Paridem et Helenam ostendebat carmen *τὰ Κύπρια* [1]) et fatuus iam visus est Menelaus ille, qui laetus suam nec iam suam uxorem domum tandem reduxisset post diuturnos amores peregre transactos: *„σωφρόνων γὰρ ἀνδρῶν ἔργον τὸ ἁρπασθεισῶν γυναικῶν μηδεμίαν ὥρην ἔχειν, δῆλα γὰρ δὴ ὅτι εἰ μὴ αὐταὶ ἐβούλοντο, οὐκ ἂν ἡρπάζοντο"* [2]).

Itaque fuit qui fingeret capta urbe iratum in eam irruisse maritum, sed niveo pectore adspecto cum telo abiecisse ultionis consilium et precibus victum in gratiam cum pristina uxore rediisse. Parvae Iliadis et Ibyci hanc Helenam novimus ex Euripide et e compluribus etiam rudioris artis imaginibus [3]).

---

1) Proclus in Chrestomathia. In hac narrationis parte haud exiguum inter Iliadem et Cypria carmina fuisse discrimen etiam Herodotus testis est II 117.

2) Herodot. I 4.

3) Cf. schol. Aristoph. Lys. 155 sq. Eur. Andromach. 629 Helbig Epos[1] p. 124 sq. Roscher Myth. Lex. I 1946.

Digitized by Google

Alii contra exorti sunt qui famae filiae Iovis conrati non veram Helenam sed fictam aliquam a Paride asse commenti sunt: Menelaus eiusque socii dum Troi pugnabant, in Aegypto eius uxorem puram intactamqu tasse, inde post bellum finitum in patriam ab eo reductam Haec fuit ἡ καινὴ ἐκείνη Ἑλένη Stesichori, quam ex Herodoto [1]) et praesertim ex Euripidis dramate satis habemus cognitam, — non erat illa quam cecinerat Homerus. Hic non de larva nescio qua sed de vera divinaque muliere pugnantes ostenderat heroas.

Exinde inter homines disputatum est sonsne an insons fuisset uxor Menelai, moechane an praeda invita, et argumentum aptum declamationum Gorgiis Isocratis Polycratis Anaximenis praebere est visa. Ad quam collaudandam si quis olim surrexisset, „at quis eam culpat!" rogavissent audientes, ut Spartiata ille Herculis laudationem deprecans. Latius vero accusantium semper resonuit vox quam defendentium, quoniam maior erat auctoritas Homeri, qui ipsam, quam Stesichori, qui fallacem aliquam eius imaginem inter Troianos commoratam ferebat. Et sic Helena in scena Euripidea et apud posteros abiit in impuram illam adulteram, cuius scelus ferro ignique Asiam commiscuisset, belli internecivi causa teterrima.

Et tamen ad tantum dedecus diluendum non sophistarum aliqua artificia recentiorumve poetarum inventa ingeniosiora quam probabiliora requirebantur, sed plane sufficiebant accurate lecta illa carmina Homerica, quae cultissimus quisque veterum memoriter tenebat tota. Sponte patriam reliquisse Helenam, a formoso iuvene pellectam, non invitam esse abductam, ne suspicari quidem nos sinunt prisci poetae verba clara et indubitata. Nullus hic suspicionibus locus. Pellexit ancillam mercator ille Sidonius, et postquam dulci lege amoris subiectam tenuit, ut abreptis domini opibus per mare in patriam longinquam se sequeretur haud difficulter permovit. Prius mulierculam corrupit:

πρῶτ' ἐμίγη κοίλῃ παρὰ νηὶ
εὐνῇ καὶ Φιλότητι, τά τε φρένας ἠπεροπεύει
θηλυτέρῃσι γυναιξί [2]),

1) Herodot. II 113—120.
2) o 420—422.

Digitized by Google

dein nave eam secum abduxit ἑκὼν ἑκοῦσαν. Paris vero cum reginam Lacaenam abripuisset nihil eiusmodi suspicatam et frustra ut sibi succurreretur clamantem, postquam in tutum pervenit ἁρπάξας ἐν ποντοπόροισι νέεσσι, tum demum mulieris innocentissimae pudicitiam vi vicit et

νήσῳ ἐνὶ Κρανάῃ ἐμίγη Φιλότητι καὶ εὐνῇ [1]).

Itaque, ut Gorgiae verbis peroremus: πῶς οὖν χρὴ δίκαιον ἡγήσασθαι τὸν τῆς Ἑλένης μῶμον, ἥτις ... πάντως διαφεύγει τὴν αἰτίαν; Id unum addo, de *Homerica* Helena locutum me sola. De qua licetne hoc quoque addere Gorgiae verbulum: ἀφεῖλον τῷ λόγῳ τὴν δύσκλειαν, an error nunc me ludit amabilis? Utut id est, non, ut ille, Ἑλένης μὲν ἐγκώμιον ἐμὸν δὲ παίγνιον scribere volui, sed quicquid scripsi, scripsi serio; nam firmiter mihi persuasum est Iliade Odysseave perfrui non posse nisi eum cui illa δῖα γυναικῶν Ἀρτεμίδι τετικυῖα a patre Iove haud quaquam videatur degenerata. Is demum ex animi sententia dicere potest id quod formam divinam admirati dixere senes Troiani:

οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ εὐκνήμιδας Ἀχαιοὺς
τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πόνον καὶ κήδεα πάσχειν!

Sed aevi recentioris mutataeque sensim mentis hominum nisi in Helenae quoque Homericae imagine, ut in ceterorum heroum heroinarumque imaginibus, aliqua hodie apparerent vestigia, miraculi id foret instar, quoniam πάνθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνει. Itaque si cui perlecta hac scriptione parum sit persuasum, nullo negotio colligere aut ab aliis collectos indicare poterit discrepantes aliquot Iliadis Odysseaeque versus. Non multos tamen proferre habebit, nam nisi parum diligenter quaesivi aut de Helena scribens et ipse iam caecutivi, perpauca eiusmodi vestigia in carminum epicorum textu tradito Helenae Homericae speciem deturpant.

Odysseae locis duobus Helena claris verbis accusatur. Altero

---

1) Γ 443—445.

Digitized by Google

ipsa culpae consciam se dicit. Ulixes enim multis Troianis occisis cum incolumis ex urbe evasisset, in quam callida fraude speculator se insinuaverat, „*ceterae Troianae*" Helena ait

„λίγ' ἐκώκυον, αὐτὰρ ἐμὸν κῆρ
'χαῖρ', ἐπεὶ ἤδη μοι κραδίη 'τέτραπτο νέεσθαι
ἂψ ποικόνδ', ἀάτην δὲ μετέστενον, ἣν 'Αφροδίτη
'δῶκ', ὅτε μ' ἤγαγε κεῖσε φίλης ἀπὸ πατρίδος αἴης,
παῖδά τ' ἐμὴν νοσφισσαμένην θάλαμόν τε πόσιν τε
οὔ τεο δευόμενον, οὔτ' ἂρ φρένας οὔτε τι εἶδος" [1]).

Hic recentioris aevi percipi vocem non ego sum qui negem. Sed accuratius aurem attendentibus sola *'τέτραπτο* et *ἀάτην* discrepare videntur a prisci carminis sono; cetera de ea quae vi suis erepta fuerit dici potuerunt aptissime, neque est Helenae nunc, postquam annos aliquot cum Menelao denuo transegit, coram illo et iuvene hospite se ipsam incusare. De culpa sua, si qua fuisset, nunc certe tacere et poterat et debebat. At substituamus (exempli causa): *ἐπεὶ αἰεί μοι κραδίη ὥρμαινε νέεσθαι* et: *αἶσαν δὲ μετέστενον*, et apta erunt omnia optimeque cum vicinis cohaerebunt. „*Ceterae lugebant, at ego gaudebam, semper enim redire avebam ad optimum maritum natamque dulcissimam*".

Verbo autem *νοσφίσασθαι* non subest culpae voluntariae notio, sed ita nunc est accipiendum ut *ἕπεσθαι* et *λιπεῖν* in Helenae ad Priamum verbis hisce:

ὥς μ' ὄφελεν θάνατος ταδέμεν κακός, ὁππότε δεῦρο
υἱέι σῷ ἑπόμην, θάλαμον γνωτούς τε λιποῦσα
παῖδά τε τηλυγέτην καὶ ὁμηλικίην ἐρατεινήν.
ἀλλὰ τά γ' οὐκ ἐγένοντο· τὸ καὶ κλαίουσα τέτηκα [2]).

Quo loco ne quis in similem errorem incidat satis cautum est verbis ultimis, quae sic haec interpretari nos cogunt: „*utinam mortem mihi conscivissem ipsa cum a meis sum abrepta! Sed dolere me diis placitum*".

---

1) δ 260—264.

2) Γ 173—176. In primo horum versuum pronomen *μοι*, quod codices habent post *θάνατος*, suo loco collocavit Monro ὁ *μακαρίτης*. Filia Helenae (Hermione) praeterea etiam δ 14 commemoratur; quam priscae fabulae ignotam fuisse arbitror, et multi opinor arbitrantur, sed a nostro argumento aliena est haec quaestio.

Digitized by Google

Alterum Odysseae locum modo hunc dicebam:

οὐδέ κεν Ἀργείη Ἑλένη Διὸς ἐκγεγαυῖα
ἀνδρὶ παρ' ἀλλοδαπῷ ἐμίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ,
εἰ ᾔδειν ὅ μιν αὖτις ἀρήιοι υἷες Ἀχαιῶν
ἀξέμεναι ποικόνδε φίλην εἰς πατρίδ' ἔμελλον.
τὴν δ' ἤτοι ῥέξαι θεὸς ὤρορε ἔργον ἀτειρές,
τὴν δ' ἀάτην οὐ πρόσθεν ἐτῷ ἐγκάτθετο θυμῷ
λυγρήν, ἐξ ἧς πρῶτα καὶ ἡμέας ἵκετο πένθος [1]).

Penelopae haec sunt verba. Quae quoniam minime cohaerent cum vicinis, Aristarchus obelis hos versus notavit utpote ab argumento alienos. Itaque qui sapit ad criminandam Helenam Homericam iis non utetur. Nam aut de Helena tacere debuit nunc Penelope aut haec dicere: *„semper diffido hospitibus, Helenae illius memor, quae non fuisset abrepta in regionem longinquam nisi decepisset eam vir peregrinus"*. Nimis credula, parum cauta, non parum casta fuisse Menelai uxor dicenda erat. Vide autem quam leni manu id ... non dico ea ipsa quae cecinit priscus poeta, — οὐ γὰρ οὕτω μαίνομαι! — sed id quod in contextum optime quadret e verbis traditis possit effingi:

οὐδέ κεν Ἀργείη Ἑλένη Διὸς ἐκγεγαυῖα
ἀνδρὶ περ ἀλλοδαπῷ ἐμίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ,
εἰ ᾔδειν ὅτι μιν ξεῖνος νήεσσιν ἔμελλεν
ἀξέμεναι Τροίηνδε φίλην εἰς πατρίδα γαῖαν.
τὸν δ' ἤτοι ῥέξαι θεὸς ὤρορε ἔργον ἀτειρές,
ἣ δ' ἀάτην [2]) οὐ πρόσθεν ἐτῷ ἐγκάθετο θυμῷ
λυγρήν, ἐξ ἧς πρῶτα καὶ ἡμέας ἵκετο πένθος.

Nullum iam Helenae crimen, sed in unum Paridem omnis culpa reicitur.

Etiam pauciores versus Helenae infestos habet Ilias, immo habet nullum, sed habet vocem κύνα vel κυνώπιδα, qua semel et iterum ipsa se increpat Helena. Et concedo sane non satis apta esse illa vocabula in ore feminae nulla culpa pallescentis. At sine viciniae ullo damno removeri possunt versus qui huc faciunt; quos excribam et cancellis meam de iis opinionem

1) ψ 218—224.
2) An ἀπάτην?

Digitized by Google

significabo. Primo loco de Agamemnone ad Priamum Helena loquitur:

οὗτός γ' Ἀτρεΐδης, εὐρὺ κρείων Ἀγαμέμνων,
ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.
[δαὴρ αὖτ' ἐμὸς ἦσκε κυνώπιδος, εἴ ποτ' ἔεν γε.] [1])

Secundo cum Hectore confabulatur:

[δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς κακομηχάνοο κρυοέσσης,]
ὥς μ' ὄφελ' ἤματι τῷ, ὅτε με πρῶτον τέκε μήτηρ,
οἴχεσθαι προφέρουσα κακὴ ἀνέμοιο θύελλα!
κτέ.
ἀλλ' ἄγε νῦν εἴσελθε καὶ ἕζεο τῷδ' ἐνὶ δίφρῳ,
δᾶερ, ἐπεὶ σὲ μάλιστα πόνος φρένας ἀμφιβέβηκε
εἵνεκ' ἐμεῖο κυνὸς καὶ Ἀλεξάνδροι' ἕνεκ' ἀρχῆς,
οἷσιν ἐπὶ Ζεὺς θῆκε κακὸν μόρον, ὡς καὶ ὀπίσσω
ἀνθρώποισι πελώμεθ' ἀοίδιμοι ἐσσομένοισι [2]).

Horum versuum primum delendum arbitror. Antepaenultimo remedium paratum; scribatur quod iussit vHerwerden: εἵνεκ' ἐμῆς ἔριδος, ut in versu parallelo, neque erit quod etiam displiceat.

Simile emblema habet Odyssea, ubi Helena adspecto Telemacho iuvene ad maritum „*nullum unquam*" ait „*vidi mortalem alii tam similem*

ὡς ὅδ' Ὀδυσσῆος μεγαλήτορος υἱῖ ἐΐσκε".
[Τηλεμάχῳ, τὸν ἔλειπε νέον γεγαῶτ' ἐνὶ τοίκῳ
κεῖνος ἀνήρ, ὅτ' ἐμεῖο κυνώπιδος εἵνεκ' Ἀχαιοὶ
ἦλθεθ' ὑπὸ Τροίην πόλεμον θρασὺν ὁρμαίνοντες.] [3])

Ubi tres quos cancellis inclusi versus deleri iussit vHerwerden [4]), non eam ob causam in qua nos nunc versamur, sed quod puerulus, quem Helenae ne in conspectum quidem olim

---

1) Γ 178—180. Non potest tantum abesse versus tertius sine damno contextus, sed vel aptior est proximus ad claudendum enuntiatum.

2) Z 344—358. — Notatu dignum videtur, et hic, ut B 325 (cf. supra pag. 203) in versu spurio occurrere genitivi terminum *-oo*. Nam verum quin hic restituerit P. Knight pro traditis *κακομηχάνου ὀκρυοέσσης* nullus dubito.

3) δ 143—146.

4) Qui nobis nunc praesertim molesti sunt versus 145 sq., eos pridem damnavit Knight.

Digitized by Google

venisse credibile sit, adolescenti similis perabsurde dicatur. Praeterea primum versum vHerwerden sic mutavit:

ὡς ὅδ' Ὀδυσσῆι μεγαλήτορι πάντα ἐτοικε.

Quem sive sequimur sive tradita verba servamus, ita utique interpretandus est hic versus ut Helena dicat: *tam similis hic iuvenis est Ulixi ut huius filium esse certum ducam.*

Commemorandi sunt etiam pauci quidam versus, unde ne quis testimonia Helenae adversa petat non magnum quidem sed aliquod tamen est periculum.

Nego igitur eiusmodi quid inesse voci Achillis ob sodalem trucidatum desperantis: „διογεδανὴ Ἑλένη" [1]). Nam etiam innocentissimae feminae nomen horrificum facere potuerunt mala quorum illa extitit causa, ex Achille autem aequum nunc de ea iudicium non est expectandum.

De fine τῆς Τειχοσκοπίας quid statuam ambigo. Ubi de fratribus Helena:

„ἦ οὐχ ἑσπέσθην Λακεδαίμονος ἔξ ἐρατεινῆς,
ἦ δεῦρο μὲν ἔποντο νέεσσ' ἔνι ποντοπόροισι,
νῦν αὖτ' οὐκ ἐθέλουσι μάχην καταδύμεναι ἀνδρῶν".
[αἴσχεα δεδριότες καὶ ὀνείδεα, πόλλ' ἅ μοί ἐστι].
ὣς Φάτο, τοὺς δ' ἤδη κάτεχεν Φυσίζοος αἶα
ἐν Λακεδαίμονι αὖθι, φίλῃ ἐν πατρίδι γαίῃ [2]).

Non quo negem spurium esse quem inclusi versum, fortasse etiam sequentem, quem damnabat Knight, et ultimum, quem praeterea eiecit Koechly, sed quod, etiamsi serventur omnes, culpae tamen hic locus nullam habeat confessionem. Nam dedecori utique fratribus videri potuit soror marito erepta, etiamsi invita abrepta esset.

Mortuum Hectorem lugentis Helenae verba:

„οὐ γάρ τίς μοι ἔτ' ἄλλος ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ
ἤπιος οὐδὲ φίλος, πάντες δέ με πεφρίκασι" [3])

---

1) Τ 325. 2) Γ 239 sqq.
3) Ω 774 sq.

Digitized by Google

commemoro quidem, ne quid reticuisse dici possim, sed addo nullius nunc ea nobis esse momenti, nam eadem ratione atque illud „ῥιγεδανή" esse interpretanda.

Irata autem quae ad Venerem Helena dicit:

„οὕνεκα δὴ νῦν δῖον Ἀλέξανδρον Μενέλαος
νικήσας ἐθέλει στυγερὴν ἐμὲ τοίκαδ' ἄγεσθαι,
τούνεκα δὴ νῦν δεῦρο δολοφρονέουσα παρέστης;" [1])

tantum abest ut sint se ipsam criminantis, ut potius ad contrarium demonstrandum sufficiant. Adiectivum tamen στυγερήν molestum; sed etiamsi flagitiosissimam fingamus Helenam, vel sic id in hoc contextu incommodum maneat. Aptius foret exempli causa:

νικήσας ἐθέλει με πάλιν τοῖκόνδ' ἀνάγεσθαι.

De versu denique

ὣς Φάτο, τῇ δ' ἄρα θυμὸν ἐνι στήθεσσιν ὄρινε [2])

taceri nunc posset, immo deberet, est enim ab argumento nostro plane alienus, nisi infelicissime eum interpretatus Aristarchus Helenam *amoris stimulo incitatam* nunc dici perhibuisset, dein delens viginti tres versus proximos. Tribuatur modo verbo ὀρῖναι ea vis quae ei est propria, dici enim solet de iis quorum animus spectaculo inexpectato feritur atque perturbatur, nihilque habebunt haec verba quod nos detineat.

I nunc et talibus testimoniis fretus damna Helenam illam, quam cecinit Homerus. Ne Philocleon quidem aliquis id sustineat, opinor. Ista si cui sufficere videantur ad magni nominis, immo ad carminis immortalis, cuius Helena veluti centrum obtinet, splendorem offuscandum, nae οὐδὲν ἄλλο πλὴν ψήφῳ δακεῖν norit ille oportet.

---

1) Γ 403 sqq.
2) Γ 395.

(*Continuabuntur*).

Digitized by Google

Epanalepsi quae dicitur epicis versibus compluribus adduntur nervi et robur; alibi minus placet, nusquam autem aeque est molesta atque primo ubi occurrit loco Iliadis, B 671 sqq.:

Νιρεὺς αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας,
Νιρεύς, Ἀγλαΐης υἱὸς Χαρόποιό τ' ἄνακτος,
Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε.

Cuiusmodi nihil legitur alibi in Homericis, et certum videtur non ipsi poetae deberi ter repetitum illud Nirei nomen. Non quo adstipuler Zenodoto versum 673 damnanti; quem et genuinum duco et integrum. Sed *secundum* illud Νιρεύς corruptum est, si quid video, non tertium; quid autem sit scribendum indicat ordo quo poeta eius parentes commemoravit. Prius matris, dein patris edit nomen ... quam ob causam? Quod clarior quam regis patris fuit matris origo; ni fuisset, nulla nunc eius fieret mentio. Non *mortalis* nimirum femina fuit Aglaia illa, sed ... quid? *Nympha* fuit, opinor; itaque sic scribamus, neque erit quod displiceat aut suspicionem moveat:

Νιρεὺς αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας,
νύμφης Ἀγλαΐης υἱὸς Χάροπός τε [1]) ἄνακτος·
Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε.

Eodem autem remedio sanandus videtur versus vicinus B 865, ubi Mesthles et Antiphus Maeonum duces dicuntur

υἷε Ταλαιμένεος, τὼ Γυγαίη τέκε λίμνη.

Mirati sunt interpretes dictionem insolitam et *quomodo* Talaemeni eos peperisset lacus rogarunt. Quapropter fuere qui adscripto iota in deterius litteras traditas mutarent. Mihi dubium non videtur quin olim fuerit:

υἷε Ταλαιμένεος, τὼ Γυγαίη τέκε νύμφη.

Confero autem Achillis ad caesum Iphitionem, ὃν νύμφη τέκε νηὶς Ὀτρυντῆι πτολιπόρθῳ, verba (Υ 389 sq.):

κεῖσ' Ὀτρυντεΐδη, πάντων ἐκπαγλότατ' ἀνδρῶν·
ἐνθάδε τοι θάνατος, γενεὴ δέ τοί ἐστ' ἐπὶ λίμνῃ
Γυγαίῃ.

v. L.

1) Sic Brandreth.

Digitized by Google

AD CALLIMACHUM.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

Etiam hodie sunt qui Callimacho fidem habeant, quum canat, fragmt. est 442, *ἀμάρτυρον οὐδὲν ἀείδω*, quocum convenit *Hymn.* V 56: *μῦθος δ' οὐκ ἐμὸς ἀλλ' ἑτέρων*, sed poeta nos ludificatur. Non tantum colores ubique de suo addidit, sed ipsas de immortalibus diis fabulas arbitratu suo decurtavit et supplevit. Fortasse satis est sic simpliciter affirmare quod ipsa rei natura comprobat; sed exempla non desunt quibus demonstres quod vero nomine probatione non indiget. Veluti traditum fuit summo Iovi coelum sortito obvenisse: negat hoc Callimachus et veterum vatum somnia haud obscure coarguit:

Δηναιοὶ δ' οὐ πάμπαν ἀληθέες ἦσαν ἀοιδοί,

ut scribit *Hymn.* I 60. Est tamen argumentum quod affert pumice levius:

ἐπ' ἰσαίῃ γὰρ ἔοικε
πήλασθαι· τὰ δὲ τόσσον ὅσον διὰ πλεῖσον ἔχουσι.

Ipsi autem satis est, dummodo probabiliter mentiatur: *ψευδοίμην ἀίοντος ἄ κεν πεπίθοιεν ἀκουήν.*, quod disertum testimonium est et habemus confitentem reum. — Ceterum non intercedo quominus Callimachus nobis sit doctissimus grammaticorum, sed poetam valde mediocrem fuisse contendo. Fieri potest ut Hymni quos solos habemus reliquis carminibus fuerint multo peiores atque imprimis Elegiae fama apud aequales celebratae fuerunt possumusque adeo suspicari, quum aliquammulta fragmenta supersint, haud immerito Hecalen prae ceteris plausu

Digitized by Google

exceptam fuisse; sed nos velimus nolimus non possumus iudicare nisi de iis quae supersunt et mihi quidem Hymni vix digni visi sunt, quibus corrigendis multum operae insumerem. Ipsos veteres non latuit quam multa in Callimacho poeta desiderarentur. Concedo Quinctilianum X 58 poetam elegiae principem appellavisse et de Catullo, qui Comam Berenices libere vertit, anceps est iudicium quid senserit. Sed Propertius certe II 1. 40:

Sed neque Phlegraeos Iovis Enceladique tumultus
Intonet *angusto pectore* Callimachus.,

neque multo aliter Ovidius Rem. Amor. 381:

Callimachi numeris non est dicendus Achilles;
Cydippe non est oris, Homere, tui.

Nimirum Romani poetam Alexandrinum imitantur, quum alium non habeant meliorem; hinc idem ille Ovidius Amor. I 14:

Battiades semper toto cantabitur orbe;
Quamvis ingenio non valet, arte valet.

Ille tamen eundem quem sequebatur longe longeque superavit in fabula de Erysichthone et mirum ni Philemon et Baucis ipsam Hecalen magno intervallo post se reliquerunt.

Sed alia testimonia disertiora sunt. Misso Apollonio, quem *Anthol. Palat.* XII 275 scripsisse arbitror: *Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα, τὸ παίγνιον, ὁ ξύλινος νοῦς*, ecce Lucianus *Quom. Hist.* 57 Homerum laudat, qui *ποιητὴς ὢν παραθεῖ τὸν Τάνταλον καὶ τὸν Ἰξίονα καὶ τὸν Τιτυὸν καὶ τοὺς ἄλλους. εἰ δὲ Παρθένιος ἢ Εὐφορίων ἢ Καλλίμαχος ἔλεγε, πόσοις ἂν οἴει ἔπεσι τὸ ὕδωρ ἄχρι πρὸς τὸ χεῖλος τοῦ Ταντάλου ἤγαγεν; εἶτα πόσοις ἂν Ἰξίονα ἐκύλισεν;* Quid autem Damascius apud Suidam? *Σεβηριανός*, inquit, *ἀπὸ Δαμασκοῦ — τὰ μὲν τῶν ἄλλων ποιητῶν ἀπεδέχετο μετρίως, τὸν δὲ Καλλίμαχον εἰς χεῖρας λαβὼν, οὐκ ἔστιν ὅτε οὐ κατέσκωπτε τὸν Λίβυν ποιητήν· ἀνιώμενος δ' ἐπὶ μᾶλλον ἤδη πολλαχοῦ καὶ τῷ βιβλίῳ προσέπτυσε.* Longius progressus Proculus in Timaeum Platonis I p. 28 etiam criticam facultatem homini denegavit: *μάτην Φλεγυαφοῦσι Καλλίμαχος καὶ Δοῦρις ὡς Πλάτωνος οὐκ ὄντος ἱκανοῦ κρίνειν ποιητάς.* Convenit Photius Bibl. cod. 265 p. 491. 29 Bk.: *καὶ τὸν ὑπὲρ Σατύρου δὲ λόγον τῆς ἐπιτροπῆς πρὸς Χαρίδημον οἱ μὲν πρὸς τὴν κρίσιν ἔχοντες τὸ ἀσθενές, Δημοσθένους λέγουσιν εἶναι, ὁ δὲ Καλλίμαχος οὐδ' ἱκανὸς*

Digitized by Google

ὧν κρίνειν, Δεινάρχου νομίζει, de quo loco alia multa vide apud Schneiderum II p. 322.

Sed ut postremum hoc sit in incerto positum neque arcto vinculo cohaereat cum eo quod agimus, prorsus admirabilis opera est quam Bentleius posuit in Callimachi fragmentis colligendis et disponendis: exemplum est insuperabile quod omnes qui in simili negotio aliquando occupati fuerunt, suo quisque modo imitari sunt conati. Quas autem ille meruit insignes laudes, Dawesium instigarunt ut bis in Callimachum inveheretur. *Miscell.* p. 157 invenio: „de hymnorum Poetae illius nomine cohonestatorum auctore seu potius auctoribus quid sentiamus, hodie tacebimus; cras fortassis re accuratius perpensa exposituri." Nec tamen umquam fidem solvit, nam de hoc argumento nihil praeterea apud Dawesium invenio nisi p. 479: „video quidem in stolidissimo quodam hymno Callimachi [in Cerer. 111], si diis placet, nomine insignito τρισυλλάβως repraesentari αἴλουρον. Sed plura ibi reperiuntur, ut materiei futilitatem mittam, adversus cum sermonis tum metri indolem peccata, quam quae huius loci esse mereantur." Etiamsi αἰέλουρος verior forma fuerit quam αἴλουρος, non tamen continuo poetae, quum metri necessitate urgueretur, in barbam involabimus et concedendum est Dawesium argumento usum fuisse admodum infirmo. Nec tamen cum Piersono faciam ad Moeridem p. 36: „Dawesio nomen αἴλουρος adeo displicuit, ut propterea praecipue *divinum* illum Callimachi in Cererem Hymnum stolidum ausus fuerit pronunciare, et tanquam spurium et Poeta indignum reiicere. Sed satis poenarum dedit Dorvillio ad Charitonem p. 275." Quodsi autem quaeris qnid tandem ab Dorvillio contra Dawesium prolatum fuerit, locum si inspexeris praeter quaedam convicia nihil prorsus reperies. Odia τῶν ἀρχαιοτέρων oblivione sepelienda.

Etiam in hac literarum luce nondum penitus superstitio ex nostris castris alio avolavit. Meinekius, cui patrum aetas paucos pares vidit, fecerat quod potuerat ut Callimachum excusaret, nam fugere eum neutiquam poterant et rerum ipsarum in Callimacho absurditas et verborum improprietas. Supervenit Cobetus in *Mnem.* 1861 et in lepida commentatione hoc egit ut osten deret quam nihil esset cur Callimachum absolveret; hic si um-

Digitized by Google

quam eius sermo omni leporum genere conditus fuit adeo ut ii quoque, qui ab nostris studiis alieni sunt, sale vere Attico delectarentur et germanas Cobeti facetias in ore ferrent, etiamsi Hymnos numquam fortasse vel legissent vel curarent legere. Paucis annis post secutus est Schneiderus, qui quum summam ad opus attulisset industriam nec vulgare iudicii acumen ubique ostenderet, tamen natura morosus fuit et ioca Cobetiana severe et tristi vultu redarguere conatus est. Popularibus meis, *τῇ ἐλευθεροσομίᾳ ἐντεθραμμένοις*, etiamsi huius editoris doctrinam libenter agnoscant, diversum ingenium natura tribuit et qui post Schneiderum in hanc arenam descenderunt — sunt autem inter nostrates Polacius et Kuiperus — haud obscure significaverunt se non frustra didicisse quid distarent aera lupinis.

Complura Cobetus apud Callimachum excerpsit valde ridicula necdum exhausta copia est. Veluti, ne plane *ἀσύμβολος* ipse abeam, quam est stulte excogitatum Dianam *ἔτι κουρίζουσαν*, *Hymn.* III 16, petere ut pater sibi concedat viginti Nymphas quae caligas curent et canes:

δὸς δέ μοι ἀμφιπόλους Ἀμνισίδας εἴκοσι νύμφας,
αἵτε μοι ἐνδρομίδας τε καὶ ὀππότε μηκέτι λύγκας
μηδ' ἐλάφους βάλλοιμι, θοοὺς κύνας εὖ κομέοιεν.,

de quo loco minime vulgaria Spanhemius adscripsit p. 180; mihi autem numerus viginti Nympharum ad servilia ministeria praestanda risum movet. Mox pollicetur venatrix vs. 86 se quam ceperit bestiam, eam Cyclopibus vescendam esse daturam:

αἰ δέ κ' ἐγὼ τόξοις μονιὸν δάκος ἤ τι πέλωρον
θηρίον ἀγρεύσω, τόδε κεν Κύκλωπες ἔδοιεν.,

sed nonne poeticae facultatis prorsus expers fuit, qui ita deorum vitas fingere sustinuerit, ut ex aula Ptolemaeorum regia omnia sine mora transferrentur in palatia coeli? Nec tamen minus Dianam domum reversam cupide expectat Hercules vs. 147:

ἔσηκε πρὸ πυλέων ποτιδέγμενος εἴ τι φέρουσα
νεῖαι πῖον ἔδεσμα· θεοὶ δ' ἐπὶ πάντες ἐκείνῳ
ἄλληκτον γελόωσι.

Facile ferimus et ridemus in comoedia Herculem voracem, sed tale quid Hymnum quam maxime dedecet, ni forte credas ridiculos deos poetam celebrare voluisse referendosque esse

Digitized by Google

Hymnos ad nescio quod inauditum comoediae genus. Sic certe Apollo in utero matris, ὑποκόλπιος, clara voce et disertis verbis vaticinatur *Hymn.* IV 86 ipseque vetat vs. 165 ne mater in insula Co se parere velit; huic enim alium deum deberi, nempe Ptolemaeum Philadelphum, nec multo sanius est quod personatus Theocritus finxit Idyll. XXVII. Mihi quidem illa omnia perfecte stulta et portenta potius quam carmina esse videntur: miror etiamnunc esse qui antiquitatis scilicet amore occaecati ad talia conniveant. Suaviter riderent nostrarum literarum osores, si resciscerent quam sint multi qui post longos annos in his studiis consumtos nondum didicerint dignoscere sincera et pulcra ab falsis et ineptis. Sed iam tempus est singulos locos considerare.

Hymn. II, in Apollinem, vs. 32:

χρύσεα τὠπόλλωνι τό τ' ἔνδυτὸν ἥ τ' ἐπιπορπὶς
ἥ τε λύρη τό τ' ἄεμμα τὸ Λύκτιον ἥ τε Φαρέτρη,
χρύσεα καὶ τὰ πέδιλα· πολύχρυσος γὰρ Ἀπόλλων.

Ἔνδυτόν vestem denotat ac malit quis fortasse mutato accentu ἔνδυτον scribere, quum ἐνδυτός adiectivum sit, de quo accentuum discrimine Lobeckius egit *Paralip.* p. 491. Sed ipsum vocabulum mihi offensioni est: habeat Apollo vestem aurea fibula constrictam: haec enim ἐπιπορπὶς est secundum Schneiderum p. 172; habeat auream lyram; habeat aureum arcum cum pharetra; habeat denique aureas caligas; sed eritne aurea quoque vestis? Difficile est credere; non enim nunc sermo est de signo quodam in aede posito, sed de ipso Deo, cui et hieme et aestate aurea vestis pariter incommoda fuerit necesse est. Ab altera parte desidero διαδήματος vel ἀναδήματος mentionem et contuli Schol. Arist. Plut. 589, cui ἀνάδετος est γυναικεῖος κόσμος, ut certe appareat eum nosse substantivum, non tantum adiectivum ἀνάδετος et ἄνδημα apud Pindarum alicubi invenitur. Hinc commendare ausim:

χρύσεα τὠπόλλωνι τό τ' ἄνδετον ἥ τ' ἐπιπορπὶς.

Haud dissimili ratione nuper corrigere volui Apollon. Argon. α 368. Scripsi autem ἄνδετον, si quidem ἀνδετόν adiectivum videtur esse.

Digitized by Google

Ibid. vs. 65:

ὥδ' ἔμαθεν τὰ πρῶτα θεμείλια Φοῖβος ἐρείδειν.

Sive hanc lectionem probas, sive ὡς ἔμαθεν, quod Kuiperus commendavit p. 205, mirum tamen erit fabrificando Apollinem fabrum fuisse factum, nec didicit, credo, artem, sed mortales docuit, unde malo: ὡς δέδαεν., quae forma in Odyssea quater recurrit. Vs. 46 Callimachus δεδάασιν habet.

Ibid. vs. 79:

θῆκε τελεσφορίην ἐπετήσιον, ᾗ ἔνι πολλοί
ὑσάτιον πίπτουσιν ἐπ' ἰσχίον ὥ ἄνα ταῦροι.

Displicent haec Meinekio, qui contendit parum convenienter naturae nunc mactatos boves in coxam procumbere, cum in genua et caput caesi procumbant, in coxam autem quiescendi causa vel dormituros. Verum hoc arbitror esse et Schneiderum frustra cavillando eludere voluisse quod negari non potest, quum praesertim veteres rem quotidie oculis suis usurpare possent. Nec tamen minus mihi quoque non placet Meinekii coniectura ἐπ' ἴχνιον, quod nemo facile credet idem esse quod γόνυ. Procumbunt humi boves in poplites: notum hoc; verbi causa Lucret. IV 950:

Brachia palpebraeque cadunt poplitesque procumbunt.

Lucan. I 613:

Victima deposito praebebat poplite collum.

Idem habebimus apud Callimachum hoc modo:

ὑσάτιον πίπτουσιν ἐπ' ἰγνύαν ὥ ἄνα ταῦροι.

Possit quis dubitare de quantitate ultimae syllabae in eo quod est ἰγνύαν, sed vide Theocr. XXVI 17:

πέπλως ἐκ ζωσῆρος ἐπ' ἰγνύαν εἰρύσασαι.,

sed est, fateor, haec lectio non omni dubio maior.

Hymn. III, in Dianam, vs. 24 denuo mihi cum Schneidero res est:

ὅττι με καὶ τίκτουσα καὶ οὐκ ἤλγησε φέρουσα
μήτηρ, ἀλλ' ἀμογητὶ Φιλων ἀπεθήκατο γυίων.

Est in priore versu secundum Cobetum l.l. p. 419 insuave et durum hyperbaton: dixeris uniuscuiusque esse tale quid observare et rem incurrere in omnium oculos quotquot haec legerint.

Digitized by Google

Contra tamen assurgit Schneiderus, nempe Callimachum saepius ita dixisse, quasi parata nobis venia sit dummodo frequenter peccaverimus. Deinde quaedam exempla affert, in quibus prorsus non video quid admodum notabile sit; veluti primus locus est *Hymn.* III 8: *οὔ σε Φαρέτρην, οὐδ' αἰτέω μέγα τόξον.* Pergit autem: „Paulo autem durius ad nostrum quidem sensum id hyperbati genus est quod habemus *Hymn.* IV 324: *εὕρετο νύμφη παίγνια κουρίζοντι καὶ Ἀπόλλωνι γελασύν.*" Mihi quidem hoc hyperbaton haud nimis molestum est et certe tolerabile post locum quem Cobetus notavit. Denique Schneiderus suum poetam ut excuset vel certe Cobeti tela utcumque declinet, provocat ad Homerum, *Odyss.* γ 350: *οὐτ' αὐτῷ μαλακῶς οὔτε ξείνοισιν ἐνεύδειν*, quod si serio insuave hyperbaton habebitur, cupio mihi ostendi decem continuos suaves hexametros versus.

Impeditus locus est ibid. vs. 90:

τὴν δ' ὁ γενειήτης δύο μὲν κύνας ἥμισυ πηγούς
τρεῖς δὲ παρουαίους, ἕνα δὲ αἰόλον.

Qui *πηγοὶ* canes dicti sint, ignoratur. Secundum Spanhemium p. 232 sunt sive albi sive nigri. „Πηγός", inquit, „non album semper, sed quandoque etiam nigrum denotat." Schneiderus, cui haec ratio merito improbabatur, rem non magis potuit expedire; scribit enim non esse *ἥμισυ πηγούς* qui ex dimidia corporis parte albi sint; malle se intelligere eos quorum color inter album et nigrum interiaceat, ut proinde cinerei sint dicendi; quocirca fortasse praestiterit scribere *ἡμισυπήγους*. Hoc solum quantum video plane constat adiectivum tam obscurum ad colorem referendum esse, ut canibus *πηγοῖς* opponatur canis *αἰόλος*. Sed Pan Venatrici deae praeterea dedit tres canes *παρουατίους*; est haec omnium codicum lectio, quae merito omnibus criticis displicuit, nam adiectivum est praepostere formatum. Supervenit Ruhnkenius qui in *Epistola Critica* p. 170 proposuit: *τρεῖς δὲ πόρ' οὐατίους*. Hic quod ex corruptae scripturae vestigiis elicuit verbum *πορεῖν*, id est omni laude dignum, nam revera desideratur verbum unde accusativi pendeant, quum duobus versibus interpositis sequatur demum vocabulum *ἔδωκε*. Est praeterea lenis et elegans correctio, cuius simillimum habemus exemplum in Hesiodi fragmento:

Digitized by Google

Ἀλκὴν μὲν γὰρ ἔδωκεν Ὀλύμπιος Αἰακίδῃσι,
νοῦν δ' Ἀμυθαονίδαις, πλοῦτον δ' ἔπορ' Ἀτρείδῃσι,

sed apud Nicolaum Damascenum legebatur olim satis inepte πλοῦτον δὲ παρ' Ἀτρείδῃσι, quod Osannus ad Philemonem p. 147 frustra corrigere conatus est. Sed hoc manet incertum qui canes οὐάτιοι dicti fuerint; deinde si vel maxime *auritos* intelligas, qui scilicet pendulas aures habeant, facile tamen senties adiectivum requiri quod ad colorem referatur ut duo πηγοί et unus αἰόλος ab his tribus recte distinguantur. Contulit autem Hauptius Aristotelem Hist. Anim. IX 45, ubi describit βόνασσον sive μόναπον sicuti in Paeonia nominatur: τὸ δὲ χρῶμα ἔχει μέσον τι τεφροῦ καὶ πυρροῦ, οὐχ οἷον αἱ παρῶαι ἵπποι καλούμεναι ἀλλ' αὐχμηρότερον, quocum conveniatne Hesychius haud satis scio an discrepet: παρῶαι· ἵπποι μεταξὺ τεφροῦ καὶ πυρροῦ χρώματος. Item Photius: παρῶαι λέγονται ἵπποι τινὲς τὸ χρῶμα πυρροί. His locis fretus rescripsit Hauptius: τρεῖς δὲ παρωαίους, i. e. *tris subrufos*, pro quo Schneiderus maluit formam παρουαίους, quam etiam in textum intulit, sed, quod supra dixi, verbum deest quod aegre desideramus, nec mihi persuadere potui ut missum facerem Ruhnkenianum ἔπορε. Denique etiam minus fero adiectivum οὐατίους, quoniam Callimachus ipse in fragmento 320 usurpavit adiectivum οὐατόεις.

Quidquid tandem est πηγός, quidquid αἰόλος, certe non *album* canem significat; experiar num huius coloris mentionem revocare possim. Adiectivum est βαλιὸς sive φαλιός· hanc formam Callimachus usurpavit frgmt. 176:

εἰδυῖαν Φαλιὸν ταῦρον ἰηλεμίσαι,

et quantumvis ea verba obscura sint, hoc tamen satis constat taurum hic dici album vel certe eum qui albos crines in fronte habeat. Magis dubitatur de potestate adiectivi βαλιός, quod satis creditur significare ποικίλον. Hoc plane constat non significare ξανθόν, quum Homerus Achillis equos Ξάνθον et Βαλίον appellaverit. Euripides hoc nomine plurimum usus est: Rhes. 356 βαλιαὶ πῶλοι sunt qui Iovem vehunt; Alcest. 579 βαλιαὶ λύγκες sunt; Hippol. 218 et Hecub. 90 βαλιαὶ ἔλαφοι dicuntur; denique Iph. Aul. 221 Eumeli πῶλοι sunt λευκοσίκτῳ τριχὶ βαλιοί, ut de colore haud incertam coniecturam capere possis. Convenit quod βαλιὰς λύγκας Virgilius appellavit *maculosas*

Digitized by Google

tegmine, Aen. I 327. Quid autem si Callimachus dedit: τρεῖς δ' ἔπορεν βαλιούς? Certe propter notas literarum confusiones haud nimis violentam mutationem esse dices.

Ibid. vs. 102. Cervi dicuntur μάσσονες ἢ ταῦροι. Risit hoc Cobetus: „Callimachus dicit quasi μάσσονες et μείζους idem esset, sed quia μάσσονες est μακρότεροι, errasse eum apparet." Ut hoc refellat, laudat Schneiderus *Iliad.* H 155: τὸν δὴ μήκιστον καὶ κάρτιστον κτάνον ἄνδρα et *Odyss.* λ 309 de Aloeadis: τοὺς δὴ μηκίστους θρέψε ζείδωρος ἄρουρα. „Neque aliorum", sic scribit, desunt loci in quibus μακρὸς pro μέγας, μῆκος pro μέγεθος valet." Nempe de hominibus, credo, quorum erecta statura, non de belluis quae τετραποδητὶ incedunt. Ut tamen Callimachum hoc crimine absolvam, correxerim: πάσσονες. Cf. Arist. *Hist. Anim.* IX 5 de cervo: ὁ ἄρρην ὅταν γένηται παχύς, οὐδαμοῦ ποιεῖ ἑαυτὸν φανερόν, ἀλλ' ἐκτοπίζει, ὡς διὰ τὴν παχύτητα εὐάλωτος ὤν. Fit autem hoc auctumnali tempore: γίγνεται δὲ σφόδρα πίων ὀπώρας οὔσης.

Ibid. vs. 146:

τοῖος γὰρ ἀεὶ Τιρύνθιος ἄκμων
ἔσκε πρὸ πυλέων ποτιδέγμενος εἴ τι φέρουσα
νεῖαι πῖον ἔδεσμα.

Cobeto nunc ἄκμων idem est quod ἀκάματος eumque abusum lepide exagitavit l.l. p. 429. Poetam suum excusat Schneiderus p. 230, sed frustra est. Verum quidem est Nonnum qui Callimachum perpetuo imitatur, Vulcanum plus semel dixisse Λήμνιον ἄκμονα: certo scire mihi videor quid Cobetus, hoc si cognovisset, repositurus fuisset: *Un sot trouve toujours un plus sot qui l'admire.* Sed Schneiderus imprimis confidit Aeschyli loco Pers. 51: Μάρδων Θάμυρις λόγχης ἄκμονες, ad quem locum fuerat ei operae pretium contulisse scholiastam, qui interpretatur: ἀκίνητοι ὑπὸ λόγχης, ὡς ἄκμων ὑπὸ σφυρῶν. Blomfieldus adscripsit tum duos alios locos tum Apoll. Argon. γ 1252:

κόψε κατ' οὐρίαχον μεγάλῳ ξίφει· ἄλτο δ' ἀκωκή,
ῥαιστὴρ ἄκμονος ὥστε παλιντυπές.

Ut concedam in stataria pugna Herculem recte ἄκμονα dici posse, cum λόγχης ἄκμονες apud Aeschylum sint, qui hastae

Digitized by Google

ictus incudis instar inconcussi ferant, tamen ridicula comparatio est helluonis et praedae inhiantis cum incude.

Ibid. vs. 197: ἔνθορεν εἰς ἁλιήων
δίκτυα, τά σΦ' ἐσάωσαν.
Equidem scripsissem: τοί σΦ' ἐσάωσαν.

Ibid. vs. 249 de templo Dianae legimus:
τοῦ δ' οὔ τι θεώτερον ὄψεται ἠὼς
οὐδ' ἀΦνειότερον.
Malim certe: οὔθ' ἱερώτερον, sed me quodammodo retinet *Hymn.* II vs. 93: οὐ κείνου χορὸν εἶδε θεώτερον.

Ibid. vs. 255:
ἄ δειλὸς βασιλέων ὅσον ἤλιτεν.
Optimi codices βασιλεύων habent, quod magis ducit ad βασιλεύς.

Hymn. IV, in Delum, vs. 65:
ἑπτάμυχον Βορέαο παρὰ σπέος ηὐλίζοντο.
Cum Meinekio longe malim κατὰ σπέος, ne equi sub dio dicantur pernoctari.

Ibid. vs. 78:
ὁ δ' εἶπετο πολλὸν ὄπισθεν
Ἀσωπὸς βαρύγουνος ἐπεὶ πεπάλακτο κεραυνῷ.
Secundum Schneiderum p. 271 πεπάλακτο significat: fulmine inquinatus erat, i. e. turbidus; deinde Lobeckium *Pathol.* p. 88 laudat, cui πεπάλακτο = ἐπέπληκτο. Quod ad verbi significationem attinet, Schneidero cum Kuipero concedo flumen turbidum esse factum; sed longe malo cum Lobeckio intelligere flumen fulmine ictum fuisse ac proinde tardigradum fuisse. Quod si probabitur, nonne verius fuerit πεπάταχτο? Habemus apud Homerum formam ἐκπεπαταγμένος *Odyss.* σ 326. Id solum miror non multos alios ante me in eam suspicionem incidisse, cum praesertim Lobeckius ἐπέπληκτο interpretatus sit. Nec sane Asopus βαρύγουνος factus est quoniam aqua turbida erat, sed postquam fulminis ictu debilitatus fuit.

Digitized by Google

Ibid. vs. 89:

μήπω, μή μ' ἀέκοντα βιάζεο μαντεύεσθαι.

Solent Graeci: μή, μήπω. Exempla ubique prostant.

Ibid. vs. 98:

εὐαγέων δὲ καὶ εὐαγέεσσι μελοίμην.

Conferunt interpretes personatum Theocritum XXVII 30:

αὐτὸς δ' εὐαγέοιμι καὶ εὐαγέεσσιν ἄδοιμι.,

quae notabilis συνέμπτωσις est, cf. Kuiper. p. 132. Nec tamen Schneiderus propterea proponere debuerat εὐαγέοιν. Perperam quoque idem cum Nauckio frgmt. 291 rescripsit: ἔχοιν δέ τι παιδὸς ἐφολκόν. Ostendisse mihi videor *Mnem.* 1881 p. 99 optativos in -οιν, qui hic illic ab doctis viris in textum illati fuerunt, ad unum omnes commenticios esse nullaque fide dignos. Nondum vidi qui me refelleret.

Ibid. vs. 140. Mars concutit arma et omnia fragore resonant: τοῖος γὰρ ἀπ' ἀσπίδος ἔβραμεν ἦχος. Edebatur olim cum deterioribus codicibus ἔβραχεν, sed vere Schneiderus p. 282 observavit βραχεῖν dici solere de rebus, quae strepitum edant, non de strepitu ipso. Mox ipse Callimachus vs. 144:

θερμαῦσραί τε βρέμουσιν ὑΦ' Ἡφαίσοιο πυράγρῃ.

„Aoristum autem alibi non lectum non corrigendum quisquam sed notandum esse putabit." Sic vere Schneiderus, nec tamen minus me legere memini *Hymn.* III 245: ἔδραμε δ' ἠχὼ Σάρδιας, ut plane non habeam inter tres aoristos quem praeoptem.

Ibid. vs. 185. Hic locus admodum memorabilis est de Gallico tumultu. Barbari partim in ipsa Graecia caesi fuerunt eorumque scuta Delphis in templo suspensa sunt; pars quaedam in Aegyptum transiit ibique postquam dolo circumventi fuerunt, itidem scuta in perpetuam rei memoriam asservata sunt. Apollinis in utero matris verba sunt vaticinantis:

τέων αἳ μὲν ἐμοὶ γέρας, αἳ δ' ἐπὶ Νείλῳ
ἐν πυρὶ τοὺς Φορέοντας ἀποπνεύσαντας ἰδοῦσαι
κείσονται, βασιλῆος ἀέθλια πολλὰ καμόντος.

Hoc alibi nusquam traditur itaque quantivis pretii sunt Scholiastae verba: ὀλίγων οὖν περιλειΦθέντων (ἐν ΔελΦοῖς Κελτῶν) Ἀντίγονός τις Φίλος τοῦ ΦιλαδέλΦου Πτολεμαίου, προξενεῖ αὐτοὺς

Digitized by Google

αὐτῷ ὥϛε ἐπὶ μισθῷ ϛρατεύεσθαι. καὶ γὰρ ἔχρηζεν ὁ Πτολεμαῖος τούτου τοῦ ϛρατεύματος. οἱ δ' ὁμοίως ἠβουλήθησαν καὶ τοῦ Πτολεμαίου διαρπάσαι τὰ χρήματα. γνοὺς οὖν συλλαμβάνει αὐτοὺς καὶ ἀπάγει πρὸς τὸ ϛόμιον τοῦ Νείλου τὸ λεγόμενον Σεβεννυτικόν καὶ κατέκλυσεν αὐτοὺς ἐκεῖ. Memorabilis est lectio Parisini codicis scriptura κατέκαυσεν, quam Schneiderus recte reiecit: „hoc", inquit, „ne quem transversum agat, moneo videri hanc coniecturam hominis parum perspicacis esse, qui κατακλύζειν putabat repugnare πυρὸς mentioni a Callimacho factae. At parum ille attendebat ad participium aoristi ἀποπνεύσαντας, quo non significatur scuta vidisse dominos ἐν πυρὶ morientes, sed mortuos illos esse in flumine ac deinde scuta eos vidisse in rogum illatos." Contuli equidem Pausaniam I 7. 2, ubi sermo fit de bello quod Ptolemaeus Philadelphus gessit adversus Magan fratrem suum uterinum qui Cyrenaicam tenebat: ἡνίκα παρεσκευάζετο ἀπιόντα ἀμύνεσθαι Μάγαν, ξένους ἐπηγάγετο καὶ ἄλλους καὶ Γαλάτας ἐς τετρακισχιλίους· τούτους λαβὼν ἐπιβουλεύοντας κατασχεῖν Αἴγυπτον, ἀνήγαγε σΦᾶς ἐς νῆσον ἐρήμην διὰ τοῦ ποταμοῦ· καὶ οἱ μὲν ἐνταῦθα ἀπώλοντο ὑπό τε ἀλλήλων καὶ τοῦ λιμοῦ. Hinc sequi dixeris in scholio scribendum esse: καὶ κατέκλεισεν αὐτοὺς ἐκεῖ, quam coniecturam Kuipero probavi *Mnem.* 1891 p. 67. Si Galli in flumine periissent — sed vide ἐπὶ Νείλῳ scriptum, non ἐνὶ Νείλῳ — etiamsi fortasse cadavera in ripam eiecta forent, scuta tamen fluctibus hausta fuissent neque ea rex recuperavisset. Sic Simois correpta sub undis scuta virum galeasque et fortia corpora volvit, ut apud Virgilium est. Res in aperto est: dolo malo, vel si hoc mavis iusto proelio in terra continenti Galli superati fuerunt; cadavera rogo imposita sunt et scuta, postquam circumcirca in triumphum ducta sunt, in templo sunt reposita. Sed quoquo te verteris ἀσπίδες illae ἰδοῦσαι nimis ridiculae sunt. Quis *oculatum scutum* umquam ausus est dicere?

Ibid. vs. 238 de Iride legimus:

οὐδέ ποτε ζώνην ἀναλύεται οὐδὲ ταχείας
ἐνδρομίδας· μή οἵ τι καὶ ἀlΦνίδιον ἔπος εἴπῃ
δεσπότις.

Nonne verum est ἤν οἵ τι? Metrum certe non obstat.

Digitized by Google

Hymn. V, Lavacr. Min. 12:

ἐΦοίβασεν δὲ παγέντα
πάντα χαλινοΦάγων ἀΦρὸν ἀπὸ ϛόματος.

Mire dictum; quidni χαλινοδάκων?

Ibid. vs. 22:

Κύπρις δὲ διαυγέα χαλκὸν ἑλοῦσα
πολλάκι τὰν αὐτὰν δὶς μετέθηκε κόμαν.

Incongruum est iungere adverbia πολλάκι et δίς. Contuli equidem *Hymn.* I 44:

τουτάκι τοι πέσε, δαῖμον, ἄπ' ὀμΦαλός.

Hymn. V 116:

ἀλλ' αὐταὶ τὸν πρὶν ἄνακτα κύνες
τουτάκι δειπνησεῦντι.

Hymn. VI 32:

τουτάκις ἀ χείρων Ἐρυσίχθονος ἅψατο βωλά.

Vides quid suspicer.

Hymn. VI, in Cererem, vs. 45:

κατωμαδίαν δ' ἔχε κλᾶδα.

Video esse qui hoc minus intelligant, quum tamen in India Orientali nulla matrona sit quae matutino tempore non idem quotidie faciat, dum properat ad „dispensanda" ea quibus ad victum opus est. Heckerus hoc ignoravit et in alia omnia abiit. Graevius iam laudarat Isaiam XXII 22: καὶ δώσω αὐτῷ τὴν κλεῖδα οἴκου Δαυὶδ ἐπὶ τῷ ὤμῳ αὐτοῦ καὶ ἀνοίξει καὶ οὐκ ἔϛαι ὁ ἀποκλείων καὶ κλείσει καὶ οὐκ ἔϛαι ὁ ἀνοίξων.

Ibid. vs. 56:

εἶπεν ὁ παῖϛ, Νέμεσις δὲ κακὰν ἐγράψατο Φωνάν.

Invenerit hoc ipsum Nonnus in suo Callimachi codice, sicuti Schneiderus autumat p. 379, sed nimis ridicula scriptura est. Correctum fuit ἐδράξατο vel ἐπεμάξατο· equidem incideram in ἐκδέξατο.

Ibid. vs. 89:

ἤσθιε μυρία πάντα· κακὰ δ' ἐξάλλετο γαϛήρ
αἰεὶ μᾶλλον ἔδοντι.

Digitized by Google

Quae μυρία πάντα intelligenda sint, cum cura suscepi ostendere *Mnem.* 1880 p. 250, 1885 p. 65 et 1899 p. 192; sed maior oritur dubitatio circa illud ἐξάλλετο, quod omnibus displicuit necdum verum repertum fuit. Equidem commendabo: ἐξαίνετο.

Epigr. 3:

Τίμων μισάνθρωπος ἐνοικέω· ἀλλὰ πάρελθε
οἰμώζειν εἴπας πολλά, πάρελθε μόνον.

Inelegantер πάρελθε iteratum est; corrigam:

ἀλλ' ἀπάτερθε
οἰμώζειν εἴπας πολλά, πάρελθε μόνον.

Fragment. 37:

ἢ μᾶλλον χρύσειον ἐπ' ὀΦρύσιν ἱερὸν ἰχθύν
ἢ πέρκας ὅσα τ' ἄλλα Φέρει βυθὸς ἄπλετος ἅλμης

Malo: ὅσα τ' ἄλλα τρέΦει.

Ridicula est populi Milesii acclamatio, quam servavit Apollodorus Corcyraeus itemque Callimachus memoravisse videtur, fragmentum est 75:

βέδυ, ζάμψ, χθώ, πλῆκτρον, σΦίγξ,
κναξβί, χθύπτης, Φλεγμώ, δρόψ.

De hoc loco Bentleius egit ad Malalam p. 47 et ad Phalarin p. 132 Ed. Lenn. Versus sunt satis recentes, quorum uterque viginti quatuor elementis literarum constabat, sed in altero versu deest τὸ Z. Olim scribebatur κναξζβί, quod humano ore ne potest quidem efferri; legendum est: χθύπτζης, sed res tanti non est. Fuisse autem olim qui insulsum lusum ad Thespidis tempora referrent!

Fr. 134:

ἄσυρον ἐκτίσσαντο, τὸ μὲν Φυγάδων τις ἐνίσποι
Γραικός, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας.

Imo: τό κεν Φυγάδων τις ἐνίσποι.

Fr. 1036:

καὶ γὰρ ἐγὼ τὰ μὲν ὅσσα καρήατι τῆμος ἔδωκα
ξανθὰ σὺν εὐόδμοις ἄκρα λίπη σεΦάνοις,

Digitized by Google

ἄπνοα πάντ' ἐγένοντο παραχρῆμ', ὅσσα τ' ὀδόντων
ἔνδοθι νειαίρην τ' εἰς ἀχάριστον ἔδυ,
καὶ τῶν οὐδὲν ἔμεινεν ἐς αὔριον, ὅσσα δ' ἀκουαῖς
εἰσεθέμην, ἔτι μοι μοῦνα πάρεσι τάδε.

Languet illud μοῦνα· eleganter rescribi poterit οὖλα.

Fr. 110:

τοὔνεκα καὶ νέκυες πορθμήιον οὔ τι Φέρονται
μούνῃ ἔνι πολίων.

Absonum est verbum medium; scribe Φέρουσι vel, quod multo lenius: Φέροντι.

Fr. 134: οὐχ ὧδ' ἐμόγησαν
ἐλπίδες, ὥς' ἐχθρῶν συμμαχίας καλέσαι.

Illud ἐμόγησαν non intelligo; satis convenit ἐμάτησαν. Similiter fr. 487: ἀρχόμενοι μανίην ὀξυτάτην ἔχομεν, primum dixerim locum non esse valde accommodatum ad id probandum quod agit Choeroboscus, qui locum laudavit; praeterea dum furimus, non ἔχομεν μανίαν, sed μανία habet nos. Conieci: ματίην ὀξυτάτην ἔχομεν.

Fr. 231 docet Antigonus de Mirabilibus τὸν αἴγιθον αἶγα θηλάζειν προσπετόμενον, ὅθεν καὶ τὴν προσηγορίαν εἰληφέναι· τὸν δὲ μασόν, ὅθεν ἂν ἑλκύσῃ, ἀποτυφλοῦσθαι. Ultimum vocabulum non intelligo; nonne praestat ἀποσιφλοῦσθαι?

Amstelodami,
d. 14 m. Dec. 1904.

CICERO.

Cic. Verr. IV. 55: *Pugna erat equestris Agathocli regis in tabulis picta, iis autem tabulis interiores templi parietes vestiebantur. Nihil erat ea pictura nobilius, nihil Syracusis, quod magis visendum putaretur.*

In his verbis interpolatis narratio male interrumpitur, sc. *iis autem tabulis interiores templi parietes vestiebantur*, quae, ab homine ἀρχαιολογίας studioso olim in margine adnotata, postea falso inserta esse videntur. P. H. D.

Digitized by Google

AD LIBRUM DE BELLO AFRICANO.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

C. 8. 1: „Caesar interim in Sardiniam nuntios cum litteris et in reliquas provincias finitimas dimisit, ut sibi auxilia commeatus frumentum simulatque litteras legissent, mittenda curarent."

Schneider [1]) monens auxilia hoc loco significare non posse copias auxiliares cl. C. 24. 3, pro frumentum edidit frumentique. Potius credo vocabulum tamquam glossema delendum esse, quandoquidem utriusque vocabuli apud nostrum significatio prorsus eadem est. Cf. C. 21 i. f.: „classes circum insulas portusque disposuit, quo tutius commeatus supportari posset"; C. 24. 3: „gravi annona sunt conflictati, ideo quod nondum neque ab Sicilia neque ab Sardinia commeatus supportatus erat."

C. 14. 1: „subito adversariorum equitatus sese extendere et in latitudinem promovere collesque complecti et Caesaris equitatum extenuare simulque ad circumeundum comparare se coeperunt."

Schn. qui pro promovere probabiliter porrigere dedit, lectionem extenuare ferri non posse iure observat neque aliter Wölfflin censuit; altera lectio extenuari, quam Schn. quamvis asteriscis cinctam exprimendam curavit, vix melior

1) Bellum Africanum, herausgegeben und erklärt von Rudolf Schneider, Berlin 1905.

Digitized by Google

esse videtur. Si quid video, contextus rerum flagitat exsuperare. Labieni equites, numero superiores, primum se extendunt et in latitudinem porrigunt, quo facto complectuntur colles atque Caesaris equitatum exsuperant (overvleugelen), quem iamiam circumventuri sunt.

C. 18. 4: „Caesarisque equites iumenta ex nausea recenti, siti, languore, paucitate, vulneribus defatigata ad insequendum hostem perseverandumque cursum tardiora haberent."

Editores paucitate, quod W. tamquam male additum uncinis inclusit, Schn. asteriscis saepsit, iniuria suspectum habent. Scripturam tuetur C. 15. 2, ubi haec leguntur: „Equitatus interim Labieni suorum multitudine confisus Caesaris paucitatem circumire non cunctatur: atque equites Iuliani pauci multitudine hostium defessi equis convulneratis paulatim cedere." Nimirum ut equites hostium multitudine defessi, ita equi sua ipsorum paucitate defatigati dici possunt. Nempe sitis et languor e recenti navigatione — ipsorum paucitas et vulnera e proelio modo facto lassitudinis atque tarditatis causae fuerunt.

C. 18. 4: „cohortatur, ut uno ictu contenderent neque remitterent, donec ultra ultimos colles hostes reppulissent atque eorum essent potiti. Itaque signo dato ‹in› hostes iam languide tela neglegenterque mittendi, subito immittit cohortes turmasque suorum."

Haec Schn. dedit pro varia codicum mss. scriptura iam hostes iam — iam hostes — cum iam hostes — hostes iam, qua varietate adducor ut hostes e versu superiore in hoc versu male repetitum esse credam, legendum vero:

„Itaque signo dato iam languide tela neglegenterque mittendi" e. q. s.

C. 19. 3: „quippe qui idcirco nimium sibi confideret, primum, quod audierat ad Romam legiones veteranas dissentire neque in Africam velle transire, deinde, quod" e. q. s.

Schn. verba idcirco nimium refinxit e servatis verborum reliquiis in illorum — illorum — non illorum. Ad scripturae traditae similitudinem propius accedere puto lectionem

Digitized by Google

meam: „quippe qui initio mirum sibi confideret." Cf. C. 97. 3: „initio per dissensionem principum societatem cum Iuba inierant." Quod ad Romam editor scripsit pro romae (in ac romae π litterae ac haud dubie e dittographia natae sunt, cum antecedat audierat), ita eum non librarium, sed ipsum scriptorem correxisse opinor.

C. 22. 4: „Atque ille non ita amplis rebus patris gestis neque tam excellenti dignitate [maiorum] parta neque tantis clientelis nominisque claritate praeditus in rempublicam est ingressus."

Vocabulum, quod uncinis saepsi, tamquam lectoris additamentum delendum censeo, qui cum voc. dignitate ad patris pertinere non perspiceret, illi quoque suum genitivum deberi credidit. At vero, credo, maiores haud ita multo plures filio quam patri sunt. Ceterum tam locus incertus, quem in codd. mss. vox obtinet (maiorum dignitate — dignitate maiorum), quam verba, quae continuo sequuntur: „Tu contra et patris nobilitate et dignitate ..... praeditus," rem comprobant.

C. 26. 5: „Atque ipse in tanta erat festinatione et exspectatione, ut postero die, quam misisset litteras nuntiumque in Siciliam, classem exercitumque morari diceret, dies noctesque oculos mentemque ad mare depositos derectosque haberet."

Post verbum diceret excidisse videtur: et, ut in C. 28. 2 post esset excidit et a Schn. repositum est.

C. 29. 1: „Turmae interim equitum, quae pro vallo in stationibus esse solebant ab utrisque ducibus, cotidie minutis proeliis inter se depugnare non intermittunt."

Schn. verbo conlocatae ante esse inserendo — Nipperdey verbis ab utrisque ducibus secludendis locum restituere conatus est. Cl. C. 21. 2: „Opera interim ipse cotidie circumire et alteras IIII cohortes in statione habere propter hostium multitudinem" librarium in compendio explicando errasse suspicor atque scribendum: „quae pro vallo in stationibus haberi solebant ab utrisque ducibus."

Digitized by Google

C. 32. 1: „Scipio ..... de terrore [suo] desperationeque exercitus Caesaris facit verba et cohortatus suos victoriam propriam se iis brevi daturum pollicetur."

Vocabulum, quod uncinis inclusi, inducendum est tamquam e versu inferiore hoc loco male repetitum et post ita mutatum ut cum ablativo terrore conveniret.

Numidae Gaetulique cotidie e Scipionis castris diffugientes partim in Iubae regnum se contulisse, partim in Caesaris castra catervatim perfugisse dicuntur. Sequuntur deinde haec:

C. 32. 4: „Quorum ex numero electis hominibus inlustrioribus Gaetulos et litteris ad suos cives datis cohortatus, uti manu facta se suosque defenderent, neu suis inimicis adversariisque dicto audientes essent, dimittit."

Editores fere Morum sequuntur, qui primus nomen Gaetulos seclusit. At nescio an traiciendum sit post cohortatus, quo facto haec evadet sententia: „Quorum ex numero homines elegit illustriores et litteras iis dat ad suos cives, quibus litteris cohortatur Gaetulos, uti ..... essent." Cf. C. 55. 1: Gaetuli interim perfugae, quos cum litteris mandatisque a Caesare missos supra docuimus, ad suos cives perveniunt."

C. 33. 1: „legati Achulla ..... ad Caesarem veniunt seque parato, quaecumque imperasset, et libenti animo facturos pollicentur; tantum orare et petere ab eo, ut sibi praesidium daret, quo tutius id et sine periculo facere possent: se et frumentum et, quaecumque res ei suppeteret, communis salutis gratia subministraturos."

Schn. iter et pro id et scripsit, at locum optime se habere demonstrant

C. 35. 4: „quo id sine periculo minus faceremus impediebamur."

C. 36. 2: „legati interim ex oppido Thisdra ..... ad Caesarem venere, quantaque copia frumenti apud se sit, docent simulque orant, ut sibi praesidium mittat, quo facilius et frumentum et copiae suae conserventur."

C. 51. 4: „et si qui perfugere vellent, id quod antea saepe

Digitized by Google

acciderat magno cum eorum periculo, tum facile et sine periculo fieret."

C. 74. 1: „Legati interim ex oppido Vaga ..... veniunt; petunt et obsecrant, ut sibi praesidium mittat: se res complures, quae utiles bello sint, administraturos."

Ex hoc loco vel maxime patet, legatos praesidium non petivisse, quo se tuerentur in itinere sed ut Caesaris imperata sine periculo exsequi possent, nec non in sequentibus videmus, datum praesidium C. Messio duce revera Achullam profectum esse ad urbem a Considio Longo defendendam.

C. 37. 3: „Inde parvula proclivitate degressus sinistra parte [campi] propter mare legiones ducit. Hic campus mirabili planitie patet milia passuum XV."

Vocabulum uncinis inclusum delendum est. De campo enim illo ante mentio facta est nulla. Lectorem, qui locutionem sinistra parte legiones ducere non bene intellexerit atque in vocc. hic campus non viderit, hic adverbium loci — non pronomen demonstrativum esse, illud inseruisse suspicor. Cf. C. 75 i. f.: „Labienus per iugum summum collis dextrorsus procul subsequi non destitit."

C. 46. 1: „Scipio ..... adnuit centurionibus, quid fieri vellet, atque ante pedes centurionem interficit reliquosque veteranos a tironibus iubet secerni."

Ut interfici scribatur tam ratio monet quam C. 4. 4: „deinde in conspectu suo statim captivum interfici iubet" et C. 64. 2: „quem ob periurium perfidiamque Caesar iussit necari."

C. 47. 4: „In Africa autem non modo sibi quicquam non adquisierant aut paraverant, sed etiam propter annonae caritatem ante parta consumpserant."

Negatio non ante adquis. in codd. TV et in omnium vetustissimo (S) deest, qua de causa W. nihil scribere maluit post verba non modo atque permultis exemplis e compluribus poetis ac scriptoribus allatis ostendit nihil quicquam saepis-

Digitized by Google

sime copulari. At tamen non facilius excidere potuisse credo, non vero post quicquam, ubi nunc fere legitur, sed post non modo: ipsam vocabuli repetitionem omissionis causam fuisse puto, ut fuit C. 58. 3: „non sine ratione non", ubi Aldus alterum non restituit.

Ineunte capite 48 Iuba rex, a Scipione evocatus, cum grandi copiarum numero e regno suo ad eum profectus esse traditur. In hac narratione Schneiderum asteriscis verbis secum ipse et ac terrore Caesaris appositis significasse, locum sibi corruptum videri, valde miror, quoniam Oudendorpium locum probabiliter restituisse mihi quidem persuasum est (adderet — exercitui; de verbis ac terrore dubito: fortasse melius scribitur a terrore). Sed ad rem! Iuba igitur, postquam ad Scipionem pervenit, haud procul ab eo consedit. Iam haec sequuntur:

C. 48. 3: „Erat in castris Caesaris superiore tempore magnus terror, et expectatione copiarum regiarum exercitus eius magis suspensiore animo ante adventum Iubae commovebatur; postquam vero castra castris contulit, despectis eius copiis omnem timorem deponit."

Nomen Iubae in codice S abest idque iure, opinor, nam ad voc. adventum, quod haud dubie ad verba copiarum regiarum in versu superiore spectat, regis nomen ferri posse nego. Non tamen prorsus id inducere sed in versu sequenti ponere velim sc. ante verbum contulit, unde propter verborum commovebatur et contulit initia similia nomen male traiectum esse arbitror. Pro iis igitur, quae W. scripsit: „Iubae si cum cod. A (i. e. Schn. cod. S) deleveris, in sequentibus scribendum erit: postquam vero ‹rex› castra castris contulit", ego malim: „si cum codice vetustissimo Iubae deleveris, in sequentibus id ita reponas: postquam vero castra castris ‹Iuba› contulit."

C. 49. 1: „Caesar postquam animadvertit Scipioni auxilia [fere], quae exspectasset, omnia convenisse neque moram pugnandi ullam fore," e. q. s.

Vocabulum, quod uncinis inclusi, deleatur quippe quod e dittographia sequentis *fore* natum ab hoc loco quam alienissi-

Digitized by Google

mum sit. Neque aliter monet codicum dissensio, qui praebent: fere — ferre — fore.

ibid.: „Caesar .... per iugum summum cum copiis progredi coepit et bracchia protinus ducere et castella munire propiusque Scipionem capiendo loca excelsa occupare contendit."

W. verbum capiendo uncinis inclusit, Schn. verbum occupare obiectum requirere contendens quod satis certo reperiri non posset, lacunae signum post id verbum collocavit. At loca excelsa verbi occupare esse obiectum, totus narrationis contextus me quidem docet; corruptelam igitur latere puto in scriptura capiendo atque conicio: „propiusque Scipionem copi‹as admov›endo loca excelsa occupare contendit." Cf. C. 51. 3: „Id hac ratione opus instruebat, ut, cum propius urbem copias admovisset oppugnareque coepisset," e. q. s.

C. 52. 5: „Interim incredibiliter ex legione IIII et VI Scipionis milites diffugere partim in castra Caesaris, partim in quas quisque poterat regiones pervenire; itemque equites Curioniani diffisi Scipioni eiusque copiis complures se eodem conferebant."

In hisce ordinem turbatum coarguunt:

a. adverbium eodem, quod non ad verbum regiones referendum est, ut e verborum ordine nemo non colligat, sed castra Caesaris denotat, ut recte Schn. observat; *b.* quod verbum diffugere ad in quas quisque poterat regiones apte dici potest — pervenire autem ad illa minime, optime vero ad loci certi notionem, qualis est in verbis in castra Caesaris; *c.* quod verbum diffugere cum vocabulo castra coniungi non licet, ut Nipperdey et W. fecerunt, sed cum substantivo tantum quod vere plurali numero positum est. Est haec Schneideri acuta observatio.

Fuit Wölfflini medendi ratio, ut pervenire, tamquam a grammatico additum, secluderet — Schneideri, ut copulam et post diffugere insereret, qua recepta manent difficultates, quas modo sub *a.* et *b.* indicavi.

Verba partim in quas quisque poterat regiones de loco suo deturbata esse dico, ita vero locum ordinandum:

Digitized by Google

„Interim incredibiliter ex legione IIII et VI Scipionis milites partim in quas quisque poterat regiones diffugere, partim in castra Caesaris pervenire; itemque equites Curioniani diffisi Scipioni eiusque copiis complures se eodem conferebant."

C. 56. 1: „Caesar bracchiis perfectis promotisque usque eo, quo telum ex oppido adigi non posset, castra munit, ballistis scorpionibusque crebris ante frontem castrorum contra oppidum conlocatis defensores muri deterrere non intermittit eoque quinque legiones ex superioribus castris deducit."

Eoque .... deducit! An in oppidum? Fabulae: in sua castra scilicet modo posita ac perfecta. Ergo tam hanc ob causam quam propterea quod copias prius in castra deducere necesse est quam inde ballistis scorpionibusque hostes de moenibus eorum depellere liceat, verba eoque quinque legiones ex superioribus castris deducit post verba castra munit traicienda puto. Verborum munit, deducit, intermittit exitus similes effecisse suspicor ut scribae oculi ab altero ad alterum aberraverint.

C. 58. 2: „Caesar item producit copias celeriterque iis instructis ante suas munitiones, quae erant in campo, constituit, sine dubio existimans" e. q. s.

Schn. recte monuit hoc loco verbum constituit significare debere: „er liess Halt machen", hac vero significatione verbo semper fere addi solere obiectum, qua re motus ille signa inseruit. Quidni potius legimus: consistit? De Caesaris enim adversariis modo legimus § 1: „non longe a Caesaris castris aciem constituunt atque ibi consistunt," in quibus aciem constituere idem valere necesse est quod loco nostro copias instruere: mirum igitur videretur, si post pauca verba scriptor verbo constituendi usus esset significatione prorsus diversa. Accedit quod verbi consistere apud nostrum usus frequentissimus est. Cf. C. 6. 2, C. 30. i. f., C. 31. 1, C. 42. 1, C. 44. 3, C. 45. 3 („eiusque exercitum .... adversus armatusque consistam?"), C. 71. 4 („simulatque .... constiterat in eosque impetum fecerat"), C. 75. 1 („in acie constitit"), C. 77. 3

Digitized by Google

(„itaque cum his copiis et omnibus legionibus eductis, sicut erat instructus .... constitit in campo"), C. 78. 5, C. 85. 6.

C. 59. 5: „Praeterea Numidas levisque armaturae infinitam multitudinem ad dextram partem suae aciei opposuerat .... longiusque ab adversariorum suisque copiis promovebat, id hoc consilio, ut, cum acies duae inter se concucurrissent, initio certaminis paulo longius eius equitatus circumvectus ex improviso clauderet multitudine sua exercitum Caesaris atque perturbatum iaculis configeret."

W. annotavit: eius equitatus = suus. Non credo. De Scipionis equitatu sermo fuit in § 4, hoc loco de Iubae equitibus agitur, quod insuper comprobant verba: Numidas levisque armaturae infinitam multitudinem verbis suae aciei et suisque copiis haud dubie opposita, nec non C. 61. 2: „subito universus equitatus ulterior Numidarum Gaetulorumque sine frenis ab dextra parte se movere .... coepit, frenatus autem Labieni eques in loco permanere legionesque detinere." Quae cum ita sint neque regis nomen in antecedentibus occurrat, pro 'eius equitatus' scribas quaeso: 'regius equitatus.' Cf. Schneideri nota ad C. 68. 4: „Um des Königs Eigentum zu bezeichnen, braucht der Verf. stets das Adjektivum" et loci, qui ad C. 92. 4 ab eodem afferuntur, sc. C. 8. 5: „regium enim equitatum Scipio ex provincia Africa alebat" et C. 56. 3: Gaetuli ex equitatu regio nobiliores."

Obiter moneo, verba initio certaminis glossae speciem prae se ferre eorum quae proxime antecedunt: „cum acies duae inter se concucurrissent."

C. 65. 4: „ipse cotidie existimans Caesarem eadem saepe frumentandi gratia commeaturum .... considit."

Quod Schn. in apparatu critico annotat, Wölfflinum in his saepe inclusisse, fallitur, cum non hoc loco, sed sequenti capite ineunte id vocabulum delendum censuerit. Quem ne sequamur, locus noster admonet, nam ut C. 66. 1 cotidiano — saepe, sic hoc loco cotidie — saepe iuxta collocata sunt.

Digitized by Google

C. 71. 3: „quia et equites deterrebat proelium inire propter equorum interitum, [quod eos iaculis interficiebat,] et legionarium militem defatigabat propter velocitatem."

Ut verba, quae uncinis saepsi, interpretatori reddantur, qui ita verba propter equorum interitum illustrare voluerit, tam sententiae concinnitas imperat quam C. 70. 1: „equitatu suo propter equorum interitum ab extremo agmine remoto legiones in vicem ad extremum agmen evocabat."

Interpretamenta eiusdem generis duobus locis aliis indicabo, sc. C. 73. 2: „contra Gallos, homines apertos minimeque insidiosos, [qui per virtutem, non per dolum dimicare consuerunt]" et C. 85. 4: „Qui postquam ad ea castra, quae petebant, perfugerunt, ut refecti castris rursus sese defenderent ducemque aliquem requirerent, quem respicerent, [cuius auctoritate imperioque rem gererent]: postquam animadverterunt" e. q. s.

C. 76. 1: „Postquam Caesar ad oppidum Sarsuram venit, inspectantibus adversariis interfecto praesidio Scipionis, cum suis auxilium ferre non auderent, fortiter repugnante P. Cornelio, evocato Scipionis, qui ibi praeerat, atque a multitudine circumvento interfectoque oppido potitur."

Verba inspectantibus adversariis cum male nunc separata sint a sententia causali cum suis auxilium ferre non auderent, dubium non est, quin verba interfecto praesidio Scipionis transponenda sint ante ablativum absolutum inspectantibus adversariis.

C. 77. 3: „Eodem tempore ex legionibus omnibus milites.... ad milia IIII, equites CCCC, funditores sagittariique mille uno commeatu Caesari occurrerunt."

Quod Schn. quarto scripsit pro lectione tradita uno, temere eum scripsisse puto. Verum id quidem, quod annotavit, quartum fuisse commeatum, sed hoc nihil ad rem de qua nunc agitur; codices cum ad unum omnes uno exhibeant, non primo, scriptorem significare voluisse satis constat, tantam militum, equitum, funditorum, sagittariorum multitudinem nihilominus uno commeatu, i. e. una, in Africam transiisse.

Digitized by Google

C. 83. 2: „A dextro interim cornu funditores sagittariique concita tela in elephantos [frequentes] iniciunt. Quo facto bestiae stridore fundarum, lapidum perterritae sese convertere et suos post se frequentes stipatosque proterere" e. q. s.

Vocabulum a me inclusum — codd. mss. partim frequentes, partim frequenter praebent — e dittographia vocabuli, quod in versu proximo est, ortum videtur.

C. 83. 4: „Item Mauri equites, qui in eodem cornu elephantis erant praesidio, deserti principes fugiunt."

Schn. verba deserti principes corrupta putat „principes wird erklärt 'sie ergriffen zuerst die Flucht'; dem widerspricht jedoch item .... fugiunt, und deserti gibt keinen Sinn."

Nimirum lectori medii aevi haec verba debentur, qui de Maurorum equitum fuga inconsulta ac praecipitata cum legeret, facere non potuit quin cum irrisione acerba ascriberet: deserti principes! i. e. reges illi solitudinis!

AD HOMERI X 126 sqq.

Omnes memoria tenemus Hectoris Achillem manentis verba:

οὐ μέν πως νῦν ἔστιν ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης
τῷ δαριζέμεναι ἅ τε παρθένος ἠίθεός τε,
παρθένος ἠίθεός τ' δαρίζετον ἀλλήλοιιν.

De quibus multi multa disputarunt: obscura esse omnes concedunt. Quid si ad litteram nec nisi contextus ratione habita sic vertamus: *„non ex arbore neque e rupe cum eo confabulari licet nunc, qualia virginum cum iuvenibus solent esse colloquia"*. Puella, quam persequitur amator, audaciam virilem verita e tuto loco, eminus cum eo verba serit: — mihi cominus alloquendus est qui in me irruit.

Haec simplicia et apta videntur; si vero ita — quod fieri solet — hos versus interpretari conamur ut gentis humanae ex arboribus saxisve prognatae respiciatur origo, nihil prodit quod possit intellegi.

v. L.

Digitized by Google

HOMERICA.

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

(*Continuantur e pag.* 223.)

XXVII.

DE HEROUM HOMERICORUM CURRIBUS BELLICIS.

„Es giebt keine bessere Probe auf die Richtigkeit einer sachlichen Erklärung homerischer Bezeichnungen und Schilderungen, als die Beleuchtung, die durch sie die Gleichnisse gewinnen." REICHEL.

In capite proximo vidimus Helenam versus moenia properantem

ἵνα θέσκελα ἔργα ἴδοιτο
Τρώων θ' ἱπποδάμων καὶ Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων [1]).

Neque est quisquam nostrum quin Iliadis partem illam dulcissimam probe teneat memoria. Vivunt illic omnia, vivunt singula verba, nihil temere dictum, sed magno poeta digna sunt omnia.

Ergone et suam sibi vitam illic vivunt epitheta, quibus Troum Achivorumque illustrata sunt nomina?

Ineptus fere mihi videor tale quid rogans. Nam hoc si rogandum videtur, id quoque rogetur coloribusne scientes utantur pictores, lucemne ab umbra, viride pigmentum a rubro distin-

1) Γ 130 sq., cf. vs. 251 et Θ 71.

Digitized by Google

guant illi. Fuit quidem nuper qui spisso libro sibi — fortasse et aliis — probasse videretur eo oculorum morbo cunctos laborasse Graecos quotquot fuerunt ut caeruleum colorem a luteo discernere non possent; cras fortasse surget qui Rembrandtio lucem caliginis instar fuisse demonstratum eat vel Archimedem miscuisse quadrata rotundis. Sed aegrarum mentium eiusmodi somnia donec pro certis et exploratis habeantur inter philologos, pergemus opinor putare vates priscos scivisse quid dicerent et cur id dicerent, non temere iactasse quicquid in mentem veniret, sed sollerter duxisse lineamenta imaginum quas exhibituri erant et suis luminibus coloribusque temperasse.

Quod si firmiter persuasum habemus, dubium videri non potest quin is qui in turrim Scaeam deduxit Helenam, ut inde prospectans illa cerneret Troas essedarios et Achivos aere tectos in planitie ante urbis moenia inter se oppositos, neque Achivos bigis vectos mente sibi informaverit neque Troianorum tunicas aere resplendentes [1]). Alterum exercitum ab altero his epithetis distinxit poeta; utrumque ita indicavit ut id ipsum agnosceretur quod proprium sibi haberet. Adspicimus hinc peditum aciem aere fulgurantem, illinc equorum capita micantia. Sic pictor peritus lineis una et altera in tabulam raptim coniectis certi hominis vultum, animal aliquod rarius, locum olim adspectum, non minus clarum e memoriae nostrae latebris evocat subito quam si elaborasset illam imaginem et coloribus exornasset. Pingit poeta cum epitheto aliquo utitur. Viventia dicimus epitheta, quae suo tempore in animo artificis gignit musa; nam si quis epithetis utitur mortuis, — quae ornantia dici solent, — is non poeta est, sed versifex; neque exornat carmen, sed verborum versuumque fucat cadavera [2]). At verus fuit poeta qui ἱπποδάμους vocavit incolas Ilii, verus fuit poeta qui Agamemnonem vocavit ποιμένα λαῶν et ἠύτε ταῦρον ἀγελῇφι μέγ' ἔξοχον πάντων dixit, qui Ulixem κτίλον ὥς ante aciem incedere; quae qui audiunt, ante horum mentem versatur imago regis strenuo

1) A prisca arte abhorrent versus E 180 P 485, ubi et Troiani dicuntur χαλκοχίτωνες. — *Tunicas aereis laminis ornatas* intellegenti Valetoni (Mnemos. 1904 p. 112) assentior (cf. caput sequens).

2) Non loquor nunc de nominum quorundam propriorum epithetis, quae neque pulcra sunt neque languent, sed in nomina propria et ipsa paene abierunt.

Digitized by Google

eodemque gravi ingressu agmen suorum antecedens et in hostes ducens.

Neque est quod miremur, his potissimum adiectivis inter se a poeta distinctos esse Achivos et Troianos. Nam scimus in Troadem Atridas cum copiis suis non curribus vectos venisse, sed ἀλὸς ἵπποις illis, qui equis terrestribus aut nullum praebent locum aut perincommodum. Quos si tamen secum adduxissent principes — nam de his utique solis iam sermo esse potest, et omnino solorum principum in carminibus epicis habetur ratio; copias quoque adesse scimus, certe credimus, non videmus: — bigas igitur si reges Achivorum in bellum trans mare secum duxissent, non tacuissent de ea re cantores, qui iter illud maritimum carminibus celebrarunt, sed aliqua, opinor, νεῶν ἱπποαγωγῶν in secundo Iliadis libro, ut apud Thucydidem Atheniensium expeditionem Siculam describentem, fieret mentio. Et vel sic — ut in Sicilia equitum Atheniensium — perexiguus fuisset numerus equorum Achivorum neque contra creberrima Troianorum esseda [1]) plus hi valuissent quam trecenti illi Niciae equites contra equitum Syracusanorum turmas densissimas; τούτῳ γὰρ μάλιστα προεῖχον ἐκεῖνοι.

Scimus praeterea non eo consilio venisse Agamemnonem ut celeri itinere in Asiae interiora penetraret, sed ut urbem oppugnaret firmis muris munitam marisque orae proximam [2]).

Scimus denique ex Asiae interioris campis inhospitalibus oriundos esse equos [3]), in Asia domitos esse primo, curribus bellicis primos inter homines, quorum quidem memoria ad nos pervenerit, usos esse Assyrios; eo tempore, quo Egypti Arabiaeve incolae equos nondum haberent cognitos, in bellum iis vectos esse reges Mesopotamiae; ex illis regionibus in Aegyptum, in Asiam quam minorem dicimus, tandem in Europam pervenisse currus bellicos. Itaque Europae incolae cum Asiae bellum

1) Cf. Θ 503, 543, 564 Π 370 Φ 16, 521.

2) Digna quae hic afferantur sunt verba Hehnii: „der assyrische König zeigt sich „nicht zu Fuss, auch nicht reitend, sondern immer zu Wagen, ausser bei Belagerungen fester Plätze, wo es der Natur der Sache nach auf Flüchtigkeit der Bewegung nicht ankam" (Kulturpfl.[4] p. 80).

3) „Ein Steppenthier" (Hehn).

Digitized by Google

inferunt, peditum cum turmis equestribus id fore expectamus, quale fuit Israelitarum bellum cum Chanaanitis, quorum invadebant regionem [1]), et potius rogabimus reges Achivorum ullosne equos habuerint quos trans mare in bellum secum ducerent quam cur currus suos domi, ut Pandarus Troianorum socius, reliquerint cum in oras longinquas inirent expeditionem maritimam. Agamemnoni *καὶ ἕνδεκα ἅρματα* stabantne domi, ut Pandaro Zeleae? [2]) esto: — minime tamen mirabimur si non secum traxerit trans mare currens; sed haud ita certum videtur habuisse eum quae secum traheret [3]). Non rogamus igitur qui factum sit ut inter mulos canesque Achivorum in Troadis littus egressorum saevierit pestilentia, equis — quorum mors aliquanto maius damnum dominis illatura erat — pepercerit Apollo. Non percussit deus equos ... qui nulli adessent [4]). Sic in decalogo Israelitae iubentur abstinere a vicini uxore mancipio bove asino: non iubentur ab equis alienis, quippe qui non essent inter domestica eorum animalia.

Firmiter igitur solo innisi Achivi *χαλκοχίτωνες καὶ εὐκνήμιδες* expectant hostium mobilium turmas irruentes. Nam *κέντορες ἵππων* sunt Troiani [5]), sunt *ἵππων ἐπιβήτορες, οἵ τε τάχιστα ἔκριναν μέγα νεῖκος ὁμοίοο πτολέμοιο* [6]). Ipsis nominibus testantur avitum equorum studium. Ut postea Hippiis Hipparchis Hipponicis Hippocratis atque adeo Phidippidi illi quem meminimus

---

1) Ios. XI 4 XVII 16 Iud. I 19 IV 8 V 22, 28.

2) E 193.

3) „Die Griechen sind zu allen Zeiten im wesentlichen Fussvolk gewesen" (Reichel Hom. Waffen² p. 38). — Non obliviscor nunc stelarum Mycenaearum quae bellatores currum agentes ostendunt.

4) „Als ob gar keine Rosse im Lager wären" E. H. Meyer Indogermanische Mythen II, Achilleis, p. 190. — Ad versum K 84 similia possunt annotari.

5) E 102.

6) Identidem suspicatus sum — et quis non suspicetur! — locutionem *ἵππων ἐπιβαίνειν* ceterasque quae sunt huiuscemodi errore aliquo recentiorum ita esse detortas ut *ἵπποι currum* significarent. Non tamen habeo argumenta quibus confirmem hanc suspicionem, in quam ipsa lingua urgemur et cogimur. Inveniet fortasse huius aenigmatis solutionem novus aliquis Reichel. Nam solutio quam ipse Reichel protulit: „man sagte *ἀφ' ἵππων* .... weil die Pferde eben das Charakteristische des Fuhrwerkes waren" (Hom. Waffen² p. 120) vereor ut sufficiat. *Equitesne* fuere Troes in carminibus nostra Iliade vetustioribus, ut Amazones Troum sociae in Aethiopide carmine?

Digitized by Google

τῷ Κικυννόθεν nomen dederunt equi bellatores, quibus praepollebant eorum patres, sic ἀπὸ τῆς ἱπποτροφίας denominati sunt Troiani Hippodamas, Hippodamus, Hippasus, Hippothous, Hippomachus, Hippolochus, Hippotion, Hippodamia, Melanippus, Echepolus [1]), eorumque socii Hippothous, Hippolochus, Euippus [2]).

Nempe egregiis divinaeque adeo stirpis equis gaudet Τίλιος ἠ ἐύπωλος [3]). Ipse pater hominumque deumque Troi gentis Troianae patri praebuit olim ἵππους ἀρίστους ὅσσοι ἔασιν ὑπ' ἠόα τ' ἠέλιόν τε [4]). Dardano prisco regi tria milia equarum erant vento velociorum [5]), quibus ut poteretur Hercules olim urbem cepit [6]); nunc Priamus plurima earum armenta alit Abydi [7]). Huius filius Troilus dicitur ἱπποιοχάρμης [8]), — et nominis proprii id fere est instar; fortissimos autem Troum heroes Hectorem Paridemque levi superboque ingressu per planitiem properantes cui assimulet poeta unum invenit equum luxuriantem [9]), animal illud quod prae ceteris illis carum erat. Non Achillem Antilochumve, non Oilei filium quantumvis pernices ferocesque equis assimularunt poetae epici.

Etiam socii Troianorum Phryges sunt ἱππόμαχοι [10]), αἰολόπωλοι [11]), Lyciorum — id est Phrygum [12]) — rex Lycaon undecim currus habet [13]), Thraces, quos ducit Rhesus [14]), dicuntur ἱππο-

---

1) Δ 458. Alter quidam Echepolus Ψ 296 Sicyonius quidem est Agamemnonis socius, sed ... *Anchisiades* vocatur, e Troade igitur in Graeciam nescio quomodo aberravit. — Fortasse etiam *Lampus Xanthus Pedasus* hic commemorandi sunt, nam et equorum inclutorum haec sunt nomina.

2) »Die meisten" [immo duobus versibus Λ 303 Τ 240 exceptis omnes] »der mit Hippos gebildeten Eigennamen ... fallen den Troern oder Thrakern zu" Meyer l. l. p. 191:

3) Ε 551 sqq.

4) Υ 221—234.

5) Ε 265 sqq.

6) Ε 640.

7) Δ 500.

8) Ω 257.

9) Ζ 506 sqq. Ο 263 sqq.

10) Κ 431.

11) Γ 185.

12) Cf. Δ 90 sq.; Aesepus Phrygiae fluvius ex Ida oriundus est. Aliena hinc est illa quae postmodo ita vocata est regio Lycia procul a Troade dissita.

13) Ε 193.

14) Κ 436, 472 sq.

Digitized by Google

πόλοι [1]), Maeoniae Cariaeque mulieres eburnea ornamenta arte parant maritorum fratrumve equis [2]).

Haec habuerunt prisca carmina rerum pridem gestarum memoriam servantia, multifariam quidem mutatam et exornatam, veri tamen memoriam aliquam. Asia fuit equorum patria, in Asia bellantibus Agamemnonis militibus occursarunt turmae curruum hostilium, quemadmodum multis saeculis post in Clearchi hoplitas irruerunt currus falcati Artaxerxis.

Sed non Ilii expugnationem canit Ilias nostra: canit iram Achillis. Cum Achille heroe Thessalo priscam fabulam quae erat de Troia ab Argivis capta invaserunt multa quae ab ea aliena erant. Thessalia diu ante aevum, quo carmina Homerica condita sunt, bigarum cognitum habuit usum; in Thessaliae campis laetis, apertis, Thraciae vicinis lasciviebant equi quo tempore saltuum Laconicorum incolis vix essent notiores quam Pyrrhi olim „boves anguimani" [3]) fuerunt rusticis Lucanis. Itaque non est quod miremur poetam, qui cecinit Patroclum in hostes irruentem Achillemque mortem amici ulciscentem, non distinxisse Achivos pedites a Troianis essedariis. Tros Phthiusque illi nullo discrimine habentur. Manebat etiamtunc ἱπποδάμοι Troianorum epitheton, sed languescere coeperat et vix etiam erat vitale, cum cuilibet bellatori nobili strenuoque satis haberetur aptum; erat et Diomedes ἱπποδάμος fueratque Tydeus eius pater, erant Nestor eiusque filius Thrasymedes. Dicuntur iam Achivi quoque ταχύπωλοι et κέντορες ἵππων et ἱππόται et ἱππηλάται, — et quidni dicantur? Nam reges, quorum patria ἱπποβότος audiat [4]), domi equis usos esse non est cur negemus; utitur iis Diomedes, utuntur ceteri reges Achivorum, ipse Achilles eiusque sodalis Patroclus ὁ ἱππεὺς καὶ ἱπποκέλευθος equis utuntur immortalibus, venti prole [5]), e communi igitur rerum natura exem-

1) N 4 Ξ 227.

2) Δ 142—145.

3) Lucret. V 1301 etc.

4) Ἄργος ἱπποβότον primitus dictum esse *Thessaliam* acutissima est Busolti suspicio, cui adstipulati sunt Beloch et Cauer (Grundfr. p. 153).

5) Π 150. De *tertio* illo Patrocli equo κρεῖττον σιωπᾶν ἢ μηδὲν λέγειν, itaque id unum nunc observatum esto, duas videri coaluisse fabulas, quarum altera Xanthum Baliumque nosset Achillis equos divinos et fortasse alatos, altera Pedasum Patrocli equum inclutum, ut Agamemnonis Aethen illam vel Arionem Adrasti.

Digitized by Google

tis [1]). Quos perficere id quod Hector fieri posse dixerat [2]), non probaverat [3]), ut urgente nimirum Patroclo cum curru fossam transsiliant [4]), non est quod magis miremur quam fiere eos atque ad dominum suum verba facere [5]): id unum miramur quod in Troade Achilles iis utatur, quo classe pervenerit ad urbem expugnandam.

Et quid tandem illic Achivis prosunt bigae? Ipse Balius equus et Xanthus ille vocalis quid prosunt, quid agunt? Domi suam iis fuisse utilitatem testatur Nestoris prolixa narratio, qua ἱππότου epitheto dignum se probat [6]); sed in ora Troadis quid perficiunt? Id unum quod iumenta hodierna, — si qua etiam reliquit aevi novi machina αὐτομobilis, — quae currus nostros ... non in bellum trahunt, sed homines sarcinasque ex alio in alium locum vehunt. Carpenta sunt, plaustra sunt birota, non vera esseda. Fugae potissimum, non victoriae sunt instrumentum; in fugam aptissimos se praestant Achivorum equi, nam nulli a Troianis captantur, neque ullum fere bigis fugientem heroem Achivorum assequuntur hostes. Semel et iterum eiusmodi quid dicitur in transitu [7]), non data opera pingitur, ut crebri illi Troiani, qui in curribus stantes occupantur a Diomede Agamemnone ceteris Achivorum regibus. E curru vero pugnans heros Achivus unus tantum uno longi

---

1) *Deorum* Iovis Iunonis Martis Neptuni (Orci) bigas nunc mitto, id unum hoc loco de iis annotasse satis habens, vix iis esse utiles, nunquam certe necessarias, neque unquam iis uti cum mortalium pugnis se immisceant.

2) Θ 179. Contemnentis sunt haec verba, quibus Hector suos milites exhortatur ad vile illud quod ait hostium munimentum strenue adoriundum.

3) Cf. M 108—118.

4) Π 380—382. Altera haec mihi videtur forma fabulae τῆς περὶ τοῦ Τρωικοῦ πηδήματος, quo Achilles tum, cum in littus Troadis appulerunt Achivi, ἀπὸ τῆς νεὼς ferebatur desiluisse inter hostes obstantes (cf. Eur. Andr. 1139 sq.). Hic quoque ὁ δούρειος ἵππος, *equus* ille *Neptunius*, factus est quadrupes: navis abiit in bigas.

5) Itaque in praestantissimo capite libri cuivis noti, quo Helbig egit de veterum curribus bellicis, satius fuerit delevisse ultima verba enuntiati sequentis: „die Streitwagen waren sehr leicht gebaut; denn ... sie setzen selbst über Graben" (p.[1] 89). Sic de medii aevi equitibus disserens quispiam perhibere possit levissimae armaturae illos fuisse videri, Bayardum enim illum celsissimam aliquando rupem transsiluisse, ictu ungularum saxum diffissum etiam hodie stare in ripa Mosae. — Ceterum ipsam rem minime nego.

6) Λ 680—761.

7) Ε 608 Π 810 Ρ 614.

Digitized by Google

carminis loco commemoratur, ibi autem deam habet aurigam ipsumque belli deum vulnerat [1]). Diomedes ille duce Minerva Martem hasta percutiens non ex Asiatico bello sed ex antiquissimis Thebanorum mythis desumtus est: cum Troianis vero pedes ille pugnat ceterique pugnant reges, postquam bigis usque ad hostes sint vecti. Ipse Achilles immortalibus suis equis non ad assequendum profligandumve Hectorem utitur, sed ad corpus eius laniatum per pulverem in castra raptandum. — Mulorum in tauromachiis hodiernis tale est officium: satisne id dignum prole Zephyri rapidaeque Podargae?

Minus acerbis verbis uterer nisi persuasissimum haberem a prisca Achillis fabula talia esse aliena et nativam prisci carminis simplicitatem isto fuco turpiter esse infectam. Nam illi quem novimus Achilli pristinos poetas bigas non tribuisse satis testantur epitheta *πόδας ὠκύς*, *ποδώκης*, *ποδάρκης*, quae Iliade nostra esse antiquiora nemo non sentit, quoniam inde ab initio carminis [2]) ei tribuuntur, licet in extremo demum carmine causa adiectivi appareat [3]). Non equi eius sunt *ποδήνεμοι*, ipse est *θεῖειν ἀνέμοισιν ὁμοῖος*. Qui postquam e castris proruit Patrocli caedem ulturus et in Hectorem stimulavit equos furore stimulatus ipse, adspecto hoste e curru prosilit, pedibus velocibus fugientem circa urbis moenia persequitur, tandem assecutus obtruncat [3]). Non nescio etiam multis saeculis post in Britannia ita pugnatum esse „ut essedarii primo per omnes partes pere„quitarent, dein ex essedis desilirent et pedibus proeliarentur, „aurigae interim paullatim ex proelio excederent atque ita cur„rus collocarent ut, si a multitudine hostium premerentur, ex„peditum ad suos receptum haberent" [4]), itaque in carminibus Homericis ex vero depictos esse crebros illos heroes, qui e curru egressi pedites hostem invadunt, minime nego; sed in Achillis *τοῦ ποδάρκεος* fabulam sero ea sunt invecta.

Itaque, ut illuc unde exorsi sumus redeamus, postquam ad manus venerunt *ἱπποδάμοι Τρῶες καὶ ἐυκνήμιδες Ἀχαιοί*, non

1) E 329 sqq.
2) A 58.
3) Etiam T 189 hic est commemorandus.
4) Caes. Bell. Gall. IV 33.

Digitized by Google

possumus non expectare singulas quas poeta descripturus est principum pugnas huiusmodi fore ut τὼ μὲν ἀφ' ἵπποιιν dimicent, bellator Troianus eiusque auriga, ὃ δὲ πεζὸς ἀπὸ χθονὸς in eos obversus, heros Achivus [1]). Et ita est; plurimi ab Achivis feriuntur Troianorum proceres in curribus stantes: a Diomede Phegeus, Echemmon et Chromius, Pandarus, Axylus et Calesius, Thymbraeus et Molion, Meropis filii [2]); ab Agamemnone Odius, Bianor et Oileus, Antiphus et Isus, Pisander et Hippolochus [3]), ab Idomeneo Phaestus [4]), ab Antilocho Mydon [5]), a Menelao Adrastus [6]), a Patroclo Thestor et Cebriones [7]), ab Achille Laogonus et Dardanus, Rigmus et Areithous [8]), et bigas Troianorum eorumque sociorum complures captas in castra abducunt Achivi: Diomedes Phegei et Idaei, Echemmonis et Chromii, Aeneae et Pandari, Meropis filiorum et Ulixe adiuvante Rhesi [9]), Antilochus Mydonis et Asii [10]), Patroclus Sarpedonis [11]).

Frustra autem urbe tentata Achivi fossa valloque circum naves et tumulum, quo militum caesorum ossa sepeliverunt, ductis ab hostium celerum incursionibus se tutantur auctore Nestore rerum bellicarum peritissimo [12]). Quod quam prudens fuerit consilium postero die patet. Nam duce Hectore audacter denuo proruunt turmae hostiles [13]), et nisi arcuisset eos nova fossa sudibus praeacutis munita, in castra penetrassent [14]). Transsiliri eam posse speraverat Hector [15]), sed secus est. Repellitur qui aditum petit tamen Asius [16]), dein curru egressus

1) E 13. Cf. etiam O 386.
2) E 13 sqq., 160 sqq., 291 sqq. Z 18 Λ 320 sqq., 329.
3) E 39 Λ 92 sqq., 104 sqq., 122 sqq.
4) E 46.
5) E 581 sqq.
6) Z 38 sqq.
7) Π 402 sqq., 737 sqq.
8) Υ 460 sq., 487 sq.
9) E 25, 165, 323 Λ 328 K 481 sqq.
10) E 589 N 400.
11) Π 506 sq.
12) H 342.
13) Λ 289, 320, 503, 522—538.
14) M 50.
15) Θ 179.
16) M 110 sqq., 124.

Digitized by Google

caeditur [1]); ceteri Polydamanti statim obtemperantes curribus relictis pedites vallum Achivorum adoriuntur et duce Hectore per portam in castrorum interiora tandem penetrant [2]). Repelluntur tamen, sed denuo castra aggressi per viam quam ipse Apollo iis stravit quo tendebant perveniunt pedites, subsequentibus bigis [3]). At Patroclus postquam fessis navium defensoribus opem tulit, denuo fugantur Troiani multaeque in fossa pereunt eorum bigae [4]). Cadit dein Patroclus et fortuna etiam mutata Achivos cum eius corpore recedentes denuo invadunt Aeneas Hector ceterae turmae Troianae [5]). Quominus tamen in castra iterum penetrent deterret Achilles in vallo conspectus [6]), qui mox per planitiem eos persecutus in Xanthum pellit fluvium, cuius alveus oppletur equorum militumque corporibus [7]). Caesus dein Hector finem facit carminis quod erat de ira Achillis, et ipsi Ilio perniciem iam instare sentimus.

Hactenus quae demonstratum ivi quo redeant facilius fortasse apparebit inspectis thesibus quas subiuncturus sum tribus:

I. Priscum carmen, quod erat de Troiae obsidione et excidio, bigas [8]) tribuebat Troianis eorumque sociis, — si quos etiam in carmine illo socios Troiani habebant, — Argivis non item [9]). Praecipua illius carminis pars erat — et est! — Hector *ὁ ἱπποδάμος, κορυθαιόλος ἱπποκορυστής* cum turmis suis irruens in

---

1) M 392.

2) M 50—85, 462.

3) O 258—457. Summas res strictim nunc tango; nam singula esse clara et perspicua aut optime inter se cohaerere haec omnia minime perhibeo.

4) Π 367, 371—393.

5) P 740, 754 Σ 153.

6) Σ 223 sq., 244.

7) Φ 16, 521.

8) Cautius fortasse loquentis fuerit *equos* dixisse (cf. pag. 254, 6).

9) Ex parte igitur convenit mihi cum E. H. Meyero (Achilleis p. 190), qui in Achilleide (Iliadis illo iudice parte antiquissima) currus bellicos „offenbar den Griechen noch nicht so vertraut wie den Troern" esse statuit et „in Masse nur im troischen Heer" inveniri. Sed aliorsum quam ego vir ille doctus tendit cum in *recentibus* tantum Iliadis partibus „nur noch die Troer, nicht mehr die Griechen" curribus uti statuit (p. 209), novi igitur aevi vestigia agnoscens ubi et genuina et prisca mihi videntur omnia

Digitized by Google

Argivorum castra fossa valloque protecta [1]), ab Aiace autem Argivorum fortissimo repulsus.

II. In Achilleide — ut in Argonautarum fabula — bigarum non fiebat mentio. Huius carminis partes praecipuae fuerunt — et sunt! — Achivi Troesque de corpore Patrocli pugna stataria contendentes et pernix Achilles Hectorem pedibus persequens. Pugna illa nihil habet quod Metti Fuffetii crudele supplicium in mentem nobis revocet, sed corio a viris circumstantibus distento miserum caesi herois corpus assimulavit poeta vivida imagine usus [2]): Achillis autem Hectorisque cursus non certaminis equestris praebuit speciem, sed accipitri columbam canique hinnuleum persequentibus poeta similem dixit Achillem *τὸν πόδας ταχύν*.

III. Achivorum bigae in Iliadem invectae sunt praesertim e fabulis Thebanorum [3]). Hinc fit ut prae ceteris iis utatur Diomedes [4]) et melius quam alii Achivorum heroes sciat quomodo iis sit utendum. Praeterea recentiores poetae Achivos Troianis et hos illis assimulantes quaedam huiuscemodi finxerunt imprudentes.

Sed erunt fortasse qui hanc disputationem satis firmo fundamento inniti certam ob causam negent.

Nempe propter scutorum priscorum ingens pondus heroas bigis usos esse multi hodie arbitrantur [5]); tum cum loricati

---

1) Desinamus censeo quaerere fossamne prius quam vallum noverint carmina Homerica, — nisi rogandum videtur etiam priusne corpus fuerit an eius umbra, angulus an eius supplementum. Nam fossa dum fit, sponte fit et agger sive *τεῖχος ἀμφίχυτον*, quale fuit illud quod Herculi fecere Troiani (T 145). Dux si terram effossam multo labore per planitiem vicinam a militibus dispergi iuberet potius quam exaggerari, desiperet profecto. Tum demum vero dissimile videtur illud *τεῖχος Ἀχαιῶν*, cum cogitamus *lapidem* ... invitis poetis vetustis. Quos *ἀμφίχυτον* revera voluisse *τεῖχος* luculenter testantur verba minime obscura O 364, ubi Apollo vallum illud *ῥεῖα κέν τις συγχεῦαι ποσί* dicitur. Itaque postquam Achivi e Troade abierunt, dei non vi deiecerunt illud vallum sed aquae vi liquefactum *ἠμάλδυναν* (M 32, cf. H 463).

2) P 389—395.

3) Ita igitur acceptum velim id quod Ed. Meyer adstipulante Cauero (Vorfragen p. 178) his verbis enuntiavit: „der Wagenkampf ist eine Antiquität des traditionnellen epischen Stils."

4) „Diomedes ist aus einer Fortbildung der grossen Sage des thebanischen Krieges in die des troianischen herübergenommen" E. H. Meyer l. l. p. 394.

5) Sic Reichel Hom. Waffen[2] p. 38 eumque secutus Leaf Ilias[2] I p. 573: „It

Digitized by Google

essent milites et levioribus clipeis uterentur minus necessarias vel etiam inutiles factas esse bigas, sed fieri non potuisse ut in antiquissimis Iliadis partibus Achivorum principes iis non uterentur.

Cui igitur heroi scutum longe gravissimum tribuit epos? Non diu quaerendum, nam novimus omnes: Aiax est ille, cui et pater Τελαμών et filius Εὐρυσάκης procrevit e scuto illo septemplici. Hic autem bigis nunquam, quod quidem sciamus, usus est. Et tamen ἕρκος Ἀχαιῶν vocatur, neque usquam in pugna frustra desideratur, sive robore opus est sive agilitate; non solum a navibus propulsat turmas hostium, sed etiam in medio campo, procul a castris, Patrocli caesi corpus tempestive servat inter pugnantium tumultum, item postea servat corpus Achillis. Cum recedendum est, asino tardo et pervicaci similis est, at minime tardus immanique illo scuto haudquaquam praepeditus in hostes irruit pedes. Vel sic igitur satis celer erat Aiax ὁ Φέρων σάκος ἠύτε πύργον, cuius tum demum exhaustae sunt vires cum hostes irruentes per diei partem haud exiguam ingenti conto a navibus propulsavit [1]). Neque Ulixi bigae tribuuntur in Iliade.

— „Quippe ex insula exigua venit uterque" [2]).

Esto. Sed Arcadibus naves commodavit Agamemnon: bigas regi Ithacae — si et hic ad Troiam pugnavit — vel regi Salaminis — si Salaminius dicendus videtur Aiax Homericus — commodare non poterat aut nolebat? nolebat Menelaus, qui vel dono eas obtulit Ulixis filio se visenti? Et tam maligni si erant Atridae, quidni Rhesi igitur bigis postquam potitus est Ulixes in bellum est vectus, ut Diomedes equis Aeneae? Cur sub immani illo scuto etiam desudare maluit? Quidni

---

„was the great weight of the shield which led to the use of the war-chariot ... If „Odysseus and the Salaminian Aias have none either, the want is to be explained „by the fact that their homes are small rocky islands."

1) O 676 sqq. Π 102—111. Id quod nollem his verbis enuntiasset Reichel: „gelegentlich unter der Wucht des Schildes leiden" (Hom. Waffen² p. 39).

2) Hercher Herm. I p. 262 sq., cui Reichelium et Leafium aurem praebuisse modo vidimus. Equidem potius sequor nunc E. H. Meyerum (l.l. p. 191) Herchero his verbis obloeutum: „Nein! als Homer die ältesten Iliasgesänge dichtete, war der Wagenkampf den Griechen noch neu und fremd, während die asiatischen und thrakischen Stämme ihn schon länger kannten."

Digitized by Google

Aiax, postquam plurimos Troianorum equos Achivi in castra abduxerunt, duos horum sibi expetivit facinorum strenuorum iustum praemium, ne etiam exinde mole scuti sui suffocaretur paene et elideretur, sed alacrior irruere posset in aciem hostilem? An deerant aurigae?

Inepta rogantis haec censes? Ego censeo. Nempe ostendere volui ad quam insulsas quaestiunculas detrudamur si concedamus prisca scuta tam gravia fuisse ut satis facile gerere ea non possent heroes. Quae si ita habuisset res, mansissent potius in curribus, ab hostium adversorum telis satis ibi tuti. Sed quae levi manu versare poterant scuta [1]), etiam gestare poterant aliquantisper, et rectius ut opinor statuerit quispiam curruum usum aliquando effecisse ut gravioribus quam antea scutis bellatores uterentur quam propter scutorum nimium pondus primum adhibitos esse currus bellicos.

Sed quae de pondere ingenti scutorum ἀμφιβρότων perhibentur omnino mihi videntur reicienda. Ponderosa fuisse non nego: erant etiam scuta militum Romanorum [2]), nec tamen curribus hi vehebantur in aciem; — tam ponderosa fuisse quam hodie creduntur, ita ut satis commode gestari nequirent, nego praefracte. Aut enim mera haec est coniectura — nam oculis cerni possunt eiusmodi scuta in vetustis imaginibus delineata, in libra exigi non possunt, — aut nititur auctoritate Homeri. Propter magnum igitur ambitum si tam gravia fuisse dicuntur, nego id inde effici; si propter Homeri versus quosdam, poetae verbis ita utendum esse nego. Qui quod scutum e septem taurinis pellibus confectum et praeterea lamina aerea obductum tribuit Aiaci, ingentes vires huius herois sic significavit; quem si quis poetae aequalium imitatus cum eiusmodi scuto hostem invadere conatus esset, extemplo concidisset armorum suorum mole obrutus, ut clipeorum Sabinorum Hersilia. Scuta quibus septenorum boum pelles inserviissent nulla in terris vidit aetas; destinata ea fuere viris tantae staturae quantae fuit heros ille, cuius ossa Tegeae effodit olim Lichas [3]). Aut huic viro Herodotove fidem habentes credamus septem cubitorum fuisse Orestem, aut

1) Id quoque a multis negari hodie non nescio, sed iure negari nego ipse.

2) Romana scuta erant pedum $4 \times 2\frac{1}{2}$ (Polyb. VI 23).

3) Herodot. I 68.

Digitized by Google

septem pellibus protectum olim fuisse scutum ullum credere recusemus [1]).

Sed hoc si reicitur testimonium, quid restat? Hector, cuius tantum fuit scutum ut et collum et suras percuteret currentis [2]), poterat tamen ἀμφίβροτον illam ἀσπίδα νωμῆσαι et ἐν σταδίῃ μέλπεσθαι Ἄρηι [3]), poterat in tergum reiecta in urbem rapido cursu ruere [4]). Quorsum igitur ei bigae? — non ad arma transportanda, sed ad hostes invadendos, fugandos, persequendos!

Si quis autem sumat essedarios Homericos maioribus, pedites minoribus scutis fuisse instructos, — nam eodem tempore maiora minoraque in usu fuisse cum per se satis intellegitur tum testantur imagines Mycenaeae, — ne haec quidem opinio satis firmo nitatur fundamento, quoniam Hector, ut vidimus, etiam pedes cum magno scuto cursu ferebatur celerrimo et Aiax, qui scuto omnium longe maximo onustus fuit, semper pugnavit pedes.

In gravissimum denique errorem incidat qui solos principes scutis clipeisve armatos fuisse sumat. Fuerunt velites in exercitu Achivorum, multi fuerunt, — sed etiam ἀσπισταὶ plurimi erant pedites. Induciae dum fiunt, hi „*stant clipeis innixi*", ἕαται ἀσπίσι κεκλιμένοι [5]); pugna autem coorta συμβάλλουσι ῥινούς [6]).

---

1) „Sieben Häute und eine Metallage, das giebt niedrig geschätzt ein Gewicht von 140 Kilogramm. Niemand wird im Ernste annehmen, dass es solche Schilde wirklich gegeben habe" (Robert Studien zur Ilias p. 13). Ipsa vita cuiusmodi habuerit scuta „turribus similia" Reichelii verbis (Hom. Waffen² p. 4) dicere liceat: „diese Art wird, da sie kürzer ist, leichter im Gewichte gewesen sein [quam scuta figuram 8 referentia]". Breviora scuta σάκεα vel „Thurmschilde" dixerim equidem, maiora ἀσπίδας vel „Kuppelschilde", non vero maiora utroque nomine auctore Reichelio designaverim. Qui quod scribit: „die Angaben des Epos erlauben keine Unterscheidung der beiden Haupttypen des mykenischen Schildes" (l.l. p. 18), vereor ut recte sic statuerit. Sed haec nunc in medio relinquenda est quaestio.

2) Z 117 sq.

3) H 238—241.

4) Z 11.

5) Γ 134. Quo versu infeliciter usus est Robert l.l. p. 26, sic interpretatus: „Die Krieger legen ihren gewaltigen Schild ab und lehnen sich mit dem Rücken dagegen, wie an die Lehne eines Sessels". Qui lapsus videtur scribentis; vix enim credibile videtur virum doctum serio finxisse sibi aciem militum coram hoste ... humi ita considentem ut qui in littore apricantur. Immo (κατ)ῆσθαι *movendi*, non *standi* notionem hic sibi habet oppositam. Cf. Ar. Pac. 473 vel similem verbi στῆναι usum E 309: „ἔστη γνὺξ ἐριτῶν καὶ ἐρείσατο χειρὶ παχείῃ γαίης.

6) Δ 447.

Digitized by Google

Tunc *ἀσπὶς ἀσπίδ' ἐρείδει ... ὡς πυκνοὶ ἐφέστασ' ἀλλήλοισι, φράξαντες σάκεϊ σάκος* [1]). Magnus igitur horum fuit numerus, et tamen solis principibus Achivorum poetae tribuerunt bigas. Nisi credibile videtur finxisse eos milia aliquot equorum in apertis illis navibus ab Achivis *αὐτερέταις* trans mare vecta. An et *equi* Atridarum *αὐτερέται* trans mare cucurrerunt, ut equi Attici teste comico? Etiamne Xanthus Arionque *„ἱππαπαῖ, τίς ἐμβαλεῖ;"* clamarunt sodalibus quadrupedibus? Erant certe vocales!

Nae ludicra mera fiunt omnia, in satyricum tragoedia vertitur, in iocos scurriles abire videtur poema immortale, dum persuadere nobis conamur vatem cum ratione insanivisse. Non insanivit ille — nobis cavendum ne insana e priscis carminibus efficiamus.

XXVIII.

DE THORACIS IN CARMINIBUS HOMERICIS USU.

Quadraginta sunt anni et amplius per quos carminibus epicis operam dedi, puer prius et discipulus, dein alios docens ipse; nihil autem per temporis illud spatium vidi prolatum quod plus prodesset ad prisci aevi reliquias recte intellegendas quam Wolfgangi Reichelii *τοῦ μακαρίτου* — nam sexto abhinc anno morte immatura abreptum dolent omnes quibus bonae litterae cordi sunt — de armis Homericis liber [2]). Egregia multi in poeseos Homericae verbis et rebus illustrandis dederunt sagacitatis et eruditionis specimina, sed felicius nihil est inventum quam id quod nunc discunt etiam pueri in gymnasiorum subselliis, ante annos duodecim ne doctissimi quidem magistri suspicabantur, heroibus non fuisse thoraces. Quod postquam docuit Reichel, centum pluresve loci Iliadis nec non Odysseae

---

1) N 130 sq.

2) Ueber Homerische Waffen. Archäologische Untersuchungen von W. Reichel Wien 1894, ed.[2] (opus postumum) 1901.

Digitized by Google

unus et alter melius quam antea intelleguntur, et omnes iam miramur id quod mirari solent homines cum veri quid est repertum, non dudum id aut ab aliis aut a se ipsis fuisse perspectum. Pergere autem per viam indicatam quoniam multo est facilius quam indagare viam et aperire, quaedam in hac provincia postmodo ab aliis melius quam ab ipso Reichelio administrata esse non est quod miremur.

Non cunctis versibus Iliadis — Odysseae nullus repugnat — convenire Reichelii doctrinam vix est quod dicam; scimus enim antiquiora et recentiora in carminibus epicis esse commixta [1]). Sed longe plurimis locis, ubi Argivorum cum Troianis canuntur proelia, milites cogitari ἔχοντας

πήληκα καὶ ἀσπίδα καὶ δύο δοῦρε [2]),

non thorace vel lorica indutos, γυμνοὺς igitur esse si sint ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος [3]), id postquam dixit Reichel, nemo negaturus est, aperta enim est res. Itaque quod nimiae imperitiae et vere barbarae videbatur olim, caesos pugna aestuante extemplo ἐξεναρίζεσθαι sive σκυλεύεσθαι, id fieri quomodo potuerit nunc demum intellegitur; nam hoc est quod volunt poetae: galeam scutum ensem hastam hosti necato erepta a victore ministris suis tradi, id quod per brevissimum temporis spatium et veluti in transitu fieri potuit. Si vero fingimus nobis militem etiam thoracem corpori prostrato circumdatum inter hostium tela solventem, id non potest non videri ineptum. Talia sicubi leguntur, debentur aetatis recentioris cantoribus, quibus heroes *armati* erant heroes *thorace induti*, tales enim milites norant ipsi; lumen autem postquam nobis praetulit Reichel, nullo negotio discernimus versus insiticios a vicinis. Sic — neque eum latuere quae dicturus sum — Menelai cum Paride pugna singularis ubi enarratur, haec habet textus traditus:

---

1) Certe perpauci sunt hodie qui negent. In his est Guilelmus Ridgeway, quem honoris causa nunc nomino. Qui vir acutissimus et impense doctus nisi prorsus nihili faceret quae de origine et compositione carminum epicorum ab aliis philologis sunt disputata, in fine libri egregii, cui titulus „The Early Age of Greece" (primum volumen solum prodiit), non hoc modo conclusisset argumentationem: „the Homeric period is the fully developed Iron Age".

2) α 256. Cf. K 76 sq. N 714 sq. σ 377 sq.

3) Φ 50. Cf. M 428 Ξ 371 sq. Π 312 X 124.

Digitized by Google

διὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε Φαεινῆς ὄβριμον ἔγχος,
καὶ διὰ θώρηκος πολυδαιδάλου ἠρήρειστο,
ἀντικρὺ δὲ παρὰ λαπάρην διάμησε χιτῶνα
ἔγχος· ὃ δ' ἐκλίνθη καὶ ἀλεύατο κῆρα μέλαιναν [1]).

Haec discipulo paulo acutiori neque — quod puerorum est! — alia omnia agenti interpretari conare ... et mirum ni rogaturus sit quomodo Paris hastae hunc ictum vitare potuerit, quo perruptis scuto thorace tunica peterentur ilia. Olim respondendum erat: „tam laxos igitur fuisse thoraces epicos ut a latere militis corpus inflectentis aliquantum distarent", vel, etiam absurdius neque lingua favente: „retraxisse Paridem corpus, ita ut cuspis hastae scuto et thorace retardatae non posset pervenire usque ad ipsam eius cutem", vel id quod nunquam non responderunt magistri ad incitas redacti: „bonum Homerum nunc quoque dormitasse", vel ... aliud quid. Sed suspicor multos iuvenes talia audientes in sinu vel etiam aperte risisse, et si pergerent rogare quomodo deinde se movisset heros, cuius thoraci firmiter iam adhaereret scutum hasta transfixum, nullus Orbilius tam dicax, opinor, vel tam garrulus erat ut eam quoque quaestionem posset solvere. Deleto vero versu illo

καὶ διὰ θώρηκος πολυδαιδάλου ἠρήρειστο,

quem inseruere qui regem nudo pectore pugnantem fingere sibi non poterant, clara et simplicia fiunt omnia, fiunt Homero condigna.

Neque minus aperta est res ubi Patrocli caedem poeta canit. Apollo Troiae deus tutelaris manu percutit cervices herois: caligant huic oculi, humi cadit galea, hasta fracta excidit manu, scutum quoque balteo de humero titubantis delapso humi cadit. Quae postquam versibus gravissimis pulcherrimisque sunt narrata, additur:

λῦσε δέ οἱ θώρηκα ἄναξ Διὸς υἱὸς Ἀπόλλων [2]).

Cetera ante oculos veluti fieri videmus: hoc quoque fingere nobis possumus, solvi a deo thoracis fibulas? Ergone „non urgenda sunt talia"? Immo delendum esse versum molestum omnique ornatu poetico carentem sensit Reichel et omnes iam sentimus.

---

1) Γ 357 sqq. (= Η 251 sqq. Λ 435 sqq.).
2) Π 804.

Digitized by Google

Sed post Reichelium, Leafium [1]), Robertum [2]), Valetonem nostratem [3]) de thorace Homerico fusius etiam disputare quid attinet! Satis enim iam compertum habemus magnis olim scutis armatos fuisse milites, postea clipeis multo minoris ambitus: olim non habuisse thoraces, postea habuisse; et sensim quoniam res humanae in alia solent abire, subit rogare an et armatura epica sensim et pedetentim abierit in eam quae fuit postea [4]). Qua in quaestione *mitrae* illius [5]) habenda est ratio, quae tanta olim Aristarcho — et cui non usque ad Reichelium! — facessivit negotia. Mitra sive balteo aereo praecordia et ilia protegenti [6]) utuntur heroes, certe nonnulli heroes mitra utuntur [7]), posteriore aevo milites thorace fuerunt armati: nonne rectius statuamus excrevisse mitram in thoracem, quam abiecta mitra milites recentiores thoracem induisse? Ita est, opinor: mitra est thorax eam tantum corporis partem protegens *μάλιστ' ὄθι καίριόν ἐστιν*, thorax est mitra quae ita excrevit ut etiam pectus humerosque tegat [8]).

Ita si nobis informamus rem, synonyma fere fiunt *μίτρη* et *θώρηξ*, verbum autem *θωρήσσεσθαι* id quod *περὶ φρένας δύνειν τι* significat, et vetusti sermonis vestigium servat locutio quaedam, quae inde a Theognidis certe usque ad comicorum aetatem vixit inter Graecos, nam *θωρήσσεσθαι* sive *θώρηκα* (*-ρακα*) *ἔχειν* [9]) dicuntur etiam quibus „*περὶ φρένας ἦλυθε οἶνος*", — ut cum Homero [10]) loquamur.

---

1) The Iliad by Walter Leaf ed.[2] 1901 append. B (Vol. I) p. 576—579.

2) Studien zur Ilias von Carl Robert, Berlin 1901 (passim, praesertim autem p. 27—44).

3) M. Valeton in Mnemosyne 1904 p. 105—128 et 151—208.

4) „The change must in all probability have been gradual" Leaf l.l. p 579. „In der Zeit, da das Epos noch im Fluss war, hat es vielleicht schon eine Art von Panzerung gegeben" Reichel l.l. p. 93 (in editione secunda addita).

5) Δ 137, 187, 216 Ε 707, 857, cf. Π 419.

6) Non omnibus heroibus mitram fuisse suspicatur Leaf, quod rarius eius fiat mentio. Quae probabilis videtur opinio, sed non ita firma sunt argumenta e silentio ducta, cf. autem pag 271, 2.

7) Pedem fere in fronte latae sunt mitrae quae in sepulcris vetustis sunt repertae, ita decrescentes ut in tergo nonnisi quartam huius mensurae partem aequent.

8) „The metallic *μίτρη* is a rudimentary half-cuirass" Leaf l.l. p. 580.

9) Theogn. 413, 470, 508, 842, 884 Pind. fr. 50 Ar. Ach. 1135 Vesp. 1195 Pac. 1286 Diphil fr. 46.

10) ι 362.

Digitized by Google

Itaque non est cur θωρήσσειν verbum priscae dictioni abiudicetur; quod *armare* [1]) recte vertit Reichel indicato Iliadis quodam loco, ubi de Minerva quae dicuntur:

τεύχεσιν εἰς πόλεμον θωρήσσετο [2])

significant: „*aegidem et galeam sumebat*". Etiam Melanthii ad procos verba indicavit Reichel:

ὔμιν τεύχε' ἐνείκω θωρηχθῆναι
ἐκ θαλάμοιο [3]),

quae postquam Melanthius dixit, *scuta et galeas* iis affert. Apparet igitur solam *protegendi* vim huic stirpi propriam fuisse primitus, dein id quo *corpus* potissimum sibi protegebant milites dictum esse θώρηκα [4]), quemadmodum ὅπλα quodvis *instrumentum*, ὁπλῆσαι vel ὁπλίσαι *instruere* significat, hinc de apparatu bellico haec dicta *arma* et *armare* valent, singulare autem ὅπλον — apud posteros certe — unum *clipeum* significat. Et similis fuit usus stirpis κορυθ, cui *instruendi* sive *armandi* propriam esse vim docet verbum κορύσσειν [5]), substantivum autem κόρυς id quo *caput* muniunt milites sive *cassidem* significat [6]).

Etiam melius sic apparet cur a prisco poeta mitra thoraxque coniunctim commemorari non potuerint [7]), et probe iam sentimus versuum, quibus narratur Menelaus a Pandaro vulneratus, spurium esse secundum:

διὰ μὲν ἄρ ζωστῆρος ἐλήλατο δαιδαλέοιο,
καὶ διὰ θώρηκος πολυδαιδάλου ἠρήρειστο
μίτρης θ', ἣν ἐφόρει ἔρυμα χροός, ἔρκος ἀκόντων,
ἥ οἱ πλεῖστον ἔρυτο· διὰ πρὸ δὲ ἵκανε καὶ τῆς,
ἀκρότατον δ' ἄρα χαλκὸς ἐπέγραψε χρόα Φωτός [8]).

---

1) „*Rüsten*".

2) E 787.

3) χ 139. Non minus luculentus est quem affert Valeton K 78.

4) *Indumentum bellicum* bene interpretatus est Valeton.

5) Aptum exemplum φ 434 Valeton l.l. p. 165 indicavit.

6) A nomine κόρυς ductum est κορυστής, quocum conferenda sunt αἰχμητής, ἀσπιστής, alia; ἱπποκορυστής igitur non est is qui κορύσσει ἵππους, sed qui ἱππόκομον κόρυν ἔχει, et χαλκοκορυστής is cuius galea aere refulget.

7) Si potest melius; nam etiam Reichel disertis verbis prolocutus est: „niemals werde ich glauben dass man jemals Mitre und Plattenharnisch übereinander getragen hätte" (l.l. p. 93).

8) Δ 135 sqq.

Digitized by Google

Neque ipse mox thoracis mentionem facit Menelaus fratrem bono animo esse his verbis iubens:

οὐκ ἐν καιρίῳ ὀξὺ ἄπαγη βέλος, ἀλλὰ πάροιθε
ἐρρύατο ζωστήρ τε παναίολος ἠδ' ὑπένερθε
ζῶμά τε καὶ μίτρη, τὴν χαλκῆες κάμον ἄνδρες [1]).

Quamquam ne haec quidem genuina videntur omnia, sed prisco poetae haec sola tribuerim:

οὐκ ἐν καιρίῳ ὀξὺ ἄπαγη βέλος, ἀλλὰ πάροιθε
ἔρρυτο μίτρη, τὴν χαλκῆες κάμεν ἄνδρες,

quae autem delevi neque personae loquentis satis conveniunt, vulnerati enim hominis et omnino huius loci non est laudare cinguli *colorem*, neque intellectu sunt facilia, nam ζῶμα illud nisi thoracis partem significat inferiorem, nihil significat, neque post πάροιθε adverbium enumeranda sunt singula vestimenta per quae penetravit cuspis, sed ea sola armaturae pars est commemoranda in qua haesit *priusquam ad cutem perveniret*. Mitra nisi retinuisset hamos, nihil praeterea obstabat quominus in corporis interiora cuspis penetraret.

Quae si recte sunt disputata, sequitur ut eadem verba deleamus in versibus sequentibus, ubi Machaon medicus advocatus

ἐκ ζωστῆρος ἀρηρότος εἵλκεν ὀιστόν.
[τοῦ δ' ἐξελκομένοιο πάλιν ἄγεν ὀξέες ὀγκοί.]
λῦσε δέ οἱ [ζωστῆρα παναίολον ἠδ' ὑπένερθε
ζῶμα τε καὶ] μίτρην, τὴν χαλκῆες κάμον ἄνδρες [2]).

Quo loco et alterum officit emblema, quod olim seclusit Heyne, utpote cum priore narrationis parte non congruens.

Sed vocem ζῶμα *cingulum* vel *subligaculum* fortasse interpretetur quispiam, quae revera alibi [3]) eius est vis. Satisne probabiliter? Tunica utique induti semper fuere heroes: haec cingebatur igitur debuitque cingi, quoniam inter varia pericula versantibus nimis molestum fuisset vestimentum fluxum; itaque Nestor e. g. ζωστῆρα παναίολον

ζώννυθ' ὅτ' εἰς πόλεμον Φθισήνορα θωρήσσοιτο [4]),

---

1) Δ 185 sqq.
2) Δ 215 sqq.
3) Ψ 683 Ξ 482.
4) K 78. Praeterea militum ζωστήρ commemoratur Δ 132, 134 sq., 186, 213, 215, E 539, 615 Z 219 H 305 Λ 236 M 189 P 519, 578 T 414.

Digitized by Google

quemadmodum etiam in vita communi qui foras prodibant ζωστῆρι συνέργον χιτῶνα [1]). Praeterea ilia protegebat mitra; dein vero etiam tertia aliqua fascia circumdari, id non herois, non bellatoris, non sani fuisset hominis, sed relinquenda sunt talia medicis aegrotantium rhumatismos vel peritonitidas curantibus.

Ergone in nudo corpore gestabatur mitra, huic superinducebatur tunica, huic ζωστήρ sive cingulum laneum vel loreum, purpura aliisve coloribus insigne, πορφύρεον, παναίολον? Sic statuere cogunt nos verba poetae quae attulimus. Vix tamen probabilis res videtur, sed sana ratione eo adducimur ut sumamus milites tunicam *aut mitra* aerea *aut cingulo* loreo laneove adstrinxisse, certe *apertam* gessisse mitram. Hoc enim testantur epitheta αἰολομίτρης et ἀμιτροχίτων, quae mire languerent si mitra sub tunica soleret abdi.

Insoliti autem aliquid fuisse tunicam mitra carentem docet ἀμιτροχίτων illud militum Lyciorum epitheton [2]); quorum dux Sarpedon nisi ἀμιτροχίτων et ipse fuisset, solam igitur tunicam cingulo constrictam gessisset, fortasse Patrocli hasta non penetrasset in eius praecordia,

ἔνθα φρένες εἶρχαται ἀμφ' ἀδινὸν κῆρ [3]),

sed haesisset in mitra, ut sagitta Pandari in mitra Menelai.

Medicis cum curandum est vulnus aliquod maius, sanae viventisque cutis particulas exiguas corio inflammato imponere solent aliunde detractas, quae postquam adhaeserunt, procrescunt sensim et mox inter se contingentes laesam corporis partem nova cute vestiunt. Haud alia ratione milites, qui ἐυμιτροχίτωνες erant olim, sola igitur mitra corpus protectum habebant, postea χαλκοχίτωνες sunt facti, tandem χαλκεοθώρηκες [4]). Nam χαλκοχίτωνα epitheton non significare eum qui *thoracem aereum* sed

1) ξ 72. Locos etiam Reichel attulit.

2) Π 419. Cunctos Troianos intellegit Robert Studien z. Il. p. 41, 1, sed vereor ut recte. Quicquid id est, ceteris militibus mitram tribuebat poeta qui hunc versum fecit.

3) Π 481, cf. etiam vs. 504.

4) Quod epitheton apud Homerum nonnisi Δ 447 Θ 61 legitur in versibus manifeste interpolatis.

Digitized by Google

eum qui *tunicam aere munitam* gerat, neque recentioris sed prisci aevi hoc esse adiectivum, optimo iure statuit Valeton [1]), et nisi alia omnia inde a pueritia didicissemus, dudum intellexissemus omnes. Nam *tunicam* cum dicit poeta, non aliud quid significare vult, sed veram *tunicam* sive vestimentum corpori proximum; quae tunica cuiusmodi sit cogitanda indicat altera compositi poetici pars [2]); *aere* igitur *fulgentes tunicas* gerunt Achivi. Non ornamenti autem sed tutaminis causa additas fuisse aereas illas laminas sive maiores sive minores quivis sentit [3]). Quae laminae postquam et inter se et cum mitra concreverunt, *thoracem* sive *indumentum bellicum* effecerunt *aeneum*. Etiam *loricas* et thoraces *linteos* fuisse olim, ut fuere postea [4]), et melius intellegi poetae verba θώρηκος γύαλον [5]) et κρταιγύαλον [6]), si cogitentur laminae aereae in corio vel linteo illigatae, quam si una solidaque superficies thoracis ex aere confecti, optimo iure statuit Valeton. Id quod admodum luculenter declarant versus quibus narratur Dolopis cum Megete pugna. Medium adversarii scutum alter ferit cominus,

πυκινὸς δέ οἱ ἤρκεσε θώρηξ,
τόν ῥ' ἐΦόρει γυάλοισιν ἀρηρότα [7]).

Quo loco particula ῥα testatur rei insolitae, certe rei quae minime per se intellegatur, fieri mentionem, quod autem γυάλοισιν ἀρηρώς dicitur Megetis thorax, vana haec forent verba si omnes thoraces ita fuissent instructi ipsaque γύαλα thoracem effecissent. Cavendum vero ne confundamus inter se vocabula θώρηκα et

---

1) L.l. p. 112. Cf. Ridgeway p. 421 sq. et 435. — Interpolatori vero debetur χιτὼν χάλκεος N 439; idem intellegendus est fortasse Λ 100 in versu corrupto aut spurio.

2) Verum sensit Reichel, non tamen dixit totum, sed *aere vestitum* interpretatus est infelicius collata „tunica" illa „lapidea" (Γ 57), quam Paridi minatur Hector. Epitheto χαλκοχίτωνι non subest *comparatio* („aere ita vestiti ut alii homines tunica"), sed *ex vero* pinguntur milites quorum tunicae aere resplendent.

3) Reichel[2] p. 94 confert militum „Schardana" loricam duabus tribusve vel quatuor laminis aereis („2—4 Blechstreifen") ornatam ... sed e manu plura addituri excidit calamus: „cetera silentium".

4) B 529, 830 Alcaei fr. 15 Herodot. III 47 Xen. Anab. IV 7 § 15 Liv IV 20 Nep. Iphicr. § 4.

5) E 99, 189 N 507, 587 P 314.

6) T 361.

7) O 529 sq.

Digitized by Google

χιτῶνα sive indumenta *externum* et *internum* [1]), id quo ictus arcentur et id quo frigus.

Paucos Iliadis versus, nullum Odysseae discrepare ostendit Reichel. Exempli causa Diomedis commemoratur quidem thorax [2]), sed ita ut a contextu alienum quivis suspicetur [3]). Menelai Paridisque thoraces quam sint molesti iam vidimus, sed vix usquam clarius apparet quantopere a prisca poesi thoraces abhorreant quam loco sequenti:

Ἰδομενεὺς δ' ἄρα Τοινόμαον βάλε γαστέρα μέσσην,
ῥῆξε δὲ θώρηκος γύαλον, διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς
ἤφυσ'· ὁ δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἔλε γαῖαν ἀγοστῷ.
Ἰδομενεὺς δ' ἐκ μὲν νέκυος δολιχόσκιον ἔγχος
ἐσπάσατ', οὐδ' ἄρ' ἔτ' ἄλλα δυνήσατο τεύχεα καλὰ
ὤμοιιν ἀφελέσθαι, ἐπείγετο γὰρ βελέεσσι [4]).

Idne credibile videtur, Idomeneum ducem gravem et prudentem a corpore hostis prostrati detracturum fuisse thoracem, nisi institissent ceteri Troiani? Solos vero specta versus ultimos, qui et alibi leguntur [5]), et id significabunt quod unum fert res: „*hastam quidem Idomeneus retraxit e caesi hostis abdomine, sed arma* — id est galeam et scutum — *adimere ei non potuit*".

Item Diomedes cum dicitur a Paride vulneratus esse dum

θώρηκα Ἀγαστρόφου ἰφθίμοιο
ἥνυτ' ἀπὸ στήθεσφι [6]),

non possumus non rogare fueritne igitur mente captus Diomedes, qui talia illo temporis articulo moliretur: at versus vicinus, ubi Ulixes hastam suam ἔξω τε χροὸς hostis percussi ἔλκει καὶ ἀσπίδος [7]), nulla thoracis facta mentione, docet non ipsi poetae deberi verba quae attulimus, sed postmodo esse interpolata.

Ergo χαλκοχίτωνες καὶ αἰολομίτραι qui dicuntur, eosdem tho-

1) Hac in re sequendus non videtur Valeton.
2) E 99 sq., 189 Θ 195 Ψ 819.
3) Coll. E 113, 796.
4) N 506—511.
5) E 621 sq.
6) Λ 373 sq.
7) Λ 457.

Digitized by Google

racibus — sive aereis sive scorteis sive linteis — indutos cogitare neque ars poetica sinit neque ipsa vis verborum, et ut verum sit quod scripsit Robert: „voces θώρηξ et χιτών aevo Mycenaeo idemne an diversa significarint sciri iam non posse" [1], — cui minime obloquor, quoniam linguam prisci illius aevi ignoramus, — in epicis certe carminibus et in dictione priscorum cantorum non eandem utriusque esse vim pro certo affirmare licet.

Ubi autem τεύχεα vel ἔντεα milites dicuntur δύνασθαι, ὤμωσιν ἐνεγκεῖν, ἐκδύσασθαι, ἀποθέσθαι, vel hostium caesorum ἀπὸ κρατός τε καὶ ὤμων ἑλεῖν [2], poetae verba quomodo sint accipienda clare docet Hector sic secum reputans: *„ut mulierem imbellem necabit me Achilles*

ἐπεί κ' ἀπὸ τεύχεα δύω" [3],

quae verba sic interpretatur ipse: „ἀσπίδα καταθέσθαι καὶ κόρυθα βριαρήν" [4]. Nec minus aperta sunt verba, quibus saepius usi sunt poetae epici:

ἐξ ὀχέων σὺν τεύχεσιν ἆλτο χαμᾶζε [5],

vel quae de Ulixe aciem suorum obeunte dicit Priamus:

„τεύχεα μέν τοι κεῖται ἐπὶ χθονὶ πολυβοτείρῃ" [6],

vel verba poetae de Menelao a pugna singulari desistente:

γηθόσυνοι θεράποντες ἀπ' ὤμων τεύχε' ἕλοντο [7].

Nam nimis inepti profecto fuissent milites, si in acie adstitissent non solum scuto hastaque innisi sed etiam posito thorace [8]. Et ipsa verborum vis idem docet; nam *ab humeris auferri* recte dicitur *scutum* vel *ensis*, thorax vero *solvendus* erat; *humeris* gestatur balteus scutum sustentans, thorax vero *circa pectus*. Item ὑπὸ τεύχεσι πεπτηῶτες iacere ubi dicuntur milites [9], cum

---

1) L l. p. 42.

2) E. g. Π 663; ubi de *Sarpedone* est sermo, cui thoracem non fuisse patet vs. 504. Cf. etiam Ε 7 Ρ 205.

3) Χ 125.

4) Ibidem vs. 111 sq.

5) Ε 494 al.

6) Γ 195.

7) Η 122. Cf. etiam Δ 233 Ζ 285 sq. Ξ 474 al.

8) „Das hiesse doch die Gemüthlichkeit zu weit treiben" suo iure iocatur Reichel (p. 65, 1).

9) Ξ 474.

Digitized by Google

versus qui sequitur ἡῦδον δ' εὔκηλοι σάκεσιν τετλυμένοι ὦμους docet quid significet τεύχεα, tum ipsum quod huic vocabulo adiunctum est verbum πτήσσειν. Cuiusmodi locis si quis armatis non solum πλευρὰν βαθυτάτην καὶ χέρας καὶ λαγόνε tribuat sed etiam θώρακα, respondeat iam quilibet: „παῦε, παῦ', οὐδὲν λέγεις!" — meliora enim edocuit nos Reichel. Non omnis ille est mortuus: vivet eius nomen, immo opus eius vivet dum vivent litterae Graecae; gratias ei agunt habentque omnes quibus cordi sunt carmina Homerica et ipsa poesis.

XXIX.

DE THETIDE PELEI UXORE.

„Tune Herculem illum laudas, qui Virtutem vitae ducem sequi maluit quam Voluptatem? Bardus fuit: lateribus et lacertis valebat, non mente!

ἐπεὶ σὺ διὰ τὸ σωφρονεῖν τῷ πώποτ' εἶδες ἤδη
ἀγαθόν τι γενόμενον; φράσον, καί μ' ἐξέλεγξον εἰπών!"

Sic Ἄδικος ille, quem in Socratis Φροντιστηρίῳ verba facientem fecit comicus. Cui adversarius: „πολλοῖς!" magna cum indignatione respondet, dein secum reputans exemplum quaerit quod e sacris mythis proferat, nam vitae bene instituendae exempla inde potissimum petenda esse in schola didicit puer. Mox exclamat:

„ὁ γοῦν Πηλεὺς ἔλαβε δι' αὐτὸ τὴν μάχαιραν!"

— *„Bellum scilicet donum fortunae, quod ut assequatur quis non lubens multa ferat faciatque! Aliud est lucrum eorum qui lingua sunt prompti:*

μάχαιραν; ἀστεῖόν γε κέρδος ἔλαβεν ὁ κακοδαίμων!
Ὑπέρβολος δ' οὐκ τῶν λύχνων πλεῖν ἢ ἑκατὸν τάλαντα
εἴληφε διὰ πονηρίαν, ἀλλ' οὐ μὰ Δί' οὐ μάχαιραν!"

— *„Etiamne hoc parum, quod Thetidem uxorem duxit?"*

Iam vero in claros cachinnos erumpens orator Improbus:

„κᾆτ' ἀπολιποῦσά γ' αὐτὸν ᾤχετ'! οὐ γὰρ ἦν ὑβριστής,
οὐδ' ἡδὺς ἐν τοῖς στρώμασιν τὴν νύκτα πανυχίζειν."

Digitized by Google

Nec habet Probus orator quod etiam reponat, obmutescit, mox hoc similibusque argumentis devictus Improbi istius magistri petit scholam, Voluptati patronae et ipse in posterum se addicturus.

Novimus omnes faceti dramatis locum facetum. Ubi ridendo verum dicens comicus docet quam turpiter priscis fabulis abutantur qui exempla inde ducant ad suam ipsorum nequitiam defendendam. „Iovis furta novimus omnes ... egone homo improbem quae deum pater perpetraverit? — Herculem balneo aliquando refecit lassum Minerva ... et molliorum hominum esse dicitur calidis balneis uti? — Oratorem mellifluum celebravit Homerus ... et dicendi peritia iuventuti nocere creditur? — Pudicitiam colendam aiunt ludorum magistri ... Peleo autem quid profuit illa pudicitia? Nempe Acasti uxorem dum fugit abstinens alter Bellerophon vel Iosephus, per saltus montium inermis oberrans a Mercurio deorum ministro accepit ... quid? Castitatis quodnam praemium caelites decreverunt continentissimo mortalium? Cultrum quo feras arceret videlicet!" — „At etiam Thetidis ei concessae sunt nuptiae!" — „Bellum nimirum id fuit matrimonium, in quo uxor habitaret maris fundum, coniuge in toro frigido relicto. Nimis fuit ille continens, mihi crede: minus si fuisset, melior fuisset maritus. Cui non risit Mater cupidinum, nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Gravioribus verbis quam sunt poetarum comicorum idem potest dici: apertius dici non potest. Thetis nova nupta non permansit apud maritum mortalem. Causam rei relinquimus scurris iocosis, ipsam rem tenemus.

Et omnes idem clamant: a Peleo in littore Sepiade vi domitam Nereidem peperisse filium Achillem. Cuius fabulae originem si quis repetat, perveniat ad piscatorem cum ingenti loligine luctantem, qualem Victor Hugo loco nemini non cognito celebravit.

Casca illa parumque epica mittenda nunc videntur? Quamquam et de Hugonis illa loligine haud immerito dixerit quis: „cette pieuvre est épique!" Sed libens equidem mitto, unum Homerum nunc curans. Itaque mitto etiam nuptias illas Pelei Thetidisque a posterioribus poetis et pictoribus certatim celebra-

Digitized by Google

tas [1]), mitto dona caelitum [2]) et Discordiae illud malum, etiam Peleum mitto Euripideum τῶν πάρος νυμφευμάτων χάριν immortalitate donatum [3]), unus Homerus quid habeat scire cupiens, Thetidem Homericam nunc curans solam.

Hactenus postquam in disquisitione progressi sumus, quis est nostrum quin aperiat, quem e manibus philologi raro deponimus, librum Lehrsii de Aristarchi studiis Homericis. Scimus enim ibi inventuros nos quae hac de re docuerit Aristarchus. Paucis igitur verbis illic indicata sunt quae huc faciunt:

„Thetis non duodecimo postquam Achillem enixa erat die Pelei domum relinquit, quae recentiorum fabula est, sed permansit; ipsaque Achillem educavit, non Chiron. Ab hoc secundum Homerum nil nisi medicinam edoctus est. I 486, 489, Π 222, 574 Σ 57, 60, 90, 332, 438. Imo educatorem ei dedit Phoenicem, Λ 832".

Recte sic Lehrs [4]): etiamne recte Aristarchus?

Nego atque pernego.

Non quo perhibeam falsa esse omnia quae de Thetide docuerit Aristarchus. Absit! Utilia utique de ea quoque docuit. Sed veris falsa admixta aio. — „Phoenix educavit Achillem, Chiron solam medicinam eum docuit": quis non assentiatur! — „Thetidem duodecimo die post filium natum reliquisse maritum non ait Homerus": recte observatum. Sed nego, Homerum si sequamur, sumendum esse Thetidem apud Peleum habitasse, nego ab ea educatum Achillem, nego poetam in poeta sic agnosci.

Enarrabo quae de matre Nereide filioque recens adulto habet Ilias nostra; non enim de Iliadis fontibus nunc disputo, sed de eo carmine quod manibus tenemus, olim tenuit Aristarchus. Odysseam autem mittere nunc licet, non enim in ea inveniuntur

---

1) Vas quod Francisci dici solet („Françoisvase") hic commemorandum.

2) Commemorantur hae nuptiae — sed in transitu — Ω 62 sq.; *dona* autem Peleus — ut alii heroes multi — a diis accepisse dicitur equos (Π 867 Ψ 278), hastam (Π 143 Τ 390), arma (Ρ 194—197); sed *nuptiale* donum arma fuisse uno tantum versu, qui recentioris fortasse est aevi quam vicini, dicuntur Σ 85. Immo alia omnia ex Ω 535 effeceris.

3) Cf. Andromachae fabulae finis.

4) L.l. p. 190.

Digitized by Google

quae ad rem faciant. Mitto etiam διδάσκαλον illum Chironem, cuius mentio apud Homerum nonnisi uno fit loco et in transitu [1]). A nostra disputatione ille locus alienus est. Alii poetae Chironem fecerunt Achillis τροφέα [2]), et antiqua procul dubio pulcraque fuit fabula [3]) de Achille illo, quem Iasonem alterum iure vocaverit quispiam; nam et Iasonem οὔρεσιν ἔτρεφε Χείρων [4]). Sed non pertinent haec ad eum de quo nunc loquimur Achillem Homericum huiusque matrem. De his quae habet Ilias paucis complexuri sumus.

Achivi pervenerunt in littus Troadis, ubi mox rixa inter Achillem et Agamemnonem coorta eum quem novimus habuit finem. Iamque tristis Achilles incedit per littus desertum. Brevis fuit spes illa laudis bellicae, ad quam adipiscendam iuvenis vixdum exuta pueritia in bellum nuper profectus est! Solum se sentit infelicemque, et matris recordatus, apud quam nunquam frustra conquestus sit dolores luctusque aetatis imberbis, ὀράων ἐπὶ ποίνοπα πόντον χεῖρας ὀρεγνὺς flebilibus verbis eam invocat. Audit eum mater

ἡμένη ἐν βένθεσσιν ἁλὸς παρὰ πατρὶ γέροντι,
καρπαλίμως δ' ἀνέδυ πολιῆς ἁλὸς ἠύτ' ὀμίχλη,
καί ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθέζετο [5]),

— dein flentem consolata abit. Quo abeat non dicit poeta, Achillem nunc pingens succensentem, non matrem in sedes solitas redeuntem; sed nemo dubitare potest quin redeat illuc unde venerit, in maris igitur penetralia, κλυτὰ δώματα βένθεσι λίμνης χρύσεα

---

1) Λ 832. Quem versum postmodo insertum esse (ut et versum 831) Knightii est suspicio haud improbabilis.

2) Sic Pindarus Nem. III 75—111, antiquius poema se sequi professus, fortasse Aethiopidem. Item Euripides Iphig. Aul. 708—710.

3) «Jeder wird einräumen, dass, wie Mannhardt sehr richtig hervorhebt, der Bericht wornach Chiron den Achill mit Eber- und Löwenleber und Bärenmark aufzieht und ihn lehrt, Eber und Hirsche schnell wie der Wind einzuholen, ohne Hund zu fassen und auf starkem Arm seinem Meister zuzutragen, die frischeste Kraft höchsten Altertums athmet, was man von jener viel weicheren Erziehungsmethode in der Ilias, an deren Ende Thetis ihren Sohn mit Röcken gegen den Wind versieht, wahrlich nicht behaupten kann". E. H. Meyer, Achilleis p. 427.

4) Hesiod. Theog. 1001 et fragm. 19.

5) A 358 sqq.

Digitized by Google

μαρμαίροντα [1]). Mox, memor promissorum quae dedit filio, denuo

ἀνεδύσετο κῦμα θαλάσσης [2])

Olympumque petit, ubi postquam cum deorum patre in remoto montis cacumine est collocuta,

εἰς ἄλ' ἔαλτο βαθεῖαν [3]).

Illic habitat in aedibus spatiosis, ubi et ceterae degunt Nereides quaeque plura numina pontus habet. In alto maris fundo iis est domus: in alto autem Olympi montis vertice, supra mare nubium, habitant numina quorum dominium est terra firma. Degit nunc Thetis cum sororibus in aedibus paternis, ut olim ibi degit, priusquam ἔτλη ἀνέρος εὐνήν. Sic Venus Olympum habitavit etiam postquam filium Aeneam peperit regi Anchisae. Fingimusne nobis Venerem cum Anchisa habitantem, in eius megaro lanificantem, cum filiolo ludentem? Fingimusne ambrosia in domo mortalis hominis vescentem, dum iuxta eam marito apponitur ἐδωδὴ ἔσθειν καὶ πίνειν, οἷα βροτοὶ ἄνδρες ἔδουσι? Quae si inepta videntur et ab hymno illo in quo Veneris cum viro amores celebrati sunt nimis absurde discrepant [4]), minusne absurda videtur Thetis in regia Pelei degens filiumque educans? Immo multo etiam absurdior haec foret fabella! Nam sponte volensque ad Anchisam quae venisset, etiam aliquantisper apud eum permansisse fortasse fingi potuit: quam vero vir invitam nec nisi vi adhibita sibi iunxit, — sive illam vim cogitamus, quam recentiores certe poetae [5]) cogitarunt, qui in littore deserto cum ea colluctantem fecerunt Peleum, ut Menelaum cum Proteo Homerico, sive adamantinam illam vim fati, quod e viro mortali eam matrem fieri iussisset, — quidni illa abierit ut primum posset?

„ὁ Εὐριπίδης ἅπαξ φησὶ μιγῆναι Πηλέα τῇ Θετίδι ἐν τῇ Σηπιάδι." Quis ait? Tzetzes [6]). Qui si non satis luculentus videtur testis, aut de Homero disputantibus parum valet auctoritas

1) De *Neptuni* aedibus haec dicta sunt (N 21 sq.), sed parum similem his fuisse Nerei domum non est cur putemus.

2) A 496.

3) A 532.

4) „Πολλάκις" vero Venerem „πρὸς Ἀγχίσην κατελθεῖν" quae dicit in dialogo quodam apud Lucianum, eam „σκώμματι" uti ipsa ait Venus (Lucian. VIII 20 § 5).

5) Sed perantiquam hanc fabulam fuisse libentissime concedo E. H. Meyero.

6) Ad Lycophr. Alex. 178 (Eur. fr. 1078).

Digitized by Google

quae ad rem faciant. Mitto etiam διδάσκαλον illum Chironem, cuius mentio apud Homerum nonnisi uno fit loco et in transitu [1]). A nostra disputatione ille locus alienus est. Alii poetae Chironem fecerunt Achillis τροφέα [2]), et antiqua procul dubio pulcraque fuit fabula [3]) de Achille illo, quem Iasonem alterum iure vocaverit quispiam; nam et Iasonem οὔρεσιν ἔτρεφε Χίρων [4]). Sed non pertinent haec ad eum de quo nunc loquimur Achillem Homericum huiusque matrem. De his quae habet Ilias paucis complexuri sumus.

Achivi pervenerunt in littus Troadis, ubi mox rixa inter Achillem et Agamemnonem coorta eum quem novimus habuit finem. Iamque tristis Achilles incedit per littus desertum. Brevis fuit spes illa laudis bellicae, ad quam adipiscendam iuvenis vixdum exuta pueritia in bellum nuper profectus est! Solum se sentit infelicemque, et matris recordatus, apud quam nunquam frustra conquestus sit dolores luctusque aetatis imberbis, ὀράων ἐπὶ ποίνοπα πόντον χεῖρας ὀρεγνὺς flebilibus verbis eam invocat. Audit eum mater

ἡμένη ἐν βένθεσσιν ἁλὸς παρὰ πατρὶ γέροντι,
καρπαλίμως δ' ἀνέδυ πολιῆς ἁλὸς ἠύτ' ὀμίχλη,
καί ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθέζετο [5]),

— dein flentem consolata abit. Quo abeat non dicit poeta, Achillem nunc pingens succensentem, non matrem in sedes solitas redeuntem; sed nemo dubitare potest quin redeat illuc unde venerit, in maris igitur penetralia, κλυτὰ δώματα βένθεσι λίμνης χρύσεα

1) Λ 832. Quem versum postmodo insertum esse (ut et versum 831) Knightii est suspicio haud improbabilis.

2) Sic Pindarus Nem. III 75—111, antiquius poema se sequi professus, fortasse Aethiopidem. Item Euripides Iphig. Aul. 708—710.

3) »Jeder wird einräumen, dass, wie Mannhardt sehr richtig hervorhebt, der Bericht wornach Chiron den Achill mit Eber- und Löwenleber und Bärenmark aufzieht und ihn lehrt, Eber und Hirsche schnell wie der Wind einzuholen, ohne Hund zu fassen und auf starkem Arm seinem Meister zuzutragen, die frischeste Kraft höchsten Altertums athmet, was man von jener viel weicheren Erziehungsmethode in der Ilias, an deren Ende Thetis ihren Sohn mit Röcken gegen den Wind versieht, wahrlich nicht behaupten kann". E. H. Meyer, Achilleis p. 427.

4) Hesiod. Theog. 1001 et fragm. 19.

5) A 358 sqq.

Digitized by Google

μαρμαίροντα [1]). Mox, memor promissorum quae dedit filio, denuo

ἀνεδύσετο κῦμα θαλάσσης [2])

Olympumque petit, ubi postquam cum deorum patre in remoto montis cacumine est collocuta,

εἰς ἄλ' ἔλτο βαθεῖαν [3]).

Illic habitat in aedibus spatiosis, ubi et ceterae degunt Nereides quaeque plura numina pontus habet. In alto maris fundo iis est domus: in alto autem Olympi montis vertice, supra mare nubium, habitant numina quorum dominium est terra firma. Degit nunc Thetis cum sororibus in aedibus paternis, ut olim ibi degit, priusquam ἔτλη ἀνέρος εὐνήν. Sic Venus Olympum habitavit etiam postquam filium Aeneam peperit regi Anchisae. Fingimusne nobis Venerem cum Anchisa habitantem, in eius megaro lanificantem, cum filiolo ludentem? Fingimusne ambrosia in domo mortalis hominis vescentem, dum iuxta eam marito apponitur ἐδωδὴ ἔσθειν καὶ πίνειν, οἷα βροτοὶ ἄνδρες ἔδουσι? Quae si inepta videntur et ab hymno illo in quo Veneris cum viro amores celebrati sunt nimis absurde discrepant [4]), minusne absurda videtur Thetis in regia Pelei degens filiumque educans? Immo multo etiam absurdior haec foret fabella! Nam sponte volensque ad Anchisam quae venisset, etiam aliquantisper apud eum permansisse fortasse fingi potuit: quam vero vir invitam nec nisi vi adhibita sibi iunxit, — sive illam vim cogitamus, quam recentiores certe poetae [5]) cogitarunt, qui in littore deserto cum ea colluctantem fecerunt Peleum, ut Menelaum cum Proteo Homerico, sive adamantinam illam vim fati, quod e viro mortali eam matrem fieri iussisset, — quidni illa abierit ut primum posset?

„ὁ Εὐριπίδης ἅπαξ φησὶ μιγῆναι Πηλέα τῇ Θετίδι ἐν τῇ Σηπιάδι." Quis ait? Tzetzes [6]). Qui si non satis luculentus videtur testis, aut de Homero disputantibus parum valet auctoritas

1) De *Neptuni* aedibus haec dicta sunt (N 21 sq.), sed parum similem his fuisse Nerei domum non est cur putemus.

2) A 496.

3) A 532.

4) „Πολλάκις" vero Venerem „πρὸς Ἀγχίσην κατελθεῖν" quae dicit in dialogo quodam apud Lucianum, eam „σκώμματι" uti ipsa ait Venus (Lucian. VIII 20 § 5).

5) Sed perantiquam hanc fabulam fuisse libentissime concedo E. H. Meyero.

6) Ad Lycophr. Alex. 178 (Eur. fr. 1078).

Digitized by Google

Euripidis sero nati poetae tragici, ipse assurgito Homerus ad interpretandum Homerum, ipsa Thetis Homerica de sorte sua narret. Quae *„Pro pudor!"* ad Vulcanum ait: *„Iuppiter*

ἐκ μέν μ' ἀλλάων ἀλιάων ἄνδρ' ἐδάμασσε
Αἰακίδῃ Πηλῆι, καὶ ἔτλην ἀνέρος εὐνὴν
πολλὰ μάλ' οὐκ ἐθέλουσα" [1]).

Interpres autem horum verborum esto priscus legislator Cretensis, qui si quis virginem *„κάρτει δαμάσαιτο"*, gravissimam huiusmodi flagitio statuit poenam [2]). Hoc ibi est *δαμάσασθαι*: vim inferre puellae nolenti; hoc est quod criminatur Thetis: Iove iubente vim sibi illatam a viro mortali [3]). *Ἀνέρος εὐνὴν* [4]) ... non sponte volensque expetivit, ut Venus, ut Calypso Circeque, sed *ἔτλη*. Non *φιλότητι καὶ εὐνῇ*, non animo et corpore ei iuncta est, sed corpore solo. Vim perpessa est invita et frustra obnixa.

Idem aiunt recentiores, Pindarus: *„Πηλεὺς ἄναξ ... πρωτίαν Θέτιν κατέμαρψεν ἐγκονητί"* [5]), *„πῦρ δὲ παγκρατὲς θρασυμάχανός τε λεόντων ὄνυχας ὀξυτάτους ἀκμάν τε δεινοτάτων σχάσαις ὀδόντων ἔγαμεν ὑψιβρόνων μίαν Νηρεΐδων"* [6]), Herodotus: *„ἡρπάσθη ἡ Θέτις ὑπὸ Πηλέος"* [7]).

Estne igitur cur fidem etiam denegemus Euripidi asseveranti Peleum *semel* tantum Thetidem brachiis tenuisse? Immo verum ille poetam se praestitit. Nam licet ob oculos haberet imagines Pelei Thetidisque splendidas illas nuptias exhibentes, recentiora illa priscae fabulae ornamenta reiecit sprevitque, sensit enim terram firmam *τῇ ἀργυροπέζῃ* sedem non praebuisse, sed illuc unde venerat illam rediisse, ut primum liberam se sensisset ex amplexu viri plus quam humanum ausi [8]).

---

1) Σ 432 sqq.

2) Leg. Gortyn. I[12].

3) Non mortalem sed deum primitus fuisse Peleum minime nego, sed de Peleo Homerico nunc loquimur solo.

4) Non *cubile* sed *concubitum* vocem *εὐνήν* hic significare vix est quod dicam.

5) Pind. Nem. III 60, ubi scholia afferunt duos Sophoclis locos (fr. 163 et 548) idem testantes.

6) Ibid. IV 101 sqq.; ubi in scholiis conferuntur Homeri quos excripsimus versus.

7) Herodot. VII 191.

8) Priorem igitur partem enuntiati sequentis libenter meam faciam, non vero posteriorem, quam signo ‖ inde secrevi: „der Dichter kannte die Sage von den Eltern des Achilleus schon in der Gestalt, wie wir sie in dem ... Handbuch des Apol-

Digitized by Google

In aedes igitur paternas et dicionem sub maris fluctibus abditam redit Thetis mater futura — nam *θεῶν οὐκ ἀποφώλιοι εὐναί*. Etiamne enixa ibi est filium et per primos vitae menses lacte suo [1]) enutrivit? Fortasse: potuit certe eius filius ibi vivere ubi vivebat ipsa, et Theseus Neptuni filius si aedes Nereidum in maris fundo visere et incolumis inde in communem hunc aërem denuo emergere potuit [2]), quidni potuerit etiam filius Thetidis? Sed inde a pueritia degit Achilles in terra firma et in aedibus patris. Habuit ibi Pelei filiolus custodem sibi adiunctum Phoenicem, qui *ὄψον προταμὼν καὶ τοῖνον ἐπισχὼν* infantulum enutriebat *ἐν νηπίῃ ἀλεγεινῇ* multa sibi negotia facessentem [3]), talia dicimus negotia qualia Orestis nutrix Cilissa commemorat apud Aeschylum. Nonne matris potius videtur fuisse genibus tenere infantem imbecillum, fortasse etiam edentulum? Ita sane! Ergone fingimus nobis Thetidem cenae communi in megaro Aeacidarum assidentem tum cum hospes bellator ancillari officio functus eius filiolo escam praeberet *οἶνον ἀποβλύζοντι καὶ ἐπὶ στήθεσφι χιτῶνά οἱ καταδεύοντι*?

An insulsiora videntur talia quam quae vel scribantur hic?

Mihi quidem videntur. Quod si ita habet, certum est poetam qui Phoenicem cecinit notam non habuisse Thetidem apud Peleum degentem. Et sic demum suo pretio possunt aestimari haec Phoenicis ad Achillem verba: „*σὲ παῖδα ἐποιεύμην*" [4]). Puerum, qui matre vivente matre tamen careret, pro sua prole habuit, ipse prole orbus.

Ergone nihil filium suum curavit Nereis?

Immo tenerrima cura prosecuta est eminus. Quoties opus est adest, neque unquam ei deest; audit vocata, etiam non vocata

---

lodor lesen und auf den Monumenten finden: nicht nur den Mythus, dass der sterbliche Held die Meeresgöttin im Ringkampf überwältigt hat, || sondern auch den, dass diese ihr Kind im Feuer zum Gotte läutern wollte, aber dabei von ihrem Gatten überrascht und in ihrem Vorhaben gehindert wurde, worauf sie grollend zu ihrem Vater zurückkehrt (Robert Studien zur Ilias p. 354).

1) Faciunt huc Myrmidonum ad succensentem Achillem verba: „*χόλῳ ἄρα σ' ἔτρεφε μήτηρ*" Π 203. „*Felle*" ... *non lacte!* A matre suo lacte nutritum infantem cogitabat qui hunc versum fecit.

2) Cf. Bacchyl. XVII 100 sqq.

3) I 488—491.

4) I 494.

Digitized by Google

identidem eum visit. Quoties id fecerit nescimus: nempe iurisconsultorum, non poetarum est praestituere quam saepe post divortium parentes visuri sint liberos. Sed *saepius* venit teste filio. Qui πολλάκι πατρὸς ἐνὶ μεγάροισιν ἀκοῦσαι se ait εὐχομένης Iovi aliquando opitulatam esse ipsam [1]). Non „domi" ait Achilles se id e matre audivisse saepius, sed: „in patris aedibus". Poteratne clarius distingui Pelei domus a sede Thetidis? clariusne dici potuit domum patris non fuisse et matris domum? [2]).

Itaque tunc quoque, cum multo etiam graviore dolore quam antea perculsus est filius, tum cum clamoribus horrificis non honorem laesum luxit sed caesum amicum, σμερδαλέον οἰμώζοντος ἤκουσεν

ἡμένη ἐν βένθεσσιν ἁλὸς παρὰ πατρὶ γέροντι [3]).

Cum ceteris Nereidibus reliquit tunc pelagi penetralia — ἀργυφέου σπέος earum domum vocat poeta [4]), — et filium dolore prostratum postquam moestis verbis affata atque ita ut potuit consolata est, Olympum adiit, unde arma a Vulcano facta mox ei attulit. Dein rediit in spatiosas suas aedes. Inde mox a Iove in Olympum est arcessita [5]); inde brevi post, cum et ipse Achilles ante Troiae moenia cecidisset, luctu confecta emersit denuo, ut cum sororibus exequias ei iret [6]).

Certane sunt haec et aperta? Opinor.

At Aristarchus, non imperitus tamen iudex, alia omnia statuebat. Qui factum?

Nempe θρέψαι se filium ait Thetis [7]).

At *eminus* dei curam habent mortalium, ἀπόντες πάρεισιν, praesentissimum eis ferunt auxilium dum in suis sedibus commorantur. Itaque Iuno cum ait se Thetidem ipsam θρέψαι καὶ ἀτιτῆλαι [8]), neque cogitanda est in Olympum eam abduxisse

---

1) A 396.
2) Amico Mendesio hanc debeo observationem.
3) Σ 36.
4) Item Ω 83 γλαφυρὸν σπέος.
5) Ω 80—83.
6) ω 47—59.
7) Σ 57 et 438.
8) Ω 60.

Digitized by Google

aliquando neque sub undis cum ea vixisse, sed ita eam fovisse ut Thetis postea fovit suum filium, eminus ei mittendo quaecunque bona habet aetas florida. Minime vero θρέψαι illud verbum nos cogit ut in Pelei aedibus Thetidem a poeta collocatam censeamus. Id unum incertum etiam videtur, ipsum Achillem ibine educatum sumserit poeta cui Iliadis haec pars debetur, an in Chironis spelunca littorali. Sed ne hoc quidem manet dubium postquam cetera Thetidis verba moesta audivimus:

τὸν δ' οὐχ ὑποδέξομαι αὖτις
οἶκαδε νοστήσαντα δόμον Πηλήϊον εἴσω [1]).

Sic loquitur dea quae e maris undis modo emersit, mox illuc reditura. Itaque hoc est quod dicere debet, quod dicere vult, quod dicit revera, modo ne errore quodam impliciti perperam eius verba interpretemur: „*filium, quem virdum adultum in belli pericula misi nuper, non videbo inde reversum in regiae paternae pacem et quietem.*" — Redditum sibi dictura erat filium e tanta caede reducem: at non rediturus est in patriam, instat ei mors: in littore Troiano corpus defuncti mox ὑποδέξεται mater funusque obibit cum sororibus [2]).

At in bellum proficiscenti Achilli praebuit arcam καλὴν δαιδαλέην,

ἐὺ πλήσασα χιτώνων
χλαινάων τ' ἀνεμοσκεπέων ῥούλων τε ταπήτων.
ἔνθα δέ οἱ δέπας ἧσκε τετυγμένον —

cetera quae novimus [3]). Quae si cui tenuioris videntur curae et matre divina filii robustissimi non satis digna [4]), minime obloquor, sed ab argumento in quo versamur aliena est haec quaestio. Id vero nego, cogitari nunc Thetidem quo tempore in bellum profectus est Achilles in Pelei domo etiam habitantem. *Arcam* illam quis confecerit nescio sane, sed *poculum* et *vestes* venisse ex Nereidum aedibus confidenter statuo, memor Vulcani, qui in illis aedibus per novem annos integros fabricatus est δαίδαλα

1) Σ 59 sq. et 440 sq.
2) Etiam Σ 332 igitur ita est interpretandus; quamquam fortasse is postmodo est insertus.
3) Π 221 sqq.
4) Cf. p. 278, 3.

Digitized by Google

πολλά, ut Thetidi gratum se praestaret [1]), et Aethrae matris Thesei, cui χρύσεον κάλυμμα Nereides dono dederunt [2]); ipsi autem Theseo Nereidum sedes visenti maris regina Amphitrita

ἀμφέβαλε λάδιον πορφύρεον [3]).

Et Thesei si procul hinc habenda videtur fabula, ex Homero novimus nymphas in littoris speluncis vestes nentes splendidas [4]): — quidni in ἀργυφέῳ illo σπέϊ vestes νεκταρέας — sic ab ipso poeta vocantur [5]) — filio neverit Thetis adiuvantibus sororibus? Matrum utique id munus, et facilius eam fingimus illic quam in Pelei megaro cum ancillis mortalibus telam obeuntem. Priscae fabulae sonum genuinum percipere mihi videor.

An satius est non tam anxie talia perpendere? Fortasse, neque obloquar si quis perhibeat poetam, cui debetur Patroclea, non rogasse unde dea marina arcam habuisset, unde vestes et poculum. Ipse poeta requirit illud poculum, ergo suo tempore sibi parat, quemadmodum in scena comica adesse solent quaecunque requiruntur, etiamsi non satis liqueat unde tam subito potuerint peti. Ne id quidem fidem videtur superare, carminis hanc partem postmodo esse interpolatam; certe non spissas adeo atque densas vestes expectaverit quisquam ab illis ἱστοῖς λιθέοις περιμήκεσιν, ἔνθα νύμφαι φάρε' ὑφαίνουσιν ἁλιπόρφυρα, sed pellucidas potius, aerias, tenuissimas ἠύτ' ὀμίχλας. Utut id est, omnino nego Patrocleae hos versus quicquam valere ad corrumpendam imaginem deae marinae filium terrestrem eminus studiosissime tuentis et prolis voce querula audita identidem e maris aestu emergentis.

Sed fuere qui putarent eam tum quidem, cum filius iter suscepit, etiam in Pelei aedibus degisse, dein vero maritum reliquisse [6]).

---

1) Σ 400. De quo loco mox plura dicemus.

2) Bacchyl. XVII 36 sq.

3) Si recte interpretor papyri litteras vitiosas ΑΜΦΕΒΑΛΛΕΝΑΪΟΝΑΠΟΡΦΤΡΕΑΝ Bacchyl. ll. vs. 112.

4) ν 108.

5) Σ 25.

6) Etiam in Elardi Hugonis Meyeri, viri sagacis, de Achilleide libro eruditissimo quaedam huius fabellae percipitur echo: „Thetis wohnt wieder bei ihrem Vater"

Digitized by Google

Cur putarunt?

Propter decem scilicet belli annos istos! *τοῦτ' ἐστ' ἐκεῖνο!* Dum protrahitur belli tempus, succrevit Achilli filius Neoptolemus [1]), Peleus autem — cum ceteris regibus ipsoque Achille! — in diem senior est factus. Itaque iam visus est ille *γήραϊ λυγρῷ ἀρήμενος κεῖσθαι ἐνὶ μεγάροισι* [2]), — *οὐκέθ' ἡδὺς ὢν τὴν νύκτα παννυχίζειν!* Quid mirum si tunc refugit eum Nereis, ut Tithonum Aurora ... non in priscis quidem carminibus [3]), sed in hymno quem meminimus Homerico [4]).

At nihil ista ad Homerum! Is quem novimus Peleus non est senex capularis. Nondum *γήραϊ στυγερῷ ἀκαχημένος* fuit is cuius filio unico intonsa etiam esset caesaries, sed vitae culmen vixdum attigerat. E fabula quae est de bello Troiano exime decem annorum illud intervallum, quo poesi maiora illata sunt damna quam ipsi Ilio, — et quicquid fundamenti illi opinioni subesse fortasse videbatur simul subducitur. „Thetidem *συμβιῶναι Πηλεῖ* num recte statuerit Aristarchus potest dubitari" prudenter, sed nimis caute, scripsit Giseke in Ebelingi Lexico Homerico: dicamus potius, *οὐδὲν ὑποστειλάμενοι ἀλλὰ παρρησιαζόμενοι*, non posse dubitari quin perperam Aristarchus ita statuerit.

Aristarchum vero sequere ... et mox subibit rogare cur non plures igitur Thetis liberos pepererit Peleo? Respondebit autem Lycophron „septem enixam filios, sed sex igne conbussisse; septimum Achillem felici casu servatum" [5]). Et fortasse Lyco-

---

(Achilleis p. 414) „nachdem ihr Sohn vor Troja gezogen ist" (p. 424); „die Ilias erklärt in allerdings höchst ungenügender Weise die Trennung der Eltern aus dem Wegzug des Sohnes in den Krieg" (p. 426). — Immerito nunc culpari Iliadis poetas, nihil enim eiusmodi in illo carmine legi, ostendisse me spero.

1) Ita tamen ut in Iliade *puer* dicatur (T 326—333 Ω 467), non iuvenis *adultus* (ut λ 492 sqq.).

2) Σ 434 sq. T 326—336. Itaque poetarum recentiorum, quibus annorum multorum fuit bellum Troianum, hic deprehenduntur vestigia et in capite XXV harum Quaestionum indicare hos locos debebam.

3) Cf. Α 1 s l.

4) H. Ven. 226—231.

5) Lycophr. Alex. 178. Aegimiine carminis poeta fuit primus rei auctor? Cf. Hes. fr. 185. Invito Homero (Ω 540) hanc fabulam fictam esse vix opus est hic observari. Alienus autem hinc est versus Π 175, ubi quae commemoratur Polydora Pelei quidem (si sanum illud nomen!) dicitur filia, sed matrem ea quam habuerit non apparet. Thetidis filiam nemo, ut opinor, eam dixit, nemo dicet.

Digitized by Google

phron, vel potius fontes turbidi unde et has delicias et alias bene multas ille hausit [1]), crebram hanc Thetidis prolem duxerunt ex ipsius Thetidis ad Vulcanum verbis, quae supra attulimus, male intellectis: „ἕτλην ἀνέρος εὐνὴν πολλὰ μάλ' οὐκ ἐθέλουσα". Ubi si quis πολλὰ μάλα illud non cum verbo οὐκ ἐθέλουσα iungebat sed musis invitis interpretabatur μάλα πολλάκις, fieri vix poterat quin ex illo errore μάλα πολλοὶ mox nascerentur Thetidis liberi.

Nos istis nugis missis redeamus ad Thetidis aedes marinas, unde dura sorte aliquando abrepta βροτῷ ἀνδρὶ ἐδαμάσθη. Quo mox rediit contumeliam sibi illatam indignata; ubi vixit virgo, vixit mater futura, vixit mater filio gaudens praestantissimo, vixit mater filio orbata, postquam vitae terrestri aliquantisper intermixta cognitas habuit mortalium aerumnas. Illic, in fluctuum avitorum latebris, hospitium aliquando praebuit Vulcano. Quem ad uxorem de ea re audiamus referentem:

ἦ ῥά νύ μοι δρεινή τε καὶ αἰδοίη θεὸς ἔνδον,
ἥ μ' ἐσάωσ', ὅτε μ' ἄλγος ἀΦίκετο τῆλε πεσόντα
μητρὸς ἐμῆς γιότητι κυνώπιδος, ἥ μ' ἐθέλησε
κρύψαι χωλὸν ἐόντα. τότ' ἂν πάθον ἄλγεα θυμῷ,
εἰ μή μ' Εὐρυνόμη τε Θέτις θ' ὑπεδέξατο κόλπῳ,
Εὐρυνόμη, θυγάτηρ ἀψορρόου Ὠκεανοῖο.
τῇσι παρ' εἰνάετες χάλκευον δαίδαλα πολλά,
πόρπας τε γναμπτάς θ' ἕλικας κάλυκάς τε καὶ ὅρμους,
ἐν σπέϊ γλαΦυρῷ, περὶ δὲ ῥόος Ὠκεανοῖο
ἀΦρῷ μορμύρων ῥέεν ἄσπετος· οὐδέ τις ἄλλος
ἤϊδεεν οὔτε θεῶν οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων,
ἀλλὰ Θέτις τε καὶ Εὐρυνόμη ἴσαν, αἵ μ' ἐσάωσαν [2]).

Hos versus excripsi nunc eam potissimum ob causam, quod melius etiam inde cognoscuntur Thetidis aedes; simul tamen ut manifesto quod quidem videtur contagio eos liberem. Paratissimum se ait Vulcanus ad gratiam si possit referendam deae quae ipsum olim servaverit. Quid autem altera illa dea, cuius fit mentio in textu tradito? Eurynomen spatiosissimae dicionis

1) Cf. schol. Apoll. Rh. IV 814.
2) Σ 394 sqq.

Digitized by Google

dominam novimus; quam sive dicionis terrestris sive marinae dominam dicere lubet, haud difficulter agnoscimus Matrem illam, quae e gremio feraci viventia quaevis edit et edita recipit rursus; agnoscimus etiam in Odyssea, licet in ancillam thalami herilis custodem illic abierit [1]). Sed nunc quid sibi vult illa? Nonne hinc facessat? Nil hic habet quod agat. Thetidi rependentur gratiae: de Eurynome tacendum, ut de Thetidis sororibus, de Amphitrite, de ceteris maris numinibus.

Nempe alia fabula ab Eurynome in ora Oceani, alia a Thetide in maris recessu ignis deum ferebat servatum: hanc poeta noster epicus aut solam notam habuit aut sola ea usus est, cantor recentior invexit Eurynomen invito Vulcano ipsaque invita grammatica! An satis tolerabilis videtur „numerorum enallage" illa: *„Eurynome et Thetis me servavit"*? Expulsis demum verbis quae omittam simplex fit narratio et huic loco apta:

ἦ ῥά νύ μοι δτεινή τε καὶ αἰδοίη θεὸς ἔνδον,
ἥ μ' ἐσάωσ', ὅτε μ' ἄλγος ἀφίκετο τῆλε πεσόντα
μητρὸς ἐμῆς τιότητι κυνώπιδος, ἥ μ' ἐθέλησε
κρύψαι χῶλον ἐόντα· Θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ.
τῇ δὲ παρ' εἰνάετες 'χάλκευον δαίδαλα πολλά,
πόρπας τε γναμπτάς θ' ἕλικας κάλυκάς τε καὶ ὅρμους,
ἐν σπέϊ γλαφυρῷ, κόλπῳ ἀλός [2]). οὐδέ τις ἄλλος
'τείδεεν οὔτε θεῶν οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων.

Et nunc demum prorsus congruunt hi versus cum Diomedis de Dionyso verbis:

Διώνυσος δὲ φοβηθεὶς
'δύσεθ' ἁλὸς κατὰ κῦμα, Θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ
δεδριότα [3]).

Tunc quoque, cum Lycurgus deum iuvenem eiusque comitatum femineum 'σεῦε κατ' ἠγάθεον Νυσήιον, mare habitavit Thetis, neque unquam alibi habitasse eam crediderunt prisci poetae [4]).

---

1) Cf. quae in libro „de Boogschutter en de Weefster" hac de re scripsi pag. 84—87 et annot. 303—315.

2) Hoc exempli tantum scripsi gratia.

3) Z 135 sqq.

4) Ergo Π 574—576, ubi de Epigeo haec scripta leguntur:
εἰς Πηλῆ' ἱκέτευσε καὶ εἰς Θέτιν ἀργυρόπεζαν·

Digitized by Google

XXX.

DE NOMINE ACHILLIS.

Dicaeopolidem meminimus Aristophaneum in foro suo dapibus succulentis veluti obrutum. Cui offertur etiam quaedam

πρέσβειρα πεντήκοντα Κωπάδων κορῶν,

sic enim a mercatore Boeotio vocatur anguilla bene pinguis. Effuso ut opinor risu spectatores olim acceperunt versum Aeschyleum

πρέσβειρα πεντήκοντα Νηρεΐδων κορῶν

tam ludicre detortum, et rident qui hodie Acharnenses fabulam legunt, simul tamen indignantur fortasse chorum Nereidum in prolem paludis Copaidis mutatum. Thetidi quid cum anguilla!

Quid vero si ipsum Thetidis flavum illum filium anguillam vocasset comicus! Absurdum profecto, turpe, ineptum, quid non esset visum!

Ineptusne igitur sum equidem, qui eiusmodi quid sustineam? Fere ipse mihi videor et vix audeo in medium proferre quae diu in scriniis pressi, veritus ne aemulari crederer etymologos illos qui *Ilii luctum* vel *labiis carentem* Achillis nomen sunt interpretati; ἀλλ' οὐ γὰρ τρέσσαι μ' ἐάει γλαυκῶπις Ἀθήνη, dicam quod verum duco.

Paucis abhinc annis etiam peritissimi zoologi penitus ignorabant anguillarum natales neque ova matura viderat quisquam. Itaque Aristoteles olim „ἐγχέλυς ᾠὰ ὅλως οὐκ ἔχει" scribebat [1]) et reiectis aliorum erroribus docebat anguillas nasci e vermibus terrestribus qui vocantur γῆς ἔντερα, αὐτόματα δὲ ταῦτα συνίστασθαι ἐν τῷ πηλῷ [2]). Quid mirum igitur quod veteres animalia,

---

οἳ δ' ἅμ' Ἀχιλλῆι ῥηξήνορι πέμπον ἕπεσθαι
Φίλιον εἰς εὐπωλον,

aut manui interpolanti debetur Thetidis nomen, — potuit autem dici e. g.:

εἰς Πηλῆ' ἱκέτευσ', ὃ δέ μιν πρόφρων ὑπέδεκτο
καί ῥ' ἅμ' Ἀχιλλῆι ῥηξήνορι πέμπεν κτέ., —

aut sic haec sunt interpretanda ut Thetidis *sacellum*, τὸ Θετίδειον illud cuius mentio fit in Euripidis Andromacha dramate, supplex adierit Epigeus, dein Thetide iubente a Peleo receptus.

1) De Animal. Hist. III 10.

2) Ibid. 16, cf. de Animal. Gener. III 11.

Digitized by Google

quae neque specie neque moribus aliis piscibus sunt similia et quadamtenus terrestria dici possunt, — solent enim prima iuventute per prata humida longa itinera facere, ut e mari, ubi nata sunt, perveniant in locos sibi convenientes, — pisces esse rati non sunt. Etiamnunc a piscibus eas discernere solent piscatores et proxima meae domui sunt duo fora, quorum alterum „forum piscarium" alterum „forum anguillarum" nomen habet [1]), ita ut urbem, quam Athenas Batavas fuere qui vocarent, hac certe in re a priscarum illarum Athenarum legibus non recessisse appareat, *καὶ γὰρ ἐκεῖ ἐν τῷ ἀγορανομικῷ νόμῳ διέσταλτο ἰχθύων καὶ ἐγχελέων τέλη* [2]) et alia macelli pars *οἱ ἰχθύες* dicebatur, alia *αἱ ἐγχέλεις* [3]).

Ergo homines specie ducti neque rerum naturalium curiosi, quibus delphines ceterique ceti sunt pisces, anguillas non inter pisces recensuerunt sed vocarunt . . . *anguillas* sive angues exiguas.

Haud aliter priscus poeta, apud quem *„ἐγχέλυές τε καὶ ἰχθύες"* arrodunt Asteropaei corpus, mox ipsi Vulcani ignibus oppressi [4]).

Proxime igitur inter se cognatas esse voces *ἔγχελυν anguem anguillam* neque mirari potest quisquam neque ipsam rem in dubium est vocaturus.

Conferentibus autem vocabula, quae aliae linguae his habent cognata, apparet stirpis Indogermanicae **engh-* formam debiliorem *ŋgh-* extitisse aliquando. Testes sunt voces Skr. *ahi-* et Avest. *-aži-* [5]). Expectabatur igitur Graeca vox **ἄχις*, sed non extat haec: extat *ἔχις*. Quam peperisse videntur voces **ἄχις* et **ἔγχις* contaminatae.

Nimiaene audaciae videtur Graecas has voces finxisse? At alteram certe non finximus. Nam *ἔγχελυς* unde nisi a stirpe *ἐγχ-*? Et integrius illud *ἔγχις* pridem agnoscere mihi visus sum notissimo quodam loco Homerico. Unicum poesis epicae dico versum, quo anguis non *δράκων* vocatur, sed alio nomine designatur:

Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ἐπεὶ ἴδον αἰόλον ὄφιν [6]).

1) *„Vischmarkt"* et *„Aalmarkt"*.
2) Schol. Oxyrh. et T ad Hom. Φ 203.
3) Cf. Ar. Pac. 1006.
4) Φ 203 et 353.
5) Harum rerum imperitior cum interrogassem collegam amicissimum Uhlenbeck, pro sua comitate hic certiorem me fecit. Cui ex animi sententia gratias ago.
6) M 208.

Digitized by Google

Hunc hexametrum *μείουρον* vocabant veteres, foedum vitium nomine specioso velantes, *οὖφιν* scribebat Bentley, *ὄπφιν* scribi hodie sunt qui iubeant, sic explicari videlicet vel excusari rati quicquam. Multo prudentior fuit Brandreth, qui *ὕδρον* substituerit, nimis tamen ille audacter. Equidem *αἰόλον ἔγχιν* olim fuisse suspicor [1]).

Stirpes autem si gemellae olim fuerunt *ἐγχι* et *ἀχι*, eo deducimur ut vocis *ἐγχελυ* sororem fuisse vocem *ἀχιλυ* suspicemur. Huic adiungatur terminus *-εύς*, qui sollemnis est in propriis priscorum heroum nominibus, — *Ἀτρεύς*, *Τυδεύς*, *Ϝοινεύς*, *Ἐρεχθεύς*, *Πηλεύς*, *Ὀδυσσεύς* alia in mentem statim veniunt cuilibet — et fiet *Ἀχιλυ-εύς* sive *Ἀχιλϝεύς*, *Ἀχιλ-(λ)εύς*.

Anguem comitem habuit Aiax [2]), alter ille Aeacida clarissimus, Achilli suppar et veluti vetustior quidam Achilles, Thetidem autem in anguem mutatam priscae fabulae celebrarunt [3]): filium ab angue nomen duxisse mirum parumve credibile videtur?

Accedit autem quod fidem faciat. Gens Achillis unde venit? Dixit ipse tum cum pro sodalis salute preces faciens *Iovem* invocavit *Dodonaeum* [4]). Ut Thesprotiae incolae invaserunt eam Thessaliae partem, quae Argos Pelasgicum dicitur in Iliade [5]), sic olim ex iisdem regionibus in Phthiotidem pervenerunt Achivi illi, quorum filios nepotesve in bellum adversus Troianos duxit Achilles [6]), huius autem nepos Molossus illuc rediit ibique regnavit.

At in regione, unde originem habuit Achilles, postea vixerunt *οἱ Ἐγχελεῖς* sive *Ἐγχελέαι* [7]). Quorum reges a Cadmo et Har-

---

1) Neque *ἔχις* apud Homerum invenitur neque *ὄφις* apud eum legitur alibi.

2) Cf. Usener Archiv f. Religionswissenschaft 1904 p. 328.

3) In Cypseli arca cernebatur *Πηλεὺς Θέτιδος λαμβανόμενος καὶ ἀπὸ τῆς χειρὸς τῆς Θέτιδος ὄφις ἐπὶ τὸν Πηλέα ὁρμῶν* (Pausan. V 18), „diese Schlange ist nach Analogie ... Thetis selbst" (Bloch in Roscheri Lexico Myth. s. v. Peleus p. 1834).

4) Π 233 sq.

5) Cf. B 681 cum Herodot. VII 176 Thucyd. I 12. — Ceterum Iliadis hunc locum contaminatum duco, quam tamen quaestionem nunc movere nolo.

6) Cf. Ridgeway Early Age of Greece I p. 339 sqq.

7) Cf. Strab. p. 326, Steph. Byz. s. v. — Etiam in Boeotia fuisse *Ἐγχελεῖς* gentem ex Hellanici in Boeoticis fide ait schol. Ar. Lys. 86. Quod nomen ab anguillarum

Digitized by Google

monia repetebant gentis suae originem; Cadmum Thebis pulsum cum uxore et civibus illuc migrasse [1]), dein ibi regnasse, tandem in angues et ipsum et uxorem esse mutatos [2]), narrarunt posteri, et erat Cadmi Harmoniaeque sepulcrum in saxis orae Illyricae, haud procul ab Acroceraunis promunturio [3]).

„In Epirum abiisse" Cadmum et Achillis nepotem fabulati sunt posteri: ipsas eorum gentes inde fuisse oriundas dicamus potius et hoc teneamus, in priscis fabulis ἔγχελυν id quod δράκοντα valuisse. Sic igitur Cecropi „τῷ πρὸς ποδῶν Δρακοντίδῃ" aliisque daemonibus vel heroibus permultis anguium figuram indutis proxime cognatus fit Ἀχιλλεύς ille, cui in poesi Homerica veteris vestigia limi vix ulla praeter nomen remanserunt.

Fabula quae est de Cadmi Harmoniaeque excessu aenigmatis cuiusdam solutionem videtur praebere. Cadmus anguem sacri fontis custodem interemit iuvenis et in anguem ipse mutatus est senex: fuit igitur arcis Cadmeae daemon tutelaris sub anguis specie cultus, qui nisi in saxis Cadmeae, ut Atheniensium ὄφις οἰκουρὸς in horum arce, habitare non potuit. Atqui eundem εἰς δράκοντα μεταβαλόντα „μακάρων εἰς αἶαν" sive εἰς Ἠλύσιον πεδίον ὑπὸ Διὸς ἐκπεμφθῆναι ferebat fabula recentior [4]). Haec conglutina atque contamina: quid habebis? Id quod apud lexicographos lectum portenti instar est: „μακάρων νῆσος· ἡ ἀκρόπολις τῶν ἐν Βοιωτίᾳ Θηβῶν τὸ παλαιόν" [5]). Ubi pro νῆσος scribe

---

Copaicarum captura deduci vix potuit. Potuit sane pagus *Enchelea* inde nomen habere (ut pagus nostras *Aalsmeer*), sed huius incolae Ἐγχέλιοι potius erant dicendi. — Attica nomina Ἔχελον et Ἐχελίδας nunc mitto utpote nimis incertae originis.

1) Herodot. V 61, cf. IX 43.

2) Eur. Bacch. 1330 sqq., Ovid. Metam. IV 563 sqq., Apollodor. III 5 § 4. E Catalogis Hesiodeis ductam esse fabulam suspicatus est Crusius (s. v. *Kadmos* in Roscheri Lexico Myth.).

3) Apoll. Rhod. IV 517 sqq., Callimachus apud Strab. p. 46, Phylarchus apud Athen. 462*b*, Eratosthenes apud Steph. Byz. s. v. Δυρράχιον, Nicandr. Ther. 607, Dion. Perieg. 390 sqq.

4) Eur. Bacch. 1339, Apollodor. III 5 § 4, schol. Pind. Pyth. III 153.

5) Phot. Hesych. Suid.; cf. Crusius in Roscheri Lex. Myth. II 890 et saepius. — Simile quid de sepulcro *Hectoris* scribit Lycophron 1194, 1204, 1208: heroem Cretam, inde εἰς μακάρων νήσους abductum iri, Thebis autem tumulum habiturum (cf. schol. Hom. N 1, Pausan. IX 18 § 5, Crusius Sitzb. d. bayr. Ak. 1905 p. 761 sqq.). — Non prodest collatus Herodotus III 26.

Digitized by Google

ἕδος [1]): habebis priscam fabulam Boeotiam. Scribe νῆσοι — nam singularis numerus hinc alienus — et abice sequentia: habebis fabulae recentioris initium. Iunge in unum et habes ... nugas meras.

Et aliud aenigma hic videtur indicandum, sive solvi id potest sive nequit. Draconteo quicunque genere nati erant in corpore insigne habebant hastam [2]). Cur „λόγχης" figuram Thebani illi γηγενεῖς in cute ferebant? Pro vocabulo a dictione epica alieno scribe vetustius illud ἔγχος vel ἐγχεΐην et mirum ni appareat nexus. Quemadmodum *serpentes* et *falcones* dicta sunt tormenta ignivoma et ratione inversa *lance de fer* vocatur hodie vipera quaedam venenosa, sic lanceas suas *serpentes* dixere prisci milites, *serpentem* autem in corpore ostendebant sparti Cadmei, veteris illius serpentis proles.

XXXI.

DE IUNONE TROIANIS INFESTA.

Saevam Iunonis ob iram expugnatum Ilium quis non dixit! Ex Iliade — nam Odyssea nihil habet quod ad hoc argumentum pertineat [3]) — probe cognitos habemus Priamum eiusque cives ab illa dea odio internecivo petitos. Intentissimo studio plurimoque labore copias Argivorum collegit:

ϝίδροα γὰρ ϝίδρωσε μόγῳ, ϝκαμέτην δέ ϝοι ἵππω
λαὸν ἀγειρούσῃ, Πριάμῳ κακὰ τοῖό τε παισί [4]).

Dein in ora longinqua versantes tuetur; κήδεται αὐτῶν ὅτε ὁρᾷ θνῄσκοντας [5]) nec non cum rixantur duces [6]). Ceteris diis post-

---

1) Cf. Ω 544.

2) Aristot. Poet. 16, Dio Chrys. IV 23, Plut. Ser. num. vind. 21, Iulian. 81c, Hygin. 72.

3) In annotatione indico versum δ 513, ubi Agamemnonem incolumem in patriam reduxisse dicitur Iuno.

4) Δ 27 sq.

5) A 55.

6) A 195 sq.

Digitized by Google

quam persuasit ut dirui sinant urbem ipsi invisam [1]), claro clamore in pugnam vocat exercitum, qui se praeside in Asiam traiecit [2]). In eo cum est res ut dux Troianorum evadat superior, furore percita solium suum ipsumque Olympum tremefacit [3]), mox curru conscenso suis auxilium latura advolat, nec nisi vi coacta et invita recedit [4]). Palam Argivis succurrere vetita clam opitulatur, armis usa muliebribus, amoris enim illecebris pellicit Iovem; qui dum in eius amplexu iacet alto somno consopitus, Argivi denuo fiunt superiores.

Nihil igitur relinquit intentatum, strenue semper illum quem ante oculos habet finem appetens, vel crudos si possit Priamum eiusque prolem devoratura [5]), ne defunctis quidem mitior quam erga vivos [6]).

Cur Troianis adeo fuit infensa?

Non dixit id Homerus, ne illo quidem loco ubi de Paride haec sunt tradita:

'νείκεσσε θεάς, ὅτε οἱ μέσσαυλον ἵκοντο,
τὴν δ' ἤνεσσ' ἣ οἱ 'πόρε μαχλοσύνην ἀλεγεινήν [7]).

Nomen certe Iunonis illic non legitur, neque *νεικέσσαι* est idem quod laudem vel praemium denegare. Sed illos versus, ubi deae Iuno Minerva Venus intellegendae creduntur vulgo — et recte fortasse creduntur — si neglegimus, nullo Iliadis Odysseaeve loco Paridis iudicium commemoratur, neque alia odii tam immanis causa apud Homerum indicatur ulla, nedum apertis verbis enarretur.

Est quod primo adspectu miretur quispiam: simplex tamen et aperta est rei causa. Non dixit poeta id quod per se intellegi

---

1) Δ 14—64. Qui locus ut suo pretio aestimetur, teneamus oportet poetam, cui Iliadis haec pars debetur, neque Achillem habuisse cognitum neque „Iovis" illam „fraudem", sed ipsum belli exordium nunc enarrari, caelites igitur induci de Troiae sorte ex animi sententia deliberantes. Prisci autem carminis echo quaedam etiam percipitur in episodio quod est de Iovis fraude; illic enim Iuno dicitur *ἐπιγνάμψαι ἅπαντας ἀθανάτους* (Β 18—15).

2) Ε 784 sqq.

3) Θ 198—211.

4) Θ 350 sqq.

5) Δ 25 sq.

6) Ω 25.

7) Ω 29 sq.

Digitized by Google

putavit, id quod obscurum fore cuiquam ne suspicatus quidem est. Poteratne ille dubitare quin pro sua gente pugnarent hinc dea Argivorum, illinc numen tutelare Troianorum?

„πῶς δὴ ἐγώ γε
οὐκ ὄφελον Τρώεσσι κοτεσσαμένη κακὰ ῥάψειν;"

rogantem fecit Iunonem [1]): — dea Argiva cur faveret Argivis, hostes Argivorum cur odio inexpiabili insectaretur, eratne dicendum? Non opinor! [2])

Et falsa modo perhibebam odii causam in carminibus Homericis latere dicens, nam cum re ipsam rei causam Iuppiter prolocutus est in coetu deorum hisce verbis: „*Menelao duae deae opitulantur*,

Ἥρη τ' Ἀργεῖη καὶ Ἀλαλκομενηΐς Ἀθήνη" [3]).

Argivis adfuit Iuno *utpote Argiva*, et similis causa inest Minervae deae Boeotiae epitheto, similis causa Neptunum Troianis reddidit infestum.

Sed de Minerva Neptunoque disputandi posthac erit opportunitas, nunc id unum observatum esto, minime obscuram videri causam, ob quam Iovem vincire aliquando voluerint

Ἥρη τ' ἠδὲ Ποσειδάων καὶ Παλλὰς Ἀθήνη [4]),

qua occasione Iuppiter Thetidis opera servatus esse dicitur. Quod Thetidis auxilium ab Achilleidis poeta fictum esse, ut gratiam ab Iove Thetis iure suo reposcere posset, sunt qui sibi persuadeant [5]). Equidem non tales novi poetas epicos, et libentius sequar Berardum nihil omnino finxisse eos [6]) sed accepta refinxisse et exornasse perhibentem, quam eos qui talia pro re nata ab iis excogitata esse arbitrantur. Non quo ex asse adstipuler Berardo!

---

1) Σ 364.

2) „Hera, die Göttin von Argos, ist natürlich [in der Urilias] die Schützerin des Herren von Argos" (Robert, Studien zur Ilias p. 351).

3) Δ 8.

4) A 400, ubi mire turbatur prisci carminis ratio lectione Zenodoti, Minervae substituentis Apollinem. Cf. etiam Ω 25 sq.

5) „Das Streben nach einer sorgsamen ... Motivierung hat den Dichter ... offenbar über die Schranken der Volkssage hinausgetrieben ... Den Einfluss der Thetis auf Zeus erklärt er durch eine frühere Errettung desselben aus einem Götteraufstand, ... eine homerische Modificierung des Aufstandes der Titanen" (E. H. Meyer Achilleis p. 20).

6) „Ils n'inventent rien" (V. Bérard, les Phéniciens et l'Odyssée).

Digitized by Google

nimis enim angustis finibus artem vatum epicorum aut circumscripsit aut circumscripsisse videtur. Qui si id tantum dicere voluit non *de nihilo* ficta esse illorum inventa, sed aliquem prius adfuisse nucleum circum quem concrescerent, id contendit de poetis Graecis quod de omnibus omnium temporum gentiumque poetis valuit semper et valebit.

Manet igitur quaestio quam movebamus: cur Iuno Minerva Neptunus Iovem in vincula coniciendi inierunt concilium? In promptu autem est quod respondeamus: dei qui in Troiae perniciem conspirabant huius urbis deum tutelarem vincire sunt conati.

Nam Troiae deus tutelaris fuit Iuppiter:

ὅσσαι ὑπ' ἠελίῳ τε καὶ οὐρανῷ ἀστερόεντι
ναιετάουσι πόλιες ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
τάων τοι περὶ κῆρι ἐτίσατο Φίλιος ἱρὴ
καὶ Πρίαμος καὶ λαὸς ἐυμμελίης Πριάμοιο [1]).

In Iliade leguntur versus quos attuli; non tamen Iliadem nostram nunc cogito, in quam veluti in spatiosam aliquam *μισγάγκειαν* undique confluxerunt fabularum apud varias gentes natarum rivuli, sed priscum carmen vel prisca carmina, quibus celebratum olim fuit bellum ab Argivis adversus Troiam gestum. A quibus carminibus aberat Achilles, aberant numina Olympia; immo absunt. Nam licet cum carmine quod est de ira Achillis artius iam cohaereant vetustae poesis illa rudera quam ut inde possint solvi, facile tamen etiamnunc agnoscuntur et dudum sunt agnita. Et id quoque, quod modo statui, multis Iliadis locis claris verbis dictum legitur. In Gargaro Idae montis cacumine Iovi erant *τέμενος βωμός τε θυήεις* [2]); plurimae et illic et in ipsa Troia urbe ei mactabantur victimae [3]); ex illo monte *ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων* [4]) adspicit Troianos cum hostibus dimican-

1) Δ 44 sqq.
2) Θ 48.
3) X 168—172.
4) Δ 166 H 69 Λ 544 Σ 185. *Troianum* hoc est numen. Admodum autem notabilis est horum locorum primus, ubi Agamemnon claris verbis dicit Iovem Troianis favere, „*at*" pergit „*erit cum iis αὐτὸς ἐπισσείῃσιν ἐρεμνὴν αἰγίδα πᾶσι τῆσδ' ἀπάτης κοτέων*". Certa igitur nisi intercedat causa „*ipsum Iovem*" iis infensum fingere sibi nequit Agamemnon.

Digitized by Google

tes et consilio suo eos adiuvat [1]), *μεγάλα κτυπέων, δαιόμενον δὲ σέλας ἰεὶς μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν* [2]), adverso autem marte cum a Troianis pugnatur Hectorem Iovi *ἐξ ἄκρης πόλιος χεῖρας ἀνασχεῖν* velle suspicatur Hecuba [3]).

Ille igitur deus — *Iovem* dicere consuevimus, sed *sedis* potius quam proprio nomine nunc est indicandus — ille igitur deus, qui in *Ida* Phrygiae monte colitur, *εἴτε Ζεὺς εἰθ' ὅπως δήποτε χαίρει ὀνομαζόμενος*, favet suae regioni suaeque genti: pater Idaeus prolem suam omnibus viribus intentissimoque studio tuetur. Quapropter Argivorum horumque sociorum dei tutelares vincire eum sunt conati; postea Iuno in ipso monte Ida callida fraude circumventum aliquantisper detinuit quem catenis aheneis frustra fuerat adorta.

Prolem dei Idaei modo dicebam Troianos: Dardanus certe, gentis genitor, Iove satus fuit [4]); etiam fortissimi urbis defensores Hector et Sarpedon Iovis audiunt filii. Et de Sarpedone quidem plura dicere inutile, nam certa et aperta est res ubi lacrymis sanguineis filii caedem deflet pater:

„αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε
παῖδα φίλον τίων" [5]).

Hector autem licet in Iliade nostra Priamides vocari soleat et in patris habitare dicatur regia, minime tamen priscae fabulae vestigia oblitterata sunt omnia, sed *καὶ τυφλῷ δῆλα* cernuntur in hisce versibus:

„λυσσώδης φλογὶ εἰκελος ἠγεμονεύει
Ἕκτωρ, ὃς Διὸς εὔχετ' ἐρισθένεος πάις εἶναι" [6]),

et: *„ut boves a leone sanguinis avido,*

ὣς τότ' Ἀχαιοὶ
θεσπεσίως ἐφόβηθεν ὑφ' Ἕκτορι καὶ Διὶ πατρί" [7]).

Hic *ἐνδέξια σήματα φαίνει* Troianis, Hector *πίσυνος Διὶ* hostes adoritur [8]), eius copiae *τεθαρσήκασιν ἐπεὶ μάλα Ἴλιον εὐρύοπα*

1) Λ 186—194 M 174 O 59 sqq. etc.
2) Θ 75 sq.
3) Z 257.
4) Υ 304. Sic *avus* certe (vel abavus) Iovis fuerit Hector Priami Dardanidae filius.
5) Π 447, 459 sq.
6) N 53 sq. — Recentior vero cantor: *Ἕκτωρ οὔτε θεᾶς υἱὸς φίλος οὔτε θεοῖο* (K 50).
7) O 636 sq.
8) I 236 sq.

Digitized by Google

Ζεὺς χεῖρ' ὑπερέχει [1]). Neque admirationem movent huiuscemodi versus, quantumvis ab aliis Iliadis partibus discrepantes; nam aliter fingi primitus vix potuit fabula quam sic, ut bellator ille, ὃς οἷος ἐρύετο Ἴλιον ἱρήν, diceretur filius dei τοῦ ῥυσιπτόλιος. Ipse Hector deus olim fuisse videtur, hostes ab urbe sua propulsans; sed in carminibus epicis quoniam heroes certant, non numina, illa quaestio procul nunc est habenda, et sufficit perspexisse temporis vetusti aliquam in verbis allatis superesse memoriam. Etiam ex Hectoris ore sic gloriantis:

„αἲ γὰρ ἐγὼν οὕτω γε Διὸς πάις αἰγιόχοιο
εἴην ἤματα πάντα ...
ὡς νῦν ἡμέρη ἥδε κακὸν φέρει Ἀργείοισι" [2])

fabulae priscae percipitur echo, non clara quidem, sed tamen talis ut agnoscatur. Recentiori vero aetati, qua diversa inter se sunt coniuncta, debentur versus quales hi sunt:

„Ζεὺς μὲν ἄρα Τρώεσσι καὶ Ἕκτορι βούλετο νίκην
κυδαίνων Ἀχιλῆα πόδας ταχύν" [3]).

Nam contaminantium est ita rationem reddere rei quae olim nihilo magis explicationem requirere visa erat quam Aeneas a matre Venere defensus vel Achilli favens Thetis.

Tria igitur numina Iuppiter Apollo Venus Troiam tuentur [4]). Quibus respondere videntur trium gentium nomina Τρῶες καὶ Λύκιοι καὶ Δάρδανοι [5]), plurium autem bellorum memoria in unum confluxisse; et fortasse ipsa Troiae rudera, quae plus semel incendio deletam testantur, originem ostendunt priscarum fabularum urbem saepius petitam et captam ferentium [6]). Sed haec, quae partim nimis incerta partim a nostro argumento aliena sunt, nunc mittamus, id unum tenentes quod manifestum est: ut primum Argivi regionem Idaeam infestarint, numen

1) I 419 sq.

2) N 825 sqq.

3) N 347 sq.

4) Quarta urbis patrona Minerva, quae noto Iliadis loco (Z 269 sqq.) commemoratur, in censum nunc non venit. Fuitne primitus *Apollo* vel *Venus*? Ut fuerit, fert ratio; certe eius nomen recenti aevo illic debetur. Ipsa illa Iliadis pars recentissima multis hodie videtur, equidem solum deae nomen postmodo invectum arbitror.

5) Θ 178. *Troes* igitur et Hector *Iovem* numen sibi habent propitium, *Lycii* et Pandarus *Apollinem*, *Dardani* et Aeneas *Venerem*.

6) Laomedontis urbem dico ab Hercule expugnatam et Telephum ab Achille victum.

Digitized by Google

Argivum necessario infestum fuisse numini Idaeo, sive Iovi Iunonem, ut cum poetis epicis loquamur.

At alium Iovem norant fabulae Thessalicae: illum qui in *Olympi* montis vertice sedem habet. Norant et tertium *Dodonaeum* [1]). Hic postmodo uxorem habuit Dionen, itaque idem intellegendus videtur in prisco carmine, quod est de virtute Diomedis, a quo vulnerata Venus confugit ad matrem Dionen in sedem caelestem [2]). *Olympii* vero Iovis uxor passim [3]) dicitur Iuno illa, quae Iovem Idaeum habet adversarium.

En igitur a se ipsa discordans dea et ipse sibi infestus Iuppiter: — quid mirum quod coniuges illos inter se discordes pinxit epos, quid mirum quod Iuno maritum

„αἰὲν ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
νεικείει καὶ φησὶ μάχῃ Τρώεσσιν ἀρήγειν"! [4]).

Ab Achillis Achivorumque partibus stat ἐριγδουπος πόσις Ἥρης Ὀλύμπιος, a parte Troianorum πατὴρ Ἰδαῖος. Hectori eiusque patri caelesti nunquam non insidiatur πότνια illa Βοῶπις, at eadem Ζηνὸς ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαύειν dicitur [5]), est enim Διὸς κασιγνήτη τ' ἄλοχός τε.

Quapropter in carmine, quod ad nos pervenit, profertur causa sollerter excogitata ad id explicandum quod quin necessario fieri debuisset prisci cantores ne dubitaverant quidem. Iuppiter Idaeus cur Troianis favisset olim nemo rogaverat, at in Olympo idem habitans Iunonis uxoris causam tueri Achillique favere censebatur: certa igitur causa debuit intercedere ut in partes adversas pertraheretur. Regum illa rixa Thetidisque preces iam effecerunt ut Achilli Achivorum duci benevolum se ostenderet Iuppiter ... Achivos occidendo. Quid autem est συγκλώθειν ἀσύγκλωστα nisi hoc est!

„τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσι!"

— his verbis cum ad *Apollinem* precatur sacerdos *Troianus*, sincera percipitur priscae poeseos vox, neque quisquam mirari potest quod ratae fiant illae preces: *Achillis* nomine cum idem

1) Π 233. Cf. supra pag. 290, 4.
2) Ε 370 sqq.
3) Etiam in carmine de Diomedis virtute.
4) Α 518 sq.
5) Ξ 213.

Digitized by Google

ab *Iove Olympio* petit Thetis, stupemus et fortasse tam immanem iracundiam indignamur, artificium autem agnoscimus poetae ingeniosi, non artem nativam.

Neque ab omni parte verum est quod de Apolline modo dixi. Qui deus in *Pergamo* arce habitans — sive arcis *Troianae* id fuit nomen, sive ex alia fabula desumtum est, — non potuit non succensere hostibus urbem suam oppugnantibus: et tamen in Iliade nostra certam demum ob causam telis suis aggressus eos esse dicitur, mox precibus flexus iis pepercisse, idem tamen Hectorem Troianosque mox ciens in eorum aciem et intra ipsa eorum castra ducens. Nempe *Apollo Olympius* Achivis amicus fuit nisi ab ipsis laederetur, *Apollo Troianus* semper infestus. Quodsi etiam dubium cuiquam videatur, ipsa ars grammatica confirmare possit id quod doceat sana mens. Nam Iliadis initio, cum „Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός" Achivos telis suis letiferis insectatus esse fertur, addenda est causa qua veri similis ea res reddatur; sed priscae artis hunc versum non esse testatur syllaba *-οῦς* contractione nata. At ille Apollo, quem celebrarunt carmina antiquiora, Achivos ab ora suae regionis repulsurus erat, etiamsi creberrimis hostiis propitium sibi reddere fuissent conati neque quicquam adversus eum deliquissent praeter id unum quod bellum ipsius genti inferrent. Patrem eius Olympium neque mythi prisci admittebant neque nunc admittunt numeri [1]). Iovis filius ut sagittis peteret exercitum, quem ducerent Achilles et Atridae Iovi huiusque uxori carissimi, sacerdotis laesi querelis debuit permoveri: deus indigena hostes vel sua sponte arcebat. Potuit ab advenarum numinibus potentioribus superari, quemadmodum in ea parte Iliadis, ubi argumento vetusto pessime abusus est cantor aliqui *τοῦ πονηροτάτου κόμματος* [2]), revera cedit maiori Neptuno, — huius „patruelis" nimirum illic dictus, — sed donec licuit, ab urbe sua propulsavit malum. Leto dedit Patroclum, ipsum dedit Achillem: Hectorem

1) Neque priscae est dictionis duos alicuius dei commemorare parentes: talia debentur recentiori aevo deorum heroumque stemmata elaboranti. Aliquid igitur prodest lectio altera — aut coniectura — *Λητόος ἀγλαὸς υἱός*.

2) „Diese am Skamandros sich balgende Götterbande" Theomachiam vocavit E. H. Meyer (Achilleis p. 397), duris verbis contemtum prolocutus. At suo loco similia dicta quantam habeant maiestatem vide apud Vergilium Aen. II 610 sqq.

Digitized by Google

servasset, nisi in fatis fuisset ut deleretur Ilium sacrum et Priamus et Priami gens bellicosa.

Prisci aevi vox — certe vocis imago — percipitur ubi in deorum Olympiorum concione Troiam servare conatur Iuppiter [1]), non *suam* quidem eam dicens urbem, sed tamen urbem sibi caram, utpote hominum singulari religione se colentium. Obloquuntur ei Iuno et Minerva. Tertius Troiae inimicus Neptunus ab illa concione abest ... cur abest? Credo quod non deus γαιήοχος iam cogitatur sed marinus deus in maris fundo habitans, qui a coetu Olympio alienior fuit. Sed hanc quaestionem nunc mittamus. Exposcunt igitur sibi urbem Troiam Iuno et Minerva, cedit eis invitus pater ... *Olympiumne* dicamus an *Idaeum*? Praestat dicere *patrem deorum*, nullo addito nomine quo locus indicetur, quoniam deorum in palatio caelesti degentium huiuscemodi concio fingi non potuit nisi ea aetate, qua numina Olympium et Idaeum in unum confluxissent.

Quippe cum fabula, quae erat de bello Troiano, concrevit alia, qua celebratur iuvenis navi regionem longinquam petens. Iasonem hunc voca: propitiam sibi habet Iunonem [2]). Achillem dic eundem, — sunt enim simillima sibi et fere consimilia quae de utroque inter gentem Thessalam sunt narrata: — fautrix ei est Minerva, mater Thetis. Nullum praeterea auxilium requisivit olim, sed in regis mortalis filium postquam abiit, propitium sibi habuit deum in vertice Olympi habitantem, qui fulmina torquet nubibus abditus, nutuque ipsum montem percellit. Propriumne requiritur huius dei nomen? Non requirebant fortasse qui unum deum, suum deum, colebant; sed requirebant posteri, requirebant poetae [3]), nos cum iis requirimus: *Iovem* igitur dicamus celsum illum hominumque deumque patrem. Hic Achillem diligit et tuetur [4]), hostibus igitur Achillis infestus, ut Menelai hostibus Iuno.

In fabula Thessala cur deus pater et dea mater inter se

---

1) L. l. (libri Δ initio).

2) μ 72.

3) Nec tamen semper aut omnes requirebant poetae, saepe enim etiam in carminibus Homericis Ὀλύμπιος vocatur, non addito alio nomine.

4) Cf. Achillis epitheton Διὶ φίλος et T 342 sq.

Digitized by Google

discordarent non erat causa; immo qui coniuges eos finxerunt, finxere concordes, rixantes fingere ne poterant quidem, quoniam eam solam ob causam sociabantur quod viventia quaevis in lucem protulisset eorum amor: Iovis ἄλοχος φίλη iis fuit Iuno [1]). Iurgia illa et minae et insidiae, Iuno maritum ligare conata, ab ipso in aere suspensa crudelique supplicio affecta, debentur recentioribus poetis fabulas contaminantibus.

Etiam *soror* Iovis Iuno dicitur saepius in carminibus epicis; Saturni proles audit uterque. Sed recentioris haec quoque sunt aetatis. Nam Patri hominumque deumque prisci homines patrem non tribuerunt. Voces Κρονίων et Κρονίδης sive cum Κάρνου Καρνείου dei vetusti nomine cohaerent [2]), sive aliam habent originem, multo utique sunt recentiores quam ipsorum Iovis et Iunonis cultus [3]), et soror Iovis Iuno dici coepta est diu postquam eius uxor est habita [4]).

Quam mire autem fabulae, quae inter gentes varias ferebantur, in carminibus epicis sint permixtae conglutinatae contaminatae, luculentissime apparet in Iliadis illa parte, quae Διὸς ἀπάτη solet inscribi. Nempe splendidi versus, quibus olim celebratus fuit Pater caelestis cum Terra Matre congressus, in eum iam detrusi sunt locum ubi Iuno Olympia Idam montem petit eo consilio ut coniugem suum item Olympium, quocum habitat vivitque, qui paucis horis ante eius cubile reliquit,... ad amores furtivos pelliciat. Poteratne fingi quidquam infelicius? Non facile reperias versus pulcriores minus apto loco collocatos! Solve telam fabularum traditarum, quae στήμονι ἐν παύρῳ πολλὴν κρόκα habet insertam, — ad Musam Rhapsodicam dic: „ὦ φίλη, λίαν σπαθᾷς!" — neglige nomina propria et deum

---

1) O 156. — Nolim cum Roschero (Lex. Myth. I 2105) Iunonis illam zelotypiam ex aevi heroici moribus repetere. Neque enim eiusmodi novi aevi heroici mores, neque zelotypa dicenda videtur Iuno Homerica sed Troianis infesta eamque ob causam identidem de urbis sorte cum Iove verbis disceptans.

2) De Boogschutter en de Weefster p. 143.

3) Fortasse potius statuendum est, priscas quidem esse, sed aliud alio aevo significasse: *epitheta* fuisse primitus, postea pro *patronymicis* esse habita.

4) Etiam serius πόσιν "Ηρης quam Κρονίδην dictum esse Iovem docent versus qualis est A 552, ubi Iuno „αἰνότατε Κρονίδη" eum increpat. Qualia non sunt uxoris maritum verbis sive mitibus sive acerbis alloquentis, multoque minus sunt *fratrem* carpentis.

Digitized by Google

Idaeum dic a dea Argiva deceptum: — habes fabulam ... sequiorem quidem, sed eam tamen fabulam quae possit intellegi, et aptissima iam videntur dei resipiscentis ad deam fallacem verba ultima:

„τῶν σ' αὖτις μνήσω, ἵν' ἀπολλήξῃς ἀπατάων,
ὄφρα ἴδῃς εἴ τοι χραισμῇ φιλότης τε καὶ εὐνή,
ἣν ἐμίγης ἐλθοῦσα θεῶν ἄπο καί μ' ἀπάτησας" [1]).

Versus autem quibus pingitur deus deam amplexus exime e contextu — et carminis, quo olim ὁ ἱερὸς γάμος mariti caelestis uxorisque terrestris est celebratus, habes fragmentum praestantissimum; quod nunc panni purpurei est instar, in veste attrita nimis late splendentis. Nam Iliadis librum Ξ quicunque perlegit, si modo sciat pulcra a turpibus distinguere audeatque suo stare iudicio, non potest non vehementer improbare quae illic narrantur et sentit diversissima utcunque esse coniuncta.

Neque sola est poetica ars ad quam provocare nunc liceat: tantundem fere auxilii est in humiliore aliquanto arte, dico geographicam. An carminis genuini poetaeve sua canentis haecce videntur [2]):

Ἥρη δ' εἰσέτιδε χρυσόθρονος ὀφθαλμοῖσι
στᾶσ' ἐξ Οὐλύμποιο, ἀπὸ ῥίου, ...
Ζῆνα δ' ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς πολυπίδακος Ἴδης
ἥμενον εἰσέτιδε —

Iuno stans in cacumine Olympi conspicit Iovem in Ida monte sedentem —? Non multis, ut opinor, talia placebunt. Sed etiamsi quam maxime placeant, sequitur id quod etiam *metrica* arte damnatur:

μερμήριξε δ' ἔπειτα βοῶπις πότνια Ἥρη
ὅππως ἐξαπάφοιτο Διὸς νόον αἰγιόχοιο.

Legitur sane et aliis locis compluribus illud πότνια Ἥρη, et notissima vocabula inter legendum praetermittere solemus vix animadversa. Sunt tamen vitiosa, certe suspectissima. Nam breve esse alpha vocis πότνια non est quod hic allatis exemplis demonstretur, cum certa sit ea res et aperta; illicitus igitur post hanc vocem est hiatus. Et verum hunc esse hiatum non minus

1) Ο 31–33.
2) Ξ 153 sqq.

Digitized by Google

certum est, nam nomen Iunonis in carminibus Homericis frequentissimum nulla usquam ostendit vestigia consonae initialis.

— Nempe pervetusta haec sunt epitheta, e priscis carminibus repetita, vetusta autem ars hiatum minus curabat.

Cras credam, et multo facilius mihi persuadeo alius numinis olim haec fuisse epitheta. Nam non numeri soli versiculi illius

„βοῶπις πότνια Ἥρη"

miserrime hiant, sed et ipsa hiat sententia. Iovis omnipotentis uxor ἐύθρονος λευκώλενος cum dicitur βοῶπις, facilius est rogare quid significet illud epitheton, quam recte respondere roganti. In carminibus epicis, quae ad nos pervenerunt, dea femina eo ornatur: nisi igitur inani verborum tinnitu gaudebant qui eo nomine eam designarunt, intellegebant eam quae facie bovem quodammodo referret, quod nisi oculis grandioribus fieri non potuit, neque his satis apte. At qui illud nomen olim crearunt, non imagine longius petita parumque venusta faciem muliebrem, immo divinam, laudare volebant, sed vocabulo usi viventi suamque vim servanti tribuebant deae vaccae faciem ipsumque fortasse corpus, quemadmodum in bovem mutata fertur Io Iunonis pelex. Item qui Minervam γλαυκώπιδα dixere primitus, non oculos fulgentes aut praegrandes aut colore nescio quo insignes tribuebant deae, sed facie noctuam referentem et cogitabant et dicebant: testis est noctua, quae ad nostrum usque tempus fida Minervae sodalis iuncta satis valet ad quaevis interpretum artificia confutanda. Appictum est animal cuius speciem dea induisse credebatur olim.

Quae si satis certa videntur, — et in vulgus nota nunc loquimur, — habemus priscam deam βοώπιδα sive sub specie vaccae cultam, ut culta est Hathor dea Aegyptia; habemus Terram Matrem, aut si quis mavult, Matrem Naturam. Haec fuit prisca dea Argiva.

Olim igitur in hymnis fuitne:

„βοῶπις πότνια Ϝιώ"?

an: „βοῶπις πότνια μήτηρ"?

Utrumvis recte et salvis numeris potuit dici; utrumque olim dictum esse suspicari licet. Id quoque haud temere suspicetur quispiam, in carmina epica locutionem „βοῶπις πότνια Ἥρη" invitis poetis sero demum irrepsisse, et duobus certe locis ipsa

Digitized by Google

codicum varietas luculenter id testatur [1]). Textui nusquam non apta sunt: „βοῶπις πότνια μήτηρ" et: „θεὰ λευκώλενος Ἥρη".

Nempe quae uxor honorata fuerat Io postquam in Iunonis pelicem abiit, in priscis carminibus ei, ut in toro mariti, substituta est gentis potentioris dea tutelaris Ἥρη ἡ λευκώλενος, ἡ ἐύθρονος. Neque ipse maritus sui mansit similis. In poesi epica celebratur ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης: in Iunonis locum substituatur ἡ βοῶπις μήτηρ sive Terra mater et habebimus ἐρίγδουπον πόσιν Δήμητρος sive Ποσειδάωνα illum τὸν γαιήοχον, ἐνοσίχθονα, κλυτόπωλον [2]).

Nunc vero in poesi epica regina caeli ipso metro invito cum capite bovino obambulat, tamquam si minotauri esset soror, non dei optimi maximi et soror et coniux. Satis credo placebant vocabula horrendae vetustatis, etiamsi non satis intellegerentur, et eo magis fortasse placebant quo minus intellegebantur. Itaque recentiores poetae etiam Nereides et puellas regias dixere βοώπιδας, absurda se dicere ne suspicati quidem.

Post Homerum Iliadem scribere velle in proverbio est. Non minus inepta molientis fuerit enarranda sibi sumere quae ante Homerum habuerit Ilias. Illud carmen de bello Troiano, in quo Iuno non uxor esset Iovis sed adversaria, neque Achillis mentio fieret ulla, quem ambitum, quale exordium, quemnam finem habuerit, quis dicat! Suspicari possumus multa, et plurima suspicati sunt plurimi, demonstrari aut nihil potest aut paene nihil. At tamen carmina Homerica legentibus mente semper tenendum est id, quod ut probe novimus, sic non possumus non identidem oblivisci: et fortes viros vixisse ante Agamemnonem et poetas epicos fuisse ante vates illos, quorum ad nos pervenere carmina. Ante oculos nostros quae fiunt intellegi nequeunt nisi rerum praeteritarum habita ratione: ἀπορίων quas praebent Ilias et Odyssea aut nulla petenda est λύσις aut petenda est e mythis aevo epico antiquioribus:

---

1) Ξ 277 et Ο 92: θεὰ λευκώλενος Ἥρη, l. a. βοῶπις πότνια Ἥρη. — Quominus tamen rhapsodis vel etiam librariis tribuamus locutionem πότνια Ἥρη obstat quod eam imitatus dixit cantor quidam: πότνια Ἥβη (Δ 2).

2) »Erst als Gatte der Erdmutter wird Poseidon in seinem wahren Wesen erfasst" (vWilamowitz, Festrede vom 25 Jan. 1906, Sitzungsber. d. k. p. Ak. d. W. p. 67).

Digitized by Google

— Helena Διὸς ἐκγεγαυῖα cur dicitur? — Quia dea fuit primitus.

— Neptunus Olympo monte relicto planitiem Troianam visurus cur Samothracen, dein mira ambage usus Aegas marisque fundum adit, inde curru Troadis petit littus? — Quia aliis deus ille fuit γαιήοχος ἐνοσίγαιος, cuius sub incessu tremunt saxa et nemora, aliis marinus, equis per aequora vectus.

— Iuppiter Troianis cur parat exitium, idem iis favens? — Quia uno in pectore hostiles sibi aestuant animi duo, numinis Olympii et Idaei; unus deus dicitur, revera sunt duo.

— Ulixes per secures duodecim telum traiecisse cur dicitur? — Quia olim fuit deus sagittarius.

— Cubiculo olivam cur dicitur inclusisse? — Quia deae uxori oliva fuit sacra.

— Circa initium Iliadis naves in littore stantes cur singulis ducibus ἕπεσθαι dicuntur? — Quia e carmine classem Aulide in Asiam profecturam celebranti haec sunt desumta.

— Aiax cur stans in navi Protesilai conto praelongo repellit hostes ignem classi inferentes? — Quia ducta haec sunt e carmine antiquiore, quo pingebantur Graeci ad Troadis oram appellentes et Protesilaus ab hostibus caesus; Brasidae igitur Pyli oram adorti vel Caesari oram Britanniae [1]) illic similis est Aiax, certe olim fuit similis.

— Iuno denique cur audit βοῶπις? — Quia irrepsit in locum deae sub vaccae specie olim cultae.

— Marito cur perpetuo adversatur? — Quia primitus non uxor eius fuit sed inimica implacabilis.

At quid prodest talia pervestigasse et vetustae poesis vestem splendidam dilacerasse?

Respondeo verbis Agamemnonis:

„ἐγὼν οὐκ αἴτιός εἰμι,
ἀλλὰ Ζεύς" [2]).

Agamemnonis hisce respondeo verbis, quoniam illis luce fit clarius quid mali habeat theocrasia illa, quae in carminibus epicis passim obtinet. Iovem iram sibi civisse dein urbis captandae

1) Thuc. IV 11 Caes Bell. Gall. IV 25.
2) T 87.

Digitized by Google

spe inani obiecta ad proelium ineundum se instigasse conquestus Agamemnon exemplum praebuit ἐκείνου τοῦ ἀδίκου λόγου, quo mortalium quaevis delicta possunt fucari. Qualem abusum priscarum fabularum suo iure indignati Xenophanes Plato alii monuere cavendum esse ne boni mores detrimentum caperent e carminibus, unde talia possent proferri. At gravius quam mores vel religio plectitur ipsa poesis, cum caelites dicuntur μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατύλλειν. Nihil eiusmodi deliquere vates antiqui, quibus debetur quicquid pulcri habent Ilias et Odyssea. Tum demum nequam homunciones quae deliquissent potuerunt εἰς τὸν Δί' ἐπανενεγκεῖν [1]), cum in unum confluxissent pater Idaeus et pater Olympius, et ipse sibi repugnans summus deus quorumlibet flagitiorum exempla mortalibus videretur praebuisse.

1) Ar. Nub. 1080.

AD TERENT. EUNUCH. III 5, 40.

Ne altera paginae pars vacet, addam quaedam de noto Terentii loco, ubi iuvenis quidam εἰς τὸν Δία ἐπαναφέρει id quod modo deliquit ipse. Tabulam pictam spectasse se ait: inerat Iuppiter aureum imbrem in Danaae gremium immittens. Admodum gaudebat

deum sese in hominem convertisse et per alienas tegulas
venisse clanculum: per impluvium fucum factum mulieri.

De quo loco optime meruit Bentley *impluvium* in *pluviam* mutando, sic enim et numeri sunt restituti et apparuit iocus, quem praebuit *fucus* vocabulum ambiguum. Etiam *hominem* vocabulum corruptum esse sensit ille, sed — Horatii sui intempestive memor — a comici mente longe aberravit in *pretium* id mutando. Nam versus quidem Horatianus, ubi Iuppiter dicitur *conversus in pretium deus*, recte habet, — si recte habent mythi prisci in ridiculum conversi, — itemque Ovidii dictum acutulum: „*Iuppiter ... corruptae pretium virginis ipse fuit*", sed a verbis iuvenis deum *per tecti rimas delapsum* ridentis voces *pretium, aurum, metallum, pecunia* similes quam maxime sunt alienae. At ea ratione, qua posteriorem versum correxit Bentley, et hunc emendare neque difficilius est neque maioris audaciae: pro *in hominem (inhoĩem)* scribatur *in imbrem*:

deum sese in imbrem convertisse etc.

— At iam usus ea voce est Chaerea. — Ita: nempe rem secum perpendens illud in quo omnia insunt vocabulum consulto repetit.

v. L.

Digitized by Google

DE PLUTARCHI STUDIIS LATINIS.

SCRIPSIT

J. J. HARTMAN.

Audivimus Woelfflinium certissimis nullique obnoxiis dubitationi argumentis demonstrantem a Plutarcho lectas Taciti Historias: duas enim e scriptore Graeco protraxit narrationes obscuras mireque perturbatas, quae quomodo tales evadere potuerint tum demum intelligimus cum e *male intellectis* scriptoris Latini narrationibus eas fluxisse sumimus. Cum enim Tacitus verbis „urbem ac Palatium petunt" hoc sensu usus esset: „ab eo loco, qui est *ad urbem*, ipsam mediam urbem, ubi est Palatium, petunt", Plutarchus, quasi de hominibus ex remota aliqua urbe accurrentibus sermo esset, ἤλαυνον εἰς τὴν Ῥώμην dedit; cumque de homine, qui aedium, quas *emeret* (i. e. empturus esset), vitia *redemptoribus* monstrare vellet, legisset quaedam, e praesenti Latino *emi* Graecum fecit perfectum ἐωνῆσθαι et *venditores* (πωλητάς) ex *redemptoribus*. Tunc ceteras hasce narrationes ab eo ita esse perturbatas ut nemo mortalium ex iis exitum possit invenire sponte intelligimus [1]).

Quin egregie causam obtinuerit Woelfflinius dubium non est, et possumus egregio viro splendidam hanc victoriam gratulari ut et ipsi conferamus aliquid ad recolendam memoriam primi huius anni diei, quo LXXV aetatis annum ille explevit. Quem diem laetis ominibus salutarunt quicunque Latinas colunt literas: praeclara enim Woelfflinii de illis merita tunc iis stabant ante oculos.

1) Vide mea Analecta Tacitea p. 1—11.

Digitized by Google

Vellem autem duobus illis, quae attuli, argumentis contentus fuisset Woelfflinius. Nam cum alia minus certa addiderit, periculum est ne in illa impetum faciant qui, ut Mommseni videantur ipsi, pro Mommsenianis erroribus pertinaciter pugnare pergunt. Quibus si successerit ut hic illic in rebus levioribus Woelfflinium refutent, obiter aspicientibus non tam firma eius causa videbitur quam revera est.

Firmissima ea est neque ullo modo firmior fieri potest. Sed si quid semel pro certo constat, illud subinde nova perfundere luce non inutile videtur, praesertim si neque longe petitur illa et clarum purumque splendorem afferre potest. Quid vero si in causa hac Plutarchea ipse Plutarchus nobis verborum suorum lumina praebet clara, certa, manifesta?

Mihi quotiescunque Woelffliniani inventi memor Plutarchi adspicio locum, ubi quando et quomodo Latinos libros legere coeperit exponit, audire mihi videor senem amabilem placida sua et verbosa oratione diserte aperteque declarantem .... Sed praestat ipsius verba accuratius adspicere. Nondum enim, si quid video, quanti sint singula sat bene est intellectum. Legitur suavissimus locus Dem. c. 2.

Postquam exposuit historiam „universalem" scripturo magnopere prodesse posse urbem magnam, utpote quae libris abundet et vivam gravissimarum rerum servet memoriam, sic pergit:

„at ego qui in parvo habitem oppido et, ne minus etiam fiat, libenter ibi maneam, quique Romae et in Italia cum versarer propter negotia civilia et multitudinem eorum, qui me de philosophia consultum veniebant, latini sermonis discendi caruerim otio, *sero demum* et *provecta aetate* Latine scripta *inspicere* coepi."

Satisne diserta haec? ὀψέ ποτε ait, id est: tandem aliquando, post multos denique annos, et πόρρω τῆς ἡλικίας id est: grandaevus et revera senex. Tunc autem coepit Latinis libris ἐντυγχάνειν, quod eius est qui antea eos ne raptim quidem et in transitu adspexerit.

Sequuntur nunc quaedam quae corrupta quidem sunt sed non ita corrupta quin scriptoris mens clare perluceat, et possunt emendationibus corrigi variis sed quae omnes eodem redeant. Sic enim pergit narrator:

Digitized by Google

„Tunc autem res mihi evenit mira quidem sed vera. Non enim ut e verbis res cognoscerem mihi contigit, sed, quoniam aliquatenus certe res notas habebam, ex illis etiam verba potui intelligere."

Periculosam, ne dicam falsam, hanc esse sermonis discendi rationem ipse Plutarchus testimonio est. E cuius scriptis cum et alii et Volkmannus, cui egregium illud debemus *de Plutarchi scriptis vita philosophia* opus, sat multa protulerint quae contra sermonis Latini leges Plutarchus commiserit, unum eius errorem vulgo negligi miror, quo nullus disertior, nullus qui melius quantum in eo studio Plutarchus profecerit doceat. Vocabuli Latini quod est *ovatio* et alia absurda profert etyma et hoc: „(in minore illo triumpho non ut in maiore boves, sed) *πρόβατον ἔθυον· ὄβα δὲ τὰ πρόβατα Ῥωμαῖοι καλοῦσιν.*" (Marc. 22). Confundit *oves* et *ova*: nonne eiusdem illud est qui quid interesset inter *vendere* et *emere* (atque adeo *redimere*) aut nescierit aut oblivisci potuerit?

Tum haec addit: „elegantiam vero sermonis Latini .... perspicere .... venusta quidem mihi res neque iniucunda videtur .... sed eorum haec est exercitatio quibus plus est otii *καὶ τὰ τῆς ὥρας ἔτι πρὸς τὰς τοιαύτας ἐπιχωρεῖ φιλοτιμίας.*"

Corrupta haec censeo; nihili enim est istud *ἐπιχωρεῖν πρός*, et possumus lenissima emendatione Plutarcho reddere locutionem vere Graecam lepidissimamque; exemptis enim praepositionibus *πρὸς* et *ἐπί* Plutarchum sic loquentem facimus: *„οἵστισι .... τὰ τῆς ὥρας ἔτι τὰς τοιαύτας χωρεῖ φιλοτιμίας* i. e. quorum aetas, quae *etiam* restat, eiusmodi *capit* studia." Sed, sive mea probatur emendatio, sive aequi bonique consuluntur verba tradita (quamquam mihi ferenda non videntur, pertinax esse nolo), hoc mihi, ut opinor, quisque concedet in uno vocabulo *ἔτι* esse omnia: sic loquitur vir grandaevus, qui *iam tum cum Latinos libros inspicere inciperet* haud satis longum sibi superesse vitae spatium sentiret ut in minutiis et amoenis verborum hortulis paulo diutius subsisteret.

Ad *res* properabat; ad eas nimirum res, quae prae ceteris cordi ei essent. Latinus ei liber quidam legendus erat; molestum, hercle, negotium, sed subeundum illud utique erat, non poterat ullo modo omitti. Et aderat lecturo adminiculum aliquod: *ἐκ*

Digitized by Google

τῆς . τῶν πραγμάτων ἐμπειρίας (e loco illo corrupto nunc ea affero vocabula quae nulli sint obnoxia dubitationi) poterat ἐπακολουθεῖν καὶ τοῖς ὀνόμασι: verborum vim assequi poterat, de iis nimirum legens rebus *quas expertus noverat.*

Qui fuit ille liber quem *non* legere *non* poterat ille senex, qui robustiore aetate nullum unquam Latinum librum tangere atque pervolvere oculis dignatus esset?

Si nobis hic res esset cum viro Graeco, qui stante republica Romam venisset ut Aristoteli alicui operam navaret quam plurimorum populorum leges instituta mores in unum corpus colligenti, statim de libro aliquo cogitaremus, qualis ille fuit commentarius de senatu habendo quem Pompeii causa composuit Varro, verum multo maiore atque ad totam rempublicam pertinente. At verbis, quibus ille usus esset, accuratius inspectis statim coniecturam illam missam faceremus: videremus enim non de arida aliqua atque inculta rerum enumeratione agi sed de opere „literario" ut nos nunc loquimur, „oratorio" ut ait Cicero, qui haud iniuria „historiam scribere magni oratoris, magni hominis in dicendo" putat (de Or. II § 51). Verborum enim ornamenta, orationis flosculos tantum abest ut historia respuat, ut etiam requirat. Certe liber ille latinus, qui primus Plutarchum ad se attraxit ita ut relinquere eum, sicut antea latinos libros reliquerat, non posset, „pulchris literis" se adnumerari postulabat. Ipsum Plutarchum audiamus, consulto enim modo quaedam eius omisi vocabula, quae, nisi omnia me fallunt, summi sunt in tota hac quaestione pretii.

„Non potui" ait „αἰσθάνεσθαι i. e. penitus intelligere atque animo persentire ..." quid? „κάλλους Ῥωμαϊκῆς ἀπαγγελίας". Videsne rem nobis esse cum *pulchris* literis? „καὶ μεταφορᾶς ὀνομάτων καὶ ἁρμονίας." Lubenter credimus haec *sentiri* non potuisse ab eo, qui non e verbis quid narraretur perspexerit, sed, quoniam res expertus novisset, assequi etiam vocabula potuerit. καὶ τῶν ἄλλων οἷς ὁ λόγος ἀγάλλεται: omnia, ut opinor, orationis ἀγάλματα eiusmodi fallunt lectorem.

Sed de uno Plutarchi vocabulo nondum quidquam dixi, eoque omnium disertissimo. Totus enim locus sic decurrit:

κάλλους δὲ Ῥωμαϊκῆς ἀπαγγελίας καὶ τάχους αἰσθάνεσθαι καὶ μεταφορᾶς ὀνομάτων καὶ ἁρμονίας καὶ τῶν ἄλλων οἷς ὁ λόγος

Digitized by Google

ἀγάλλεται, χαρίεν μὲν ἡγούμεθα καὶ οὐκ ἀτερπές, ἡ δὲ πρὸς τοῦτο μελέτη καὶ ἄσκησις οὐκ εὐχερής, ἀλλ' οἵστισι πλείων τε σχολὴ καὶ τὰ τῆς ὥρας ἔτι τὰς τοιαύτας χωρεῖ Φιλοτιμίας.

Quid est τάχος, quod est literarum illud genus quod isto orationis ἀγάλλεται ornamento? Quis orator εἰς τάχος παλειν στρογγύλοις τοῖς ῥήμασι dicitur? Adolescentulus e Gorgiae profectus disciplina, qui *crebris* brevibusque sententiolis miserum senem, placido verbosoque assuetum sermoni, ita conturbat ut nihil cernat εἰ μὴ τῆς δίκης τὴν ἡλυγήν. Quaenam oratio, ipsius Plutarchi florens aetate, cum illa terribili, quam Aristophanes perstringit, eloquentia comparari potest? Illa, ut opinor, quae, frustra repugnante Quintiliano, aetate imperatoria sola regnabat in scholis. Cuius summus aliquamdiu fuit patronus Seneca, quo nemo acutius quidquid improbabat brevibus sententiolis condemnare calleret. Annon egregie vox τάχος illud artificium designat? Redeamus paulisper ad Graecos. De historicis agimus: Thucydidis ergo statim cuivis venit in mentem. Quomodo autem Latini scriptores de Thucydideo sermone loquuntur? Audiamus primum Ciceronem? „*incitatior* fertur" ille ait (Or. § 39) et: „ita *creber* est rerum frequentia, ut verborum prope numerum sententiarum numero *consequatur*, ita porro verbis est *aptus* et *pressus*, ut nescias, utrum res oratione an verba sententiis inlustrentur." Atque Ciceroni adiungamus illum Plutarchi fere aequalem Quintilianum, qui (I. O. X, 1, 73) haec habet: „densus et brevis et semper *instans sibi* Thucydides." Satisne apparet Graecum vocabulum τάχος aptissimum esse ad hoc orationis genus significandum? Et quis est Thucydides inter historicos latinos? Duos esse dixeris, Sallustium, quem Thucydidi opponere non veretur Quintilianus (X, 1, 101) ... et Tacitum, qui Sallustium tantopere suspiciat (Ann. III, 30).

Profecto Tacitei τάχους οὐκ ἠσθάνετο senex noster amabilis. Igitur illius acutissimum pugionem, quo Othonem Vitelliumque inter se maledictis certantes percussit „neuter falso", Nestorea sua lenitate obtudit: οὐ ψευδῶς μὲν γελοίως δὲ καὶ ἀνοήτως ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον ἃ προσῆν ἀμΦοτέροις ὀνείδη λοιδοροῦντες scribens.

Iam quid mihi velim satis, ut opinor, apparet. Taciti Historias fuisse primum illum latine scriptum librum quem Plutarchus „tandem aliquando, provecta aetate" legerit paene invitus

Digitized by Google

et tantum non vi coactus, tam persuasum mihi est ut videre mihi videar illo senem placidum et loquacem e Chaeroneensi suo otio excitatum. Quid enim? Nuntius ad eum pervenit summum illum inter Romanos oratorem conversa ad aliud genus mente in lucem emisisse librum illum quem maxime idonei iudices iam antea *immortalem fore augurati essent* (Plin. Ep. VII, 33), in ore eum esse cultissimorum inter Romanos hominum et agere de iis rebus quibus totum Romanum imperium fuerit perculsum ita ut etiam illo motu remotissimi terrarum anguli tremerent, bella civilia aio quae post Neronis mortem, ipso Plutarcho adolescente, exarserint, deinde de Flavianorum imperio, quod non ita multis annis antea cruentum habuerit exitum. Nonne credibile amabilem philosophum Chaeronensem exclamasse, cum gemitu nimirum et suspirio: *„legendus* [1]) mihi liber ille est". Nam illam *κάλλους Ῥωμαικῆς ἀπαγγελίας* commemorationem et quae loco quem e Plutarcho citavimus sequuntur parum quadrare ad Plinium, Cluvium alios, quorum libri sine ullo laudis vestigio perierunt, vix opus est dicere.

Et quam pulchre hic ratio temporis constat. Latinos libros legere coepit Plutarchus *tandem aliquando, aetate provecta* cum aetas eius *iam non caperet* sermonis Latini accuratius studium. *Sexagenarii* u. o. illa sunt: longe ante illum subsistere terminum planissime illa verba vetant, longe ultra eum ut procedamus neque res ipsa sinit neque postulat causa quam defendimus. Natum autem Plutarchum si a. 47 statuimus, id sumimus quod sponte se nobis offert. Ipse enim de se haec narrat:

Mor. 385 B. „Quo tempore Nero in Graecia versabatur, audivimus Ammonium et alios quosdam disserentes" et

p. 391 E in narratione de illo colloquio, ubi Plutarchus locutus est, Ammonius *„οὐκ ἄξιον"* ait *„πρὸς ταῦτα λίαν ἀκριβῶς ἀντιλέγειν τοῖς νέοις."*

Fuit ergo a. 66 inter iuniores, neque tamen paene puer, si quidem in vita Antonii s. f. sic loquitur: *Νέρων ἄρξας ἐφ' ἡμῶν* et in vita Flaminini c. 12: „nostra aetate Nero Corinthi Isth-

1) De vera vi et colore gerundivi in exclamationibus v. Donat. ad Ter. Eun. vs. 188.

Digitized by Google

miorum tempore Graecos libertate donavit." In adolescentem qui aetatis annum vigesimum agit egregie illa conveniunt. Itaque fere anno 107 Plutarchus primum libros latinos inspexit. Historiae autem Taciti quo anno in lucem prodierunt? Ipso a. 100 Tacitus orator etiam erat et nihil aliud. Hac tum laude clarus erat neque ulla alia, quemadmodum testantur notae illae Plinii epistolae II, 1; II, 11; IV, 13; I, 20. At operi alicui historico iam proluserat Agricolae vita scribenda Traiano iam solo imperatore (post 27 Ian. a. 98). Atqui Historias ante Annales scripsit, illos autem a. 115 editos pro certo constat. Prodierunt ergo Historiae inter annos 100 et 115. Sed non ipso anno 100 vel anno 101. Quid enim? Agricolam edens se „memoriam prioris servitutis ac testimonium praesentium bonorum" i. e. tempus Domitiani et Nervae Traianique scripturum promittit. Sed Historiarum praefationem scribens non solum alia omnia pollicetur sed etiam pristini consilii oblitus esse videtur. Nervam enim Troianumque missos facit, sed addit operi suo bellum civile et Vespasiani Titique regna. Itaque haud breve tempus inter Agricolam et Historias intercessit, quo posset Tacitus:

1 aliquam partem regni Traiani expectare priusquam opus promissum aggrederetur,

2 illud, periculo facto, deponere,

3 novi libri conquirere materiem,

4 illum perficere

(et ne sic quidem facile intelligitur scriptorem aliquem alium librum promittere, alium in lucem emittere, non admonito lectore cur consilium mutaverit. Sed hoc mittamus.)

Non ergo temerarium est statuere Historias circa annum 107 in lucem prodiisse, eo ipso tempore quo ad sexagesimum aetatis annum pervenit Plutarchus.

Contra Mommsenus (Herm. IV) eo fundamento nititur ut dicat temerarium esse statuere quidquam a Plutarcho diu post a. 100 scriptum. Quam ridiculum fit istud oraculum, si rationem habemus loci illius a nobis tractati (Dem. 2), ubi ipse Plutarchus de se *iamdudum sene grandaevo* loquitur! An eum dicamus ante a. 40 natum? Hoccine, obsecro, nos docent quae de eo, Ammonii discipulo, legimus, qui a. 66 gravioribus quaestionibus tractandis nondum esset idoneus?

Digitized by Google

Nam quod Mommsenus de „Caesarum vitis" Flaviorum tempore editis contendit nihili est. Galba enim, Otho, Vitellius civile bellum, post Neronis mortem exortum, implent; Flavii eo non pertinent, neque ergo mirum illos non additos, licet scripserit Plutarchus (ut scripsit) eo tempore, cum iam a Domitiano nihil erat quod metueret.

Nam *mortuo* iam Domitiano pleraque omnia Plutarchus in lucem edidit. Haud pauci sunt loci ubi de eo necato loquatur. Quid quod unum certe afferre possum *aliquanto* demum post illud tempus scripto. Mor. II, 282, 16 (Bern.): „olim flamini Diali non licebat repudium mittere uxori, *οὐδὲ νῦν, ὡς ἔοικεν, ἔξεστιν, ἀλλ' ἐφ' ἡμῶν ἐπέτρεψεν ἐντευχθεὶς Δομετιανός*," h. e. „rogatus id quondam concessit Domitianus; quomodo *nunc* se res habeat *pro certo dicere non possum*, credo tamen e. q. s." Nemo, ut opinor, illius imperatoris, qui *modo* e vita excessit, aetatem sic designat.

At enim, si sexagenarius demum Latine discere coepit Plutarchus et aliquot demum perlectis libris latinis vitarum suarum scribendarum fecit initium, quantulum ei restitit vitae spatium ad ingens illud opus absolvendum? Nota loquar, sed e quibus appareat paucis annis *ingens illud opus* ad finem esse perductum. Magnus certe est vitarum numerus, sunt 46; in libros illae ab ipso Plutarcho sunt collectae, eorumque librorum numerus minor fuit 23, siquidem nonnullae Graecorum vitae prooemio carent. Librorum autem ét quintus (a Demosthene incipiens) ét XII (a Dione incipiens) ét *ultimus* (a Theseo incipiens) eidem sunt viro dedicati: Sossio Senecioni, qui a. 107 consul fuit. Tum, si magnum illud opus diutius fuisset interruptum, alicubi dixisset Plutarchus se intermissum laborem instaurare. Postremo exordium vitae Thesei inspiciamus: argumentum mihi, novum ut equidem opinor, praebet:

„Quemadmodum qui tabulas componunt geographicas quaecunque ipsi ignorant in extremum earum comprimunt marginem atque hic illic adscribunt: *ultra arenae sunt aridae plenae bestiarum ferocium* vel *limus ignotus* vel *Scythicum frigus* vel *mare pigrum*, sic ego nunc, cum in vitis parallelis scribendis totum illud percucurri tempus, quoad probabilis ratio possit pervenire, quodque disquisitionibus historicis firmum, quo incedere possint,

Digitized by Google

solum praebeat, de aetate praegressa dicere possum: quae ultra sunt plena sunt fabularum monstrorumque, pascuntur ibi poetae et mythographi, certi habent nihil, nihil quod fidem faciat. Sed quoniam iam Lycurgi et Numae vitam emisi, non absurdum mihi visum est paulo altius adscendere et Romulum quoque addere, ad cuius aetatem tam prope accesserim."

Nonne lepidissima haec est comparatio venustissimaque? At perit omnis venustas, pereunt lepores nisi totum opus uno quasi tractu prodiit. *Biennii* fere spatium hic ego sufficere opinor.

Quoniam autem, ut non incredibilem copiam, ita satis magnum librorum latinorum numerum Plutarchus perlegit, aequum videtur ad illud ei negotium sex fere concedere annos. Ita vitas in lucem ediderat Plutarchus fere septuagenarius, a. 117. Ergone etiam Taciti Annales, qui a. 115 prodierunt, legit? Legere potuit; cur etiam legisse mihi verisimile videatur dicam. Duplex est apud Tacitum de Poppaea, Nerone, Othone narratio: turpior in Annalibus, minus turpis in Historiis. Atque haec quidem etiam fuit in ore populi, ut apparet e pervulgato disticho quod tradit Suet. c. 3:

Cur Otho mentito sit, quaeritis, exsul honore?
Uxoris *moechus* coeperat esse suae.

Nam quid inter duas illas narrationes intersit breviter sic definiri potest: in Historiis Otho uxoris suae *moechus* est, in Annalibus *leno*. Plutarchus autem ex Annalium et ex Historiarum narratione quodammodo unam facit. Quid contra afferri possit sentio. In vita Sullae 21 de proelio, quo apud Orchomenum Sulla Archelaum Mithridatis ducem vicit, haec leguntur: „hostes paludes sanguine, lacum corporibus suis impleverunt, quo factum est ut nunc quoque arma barbarorum in illis locis inveniantur σχεδὸν ἐτῶν διακοσίων ἀπὸ τῆς μάχης ἐκείνης διαγεγονότων." Quoniam illud proelium a. 86 ante Chr. commissum est, contendere aliquis possit Plutarchum πλεῖν ἢ διακοσίων scripturum fuisse si *post* a. 114 p. C. scripsisset. Quod argumentum, licet me non plane convincat, aliquam tamen habet speciem veri. Satius ergo fortasse erit quaestionem utrum Plutarchus Annales quoque Taciti legerit an non legerit in praesentia omittere.

Denique si quis quaerat quot fere libros Latinos Plutarchus legerit, quamquam ridiculum est accurate eam rem definire

Digitized by Google

velle, tamquam si nobis res sit non cum sene summopere venerando sed cum adolescentulo examen aliquod subituro, tamen pauca de hac quoque re dicam, quia dicere posse quaedam mihi videor, quae in rem praesentem faciant. Satis ergo fuit versatus in Livio, Nepote, Valerio Maximo, Sallustio, diligenter multorum consuluit epistolas et commentarios et quae sunt ex illo genere, Ciceronis non solum orationes (praecipue Philippicas) legit, sed et philosophica quaedam et epistolas. In deliciis vero habuisse videtur eius DE SENECTUTE libellum. Quid quod etiam unum poetam Latinum affert — Horatium. Postquam enim narravit Lucullum (c. 39) rogatum ut ingentem vestimentorum copiam scenae praeberet, primum respondisse: „unde mihi tot?", tum rogasse quot opus esset atque audito sufficere centum, dedisse ducenta, haec addit: *εἰς ὃ καὶ Φλάκκος ὁ ποιητὴς ἐπιπεφώνηκεν, ὡς οὐ νομίζει πλοῦτον, οὗ μὴ τὰ παρορώμενα καὶ λανθάνοντα πλείονα τῶν φαινομένων ἐστί.*

Horatii versus sunt:

Exilis domus est ubi non et plura supersunt
Et dominum fallunt et prosunt furibus.

Acutulum istud *dominum fallunt, prosunt furibus* quorsum abiit? Hic quoque Plutarchus *τοῦ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀπαγγελίας τάχους οὐκ ἤσθετο.*

CICERO.

CIC. VERR. IV. 21: *Nec solum in Papinio fuit hac abstinentia: tenuit hoc institutum in turibulis omnibus, quaecumque in Sicilia fuerunt. Incredibile est autem, quam multa et quam praeclara fuerint. Credo tum cum Sicilia florebat opibus et copiis, magna artificia fuisse in ea insula. Nam domus erat ante istum praetorem nulla paullo locupletior, qua in domo haec non essent*, e. q. s.

Vix credere possum, ante me vidisse neminem, verba: *credo tum cum Sicilia florebat opibus et copiis, magna artificia fuisse in ea insula* narrationis ordinem omnino perturbare. In iis quae praecedunt nec non in iis quae sequuntur de turibulis sermo est, nam in verbis: *qua in domo haec non essent* pronomine *haec* significantur turibula. Tollatur igitur emblema manifestum.

P. H. D.

Digitized by Google

PLATONICA.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

(*Continuantur e pag.* 147.)

PHAED. p. 117 E. Sero vidi verba a me damnata p. 147 *οὗτος ὁ δοὺς τὸ φάρμακον* iam cancellasse Schanzium.

P. 118. *ταῦτ' ἐρομένου αὐτοῦ οὐδὲν ἔτι ἀπεκρίνατο* (Socrates), *ἀλλ' ὀλίγον χρόνον διαλιπὼν ἐκινήθη τε καὶ ἄνθρωπος ἐξεκάλυψεν αὐτόν, καὶ ὃς τὰ ὄμματα ἔστησεν· ἰδὼν δ' ὁ Κρίτων συνέλαβε τὸ στόμα καὶ τοὺς ὀφθαλμούς.*

In nota ad editionem meam malebam *ἐκινήθη τε* ⟨*ὕστατον*⟩, sed sive ea opinio vera sive falsa est, procul dubio male reliquum locum sollicitavi misere caecutiens. Nam *ὅς* referendum ad Socratem in mortis articulo figentem oculos, quorum rigiditate animadversa Crito os eius oculosque claudit. Veniam precanti habeant magni scriptoris manes!

AD PROTAGORAM.

P. 311 A (cap. III). *μετὰ ταῦτ' ἀναστάντες* [*εἰς τὴν αὐλὴν*] *περιῄμεν.* Deleverim verba repetita ex antecedentibus *ἀλλὰ δεῦρο ἐξαναστῶμεν εἰς τὴν αὐλήν.*

P. 312 B. Corrigendum: *πάνυ μὲν οὖν μοι δοκεῖ, ἔφη, τοιαύτη μᾶλλον* ⟨*ἂν*⟩ *εἶναι ἡ παρὰ Πρωταγόρου μάθησις.* Hoc enim

Digitized by Google

voluisse Platonem docent verba praegressa: *ἀλλ' ἄρα, ὦ Ἱπποκρατες, μὴ οὐ τοιαύτην ὑπολαμβάνεις σου τὴν παρὰ Πρωταγόρου μάθησιν ἔσεσθαι.*

Ibidem C. *ἐγὼ μέν, ἦ δ' ὅς, (ἡγοῦμαι* sc.) *τοῦτον εἶναι τὸν τῶν σοφῶν ἐπιστήμονα. Οὔκουν, ἦν δ' ἐγώ, τοῦτο μὲν ἔξεστι λέγειν καὶ περὶ ζωγράφων καὶ περὶ τεκτόνων;*

Haec sufficiunt nec Platonis esse arbitror verba repetita *ὅτι οὗτοί εἰσιν οἱ τῶν σοφῶν ἐπιστήμονες*, sed interpretamentum pronominis *τοῦτο*.

P. 313 B. Ex Graeco scribendi more suppleverim: *ὅτι πάντως συνεστέον Πρωταγόρᾳ, ὃν οὔτε γιγνώσκεις, ὡς φής, οὔτε διείλεξαι ⟨αὐτῷ⟩ οὐδεπώποτε.*

Ibidem E extr. *ὅρα, ὦ μακάριε, μὴ περὶ τοῖς φιλτάτοις κυβεύῃς [τε καὶ κινδυνεύῃς]*. Iam olim expungi iussi manifestum glossema.

P. 314 C. *ἀλλὰ διαπερανάμενοι οὕτως ἐσ|οιμεν*. Perraro in Platonis codicibus occurrit forma *ἐς*, quae quin ubique in *εἰς* mutanda sit nullus dubito. Verba statim sequentia *στάντες ἐν προθύρῳ* vix dubito quin ut petita ex antegressis (*ἐπειδὴ δ' ἐν τῷ προθύρῳ ἐγενόμεθα, ἐπιστάντες κτἑ.*, unde Schanz h. l. reposuit *ἐπιστάντες*) delenda sint.

P. 315 A extr. *δι' ὧν* (Protagoras) *διεξέρχεται, κηλῶν τῇ φωνῇ ὥσπερ Ὀρφεύς, οἱ δὲ κατὰ τὴν φωνὴν ἕπονται [κεκηλημένοι]*. Seclusi participium, pro quo Plato, si necessarium putasset, dedisset *κηλούμενοι*.

Ibidem C. *ὃ δ' [ἐν θρόνῳ καθήμενος] ἑκάστοις (ἑκάστῳ?) αὐτῶν διέκρινεν καὶ διεξῄει τὰ ἐρωτώμενα*. Delenda arbitror verba seclusa. Nam paucis ante versibus Plato idem iam dixerat.

P. 316 A. Forma Hellenistica *εἰσεληλύθειμεν* mutetur in Atticam *εἰσεληλύθεμεν*.

Digitized by Google

Ibidem D. ἐγὼ δὲ τὴν σοφιστικὴν τέχνην φημὶ μὲν εἶναι παλαιάν, τοὺς δὲ μεταχειριζομένους αὐτὴν τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν φοβουμένους τὸ ἐπαχθὲς αὐτῆς, πρόσχημα ποιεῖσθαι καὶ προκαλύπτεσθαι. Deleverim verba πρόσχημα — καὶ veterum glossatorum more petita e proximis sub E μουσικὴν δ' Ἀγαθοκλῆς τε ὁ ὑμέτερος πρόσχημα ἐποιήσατο. In abundantia item offensus Hartman cancellari iussit καὶ προκαλύπτεσθαι. Orationem variare, nisi fallor, maluit philosophus.

P. 319 B init. ὅθεν δὲ αὐτὸ ἡγοῦμαι οὐ διδακτὸν εἶναι μηδ' ὑπ' ἀνθρώπων παρασκευαστὸν ἀνθρώποις, δίκαιός εἰμ' εἰπεῖν. Corrigendum puto: ὅθεν δ' αὐτὸ οὐχ ἡγοῦμαι (cum Nabero) διδακτὸν εἶναι οὐδ' ὑπ' ἀνθρώπων κτέ.

Secuntur haec: ἐγὼ γὰρ Ἀθηναίους, ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες, φημὶ σοφοὺς εἶναι.

Veri similius iudico Platonem scripsisse εἴπερ καί τινες ἄλλοι Ἕλληνες.

Ibidem C init. ἐὰν δέ τις ἄλλος ἐπιχειρῇ αὐτοῖς συμβουλεύειν, ὃν ἐκεῖνοι μὴ οἴονται δημιουργὸν εἶναι, κἂν (l. κἢν) πάνυ καλὸς ᾖ καὶ πλούσιος καὶ τῶν γενναίων, οὐδέν τι μᾶλλον ἀποδέχονται, ἀλλὰ καταγελῶσι καὶ θορυβοῦσιν, ἕως ἂν ἢ αὐτὸς ἀποστῇ [ὁ ἐπιχειρῶν] λέγειν καταθορυβηθείς, ἢ οἱ τοξόται αὐτὸν ἀφελκύσωσιν κτέ.

Plato iunxerat ἀποστῇ λέγειν, quod sciolus aliquis non intellegens de suo interpolavit e praegressis sumtum ἐπιχειρῶν. Minus probabiliter olim in Lect. Rhenotr. p. 42 simul expungebam λέγειν.

P. 321 B. καὶ ὑποδῶν τὰ μὲν ὁπλαῖς τὰ δὲ [θριξὶν καὶ] δέρμασιν στερεοῖς καὶ ἀναίμοις. Aut scribendum aut certe interpretandum ἀναιμάκτοις, *invulnerabilibus*, sanguine enim carent ipsae pelles, ut arbitror.

P. 322 C. εἷς ἔχων ἰατρικὴν πολλοῖς ἱκανὸς ἰδιώταις, καὶ ⟨ὡσαύτως⟩ οἱ ἄλλοι δημιουργοί. Hoc aut simile quid excidisse videtur.

P. 323 B. Supplendum: καὶ φασιν πάντας δεῖν φάναι εἶναι δικαίους, ἐάν τ' ὦσιν ἐάν τε μή, ἢ μαίνεσθαι τὸν μὴ προσποιού-

Digitized by Google

μενον δικαιοσύνην, ὡς ἀναγκαῖον ⟨ὂν⟩ οὐδέν' ὄντιν' οὐχὶ ἁμῶς γέ πως μετέχειν αὐτῆς, ἢ μὴ εἶναι ἐν ἀνθρώποις. Non enim agitur de ipsius dicentis sed de hominum omnium opinione.

P. 324 C. τιμωροῦνται δὲ καὶ κολάζονται οἵ τ' ἄλλοι ἄνθρωποι οὓς ἂν οἴωνται ἀδικεῖν, καὶ οὐχ ἥκιστα Ἀθηναῖοι [οἱ σοὶ πολῖται].

Ultima verba addita videntur ex ipsis sequentibus, ubi posuit Plato ad variandam orationem. Minus mihi quidem arridet Hartmani sententia delentis Ἀθηναῖοι.

P. 325 D extr. μετὰ δὲ ταῦτ' εἰς διδασκάλων πέμποντες (pueros) πολὺ μᾶλλον ⟨τούτοις⟩ ἐντέλλονται ἐπιμελεῖσθαι εὐκοσμίας τῶν παίδων κτέ.

Post aut ante ἐντέλλονται vix abesse posse videtur pronomen demonstrativum significans ludimagistros.

P. 326 C. καὶ οἱ τούτων (ditissimorum) υἱεῖς, πρωϊαίτατα [εἰς διδασκάλων] τῆς ἡλικίας ἀρξάμενοι Φοιτᾶν, ὀψιαίτατα ἀπαλλάττονται. ἐπειδὰν δὲ [ἐκ διδασκάλων] ἀπαλλαγῶσιν, ἡ πόλις κτέ.

Non solum cum Nabero secludendum videtur εἰς διδασκάλων, sed etiam ἐκ διδασκάλων.

P. 328 B init. καὶ διαφερόντως ἂν [τῶν ἄλλων ἀνθρώπων] ὀνῆσαί τινα πρὸς τὸ καλὸν κἀγαθὸν γενέσθαι.

Διαφερόντως hic ut alibi passim significat *eximie*, itaque spuria sunt verba τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. Similia etiam alibi eadem vox peperit interpretamenta.

P. 330 C init. ἡ δικαιοσύνη πρᾶγμά τί ἐστιν ἢ οὐδὲν [πρᾶγμα]; — Mox εἶπετον (l. εἶπατον) δή μοι, τοῦτο τὸ πρᾶγμα, ὃ ὠνομάσατε ἄρτι [ἡ δικαιοσύνη], αὐτὸ τοῦτο δίκαιόν ἐστιν ἢ ἄδικον;

Utrobique magistellis sua reddere non dubitavi.

P. 331 B. ὅτι ἤτοι ταὐτόν γ' ἐστὶν δικαιότης ὁσιότητι ἢ ὅτι ὁμοιότατον.

Forma δικαιότης (quae recurrit Gorg. 508 A) vix Platonica in δικαιοσύνη, quod sexcenties apud Platonem et Atticos omnes legitur, refingenda videtur. Fortasse h. l. corrumpendi causa fuit vicinum ὁσιότης.

Digitized by Google

P. 333 C. *πότερον οὖν πρὸς ἐκείνους (τοὺς πολλοὺς sc.) τὸν λόγον ποιήσωμαι, ἔφην, ἢ πρὸς σέ; Εἰ βούλει, ἔφη, πρὸς τοῦτον [πρῶτον] τὸν λόγον διαλέχθητι τὸν τῶν πολλῶν.*

Cur Protagoras *πρῶτον* addiderit mihi quidem obscurum est; nisi forte voluit *potissimum*, quod tamen minus placet. Num forte dittographia natum est ex *πρὸς τοῦτον*?

P. 334 E. *ἀκήκοα γοῦν — ὅτι σὺ οἷός τ' εἶ — καὶ μακρὰ λέγειν — οὕτως, ὥστε τὸν λόγον μηδέποτ' ἐπιλιπεῖν, καὶ αὖ βραχέα οὕτως, ὥστε μηδένα σοῦ ἐν βραχυτέροις εἰπεῖν.*

Procul dubio requiritur *μηδέν' ἄν*.

Mox legitur: *οὐδενὸς ἂν βελτίων ἐφαινόμην οὐδ' ἂν ἐγένετο Πρωταγόρου ὄνομα ἐν τοῖς Ἕλλησιν.* Pro *ἐγένετο* Kroschel coniecit *ἐλέγετο*, sed fortasse aut *ὄνομα* praegnanter dictum est pro *μέγα ὄνομα* aut, quod malim, olim fuit: *οὐδ' ἂν ⟨μέγα⟩ ἐγένετο* Π. *ὄ. ἐ.* Ἕλλησιν.

P. 336 A. *ἀλλ' εἴ τι δέει θεάσασθαι ἐν ταὐτῷ ἐμέ τε καὶ Κρίσωνα θέοντας, τούτου δέου συγκαθεῖναι.*

Reciperem, si in codice legeretur, *διαθέοντας cursu contendentes*, quo composito paullo ante Plato usus est. Sed procul dubio pro *τούτου*, quod non potest referri ad Crisonem, requiritur *τουτουί*, sc. Protagorae.

P. 337 D. *ἡμᾶς οὖν αἰσχρὸν τὴν μὲν Φύσιν τῶν πραγμάτων εἰδέναι, σοφωτάτους δ' ὄντας τῶν Ἑλλήνων καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο νῦν συνεληλυθότας τῆς τε Ἑλλάδος εἰς αὐτὸ τὸ πρυτανεῖον τῆς σοφίας καὶ αὐτῆς τῆς πόλεως εἰς τὸν μέγιστον καὶ ὀλβιώτατον οἶκον τόνδε μηδὲν τούτου τοῦ ἀξιώματος ἄξιον ἀποφήνασθαι.*

Aptius Bekker *αὖ τῆς πόλεως*, nisi forte etiam praestat *αὖ τῆσδε τῆς πόλεως*.

P. 338 B extr. Pro *βελτίονα* requiro *βελτίω*, qua comparativorum forma Plato et Atticorum Musa pedestris uti solent.

Ibidem C. *ἐπεὶ τό γ' ἐμὸν οὐδέν μοι διαφέρει.* Cobet requirebat *ἐπεὶ τό γ' ἐμὸν οὐδὲν κωλύει*, quod haud facile ita corrumpi potuit, quare ipse addidi corruptelae signum. Hodie

Digitized by Google

tamen sufficere mihi videtur verba *τό γ' ἐμόν* includere virgulis et explicare *quod ad me quidem attinet, mihi perinde est*, i. e. *nihil obsto*. Cf. Soph. p. 237 B *εἰ μή τί σοι διαφέρει*. Deleatur igitur in editione mea asteriscus.

P. 341 A extr. *ἀλλ' ὥσπερ περὶ τοῦ δεινοῦ Πρόδικός με οὑτοσὶ νουθετεῖ ἑκάστοτε, ὅταν ἐπαινῶν ἐγὼ ἢ σὲ ἢ ἄλλον τινὰ λέγω ὅτι Πρωταγόρας σοφὸς καὶ δεινός ἐστιν ἀνήρ.* Liquet e verbis *ἢ ἄλλον τινά* Platonem non addidisse nomen *Πρωταγόρας*.

P. 342 C. *οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἐπειδὰν βούλωνται ἀνέδην τοῖς παρ' αὐτοῖς συγγενέσθαι σοφισταῖς, καὶ ἤδη ἄχθωνται λάθρᾳ ξυγγιγνόμενοι, ξενηλασίας ποιούμενοι τῶν τε λακωνιζόντων τούτων καὶ ἐάν τις ἄλλος ξένος ὢν ἐπιδημήσῃ, συγγίγνονται τοῖς σοφισταῖς λανθάνοντες τοὺς ξένους καὶ αὐτοὶ οὐδέν' ἐῶσιν τῶν νέων εἰς τὰς ἄλλας πόλεις ἐξιέναι, κτἑ.*

Grassatus in his quoque videtur interpolator. Mutato *ποιούμενοι* in *ποιοῦνται*, una litura deleverim verba otiosa *συγγίγνονται* — *ξένους*. Postea vidi Zekiden delere sola verba *λανθάνοντες τοὺς ξένους*, sed non muto sententiam.

P. 343 A extr. *καὶ καταμάθοι ἄν τις αὐτῶν τὴν σοφίαν τοιαύτην οὖσαν, ῥήματα βραχέα ἀξιομνημόνευτα ἑκάστῳ εἰρημέν' ἃ οὗτοι καὶ κοινῇ ξυνελθόντες ἀπαρχὴν τῆς σοφίας ἀνέθεσαν τῷ Ἀπόλλωνι.* Zekides proposuit: *εἰρημένα ⟨ὧδε⟩· οὗτοι ⟨γὰρ⟩ κτἑ.* Non male, nisi quod perperam *ὧδε* dedit, ubi veterum usus postulat *οὕτως*, quod praeterea multo facilius ante *οὗτοι* potuit elabi.

Ibidem E. *ἀλλ' ὑπερβατὸν δεῖ θεῖναι [ἐν τῷ ᾄσματι] τὸ ἀλαθέως.* Exulato puerile additamentum.

P. 344 B (cap. 30 init.). *λέγει γὰρ μετὰ ταῦτ' ὀλίγα διελθών, ὡς ἂν εὖ λέγοι [λόγον], ὅτι γενέσθαι μὲν ἄνδρ' ἀγαθὸν χαλεπὸν ἀλαθέως, κτἑ.*

Abiciatur ineptum *λόγον*.

P. 348 C. *τοῦ τ' Ἀλκιβιάδου ταῦτα λέγοντος καὶ τοῦ Καλλίου*

Digitized by Google

δεομένου καὶ τῶν ἄλλων σχεδόν τι τῶν παρόντων, μόγις προὐτράπετο κτέ.

Optime Zekides intellexit excidisse πάντων, quod tamen minus probabiliter inserit post τῶν παρόντων, nam aptius ponitur statim post σχεδόν τι, quocum arte cohaeret. Cf. v. c. Theaet. 143 A ὥστε μοι σχεδόν τι πᾶς ὁ λόγος γέγραπται. Et ubi non ita scribitur?

P. 350 D. τοὺς δ' ἀνδρείους ὡς [οὐ] θαρραλέοι εἰσίν, τοὐμὸν ὁμολόγημα, οὐδαμοῦ ἐπέδειξας ὡς οὐκ ὀρθῶς ὡμολόγησα, ἔπειτα τοὺς ἐπισταμένους αὐτοὺς ἑαυτῶν θαρραλεωτέρους ὄντας ἀποφαίνεις.

Negationem frustra defensam a Kroschelio recte nuper delevit Zekides, nec minus recte olim ἐπέδειξας in participium mutavit Hirschig. Quia tamen *demonstrandi* potius quam *ostendendi* notio hic expectatur, praetulerim ἀποδείξας. Utrumque compositum saepe a librariis confundi quis ignorat?

P. 351 B (c. 35 init.). Supplendum: λέγεις δέ τινας ⟨μέν⟩, ἔφην, ὦ Πρωταγόρα, τῶν ἀνθρώπων εὖ ζῆν, τοὺς δὲ κακῶς;

P. 352 B. πότερον καὶ τοῦτό σοι δοκεῖ ὥσπερ τοῖς πολλοῖς [ἀνθρώποις] ἢ ἄλλως. *Vulgus* Graece dicitur οἱ πολλοὶ sive τὸ πλῆθος, sed saepe magistelli de suo addidere ἄνθρωποι aut τῶν ἀνθρώπων, quod non latuit Cobetos aut Hirschigios.

Sequitur: δοκεῖ δὲ τοῖς πολλοῖς περὶ ἐπιστήμης τοιοῦτόν τι, οὐκ ἰσχυρὸν οὐδ' ἡγεμονικὸν οὐδ' ἀρχικὸν εἶναι οὐδ' ὡς περὶ τοιούτου αὐτοῦ ὄντος διανοοῦνται.

Quod posteriore loco recte legitur τοιούτου causa fuisse videtur cur priore perperam traditum sit τοιοῦτόν τι, pro quo veteris sermonis norma postulat τοιόνδε τι, quod in editione mea me non reposuisse poenitet.

P. 355 B. Malim πρῶτον μὲν ἀγαθῷ ⟨τε⟩ καὶ κακῷ, ἔπειτ αὖθις ἡδεῖ τε καὶ ἀνιαρῷ.

Ibidem E. μεταλάβωμεν δὴ τὼ ὀνόματα πάλιν τὸ ἡδύ τε καὶ ἀνιαρὸν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς τούτοις.

Nescio an h. l. sententiae ratio commendet τἀνιαρόν.

Digitized by Google

P. 358 A. More Platonico scribendum arbitror: *ὑπερφυῶς ἔδοκει ἅπασιν ⟨ὡς⟩ ἀληθῆ εἶναι τὰ εἰρημένα.* Exempla ubique prostant.

Ibidem D. *τί οὖν; ἔφην ἐγώ, καλεῖτέ τι δέος καὶ φόβον; καὶ ἆρ' ἅπερ ἐγώ;*
Imo vero *ἆρ' ἅπερ καὶ ἐγώ;*

P. 361 B. Supplendum: *καὶ ἡ δικαιοσύνη καὶ ⟨ἡ⟩ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία.*
Mox post verba *φανείη ἡ ἀρετή* male repetitum videtur *ἡ ἀρετή* in verbis *εἰ μὲν γὰρ ἄλλο τι ἦν ἡ ἐπιστήμη ἡ ἀρετή.*

Ad Euthyphronem.

P. 2 B. Corrigendum esse *Πιθεύς*, — *Πιθέα* pro tradito *Πιτθεύς*, — *Πιτθέα* docent tituli Attici. Vid. Meisterhans-Schwyzer p. 80, 10.

P. 3 E. Malim: *ἀλλά σύ τε κατὰ νοῦν ἀγωνιεῖ τὴν ⟨σὴν⟩ δίκην, οἶμαι δὲ καὶ ἐμὲ τὴν ἐμήν.*

P. 4 C. Scholium ad *πελάτης* absurde sic editur: *ὁ ἀντιστροφῶν καὶ ὑπηρετῶν κτέ.* Imo vero *ὁ ἀντὶ τροφῶν* (vel *τροφῆς*) *ὑπηρετῶν.* In editionis meae notula operarum culpa non deleta est copula.

P. 5 B. *ναὶ μὰ Δία, ὦ Σώκρατες, εἰ ἄρα με ἐπιχειρήσειε γράφεσθαι, εὕροιμ' ἄν, — ὅτῳ σαθρός ἐστιν.* Propter pronominis oppositionem Socratis personae requiro *εἰ ἄρ' ἐμὲ κτέ.*

P. 7 A. *εἰ μέντοι ἀληθῶς* (sc. *ἀπεκρίνω*), *τοῦτ' οὔπω οἶδα, ἀλλὰ σὺ δῆλον ὅτι ἐπεκδιδάξεις, ὡς ἔστιν ἀληθῆ ἃ λέγεις.* Languent verba abundantia *ὡς — λέγεις*, magistellis digniora quam philosopho.

P. 8 A. Malim: *ταῦτ' ἄρα ὡς ἔοικεν μισεῖται ⟨τε⟩ ὑπὸ θεῶν καὶ φιλεῖται, καὶ θεομισῆ τε καὶ θεοφιλῆ ταῦτ' ἂν εἴη.*

Digitized by Google

P. 9 C extr. Forma Hellenistica *ἡγείσθωσαν* mutanda in Atticam *ἡγείσθων*.

Ibidem E init. *ὃ ἂν πάντες οἱ θεοὶ φιλῶσιν — ὃ ἂν πάντες θεοὶ μισῶσιν.*

Aut delendus est articulus ante *θεοὶ* cum codd. TW et versione Armeniaca aut mox repetendus ut feci in editione mea. Utrum sit verius difficile dictu est, sed nunc magis inclino in priorem sententiam.

P. 14 A. *ἀλλ' ὅμως τὸ κεφάλαιον αὐτῶν ἐστιν τῆς ἐργασίας ἡ ἐκ τῆς γῆς τροφή.*

Lectioni cod. B *ἐργασίας* praeferenda videtur lectio librorum TW *ἀπεργασίας*, collata p. 13 E, ubi est *ἀπεργασίαν* et *ἀπεργάζονται*, quae vocabula recurrunt in proximis p. 14 A.

Ibidem E. *οὐ γάρ που τεχνικόν γ' ἂν εἴη δωροφορεῖν διδόντα τῷ ταῦθ' ὧν οὐδὲν δεῖται.* Vix dubito quin ipse Plato omiserit otiosum participium *διδόντα*.

Ad Theaetetum.

P. 145 E extr. *τοῦτ' αὐτὸ τοίνυν ἔστιν ὃ ἀπορῶ καὶ οὐ δύναμαι λαβεῖν ἱκανῶς παρ' ἐμαυτῷ, ἐπιστήμη ὅ τι ποτὲ τυγχάνει ὄν.*

Facilius intellegerem *λαβεῖν παρ' ἐμαυτοῦ*, *accipere a me ipso*.

P. 146 D. *πῶς τί τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες.*

Parum mihi quidem persuasit Heindorf ad Hippiam maiorem p. 297 extr., ubi Sydenhamum duplice particula interrogativa offensum impugnans praeter h. l. citat Ion. p. 530 A, Soph. p. 161 E, Politic. p. 297 C, Tim. p. 22 B, Xen. Mem. II 1 13, 6. Copulatio adeo mira est et corruptela adeo facilis sive ex *πρὸς τί* sive e variis lectionibus *πῶς* et *τί*, ut de huiusmodi locorum sanitate vehementer dubitem. Est etiam ubi vera lectio esse potuit *πῶς* ⟨*καὶ πρὸς*⟩ *τί*.

P. 147 C extr. *ἀτὰρ κινδυνεύεις ἐρωτᾶν οἷον καὶ αὐτοῖς ἡμῖν*

Digitized by Google

ἔναγχος εἰσῆλθε διαλεγομένοις, ἐμοί τε καὶ τῷ σῷ ὁμωνύμῳ τούτῳ Σωκράτει.

Deleto nomine proprio scribendum τουτῳί et similiter Soph. p. 218 B Σωκράτη tollendum ante verba τὸν Σωκράτους μὲν ὁμώνυμον.

P. 149 D init. καὶ τίκτειν τε δὴ τὰς δυστοκούσας, καὶ ἐὰν νέον ὂν δόξῃ ἀμβλίσκειν, ἀμβλίσκουσιν;

Speciose Schanz coniecit ἐὰν νόμιμον δόξῃ. Possis etiam ἐὰν ⟨ἀναγκ⟩αῖον ᾖ.

P. 153 C. καὶ ἐπὶ τούτοις τὸν κολοφῶνα [ἀναγκάζω del. Cobet] προσβιβάζω (pro -ζων idem), τὴν χρυσῆν σειρὰν ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ἥλιον Ὅμηρος λέγει, καὶ δηλοῖ ὅτι ἕως μὲν ἂν ἡ περιφορὰ ᾖ [κινουμένη καὶ ὁ ἥλιος] πάντα ἔστι καὶ σῴζεται. Deleatur manifestum emblema.

P. 156 B init. αἴσθησις, ἀεὶ συνεκπίπτουσα καὶ γεννωμένη μετὰ τοῦ αἰσθητοῦ.

Succenseas editoribus non recipientibus certam Astii emendationem συνεκτίκτουσα. Cf. etiam sub E init. συναποτίκτοντος.

P. 162 A init. εἰ ἀληθὴς ἡ Ἀλήθεια Πρωταγόρου ἀλλὰ μὴ παίζουσα ἐκ τοῦ ἀδύτου τῆς βίβλου ἐφθέγξατο;

Corrigatur: εἰ παίζουσα ⟨ὡς⟩ ἔκ του ἀδύτου τῆς βίβλου ἐφθέγξατο;

P. 164 A init. ὁ μὲν ὁρῶν ἐπιστήμων, φαμέν, τούτου γέγονεν οὗπερ ὁρῶν. Ita, ut videtur, omnes codd. et sic vulgo editur; sed Heindorf non monito lectore dedit ὁρᾷ, quod sane (vel potius ἑώρα, ut est in sequentibus) expectatur. Sin sanum est participium, quod facillime nasci potuit e praegresso, excidit ἔτυχεν aut ἐτύγχανεν.

P. 168 D. ἐνενόησάς που λέγοντος ἄρτι τοῦ Πρωταγόρου καὶ ὀνειδίζοντος ἡμῖν ὅτι — τῷ τοῦ παιδὸς φόβῳ ἀγωνιζόμεθα εἰς τὰ ἑαυτοῦ, κτέ.

Graecum est in ea re πρὸς τὰ ἑαυτοῦ. In ipsis vero sequentibus requiro καὶ χαριεντισμόν τινα ⟨τοῦτ'⟩ ἀποκαλῶν. Recte iam vertit Heindorf *idque iocum quemdam appellans.*

Digitized by Google

Ibidem. *ὁρᾷς οὖν ὅτι τάδε πάντα πλὴν σοῦ παιδία ἐστίν. εἰ οὖν πεισόμεθα τῷ ἀνδρὶ ἐμὲ καὶ σὲ δεῖ — σπουδάσαι αὐτοῦ περὶ τὸν λόγον.*

Insolentior verborum ordo pro *περὶ τὸν λόγον αὐτοῦ*.

P. 169 D. *Ἴδωμεν ὀρθῶς ἢ οὐκ ὀρθῶς ἐδυσχεραίνομεν ἐπιτιμῶντες τῷ λόγῳ, ὅτι αὐτάρκη ἕκαστον εἰς Φρόνησιν ἐποίει· καὶ ἡμῖν συνεχώρησεν ὁ Πρωταγόρας, περί τε τοῦ ἀμείνονος καὶ χείρονος διαΦέρειν τινάς, οὓς δὴ καὶ εἶναι σοΦούς.*

Perversa haec h. l. interpunctio fecit ut una cum sermonis proprietate perierit sententia. Ut enim optime dicitur *διαΦέρεσθαι περί τινος*, *dissentire de aliqua re*, ita Graecum non est *διαΦέρειν περί τινος*, quod nequit significare *excellere in aliqua re*, ut accepisse videntur editores.

Sed transposita virgula, quae lecta post Πρωταγόρας has turbas dedit, post *χείρονος*, salva erit res. Iungendum enim *συνεχώρησεν περί τε — χείρονος*, ut infra p. 171 A *ἐκεῖνος μὲν περὶ τῆς αὐτοῦ οἰήσεως — ξυγχωρεῖ που ἀληθῆ εἶναι κτἑ.* et sic *διαΦέρειν excellere* de more absolute positum esse apparebit.

P. 172 E init. *κατεπείγει γὰρ ὕδωρ ῥέον καὶ οὐκ ἐγχωρεῖ περὶ οὗ ἂν ἐπιθυμήσωσι τοὺς λόγους ποιεῖσθαι, ἀλλ' ἀνάγκην ἔχων ὁ ἀντίδικος ἐΦέστηκεν καὶ ὑπογραΦὴν παραναγεγραμμένην, ὧν ἐκτὸς οὐ ῥητέον.*

Suspicor: *ἀλλ' ἀνάγκην ⟨ταύτην τ'⟩ ἔχων κτἑ.*, de nulla enim alia necessitate quam de temporis concessi angustia et de argumenti finibus agi videtur.

P. 194 B. *ἐλίττεται.* Hic et alibi reddatur forma Attica *εἱλίττειν* cum spiritu leni et diphthongo. Cf. Meisterhans-Schwyzer p. 87, 4.

P. 201 E. Cf. 204 E. Conferant lectores nostrates quae optime desideratissimus meus amicus olim et fautor Bakhuizen van den Brink a. d. 1844 contra Krischium de usu vocis *στοιχείου* disputavit in epistula ad Bakium, quam cum aliis nuper edidit Samuel Muller in periodico *Onze eeuw*, vol. V p. 425 sqq.

Digitized by Google

P. 207 D. *ὅταν τὸ αὐτὸ ὁτὲ μὲν τοῦ αὐτοῦ δοκῇ αὐτῷ εἶναι, τότε δὲ ἑτέρου.*

Hellenistici usus est *ὁτὲ μὲν* pro *τότε μὲν*, quod optime servavit cod. Vind. 54 suppl. phil. Gr. 7 [W.], qui haud ita raro laboranti textui subvenit. In ipsa vicinia saepius occurrit genuina formula attica. Quod in talibus saepe editur *τοτέ*, nullam video causam huius distinctionis. Hic accentus originem videtur debere accentibus vocabulorum *ὁτέ* et *ποτέ*.

Ad Sophistam.

Cadit in oculos Sophistam et Politicum, de quorum auctore dubitatur, a dialogis quos Platonis esse certo constat, eo differre, quod omnino vitant hiatum.

P. 226 B. *τὰ τοιάδε, οἷον διηθεῖν τε λέγομεν καὶ διαττᾶν καὶ διακρίνειν.*

Glossatoris esse arbitror tam *καὶ διαττᾶν* quam *καὶ διακρίνειν*. Nam *διαττᾶν* prorsus idem significat quod *διηθεῖν* et verba *καὶ διακρίνειν* addita videntur respectu vocis *διακριτικήν* in sequentibus. Frustra pro ea coniecta sunt *διαρρινεῖν*, *διακινεῖν*, *διασήθειν*, *ἀνακινεῖν*.

P. 227 A. Pro *σπογγιστικῆς* attice scribatur *σφογγιστικῆς*.

P. 233 C. *δοξαστικὴν ἄρα τινὰ περὶ πάντων ἐπιστήμην ὁ σοφιστὴς ἡμῖν, ἀλλ' οὐκ ἀληθειαν ἔχων ἀναπέφανται.*

Intellegi sane potest *ἀληθειαν*, sed expectatur potius *ἀληθινὴν*.

P. 241 B extr. *μικρὸν μέρος*.

In libris Platonicis adeo rara est haec forma, ut ubique *σμικρός* restituendum videatur.

P. 268 A. *διὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις κυλίνδησιν.*

Attica sunt, ut olim docuit Cobet, *κυλίνδειν* et *καλινδεῖν*, unde formantur nomina *κύλῖσις* et *καλίνδησις*, sed *κυλινδεῖν* et *κυλίνδησις* vitio nata sunt. Hellenisticum est *κυλίειν*.

Digitized by Google

Ad Politicum.

P. 272 A. γυμνοὶ δὲ καὶ ἄστρωτοι θυραυλοῦντες τὰ πολλὰ ἐνέμοντο· τὸ γὰρ τῶν ὡρῶν αὐτοῖς ἄλυπον ἐκέκρατο, μαλακὰς δὲ εὐνὰς εἶχον ἀναφυομένης ἐκ γῆς πόας ἀφθόνου.

In hac beatae ἐπὶ Κρόνου vitae descriptione addita miror verba τὰ πολλά. *Semper* enim tunc foris habitasse homines crederes. Utrum ipse scriptor addiderit iudicans aqua tamen pluvia terram carere non potuisse an interpolator aliquis ambigo.

P. 277 C. γραφῆς δὲ καὶ συμπάσης χειρουργίας λέξει [καὶ λόγῳ] δηλοῦν μὲν ζῷον μᾶλλον πρέπει τοῖς δυναμένοις ἕπεσθαι· τοῖς δ' ἄλλοις διὰ χειρουργιῶν.

Deleverim verba καὶ λόγῳ ut glossema vocis λέξει.

P. 279 E init. καὶ τῶν ἀτρήτων τὰ μὲν νεύρινα φυτῶν [ἐκ γῆς], τὰ δὲ τρίχινα· κτἑ.

Scire pervelim quaenam φυτά non e terra nascantur, itaque verba ἐκ γῆς, quae recte absunt mox sub litera C ὁπόσα φυτῶν ἄρτι νεῦρα κατὰ λόγον εἴπομεν, mihi quidem suspecta sunt admodum.

P. 282 A. καὶ μὴν ξυστική γε καὶ νηστικὴ κτἑ.

Vox nusquam alibi, quod sciam, obvia vitiose sic scripta est pro νητικὴ, ut optime p. 283 A legitur κροκονητικήν et ibidem νηθέντα. Verbi νῆν perfectum est νένημαι, adi. verbale νητός, unde νητικός et νητική, subst. verbale νῆμα. Verbi forma recentior νήθειν, quae traditur infra p. 289 C, num genuina sit dubitari potest.

P. 295 C. ἰατρὸν — μέλλοντα — ἀποδημεῖν καὶ ἀπέσεσθαι τῶν θεραπευομένων συχνὸν — χρόνον.

Propter sequens futurum malim ἀποδημήσειν.

P. 297 B. ΝΕ. ΣΩ. Οὐκ ἔστ' ἀντειπεῖν παρά γε ἃ νῦν εἴρηται.
ΞΕ. Καὶ μὴν πρὸς ἐκεῖνα οὐδὲ ἀντιρρητέον.

Sententia flagitat ut aut scribamus Καὶ μὴν <καὶ> κτἑ. aut transponamus Καὶ μὴν οὐδὲ πρὸς ἐκεῖν' ἀντιρρητέον.

P. 297 C. ΝΕ. ΣΩ. Πῶς τε τοῦτ' εἴρηκας; οὐδὲ γὰρ ἄρτι δῆθεν κατέμαθον τὸ περὶ τῶν μιμητῶν.

Digitized by Google

Non est huius loci ironica vocula δῆθεν, *scilicet*, sed affirmativa δῆτα.

P. 299 A. extr. τιμᾶν ὅ τι χρὴ παθεῖν αὐτῶν τινας ἢ ἀποτίνειν.

Plerumque nota formula iudicialis sonat: — παθεῖν — ἢ ἀποτ(ε)ῖσαι, rarius — πάσχειν — ἢ ἀποτίνειν, rarissime autem apparet quod hic legitur παθεῖν ἢ ἀποτίνειν, quae scribendi ratio mihi quidem valde suspecta est.

Ibidem E. ΝΕ. ΣΩ. Δῆλον ὅτι πᾶσαι αἱ τέχναι παντελῶς ἐν ἀπόλοιντ' ἡμῖν, καὶ οὐδ' εἰς αὖθις γένοιντ' ἄν ποτε διὰ τὸν ἀποκωλύοντα τοῦτον ζητεῖν νόμον.

Insolentior verborum compositio, pro qua expectatur aut διὰ τοῦτον τὸν ἀποκωλύοντα ζητεῖν νόμον aut δ. τ. ἀ. ζ. ν. τοῦτον.

P. 362 E. ΞΕ. Μοναρχία τοίνον ζευχθέντα μὲν [ἐν] γράμμασιν ἀγαθοῖς, οὓς νόμους λέγομεν, ἀρίστη πασῶν τῶν ἓξ.

Manifestum dittographema qua ratione defendi possit me latet.

(*Continuabuntur*).

ΦΛΑΒΙΟΣ — ΦΑΒΙΟΣ.

Io. Lydus de mag. pop. Rom. I 23 ed. Wuensch MCMIII ap. Teubn. agens de nominum Romanorum significationibus scripsisse traditur: Πεινάριος δὲ ὁ πεινῶν(!) καὶ Στάτιος ὁ εὐῆλιξ καὶ Φαῦστος ⟨ὁ εὐδαίμων⟩ καὶ Φλάβιος ὁ εὔνους κτἑ.

Explicatio ὁ εὔνους luculentissime dōcet scriptorem dedisse Φάβιος, ut erat Latini sermonis rudior, hoc nomen non derivans ab eo quod est *faba*, sed a verbo *favere*.

Non esse, quod crederes, Φλάβιος vitium typographicum confirmat Wuenschii Glossarium p. 177.

Eadem opera emendabo vitiosam lectionem ibidem III 13 (p. 101, 8) ἀπέσβη δὲ οὕτως ἅπαντα, ὡς τοῦ τόπου τὸ λοιπὸν σχολάζοντας τοὺς λεγομένους ἐκσκεπταρίους — οἱονεὶ ὑποδέκτας τοῦ σίτου — κατασχεῖν τὸ σκρινίον κτἑ.

Ipse enim scriptor significat se dedisse ἐκκεπταρίους, *exceptarios*.

H. v. H.

Digitized by Google

VARIA

SCRIPSIT

H. J. POLAK.

I. — In horrei archaeologici, cui nomen est *Bulletin de Correspondance Hellénique*, Volumine XXVIII (1904) p. 201 seqq. Pierre Jouguet, Gustave Lefebvre VV. DD. duo *ὄστρακα* imaginibus additis ediderunt in urbe Aegyptiaca Louqsor sibi comparata. Alterum saeculi p. Chr. VI^{i} v. VII^{i} in antica imaginem continet rudissima arte delineatam Petri Euangelistae, in postica vocabula nonnulla, *ἀδιανόητα* quidem, ut etiam editoribus visum, Graeca tamen — videor mihi videre ⟨*προσ*⟩*κυνισω — — μεν αυτον τευα* (?) *μηταλαβουμεν* (!) —; prius non indignum videtur quod paucis animadversionibus adiectis hic repetatur. Textus ab editoribus propositus est in hunc modum: [Π]*ατήρ ποθ' υἱὸν εὐποροῦν|τα τῷ βίῳ καὶ μηδὲν | αὐτῷ τὸ σύνολον δωρούμε|νον ἐπὶ τὸν Σκύθην Ἀνά|χαρσιν ἤγεν εἰς κρίσιν· // οβόα* (sic) *δ' ὁ υἱὸς τοῦτον μὴ | θέλων τρέφειν· οὐκ οἰκίαν, | οὐ κτῆμα, οὐ χρησοῦ* (sic) *βάρος; | Ποῖός τις οὖν τύραννος ἢ ποῖος κριτής | ἢ νομοθέτης ἀρχαῖος ἐνδίκως ἐρεῖ | .....* L (i. e. *ἔτει*) *δ' αὐτοκράτορος Τίτου Αἰλ*[*ίου Ἀ*][*δρι*]*δριανοῦ Ἀντωνίνου*. Praeter *ἰῶτα* subscriptum ubique omissum, menda sanatu facillima *οβοα* pro *ἐβόα*, *χρησου* pro *χρυσοῦ*, *ἐρεῖ* versu ultimo refictum ex *ερη*, notanda bis scripta syllaba *δρι* in *Ἀδριανοῦ* et in ultimo vocabulo factum *τ* ex *δ*.

Agnoscimus puerum sive Aegyptium Graecissantem sive Graecum in Aegypto prima litterarum elementa addiscentem. Nam vera videtur editorum sententia, tenere nos scribendi exercitium, qualia permulta proximis decenniis ex plurimis orbis

Digitized by Google

Graeci oris provenerunt, quibus tirociniis debemus, — ut pauca de multis tangam — fragmenta *Hecales* Vindobonensia et Leidensia Babriana ab Hesselingio eruta, a Leeuwenio hic illic emendatius repetita. Praesens exemplum eo praestat quod tempus subscriptum est, quae res palaeographiae studiosis haud ingrata videbitur. Nempe exaravit ea tiro Graecus anno imperii T. Antonini Pii quarto, i. e. p. Chr. 140/1, si editores audimus; sed quidni p. Chr. 141/2, cum Antoninus a. 138 imperium sit adeptus? Hoc quoque editores rectissime monuerunt, a magistris exscribendos proponi solere locos inprimis poeticos Homero, Hesiodo, tragicis, comicis, Callimacho, Babrio, aliis sublectos. Quo magis mirum, latuisse eos ipsum quoque quem repraesentaverunt locum poetae cuidam deberi; tenere enim nos trimetros iambicos non male tornatos; qua de re monuit Theodorus Reinach, vir clarissimus, vol. sequenti eiusdem operis (1905) p. 258. Sed ne hunc quidem ex omni parte sequi licet. Velut, quod scribit de versibus quarto quintoque: „on y rencontre non seulement un hiatus peu excusable (*κτῆμα οὐ*), mais, chose plus grave, un spondée au troisième," — quod scilicet vitium procurare cupit ita, ut pro *τοῦτον* reponatur *αὐτόν*, — fugit eum ratio. Nam neque spondeus in tertia sede vel apud tragicos aliquam habet offensionem, et vitium metricum quod revera adest, spondeus in *quarto* pede, multo minore negotio tolli potest. Transponatur: *ἐβόα δ' ὁ υἱὸς, μὴ θέλων τοῦτον τρέφειν*, eademque opera sarciatur hiatus inserta littera: *οὐκ οἰκίαν, οὐ κτήμα<τ'>, οὐ χρυσοῦ βάρος*, et sic in re metrica horum versuum nihil supererit offensionis.

Sed graviora sunt quae me in hac narratiuncula offendant. Unde, quaeso, pendent accusativi *οὐκ οἰκίαν κτλ.*? Respondent editores: „la suppression du verbe dans la phrase *οὐκ οἰκίαν* n'est pas due, pensons-nous, à une étourderie du scribe: elle est volontaire et s'explique par l'emportement de l'interlocuteur." Itaque vertunt: „Mais n'[a-t-il] pas une maison, des biens, des monceaux d'or?" Scio plures ellipses nobis miras nunc Graecis veteribus tribui solere, quarum certissimam esse illam apud Theocritum XVIII 11: *ἦ ῥα πολύν τιν' ἔπινες*, quae olim vel Cobetum male habuit, satis munitam Eurip. *Cycl.* vs. 569 et Antiphanis fr. 144, 8 K. Scio sic nunc defendi v. c. Sophoclis in

Digitized by Google

Electra vs. 1075 seqq.: Ἠλέκτρα τὸν ἀεὶ πατρός / δειλαία στενάχουσ', ut ex participio repetatur στεναγμόν, itaque acquiescerem fortasse eodem remedio nostro quoque versui adhibito, ut extrinsecus suppleatur ἔχει, acquiescerem item in statuenda simili ellipsi versus ultimi, ut intellegatur: ποῖός τις οὖν τύραννος — — ἐνδίκως ἐρεῖ (κατ' ἐμοῦ), — nam hoc quoque editores volunt vertentes: „quel est donc le tyran — — qui pourrait équitablement se prononcer [contre moi]?" — nisi, ut cetera omittam, res ipsa qua de agitur subabsurda mihi videretur. Mire mihi certe accidit vel in ficto exemplo pater divitiis affluens a filio, quamvis sit et ille opulentissimus, γηροτροφίαν apud iudices efflagitans. Ex ipsa rei natura sequitur, opinor, officium parentes senes alendi ita demum filiis incumbere, *si parentes inopes sint.* Apud oratores atticos plerumque quidem hac de re in transcursu tantum atque in universum exempli causa agitur, republica cum parentibus comparata, nec tamen prorsus desunt loci qui rem accuratius definiant. Velut Isaeus Or. I (π. Κλεωνύμ. κλ.) § 39 habet: Εἰ μὲν Πολύαρχος ὁ πατὴρ Κλεωνύμου, πάππος δ' ἡμέτερος, ζῶν ἐτύγχανε καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐνδεὴς ὤν, — — ἡμεῖς ἂν διὰ τὴν ἀγχιστείαν καὶ τὸν πάππον γηροτροφεῖν ἠναγκαζόμεθα. Idem Or. VIII (π. Κίρ. κλ.) § 32: εἰ γὰρ ἔζη μὲν ὁ πάππος, ἐνδεὴς δὲ ἦν τῶν ἐπιτηδείων, οὐκ ἂν οὗτος ὑπόδικος ἦν τῆς κακώσεως ἀλλ' ἡμεῖς. κελεύει γὰρ (ὁ νόμος) τρέφειν τοὺς γονέας· — — — διόπερ ἀνάγκη τρέφειν αὐτούς ἐστι, κἂν μηδὲν καταλίπωσι. πῶς οὖν δίκαιόν ἐστιν, ἐὰν μὲν μηδὲν καταλίπωσιν, ἡμᾶς ὑποδίκους εἶναι τῆς κακώσεως ἣν μὴ τρέφωμεν, εἰ δέ τι καταλελοίπασι, τόνδ' εἶναι κληρονόμον ἀλλὰ μὴ ἡμᾶς; Apparet utroque loco de parente inope agi, non de opulento. Sed fuit, opinor, sophistico aevo haud indigna quaestio, num, si pater propter indigentiam liberis ad victum cultumque necessaria praebere non valuerit, filius postea dives factus vel sic alendi sustentandique lege teneretur. Itaque inclino potius in hanc opinionem, discipulum non diligentissimum bis (post vs. 5um et i. f.) versum unum omisisisse in quibus quam requiro fuerit sententia, praesertim cum vix a me impetrare possim ut hoc quoque credam, τίς ἐρεῖ dictum esse pro τίς ἐρεῖ κατ' ἐμοῦ, ipsumque illud λέγειν κατά τινος Graecum esse *de iudice adversus aliquem pronunciante* usurpatum. Versiculos a scribis iuve-

Digitized by Google

nilibus aliquoties omitti vidimus etiam v. c. in Babrio Assendelftiano, ut certe insoliti nihil hic factum esse fingamus.

Quapropter malo equidem narratiunculam in testa traditam constituere et supplere ita:

⟨Π⟩ατήρ ποθ' υἱὸν εὐπορουῦντα τῷ βίῳ,
καὶ μηδὲν αὐτῷ τὸ σύνολον δωρούμενον,
ἐπὶ τὸν Σκύθην Ἀνάχαρσιν ἦγεν εἰς κρίσιν.
ἐβόα δ' ὁ υἱός, μὴ θέλων τοῦτον τρέφειν·
οὐκ οἰκίαν, οὐ κτήμα⟨τ'⟩, οὐ χρυσοῦ βάρος
⟨ἐκτήσαθ' ἡμῖν, νωθρὸς ὢν καὶ δυστυχής.⟩
ποῖός τις οὖν τύραννος ἢ ποῖος κριτής
ἢ νομοθέτης ἀρχαῖος ἐνδίκως ἐρεῖ,
⟨τὸν παῖδα μὴ θρέψαντά μ' ὡς νῦν δεῖ τρέφειν.⟩ [1])

Vix opus est ut addam, quae supplevi me speciminis tantum causa proposuisse, non quod ipsa me poetae — vel, si quis mavult, versificatoris — quae interciderunt verba ex Orco revocasse animum induxerim. Quid Anacharsin poeta noster respondentem fecerit, ne divinare quidem audeo, adeo multa excogitari possunt. Duo monenda supersunt. Anacharsidi plura acute dicta et sapienter animadversa a philosophis inprimis Graecis tribui solere, quorum pars satis locuples apud Mullachium (*Fragmm. Phil. Gr.* I pp. 232/4) collecta reperiatur, in vulgus notum est; διηγημάτια circa eum ligata oratione adstricta, quantum equidem scio, hucusque ignota erant. Cuinam poetae historiola nostra debeatur, in obscuro latet et fortasse latebit. De Machone cogitarem ἐν Χρείαις, nisi liberiores laxioresque hunc trimetros fudisse ferme constaret et elocutionis forma in universum diversa uteretur. Sed summa me advertit dictionis numerorumque similitudo nostram inter narratiunculam et aliam item metricam de Charondae scilicet in novercam dicto apud Diodor. Sic. XII 14. Leguntur apud hunc in succincta expositione legum quae ab Charonda latae circumferebantur et alia satis insulse observata et de duabus legibus, quas ipse inprimis impense admirabatur, haec quae deinde sequuntur. Ἀμφοτέρας δὲ τὰς προειρημένας πολλοὶ τῶν ποιητῶν δι'

1) Leeuwenius (per litteras) proponebat: τὸν μή με θρέψαντ' αὐτὸν ὡς νῦν δεῖ τρέφειν. Lectori optionem relinquo. Lusimus uterque.

Digitized by Google

ἐμμέτρου ποιήματος μεμαρτυρήκασι· τὴν μὲν κακομιλίαν ἐν τοῖςδε· Ὅστις δ' ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνήρ κτλ. (Euripid. ex *Phoenice* fragmentum celebratissimum fr. 809 N[1].) Τὸν δὲ περὶ τῆς μητρυιᾶς τεθέντα ἐν τούτοις·

Τὸν νομοθέτην Φασὶν Χαρώνδαν ἔν τινι
Νομοθεσίᾳ τά τ' ἄλλα καὶ ταυτὶ λέγειν·
Ὁ παισὶν αὐτοῦ μητρυιὰν ἐπεισάγων,
Μήτ' εὐδοκιμείσθω μήτε μετεχέτω λόγου
Παρὰ τοῖς πολίταις, ὡς ἐπεισακτὸν κακόν
Κατὰ τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων πεπορισμένος.
Εἶτ' ἐπέτυχες γάρ, φησί, γήμας τὸ πρότερον,
Εὐημερῶν κατάπαυσον· εἶτ' οὐκ ἐπέτυχες,
Μανικὸν τὸ πεῖραν δευτέρας λαβεῖν πάλιν.

Ita haec editores constituunt Bentleium secuti (*Respons. ad C. Boyl.* p. 210 versionis Lat.), qui primus trimetros iambicos agnovit. Ipse potius quam cum illo de „aliquo poetarum comicorum" cogitare, — cogitaverunt etiam Meinekius (in *Fragmm. Comic. Gr.* p. 1199 edit. min.) et Kockius *C. A. F.* III p. 425 — malo referre ad versificatorem sapientium virorum acute dicta senariis concludentem, neque prorsus absimile est et quae de Anacharsidis iudicio in testa Aegyptiaca supersunt et quae de Charonda tradidit Diodorus ad unum eundemque auctorem referri oportere. Hoc certe animadversione dignum, in paucis de Charonda versibus duo inesse — μητρυΐάν (quidni μητρυϊάν?) et med. εὐδοκιμεῖσθαι, utrumque coniecturis sollicitatum — quae in poeta Attico, etiam Novae Comoediae poeta, iure meritoque dubio obnoxia sunt quaeque recentioris potius originis indicia habenda putaverim.

II. — In eiusdem collectionis eodem volumine (XXVIII 1904), Wilhelmus Vollgraff nostras, in eruendo solo Argolico strenue occupatus, et alias inscriptiones vulgavit illic sibi repertas et hanc inprimis memorabilem (p. 421/4): [Αἰγεαί]ων τῶν ἐν Κιλικίᾳ ἀνανέωσις τᾶς / [παλαιᾶς π]ρὸς τὰν πόλιν συγγενήας. /

['Ο δᾶμος τ]ῶν 'Αργείων καὶ ἁ βουλα καὶ οἱ σύνεδροι Αἰγεαίων / [τῶν ἐν Κιλι]κίᾳ τοῖς ἄρχουσι καὶ τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ δάμῳ / (5) [ἑαυτῶν συγ]γενέσι χαίρειν. Πόπλιος Ὄντειος 'Αντίοχος / [ἤδη πρεσβύ]τερος γενόμενος ἐν τᾷ πόλι ἁμῶν περὶ πολλοῦ ἐποι/[εῖτο

Digitized by Google

ἀνανε]ώσασθαι τὰ τᾶς ὑμετέρας πόλιος δίκαια πρὸς τὸν ἀμε/[τέραν καὶ ἐγ]γράψας στάλᾳ θεῖναι ἐν τῷ τοῦ Λυκείου Ἀπόλλωνος ἐ/[ρῷ, ὅπερ καὶ] ἀδεῶς ἐπετρέψαμεν αὐτῷ, διδαχθέντες ἐπιμελῶς / (10) [περὶ πάντω]ν ἅμα δὲ καὶ ὁρῶντες καλὰν ἅμιλλαν τὰν ὑπὲρ τᾶς / [πατρίδο]ς αὐτὸν φιλοτιμούμενον, ὅθεν βουλευτάν τε / [εἶναι ἐψηΦ]ισάμεθα καὶ τὰς λοιπάς, ἃς πρόσθεν ἐψηφισάμεθα, / [ἔχειν τιμά]ς, καλὸν ἀρετᾶς ὑπόμνημα νο(μ)ίζοντες εἶναι τὰν / [τῶν ἀγαθ]ῶν ἀνδρῶν τιμάν· τᾶς δὲ στάλας τὸ ἀντίγραΦον ἐ(15)/[πέμψαμεν] ὑμῖν τὸ ὑπογεγραμμένον. / [Ἐπειδὴ Πόπλιο]ς Ὄντειος Ἀντίοχος ἐπιδαμήσας ἀμῶν τᾷ πόλι κοσ/[μίως τε καὶ φιλο]φρόνως ἔν τε τοῖς λοιποῖς ἐπεδείξατο τὰν ἰδίαν κα/[λοκαγαθίαν καθ]άπαν ἐν παιδείᾳ τελειοτάτᾳ, οὐκ ἧκιστα δὲ ἐν τᾷ / [περὶ τὰν πατρί]δα σπουδᾷ τε καὶ διαθέσει, φανερὰν ἀμῖν ποιήσας / (20) [τὰν ἐκ πατέρων ὑ]πάρχουσαν ποτ' Αἰγεαίους ἀμῶν συγγένειαν· Περ/[σέα γὰρ ἔΦη τὸ]ν Δανάας ἐπὶ τὰς Γοργόνας στελλόμενον ἐσ/[δραμόντα ἀΦικ]έσθαι Κιλικίαν, ἅτις ἐστὶν τέρμα τᾶς πρὸς / [ἀνατολὰς Ἀσίας], κἀκεῖ τὸ τᾶς πατρίου κομίζοντα θεᾶς ἀΦεί/[δρυμα τὸν δεῖνα] — — — — [μ]ηδέπω τὸν ἄθλον ἐκ[τελέσαντα?] — — — —

Pleraque editoris supplementa amplector et ipse; de quattuor locis dubito. Et primum non assequor quid sit Ἀντίοχος ἤδη πρεσβύτερος γενόμενος ἐν τᾷ πόλι ἀμῶν. Vertit Vollgraffius: „étant déjà parvenu à un âge avancé dans notre ville"; sed multum vereor ut *in aliqua urbe consenescere* Graece dicatur πρεσβύτερος γίγνεσθαι ἐν πόλει pro καταγηρᾶσαι [1]). Intellegerem non additis verbis ἐν πόλι: sed ne sic quidem video quid senectus illa faciat ad Antiochi illius desiderium veteris Aegeënsium cum Argivis necessitudinis renovandae. Equidem supplerim: Ἀντίοχος [πολίτας (v. -της) ὑμέ]τερος, γενόμενος ἐν τᾷ πόλι ἀμῶν, περὶ πολλοῦ ἐποιεῖτο ἀνανεώσασθαι κτλ. Locutiones γίγνεσθαι ἐν τόπῳ, εἰς τόπον, *versari in aliquo loco, pervenire in locum,* haud infrequentes sunt. De multis duos adscribam Xenophontis locos: *Anab.* IV 3 § 29: ὅτι οὗτος ἄριστος ἔσοιτο ὃς ἂν πρῶτος ἐν τῷ πέραν γένηται. *Hell.* III 5 § 17: ὁ δὲ Λύσαν-

1) Cfr. v. c. Strab. XIV 5 § 14 de Athenodoro Sandonis f. nobili Tarsensi: κατιὼν εἰς τὴν πατρίδα ἤδη γηραιὸς κατέλυσε τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν, ubi multo quam in nostra inscriptione rectius substitui poterat ἤδη πρεσβύτερος γενόμενος, nam πρεσβύτερος simm. *comparativi* significationem nunquam plane exuunt.

Digitized by Google

δρος — — ἔφθη τὸν Παυσανίαν ἐν τῷ Ἀλιαρτῷ γενόμενος. Sequitur l. 9/10: διδαχθέντες ἐπιμελῶς [περὶ πάντω]ν ἅμα δὲ καὶ ὁρῶντες καλὰν ἄμιλλαν — — αὐτὸν φιλοτιμούμενον. Cur περὶ πάντων: „nous étant fait renseigner *sur toutes choses*"? Putaverim oppositionem eiusmodi quid flagitare: διδαχθέντες ἐπιμελῶς [ἐκ τῶν ἔργω]ν ἅμα δὲ κ. ὁρῶντες. Tum l. 17/8: ἐπειδὴ — — Ἀντίοχος — — ἔν τε τοῖς λοιποῖς ἐπεδείξατο τὰν ἰδίαν κα[λοκαγαθίαν καθ]άπαν ἐν παιδείᾳ τελειοτάτᾳ, οὐκ ἥκιστα δὲ κτλ. Nimia est illa παιδεία τελειοτάτη (veterum inprimis mythorum notitiam intellegunt, opinor), neque ex Argivorum sententia. Nam in τελειότατα deest τὸ ἐπιγεγραμμένον ἰῶτα alias religiose additum, ut appareat *adverbium* eos voluisse. Simul praetulerim [ἐς] ἅπαν, quod certioris est fidei. Cfr. v. c. Thucyd. V 103, et vel magis Pausan. VI 17 § 5 (8) Γοργίας — — λέγεται ἀνασώσασθαι μελέτην λόγων πρῶτος ἠμελημένην τε ἐς ἅπαν καὶ ἐς λήθην ὀλίγου δεῖν ἥκουσαν ἀνθρώποις. Unum superest; in his mythologicis Περσέα γὰρ ἔφη τὸν Δανάας ἐπὶ τὰς Γοργόνας στελλόμενον ἐσ[δραμόντα ἀφικ]έσθαι Κιλικίαν, participium mire displicet. Loci classici de Perseo Medusae interfectore praeter Hesiodum (*Theog.* 274 seqq., i. a. Γοργούς θ', αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο κτλ.) et Herodotum (II 91) sunt Pind. *Nem.* X 4, Apollon. Rhod. IV 1513 seqq.:

> εὖτε γὰρ ἰσόθεος Λιβύην ὑπερέπτατο Περσεύς — —
> Γοργόνος ἀρτίτομον κεφαλὴν βασιλῆι κομίζων,
> ὅσσαι κυανέου στάγες αἵματος οὔδας ἵκοντο,
> αἳ πᾶσαι κείνων ὀφίων γένος ἐβλάστησαν.,

uterque cum scholiis. Atque ad Pindari verba brevissima (μακρὰ μὲν τὰ Περσέος ἀμφὶ Μεδούσας Γοργόνος) hoc adscribitur scholion: ἔστι δὲ ἡ ἱστορία αὕτη· Μέδουσα (μία δὲ τῶν Γοργόνων αὕτη), ἥρισέ ποτε διὰ κάλλους τῇ Ἀθηνᾷ, ἡ δὲ πρὸς πρόκλησιν ἀγανακτήσασα πείθει Περσέα εἰς τὸν Ὠκεανὸν διαβῆναι, παρασχοῦσα αὐτῷ καὶ τὴν Ἄϊδος κυνέην, — — καὶ ἀποτεμεῖν τῆς Γοργόνος τὴν κεφαλήν. ὁ δὲ — — ἐπὶ τὸν ἄθλον στέλλεται, κτλ. Ex amplissimo ad Apollonii l.l. haec tantum excerpo: εἶτα ἔρχεται (Περσεὺς) πετόμενος κατὰ τὸν Ὠκεανὸν καὶ τὰς Γοργόνας. — — ταύτας δὲ κοιμωμένας εὑρίσκει. — — ὁ δὲ πλησίον γενόμενος, ἀπεστραμμένος, ἵνα μὴ ἀπολιθωθῇ ἰδὼν αὐτάς, καὶ ἐν τῷ κατόπτρῳ ὁρῶν τὴν Μέδουσαν κατ' ἀνάκλασιν, ἀποτέμνει τῇ ἅρπῃ τὴν κεφαλήν, καὶ ἐνθεὶς εἰς

Digitized by Google

τὴν κίβισιν Φεύγει. — — Περσεὺς δὲ εἰς Σέριφον γενόμενος, ἔρχεται παρὰ Πολυδέκτην (qui Danaen violare voluerat), καὶ κελεύει συναθροῖσαι τὸν λαόν, ὅπως δείξῃ αὐτοῖς τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλήν, εἰδὼς ὅτι ἰδόντες ἀπολιθωθήσονται. — — Ἱστορεῖ Φερεκύδης ἐν τῇ δευτέρᾳ. Hinc in inscriptione nostra suppleverim: Περσέα γὰρ ἔφη — — ἐπὶ τὰς Γοργόνας στελλόμενον ἐς [Ὠκεανὸν (vel Λιβύαν) ἀφικ]έσθαι Κιλικίαν κτλ. Quae in fine inscriptionis vix dispiciuntur ima litterarum lineamenta non magis quam editor probabiliter explere valeo. Eo minus quod quorsum mythologica narratio tendat ignoratur. Nam de Persei in Ciliciam adventu paucissima, de eius cum obscuro Αἰγεῶν (vel Αἰγαιῶν) in Cilicia vico necessitudine (πολίχνιον vocat Strabo XIV, 5 § 18, p. 676 C) nihil omnino, quod sciam, mythologi prodiderunt. Et fieri potest ut Aegeënses ignotas nobis ob causas ad se traduxerint, quod de Tarso nobilissima suae regionis urbe paulo fidentius narrabatur. Eam primitus Assyriam fuisse, post coloniam ex Argis accepisse inter Graecos homines satis constabat, κτίστην alii (Strab. XIV 5 § 12, p. 673 C) Triptolemum, alii (Dionysius Thrax et Alexander Polyistor ap. Steph. Byz. s. v.) Bellerophontem, Perseum alii fabulabantur [1]). Tradidit nempe hoc Antipater (Thessalonicensis?) [2]) A. P. IX 557, egregius sane testis, adludit Dio Chrysostomus in Oratione ad Tarsenses prima (XXXIII § 45), ut Romanis inprimis temporibus hoc commentum invaluisse coniicias. Hinc Aegeënses, opinor, αὐτοσχεδιάζοντες profecerunt. Sed non hoc memorabile, verum Romanorum imperatorum temporibus, cum et Graecia et Cilicia vasto imperio iamdudum subditi essent, oppiduli longinqui et obscuri incolas talia esse commentos Argivosque aeque imbelles talium credulos admiratores esse nactos. Nempe ubi praesens gloria deficit, libenter homines ad veteres obsoletasque laudes confugiunt.

1) Cfr. i. a. Ed. Meyer *G. d. A.* II § 292 A.
2) Ad Sidonium olim referebat Brunckius in *Analectis.*

Digitized by Google

DE HYMNO QUODAM.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

Mabillon, qui S. Bernardi, abbatis Claravallensis, opera anno 1850 tribus voluminibus Mediolani edidit, volumine ultimo col. 1400 sqq. versus et 'rythmos' nonnullos quamvis dubitanter, ut videtur, exprimendos curavit. Brevi enim praefatione carminibus praeposita affirmat, Berengarium scholasticum in Apologia pro Abaelardo contra S. Bernardum auctorem quidem esse, Bernardum ipsum „a primis fere adolescentiae rudimentis cantiunculas „mimicas et urbanos modulos fictitasse et rythmico certamine „cum fratribus contendisse", se vero non existimare carmina, quae sequuntur, Bernardo esse tribuenda, propterea quod Cistercienses nihil admitterent quod metricis legibus coercetur: ipsum Bernardum in componendo sancti Victoris Officio leges non tantum metri, sed etiam rythmi omnino neglexisse. Haec praefatus disertis verbis tria carmina Bernardo abiudicare pergit, de ceteris quinque addidit nihil. Inter haec autem carmina et ordine quidem primum omnium est „Rythmus de Contemptu Mundi".

O miranda vanitas! o divitiarum
Amor lamentabilis! o virtus amarum!
Cur tot viros inficis, faciendo carum,
Quod pertransit citius quam flamma stupparum.
Homo miser, cogita; mors omnes compescit,
Quis est ab initio qui morti non cessit?
Quando moriturus est, omnis homo nescit:
Hic qui vivit hodie, cras forte putrescit.
Qui de morte cogitat, miror quod laetatur;
Cum sic genus hominum morti deputatur,

Digitized by Google

Quo post mortem transeat homo, nesciatur:
Unde quidam sapiens ita de se fatur:
Dum de morte cogito, contristor et ploro,
Verum est quod moriar, et tempus ignoro;
Ultimum quod nescio, cui iungar choro:
Ut cum sanctis merear iungi, Deum oro.
Cur mundus militat sub vana gloria?
Cuius prosperitas est transitoria:
Tam cito labitur eius potentia
Quam vasa figuli, quae sunt fragilia.
Plus fide litteris, scriptis in glacie,
Quam mundi miseri vanae fallaciae:
Fallax in praemiis, virtutis specie.
Qui numquam habuit tempus fiduciae.
Credendum magis est viris veracibus,
Quam mundi miseris prosperitatibus:
Falsis in somniis et vanitatibus,
Falsis in studiis et voluptatibus.
Dic ubi Salomon, olim tam nobilis?
Vel ubi Sampson est, dux invincibilis?
Vel pulcher Absalon, vultu mirabilis?
Vel dulcis Ionathas, multum amabilis?
Quo Caesar abiit, celsus imperio?
Vel dives splendidus, totus in prandio?
Dic, ubi Tullius, clarus eloquio?
Vel Aristoteles, summus ingenio?
Tot clari proceres, tot retro spatia,
Tot ora praesulum, tot regna fortia;
Tot mundi principes, tanta potentia,
In ictu oculi clauduntur omnia.
Quam breve festum est haec mundi gloria
Ut umbra hominis sunt eius gaudia,
Quae semper subtrahunt aeterna praemia,
Et ducunt homines ad dura devia.
O esca vermium! o massa pulveris!
O roris vanitas, cur sic extolleris?
Ignorans penitus utrum cras vixeris,
Fac bonum omnibus quamdiu poteris.

Digitized by Google

Haec carnis gloria, quae magni penditur
Sacris in Litteris flos foeni dicitur;
Ut leve folium quod vento rapitur,
Sic vita hominis luci subtrahitur.
Nil tecum dixeris quod potes perdere,
Quod mundus tribuit, intendit rapere:
Superna cogita, cor sit in aethere,
Felix qui potuit mundum contemnere.

Quamquam de poetae vel de poetarum nominibus quidquam pro certo affirmare non ausim neque quemquam ausurum puto propter incredibilem quae apud medii aevi homines exstitit auctorum incuriam, hoc dudum mihi constitit, versus quos uno tenore Mabillon descripsit non unum, sed duo continere carmina: alterum constare vss. 1—16, alterum vss. 17—56, id quod rhythmus inde a vs. 17 immutatus satis superque comprobat. Non me fugisse sive editoris sive typothetae errorem in vs. 2, ubi *virtus* male pro *virus* expressum est, addere vix opus esse opinor.

In qua re alios mecum consentire postea vidi. Nuper enim Merrill [1]) v. cl. et alia S. Bernardi carmina edidit et unum, quod ex iis, quos supra descripsi versibus complectitur vss. 1—16 exceptis versibus 9—12: emendata est corruptela in vs. 2, sed pro *Ut*, quod apud Mabillonem in vs. 16 est, minus bene apud eum legitur *Et*.

Brevi post in manus mihi venit Hymnarium quoddam [2]), in quo hymnum repperi incipientem verbis *Cur mundus militat sub vana gloria!* Legere cum pergerem, mox vidi hymnum hunc integrum quasi editionem aliquanto emendatiorem esse partis alterius Rythmi, quae apud Mabillonem vss. 17—56 efficitur. 'Emendatiorem' dico, quandoquidem primo omissi sunt vss. 25—28, quos meram praecedentis strophae paraphrasin esse quivis agnoscet; deinde melior evasit interpunctio, quae apud Mabillonem hic illic pessime constituta est; denique haec est lectionum discrepantia:

---

1) Latin Hymns selected and annotated by W. A. Merrill, Boston 1904 (pg. 53).
2) Hymnarium, Blüthen lateinischer Kirchenpoesie zur Erbauung. Mit Vorwort von Dr. Carl Bernh. Moll, Halle 1861 (pg. 136).

Digitized by Google

Apud Mabillonem:		*In Hymnario:*
fide (vs. 21)	—	crede (vs. 5)
miseri (vs. 22)	—	fragilis (vs. 6)
Qui (vs. 24)	—	Quae (vs. 8)
dives (vs. 34)	—	Xerxes (vs. 14)
retro (vs. 37)	—	rerum (vs. 17)
sunt (vs. 42)	—	sic (vs. 22)
homines (vs. 44)	—	hominem (vs. 24)
dura (vs. 44)	—	rura (vs. 24)
O roris (vs. 46)	—	O ros, o (vs. 26)
Ignorans (vs. 47)	—	Ignoras (vs. 27)
Fac bonum (vs. 48)	—	Benefac (vs. 28)
carnis (vs. 49)	—	mundi (vs. 29)
Ut (vs. 51)	—	O (vs. 31)
luci subtrahitur (vs. 52)	—	hac via tollitur (vs. 32)
potuit (vs. 56)	—	poterit (vs. 36).

Merrill igitur carmen prius sub S. Bernardi nomine edidit, etsi ipse quoque hymnorum omnium, qui ei attribui soleant, originem dubiam esse praemonet. Carmen alterum in Hymnarii indice sive Iacopono ascribi video sive Walthero Mapes. Utrumque carmen, male in unum coniunctum, a Mabillone S. Bernardo assignatum esse iam cognovimus.

S. Bernardus autem, abbas Cisterciensium in Claravalle qui fuit a. 1115—1153, vixit ab a. 1091 usque ad a. 1153. Iacobus de Benedictis Francisc. (Iacopone de Benedetti), Todis in Umbria natus, vixit ab a. 1221 usque ad a. 1306. Walter Map s. Mapes cum a. 1196 archidiaconus esset Oxonii, in vita fuit inter S. Bernardi et Iacoponi tempora.

At vero qua auctoritate motus Moll v. d. hymnum alterum alterutri viro ascribendum putaverit, num forte quod „Poesie Spirituale" ille scripserit quibus carmen inest „Rinunzia del Mondo", hic versus satiricos composuerit merito celeberrimos — de his omnibus ne verbum quidem addidit.

Si non ipsi S. Bernardo debentur carmina, at aequali eius ea deberi mihi quidem certo certius est: de poeta posteriore aliquo non est cogitandum. Nempe, si quid video, utriusque hymni poeta magnopere miratus est, penitus novit, nonnullis

Digitized by Google

locis etiam imitatus est carmen nobilissimum, quod versibus, qui leonini cristati trilices dactylici vocantur, Bernardus Cluniacensis sive Morlanensis De Contemptu Mundi cecinit[1]): floruit autem hic circ. a. 1140, quo tempore S. Bernardus abbas in Claravalle erat. Morlanensem illum poeta hymni brevioris respicit verbis vs. 12: *Unde quidam sapiens ita de se fatur* atque versibus ultimis ea fere refert quae apud illum ita expressa sunt pg. 19:

O pia gratia, celsa palatia cernere praesta;
Ut videam bona, factaque consona caelica festa.
Non animo coquar, aut sequar, aut loquar omne profanum;
Iungar habentibus aethera civibus, et sequar Agnum.

Strophae autem a Merrillo omissae causam esse suspicor, quod illa propter similia fere stropharum tertiae et quartae initia in poematii finem, i. e. post vs. 16, migraverit, ubi verba ultima *Unde quidam sapiens ita de se fatur* sane absurda viderentur atque toti strophae minarentur perniciem. Quem stropharum ordinem conturbatum minime mirabitur qui quot modis variis in Iubilo rythmico de nomine Iesu eiusdem nostri „doctoris melliflui" et medio aevo et temporibus recentioribus strophae quinquaginta dispositae sint, paulum meminerit.

In hymno vero maiore, qui continetur versibus apud Mabillonem qui sunt 17—56 praeter versus 25—28, haud pauca insunt quae Morlanensis satirae legentem admoneant, velut in pg. 9:

Esset ibi decor Absalon indecor, et coma, nec non
Pes piger Asael, et manus Israel, arida Sampson.
Nullaque Caesaris inscia comparis illa facultas,
Et Salomonia nulla potentia, nulla voluptas.

Atque iterum in pg. 37:

Te decor extulit, Absalon abstulit, ultio duplex.
. . . . . .
Quae tibi gloria? quae tibi gratia? quae tibi doni?
Non tibi gloria, non tibi gratia, quae Salomoni.

Quibus locis eadem nomina *Absalon — Sampson — Salomon*, ordine

1) Bernardus Morlanensis De Contemptu Mundi Libri tres. Latin Satirical Poets II. 7—102 (Roll Series).

Digitized by Google

modo inverso, posita vides quae apud Mabillonem vss. 29—31. Deinde vss. 33—40 manifesto spectant Morlanensis versus qui in pg. 37 sq. leguntur:

Est ubi gloria nunc Babylonia? nunc ubi dirus
Nabugodonosor? et Darii vigor? illeque Cyrus?
Qualiter orbita viribus inscita praeterierunt,
Fama relinquitur illaque figitur, hi putruerunt.
Nunc ubi curia pompaque Iulia? Caesar, obisti:
. . . . . .
Caesare nudus es, et prope nullus es, o ferus ille.
Nunc ubi Marius atque Fabricius inscius auri?
Mors ubi nobilis et memorabilis actio Pauli?
Diva Philippica, vox ubi caelica nunc Ciceronis?
Pax ubi civibus atque rebellibus ira Catonis?

Locos plures hic proferre longum est neque his modo perductus sum ut sive S. Bernardum sive poetam eius aequalem Morlanensis opus pro exemplo habuisse crederem: multo magis ut ita sentirem me impulit utriusque carminis color congruens ac similis ratio qua uterque eorum argumentum suum tractaverit. Quam similitudinem nec Merrillum fugisse apparet qui quidem ad alium S. Bernardi hymnum, sc. de nomine Iesu, observarit: „The hymn is a meditation circling about its subject, like the poem of the other Bernard."

AD SCHOLION HOM. K 515.

Integerne esset versus

οὐδ' ἀλαοσκοπιὴν εἶχ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων

multi dubitarunt. In codice A adscripta est lectio Aristarchea: „ἀλαὸς σκοπιὴν", improbatur autem lectio Zenodoti: „ἀλαὸν σκοπιὴν". Dein haec in scholio sequi creduntur: „παροιμιακὸν δέ ἐστιν· οὐ τυφλὸς ἐς σκοπιάς, ἀλλὰ τοὐναντίον δεδορκώς". Sed revera scripta extant haec: „παροιμιακὸν δέ ἐστι. οὐ τυφλὸς ἐσκοπίασεν ἀλλὰ τοὐναντίον δεδορκώς".

Non affertur igitur proverbium nescio quod, sed ipse poeta dicitur usus esse locutione proverbiali, quae sermonis pedestris hisce verbis redditur: οὐ τυφλὸς ἐσκοπίασεν sive: *non caecus* (*caecutiens*) *speculatoris officio fungebatur.*

Litterarum εν notum signum (ἐσκοπιᾶ͞ε) editores fefellit.

v. L.

Digitized by Google

APULEIANA.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN I. F.

Cum ante quinque annos mensem fere Florentiae degerem rogatus a I. v. d. Vliet magistro carissimo, ut textum librorum noni decimi undecimi Apulei Metamorphoseon editionis suae conferrem cum codicibus Laurentianis, qui indicari solent litteris F et Φ vel numeris LXVIII, 2 et XXIX, 2, libentissime viri humanissimi voluntati morem gessi. Quae igitur in libris manu scriptis excutiendis reperiebam recedentia a magistri mei editione, per litteras cum eo communicabam, sperans fore ut disputatio de codice Laurentiano LXVIII, 2 (cf. Mnemos. Vol. XXV p. 386 sqq.) ab ipso viro doctissimo, optime merito de Apuleio, suppleretur et perficeretur. At ille iam (ut Apulei verbis utar) „morbi inextricabilis ueterno uehementer implicatus" tam opera Madaurensis scriptoris quam aliorum discipulis tractanda reliquerat. Equidem quadriennio demum post immaturam deploratamque praeceptoris mortem audeo disputationem supra memoratam absolvere. Verum praeterquam quod recensebo ea, quae editio a van der Vliet curata, omittit adversusque codicum FΦ auctoritatem exhibet, numerum quoque augebo locorum similium, quos in illo libro nisi paucos non legimus. Sed neque discrepantias scripturae, quas Fridericus Gatscha [1]) e codice Φ eruit neque ὁμοιότητας, quas idem collegit, in animo mihi est repe-

1) Quaestionum Apuleianarum capita tria scripsit F. Gatscha. (Dissertat. Philol. Vindobon. Vol. sext. 1898; p. 141—190).

Digitized by Google

tere. Nonnullas autem addam observationes, quae pertinent ad genus scribendi Apuleianum et ad textum constituendum.

Hanc denique opportunitatem nanctus gratias quam maximas Biagi et Rostagno, viris clarissimis, qui bibliothecae Laurentianae praesunt, agere volo, quod tam benevole permiserunt, ut librorum Florentinorum collationem conficerem.

Pag. 188, 21 ad tutelam salutis.

Pricaeus et Hildebrand, ut hanc locutionem illustrarent, aliquot afferunt locos Apuleianos, quibus adiungo (176, 15) ad tutelae praesidia et (190, 15) meae tutelae peruigiles excubias agitauerant.

189, 5 *nichil* Fϕ.

189, 11 mobili ac trepida facie percitus.

Conferre possumus (202, 27) laetitia percitus nuntiat e. q. s. et (Apul. Apol. cap. XII) quae (sc. Venus) sit percita populari amore; praeterea participium praesens generis activi legimus (186, 27) uicinos undique percientes e. q. s.

189, 26 *arreptis* Fϕ.

190, 5 subiti periculi turbine.

Hanc metaphoram Apuleium adamare ostendit Koziol [1]) (pg. 247), cuius exemplis addi possunt (188, 6) in ultimo fortunae turbine et (225, 4) procellam Fortunae saeuientis euadere.

Eandem figuram Sidonius Apollinaris saepius adhibet, velut Epist. IX 9, 6 gentium concitatarum procella ..... cuius immanis hinc et hinc turbo tunc inhorruerat; cf. etiam Epist. II 13, 4; IV 12, 1; VIII 1, 3; Carm. VII, 59.

190, 7 clausis obseratisque ..... foribus (locutio redit 191, 29).

Hic duo participia synonyma coniunguntur: quod persaepe factum esse in Metamorphoseon libris apparet ex Koziol, qui fusius de ea re agit (l. c. pg. 84—102). Quocirca dubito an acquiescere non possimus in supplemento proposito a van der Vliet scribente pg. 105, 1 (germani) complexus indulge fructum et tibi deuotae ‹*caraeque*› Psychae animam gaudio recrea. Nam

1) Der Stil des L. Apuleius von H. Koziol. Wien 1872.

Digitized by Google

contra Apulei generis dicendi proprietatem editor inseruit adiectivum, cum participium requiri videatur. Lacuna autem est octo fere litterarum, quarum duae priores fuerunt *de*, itaque censeo scribendum: deuotae *deditaeque* (= *deditequ*). Quam lectionem tueri videntur verba: maritis aduenis ancillae deditae (101, 10), quae spectant ad Psychae sorores. Dedendi verbum Apuleius praeterea agnoscit pg. 31, 1; 95, 3; 221, 1 cet.

Editor certe improbans adiectivum coniungi cum participio scribit: (205, 19) occursoriam potionem et *inchoatiuum* gustum pro codicum scriptura *inchoatum*.

190, 11 *nactus* ϕ. 13 *somnum* ϕ primo, post manus recens *p* inseruit inter *m* et *n*. 23 *periclitantur* ϕ, *percōtantur* F^2, sed ante *c* et post eandem litteram manifesta vestigia mutationis manserunt. Utrumque verbum Apuleius usurpat, nempe percontari pg. 205, 27; 218, 28 cet. Periclitandi verbum legitur infra pg. 191, 8 cet.; adsciscit autem (sicut nostro loco) coniunctionem *an* supra pg. 127, 19 (periclitabor an).

190, 24 de caelo .... missus mihi sospitator.

Ad hunc locum Pricaeus laudat Tibull. I 3, 90

Sed videar caelo missus adesse tibi [1]).

Fieri autem potest ut Apuleius in risum vertere voluerit duos locos Livianos, nempe (VIII 9, 10) aliquanto augustior habitu humano visus, sicut caelo missus (sc. Decius Mus) piaculum omnis deorum irae, qui pestem ab suis aversam in hostes ferret et (XXII 29, 3) Iam magna ex parte caesis aliis, aliis circumspectantibus fugam Fabiana se acies repente velut caelo demissa ad auxilium ostendit.

Equidem non facio cum Gatscha, qui l. c. pg. 156 (in adnot.) scribit: dubito num Livium ipsum legerit Apuleius; nam certa imitationis vestigia extare non existimo. Immo et hic (190, 24) et aliis locis non ita paucis Apuleium in Livii verba iocari persuasum mihi habeo. Cf. quae dixi sub 197, 17; 262, 6 cet.

191, 14 producor ad uiam.

Cum hac locutione comparare possumus (194, 19) ad uiam prodeunt; (222, 8 me) producit ad uiam; (175, 17) nos ad uiam propellunt.

191, 24 postrema lasciuia famigerabilis.

Eandem fere vim quam hic habet *postremus* etiam (204, 5)

1) Vide sub 209, 15.

Digitized by Google

postremis lamentationibus et (214, 22) postremas ..... clades. *Extremus* adiectivum est synonymum in exemplis, quae affert Novák (pg. 22) [1]).

192, 1 mulier candida et ad huiusmodi flagitia perastutula.

Hic certe vis suffixi deminutivi plane nulla est neque inepte conferas: (186, 5) copia laetati largioris quaesticuli; verum omnino adeatur Koziol l. c. pg. 260 cet.

192, 6 *siccine* ϕ^1 *sicçine* ϕ^2 (cf. 190, 17 adhuccine). 8 *paŏ* (= parabis) ϕ.

192, 13 confutatus maritus.

Eadem vi praeditum redit confutandi verbum infra 195, 15 quem locum laudat Pricaeus. Aliam autem significationem habet pg. 254, 8 confutabat (sc. interula) optutum.

192, 16 *uides, istut* F^2, sed virgulam et priorem *t* addidit m. r.

193, 7 „quin tu, quicunque es homuncio, lucernam" ait, „actutum mihi expedis, ut erasis intrinsecus sordibus diligenter ⟨*an*⟩ aptum usui possim dinoscere e. q. s.

Pricaeus primus addidit *an*, quae particula in Metamorph. saepissime inservit sententiae interrogativae coniungendae cum sententia principali. Nihil tamen impedit quominus temptemus: *aptumne* usui possim dinoscere e. q. s., praesertim cum inveniatur (177, 31) eum rogauit unus e nostris haberetne uenui lactem e. q. s.

Hic quoque dicendum est van der Vliet minus recte contra codicem edidisse (184, 5) uenist*ine* tandem miserrimi laboris uicarius? In talibus enim enuntiatis Apuleius identidem particulam omittit, velut (157, 5) uidetis istum pigrum tardissimumque et nimis asinum? Accedit quod hic scriptor irridet Vergilium laudando ipsa poetae verba (Aen. VI 687):

venisti tandem, tuaque expectata parenti
vicit iter durum pietas cet. [2]).

193, 27 sorte unica *p* casulis pluribus enotata consulentes de rebus variis plurimos ad hunc modum cauillantur.

Hoc exhibet codex, quod manifeste corruptum est. Van der Vliet edidit: per casum tabulis pluribus enotata, alius aliud.

1) Quaestiones Apuleianae. Scripsit Robertus Novák. Pragae 1904.
2) Cf. Aeneis Buch VI erklärt von Norden pg. 296.

Digitized by Google

Mihi verisimile videtur post illud ꝑ (= per) paucas syllabas similitudine proximi vocabuli *casulis* excidisse. Fortasse igitur verum est: sorte unica *perastutuli* casulis pluribus enotata consulentes de rebus variis plurimos ad hunc modum cauillantur.

Casulis pluribus habeo pro dativo commodi qui dicitur. Inserta autem voce Apuleius utitur: (pg. 192, 1) mulier callida et ad huius modi flagitia perastutula.

193, 29 *cabillantur* Fφ (at 195, 27 *cauillantes*).

194, 19 *uia*⁾ *tota*⁾ (= uiam totam) φ. 21 *stagnāti* (= stagnanti) F *stagnati* φ. 23 *lassibus* φ¹ at m. r. superscripsit *lapsibus a labor*.

195, 5 *coarctant* φ. 13 *repiret* φ. 18 *quā* φ (etiam F¹ compendiose exhibuit *quam*, at F² habet *qua*). 24 *compinguni* (compendiose scr.) φ. 24 *pso* F. 25 *donarum* φ.

195, 25 apud fani donarium.

Non inutile puto praecipuos locos recensere ubi praepositio *apud* praedita est eadem potestate atque hic. Sunt autem hi: (20, 1) apud Athenas (quocum conferas velim: (31, 20) Corinthi apud nos); (68, 26) apud mea praecordia; (84, 10) apud nostros animos; (154, 10) apud historiam; (266, 27) apud cogitationes meas revolvebam; (273, 22) apud meum sensum disputo.

196, 2 *fileb*; Fφ. *comperauerant* primo fuit in F, at post prima manus *n* induxisse videtur. 13 *habundanter* φ. 15 *Sed* F. 18 *circumflueatis* (aut *-utis*) est in F. 26 *leniorem* φ exhibet potius quam *leviorem*. 28 *dampnosam* φ. 29 *uaculis* φ¹ sed m. r. scripsit *b* supra priorem *u*.

197, 6 *coetu* Fφ. 11 *indign*; φ¹ at m. r. scripsit *uus* supra *n*; inductum.

197, 12 familiari curiositate (repetitur ex pg. 56, 23).

Quae sint verba synonyma docet ipse auctor: (198, 9) nisi quod ingenita mihi curiositate recreabar; (199, 13 quae) saevitia multo mihi magis genuinam curiositatem in suos mores ampliaverat.

Porro legimus: (204, 11) sumpta familiari constantia; (218, 21) familiarem cohibere insolentiam cet.

197, 15 *illic* Fφ.

197, 17 centunculo magis inumbrati quam obtecti.

Hic quoque deprehendimus locum, ubi Apuleius Livium denotare videtur, declarant enim haec exempla: (Liv. XXI 58, 8) tegminibus suis magis obruti quam tecti; (XXII 5, 3) onerati magis iis quam tecti; (XXII 30, 4) plebei scitum quo oneratus sum magis quam honoratus.

Digitized by Google

Facile iam unusquisque credet Apuleium hominem Madaurensem multumque versatum in litteris Graecis et Latinis bellum Hannibalicum certe luculentissime enarratum a Livio legisse (cf. quae dixi ad 190, 24).

197, 22 *adhesi* φ. 198, 8 *inenorme ὑφ' ἵν* F φ.

198, 6 ueterisque Lucii fortunam recordatus et ad ultimam salutis metam detrusus summisso capite maerebam.

Eadem cogitatio invenitur supra: (143, 24) Haec eo enarrante ueteris fortunae et illius beati Lucii praesentisque aerumnae et infelicis asini facta comparatione medullitus ingemebam e. q. s. Conferri oportet Eurip. Iphig. Taur. 1121 *τὸ δὲ μετ' εὐτυχίαν κακοῦσθαι θνατοῖς βαρὺς αἰών*. Nec non per lectorem liceat afferre: (Dante Inf. V 121)

Nessun maggior dolore
Che ricordarsi del tempo felice
Nella miseria.

198, 9 *michi* φ. 11 *loqūt*^{a} (= loquuntur) φ.

198, 12 nec inmerito priscae poeticae diuinus auctor apud Graios summae prudentiae uirum monstrare cupiens multarum ciuitatum obitu et uariorum populorum cognitu summas adeptum uirtutes cecinit.

Vix opus est dicere Apuleio hic ob oculos versari (*α* 3) *πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδε ἄστεα καὶ νόον ἔγνω*. Alterum locum, ubi auctor Odysseae memor est, habemus: (pag. 7, 16) Aethiopes utrique, quod comparandum est cum *α* 23 *Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται*, e. q. s.

Iliadem autem significat primum (pg. 246, 27) Erat mons ligneus ad instar incliti montis illius, quem uates Homerus *Idaeum* cecinit e. q. s., tum (pg. 29, 1) balteo suo cincta (sc. Venus), quod spectat ad *κεστὸν ἱμάντα* illum (cf. Ξ 214).

198, 16 gratas gratias .... memini (repetitur ex pg. 16, 24; assimiliter dictum est: (152, 15) gratias summas .... mihi meminisse non destitit).

Est nimirum Graecismus et valet idem quod *χάριν εἰδέναι*. Ceterum annominatio illa redit (pg. 249, 1) Gratiae gratissimae.

198, 18 <*at*> multiscium reddidit.

Quod van der Vliet inseruit *at*, animadvertendum est a manu recentiore in φ *tamen* scriptum esse supra *multiscium*. 24 *thori* φ.

198, 24 ut hercules eius uicem .... frequenter ingemescerem.

Digitized by Google

Comparare possumus: (Cic. ad fam. XII 23, 3) tuam vicem doleo et (ad Att. VIII 2, 2) Quoius ego vicem doleo.

Apuleius insuper habet: (218, 11) hortulanus .... suosque casus grauiter ingemescens.

198, 28 saeua scaeua.

Eandem annominationem invenimus: (32, 8) scaeuam an saeuam. Dignae sunt quae conferantur paronomasiae: (67, 6) sero quidem, serio tamen subuenit; (111, 9) rimatur .... et mariti sui miratur arma (cf. 234, 7-9 rimantur .... mirati); (241, 9) nescius nesciam cet.

199, 1 tunc spretis atque calcatis diuinis numinibus in uicem certae religionis mentita sacrilega praesumptione dei, quem praedicaret unicum e. q. s.

His verbis hodie viri docti [1]) suspicantur ab Apuleio mulierem Christianae fidei perstrictam esse.

199, 3 *consictis* F φ. 6 *mancipat* φ. 8 *subiugi* F² (at F¹ fortasse *subinugi*) *subiungi* φ. 14 *comeantem* φ. 18 *aliq̄n* φ. 21 *insepabilis* φ. 27 *erum ꝓnabilis* φ².

199, 29 longule etiam dissita facillime sentiebam.

Comparari oportet Florid. cap. II (ed. van der Vliet pg. 146, 11) neque longule dissita neque proxume adsita possumus cernere e. q. s. et Metam. 225, 6 ad longissime dissitas festinare uillulas.

200, 3 *herilis* φ. 13 *çelotypum* φ. 19 *formositate* F φ. 21 *ad* ħ (= haec) φ.

200, 28 cum .... profectionem pararet pudicitiamque carae coniugis conseruare .... cuperet, seruulum suum .... commonet e. q. s.

Ecce alliteratio prope continua! Confitendum autem est scriptorem interdum hac figura abusum esse. Legimus quidem in una pagina 152ª (vs. 11) Fotidi diras deuotiones; (vs. 16) maritum mihi meminisse; (vs. 17) honores habituri; (vs. 23) discurrerem daturus dominis; (vs. 24) multas mulas.

201, 1 *paret* φ (cf. 201, 21 *pat'* (= paratus)). 7 *digitotenus* ὑφ' ἕν F φ. 12 *dħa sua* F¹ *dħa⌉ suā* F². 13 *destrictam* F, *districtam* φ. 15 *p̄ndens* (= prendens) F φ. 16 *ꝓuincie* F¹, post manus recens deleta littera *n* addidit lineolam curvatam supra *c*. 17 *philesitheri* F φ. 17 *matronę* F¹, post m. r. addidit *t* supra *t* paulum erasam. 18 *pulcritudo* φ. 19 *castitatae* F.

1) Cf. Schanz² Gesch. der Röm. Litteratur III Teil pg. 141.

Digitized by Google

201, 22 certusque fragilitatis humanae fidei et quod pecuniae cunctae sint difficultates peruiae e. q. s.

Primum *certus* genitivum adsciscit sicut (77, 9) certus erroris, (230, 36) certum extremae poenae, (110, 2) incerta consilii cet., tum pendet a *certus* sententia secundaria incipiens a *quod*, cum plerumque accusativus cum infinitivo sequatur velut 203, 30; 229, 10; 245, 2; 252, 6 cet.

201, 23 *fidī* φ. 25 *oportune nactus* φ. 25 *myrmicis* Fφ. 26 *medelam* φ.

201, 28 (ni) maturius cupito potiatur.

Idem legitur supra: (111, 26) ut diutius cupitis etiam nocte potiretur. Utroque loco haud dubie Apuleius imitatur Ovidium (Fast. III, 21):

Mars videt hanc, visamque cupit, potiturque cupita.

202, 1 (his) et huiuscemodi suadelis ualidum addens ⟨*aes*⟩ *adigit* cuneum, qui rigentem prorsus serui tenacitatem uiolenter diffinderet.

Adigit scripsi e coniectura praeceptoris mei, qui voluit praeterea: ualidum addens *argumentum*, sicut in tali re belgice loqui solemus. Equidem inserui *aes*, quod proprio sensu *metalli* translato *pecuniae* sententiae sufficere videtur.

Vox aeris occurrit (131, 10) aes si forte prae manu non fuerit; (193, 10) nisi nos putas aes nostrum de malo habere cet.

202, 7 *mirmex* φ (sicut vs. 24). 10 *puectus* Fφ. 13 *indiuersas* ὑφ' ἓν Fφ. 15 *formosae* φ. 17 *quād* φ *quamuis* F. 17 *herilis* φ. 27 *philesithero*.

203, 1 aureos .... aereos.

Haec annominatio nos admonet illius quam legimus Florid. VI (ed. van der Vliet pg. 151, 18) non illi norunt aruum colere uel aurum colare e. q. s.

203, 1 $\overline{q}$ (= quae) φ. 1 *norat* Φ^1 sed m. r. scripsit *r* supra *r*. 9 *iam clamat* constat a correctore additum esse in φ. 15 *phylesitherus* φ. 15 *cognicas* Φ^1 sed m. r. scripsit *tu* supra *cog* expunctum. 17 *mirmex* φ. 23 *erenata* ὑφ' ἓν Fφ. 28 *mirmice* Fφ. 29 *adtrahi* F, *atīhi* φ.

204, 3 *pone* F, sed prima manus eodem atramento superscripsit *ꝑpe* (= prope). 3 *mirmex* φ. 12 *mirmecem* φ. 13 *ad* Φ^1, sed m. r. superscripsit *at*. 17 *mi* φ. 18 *uincu* F^1 (scriptum in extremo versu, at m. r. in marg. addidit *la*), *uincla* φ, sed vocabulum rescriptum est. 20 *h̄* (= hac) φ. 22 *post liminio* $F\Phi^1$. 22 *mirmice* φ. 25 *actenus* $F\Phi^1$.

205, 3 *compat* φ (cf. vs. 18 *patam* φ) 7 *oportune*. 8. Supra *ergo igitur* in F

Digitized by Google

scriptum est *loq̄r' asin*ⁱ (= loquitur asinus), erravit ergo van der Vliet putans *inquit* superscriptum esse.

205, 11 reuelatis luminibus.

Oppositum legitur pg. 197, 1 luminibus obtectis (cf. 196, 17 uelata facie). Revelandi verbo Apuleius saepissime utitur velut (40, 8) reuelat (sc. corpus); (41, 22) reuelata facie; (53, 15) corpora .... necatorum reuelari; (221, 26) cista ... reuelata; (236, 25) reuelata sc. carpenta. At translato sensu adhibet (57, 18) reuelare secreta; (208, 10) reuelatis fraudibus cet.

205, 13 sol ipsum quidem delapsus Oceanum.

Koziol (l. c. pg. 338 et 339) et Hildebrand (pg. 790) plurima verba enumerant, quae Apuleius construere solet cum quarto casu, addi autem possunt: (253, 4) lucos .... inerrans; (63, 14) cum penetrauerint larem; (264, 5) ripam maris proximamus (contra 65, 17 praesepio ... proximantem); (208, 11) alueum succubabat; (13, 17) Socraten ... superruo.

205, 14 *urð* ϕ^1 *orð* ϕ^2; etiam in F^1 videtur exaratum fuisse *urð*, nam littera *o* a qua nunc verbum incipit minima est atque vestigia mutationis prae se fert. 18 *sabiis* F^1 *sauiis* F^2. 24 *albeo* $F\phi^1$ *alueo* ϕ^2.

206, 7 uxor noscendae rei cupiens.

Repetitur magnam partem ex (pg. 146, 16) rei noscendae carpo ordinem.

206, 8 *obtundere* ϕ. 11 *dom'* (= domus) quod in ϕ praetermissum fuerat supra versum addidit prima manus (ut vid.).

206, 13 femina quae *secundo* ... *rumore* gloriosa larem mariti pudice gubernabat e. q. s.

Van der Vliet in lacuna trium litterarum scripsit *sēp* (= semper), quod ϕ inter *quae* et *secundo* exhibet. An supplendum est *oīu* (= omnium) [1])? Apuleio certe dignum fuit: quae semper secundo *omnium* rumore gloriosa larem mariti pudice gubernabat. Conferre possumus Front. (ed. Naber.) p. 209, 10 longeque praestat secundo gentium rumore iniuriam neglegere quam adverso vindicare.

Invenitur praeterea apud hunc Apulei aequalem: (180, 3) et tu fortasse aliquid de me secundi rumoris acceperis.

Fronto et Apuleius alterum locum similem nobis praebent

1) Cf. quae dixi ad 217, 15.

Digitized by Google

valde notabilem: legitur in Metamorph. (pg. 6, 2) secundum quaestum .... profectus et in Arione (Front. pg. 237, 5) secundum questum profectus.

206, 14 *rumore* F sed quattuor priores litterae rescriptae sunt. 14 *glosa* (= gloriosa) F Φ. 17 *mom̄to quo nos* (omnes litterae refectae sunt) F.
297, 5 *protinus* Φ.

207, 10 absque noxa nostri.

Nonnumquam pronomen personale pro possessivo usurpatur velut (16, 27) sine fatigatione sui (quod redit pg. 97, 1); (148, 24) uestri [1]) causa (contra legitur (224, 16) tua causa).

Memorabilis quoque est genitivus pron. pers. in his locutionibus: (259, 25) medio sui patore; (274, 6) aliquo sui signo cet.

207, 10 adseuerans breui absque noxa nostri suapte ⟨*sponte*⟩ inimicum eius uiolentia sulpuris periturum.

In cod. in extremo versu exstat scriptum *suapte*, post quod vocabulum spatium vacuum est trium quattuorve litterarum; novus autem versus incipit inde ab *inimicum*, itaque non male van der Vliet et alii desiderant *sponte* nisi forte quis *sua sponte* praefert, ut accuratius spatium vacuum expleatur. Metamorphoses vero agnoscunt *suopte* (cf. 162, 27 suopte pondere) et *sponte* (cf. 174, 3 sponte delatus ibidem ad sepulchrum).

207, 11 *sulphuris* Φ. 12 *nec* F[1] *Nec* F[2] *inpudicam* Φ[1] *impudicam* Φ[2]. 29 *talis* F, sed partes superiores litterarum *i* et *s* rescriptae sunt.
208, 1 *comota* (7 *ni*) F, videntur omnes litterae primae manus esse.

208, 2 identidem suadebat maritum temperius quieti decedere.

Cum hac constructione conferatur: (103, 17 summa est) ut te suadeant meos explorare uultus. Eodem modo Vergilius dixit (Aen. XII, 813):

Iuturnam misero, fateor, succurrere fratri | suasi ....

Quibus perspectis vereor ut audire possimus van der Vliet edere iubentem: (207, 14) uxori eius suasi e. q. s. (pro codd. lectione: uxorem).

208, 3 *utpote* Φ[1] at m. r. in parte dextra superscripsit *qui*. 4 *profugeret* Φ[1] at m. r. scripsit *at* supra *et*. 5 *quāƀ* Φ. 6 *michi*. 6 *penita* videtur exaratum esse in marg. F. 21 *p̄ssos* videtur exaratum esse in marg. F. 29 *nichil* F *nil* Φ. 31 *sulphuris* Φ.
209, 12 *thorum* Φ.

1) Cf. Boeth. III 1, 20 tui causa.

Digitized by Google

209, 15 cum primum rota solis lucida diem peperit.

Hic Hildebrand comparat (Tibull. I 9, 62):

Dum rota Luciferi provocet orta diem.

Sed ipsis Apulei verbis magis respondet Lucret. V 432

Hic neque tum solis rota cerni lumine largo
altivolans poterat e. q. s.

Ad hunc locum Lucretianum Munro multas ὁμοιότητας collegit.

209, 16 *peperit* repetitum supra *peperit* fortasse ab eadem manu, quae pleraque huius capitis verba rescripsit in F. 21 *corrumpis* Φ. 28 *pturbauit.* 30 *quāð.* 31 *ar millum* sic divisim scr. in Φ.

210, 5 *larba* F^1 *larua* F^2; *larua* Φ (sed refectum). 8 *facinerosae* F *facinorosae* Φ. 19 *affirmas* Φ.

210, 27 comae .... pleramque eius anteuentulae contegebant faciem.

His verbis statim subiungimus: (vs. 21) crines pendulos et (184, 23) crinesque pendulos e. q. s., ut cum his tribus Metamorphoseon locis conferamus unum ex Floridis, nempe cap. III (ed. van der Vliet 148, 22) crines eius ... anteuentuli et propenduli.

211, 8 atque ut illis saepicule et *interuocaliter* clamantibus nullus respondit dominus iam forem pulsare ualidius et quod diligentissime fuerat oppessulata, maius peiusque aliquid opinantes nisu ualido reducto uel diffracto cardine tandem patefaciunt aditum.

Novák l. c. pg. 61 *interuocaliter* ortum putat ex *iter uocaliter*, quod et ipsum dittographia quadam natum esset ex *uocaliter*. Mihi quoque illud *inter* corruptum videtur. Quoniam autem scriptor dicere vult dominum non solum identidem sed etiam maxima voce a servis vocatum esse, scribo:

atque ut illis saepicule et *insuper* uocaliter clamantibus cet.

Coniecturae meae favet: (275, 11) Ergo igitur cunctis adfatim praeparatis, decem rursus diebus inanimis contentus cibis *insuper etiam* deraso capite principalis dei nocturnis orgiis inlustratus e. q. s.

Et insuper occurrit 185, 7; 204, 18 cet.

211, 11 Hic membrana pluribus locis perforata est, quamobrem multa vocabula divisim scripta sunt, velut (vs. 11) *oppes sula ta* (vs. 19) *comita tu* cet.

Digitized by Google

211, 24 sed ei per quietem obtulit sese flebilis patris sui facies adhuc nodo reuincta ceruice eique totum nouercae scelus aperuit.

Nequit dubitari quin Apuleius imitatus sit hos versus Vergilii (Aen. I 353):

ipsa sed in somnis inhumati venit imago
coniugis; ora modis attollens pallida miris
crudeles aras traiectaque pectora ferro
nudauit, caecumque domus scelus omne retexit.

211, 27 *ea* F *et* Φ.

212, 1 *sollempnibus* Φ. 10 *honustum* F (et Φ in margine). 13 *hortum* F *ortum* Φ.

212, 13 ac dum fodiens dum irrigans ceteroque incuruus labore ⟨*quaesticulo*⟩ deseruit, ego tantisper otium placida quiete recreabar.

Deserviendi verbum dativum requirere videtur cf. (161, 32) uoracitati suae deseruit; (277, 4) ne sacris suis gregi cetero permixtus deseruirem. Vocabulo *quaestui* ab editore inserto deminutivum substitui, ut hic quoque post *uictum* (vs. 7) legeretur *quaesticulo*, sicut pg. 275, 15 quae res ... etiam uictum uberiorem subministrabat, quidni spiritu fauentis Euentus quaesticulo forensi nutrito per patrocinia sermonis Romani. Etiam pg. 186, 5 deminutivum invenitur.

212, 17 $\bar{m}suum$ (= mensuum) F.

213, 8 $\overset{a}{q}da^{\lceil}$ (= quadam) Φ. 6 *cohibut'* Φ *cohibutus* F^1 sed m. r. priorem *u* correxit in *i*. 7 In F post *tempore* spatiolum duarum fere litterarum in extremo versu vacuum est.

213, 11 nec moratus meus ..... profectionem comparat.

meus tantum habet F, at Φ exhibet (quod van der Vliet fugit) *meus dominus*. Eandem ἔλλειψιν tuetur uterque codex (218, 19) at meus adhuc maerore permixtus; sed plene dictum est (212, 21) quippe cum meus dominus e. q. s. (cf. etiam 183, 14 cet.).

214, 2 *cepit* F *cēp* Φ. 5 *deiscens* $F\Phi^1$, in Φ m. r. superscripsit *pansa*. 11 *reuullire* $F^1\Phi^1$ *rebullire* $F^2\Phi^2$. 13 *adtrahens* $F^1\Phi$ *adtraētes* F^2. 20 *Ad hoc* $F^1\Phi$ *ad hoc* F^2. 25 *iis* $F^1\Phi^1$ (ut vid.) *his* F^2, sed vestigia alterius *i* manserunt. *hiis* F^3. 27 *At* F^1 *at* F^2.

215, 5 iamque tota frugalitate spoliatum (sc. pauperem vicinum) ipsis etiam glebulis exterminare gestiebat finiumque inani commota quaestione terram totam sibi uindicabat e. q. s.

Digitized by Google

Res hoc loco ab Apuleio commemorata similis est factis, quae Plutarchus tradit in Vita Tib. Gracchi (cf. cap. 8 ἐξωσθέντες οἱ πένητες e. q. s. οἱ πλούσιοι ... τοὺς πολίτας ἐξελάσαντες [1]) e. q. s.).

215, 8 *agraestis* F *agrestis* φ, sed *r* rescripta est. 12 *Aderant* F^1 *aderant* F^2. 14 *praesentiam* φ. 16 *uoluit* F^2 φ. 25 *tirampnica* φ. 28 *sulphur* φ.
216, 6 *alumpnatos* φ.

216, 7 in eorum exitium inhortatos (sc. canes) immitti praecipit.

Hic *praecipere* constructionem verbi *iubendi* sequitur sicut (223, 24) ad se uocari praecipit filium; (262, 14) praecipit..... mihi linteam dari laciniam; cf. etiam pg. 25, 22 cet.

Verum iungitur cum coniunctivo pg. 104, 23 tu modo Zephyro nostro rursum praecipe, fungatur obsequio [2]) e. q. s.; pg. 270, 8 praecipit, decem continuis illis diebus cibariam uoluptatem cohercerem e. q. s.

216, 7 *p̄cipit* F^1, sed m. r. scripsit *e* supra priorem *i*; *praecepit* φ. 9 $\overset{3}{f}$ (= sunt) in F legitur in extremo uersu adiectum fortasse a m. r.; in φ quoque compendiose post additum est. 12 *irritatiores* φ. 14 *etribus* ὑφ' ἓν F.

216, 15 terrae prosternitur.

Dativus solet apud Apuleium comitari verba, qualia sunt: prosternere, adplodere, procumbere cet. velut (217, 3) terrae concidit, (219, 13) terrae adplodit, (225, 27) terrae procumbit; (65, 22) angulo stabuli concesseram cet.

216, 15 Si codicum Fφ auctoritatem sequi volumus, nobis scribendum est: saeuisque illis *et* ferocissimis canibus e. q. s.

216, 17 *adolescentem* Fφ (sed 217, 2 *adulescens* F *adolescens* φ).

216, 19 atque ut eius letalem ululatum cognouere *ceteri* fratres e. q. s.

Eodem fere modo *ceteri* usurpatur: (54, 12) una de ceteris theatri statuis uel columnis; (277, 4) ne sacris suis gregi cetero permixtus deseruirem; (213, 18) una de cetera cohorte gallina. Ultimo loco scripturam traditam strenue defendit Novák (l. c. pg. 62).

---

1) Cf. Mommsen[8] Röm. Gesch. II Bd. 1889 pg. 81.
2) Cf. Draeger Hist. Syntax II[er] Bd. pg. 282.

Digitized by Google

216, 24 uindicarent *de* pollutissimo diuite mortem fratris.

Talem constructionem *vindicare* habet etiam Plin. Ep. IV 11, 14 seque de fortuna praefationibus vindicat (sc. Valerius Licinianus). Quamquam praepositio *de* ablativum comitatur, tamen non eadem ratio atque hic subest huic loco (215, 16): cum alioquin pauperes etiam liberali legum praesidio de insolentia locupletium consuerint uindicari.

217, 1 (iniecta lancea) alterum per pectus medium transadegit.

Transadigere, verbo poetico, Apuleius utitur etiam pg. 76, 13; 167, 5; 173, 25. Apud Vergilium bis invenitur: Aen. XII 276 et 708.

217, 7 *tertij* φ. 10 *nōulla*[1] (pro: *nonnullam*) φ. 15 *frm̄* (= fratrum) φ. In F quoque hoc vocabulum compendiose scriptum est, videtur autem ultima littera fuisse *m*.

217, 16 de prostratis tuis ciuibus gloriose triumpha.

Fieri potest ut hic Apuleius oratione significet Plutarchum, qui in Vita Caesaris narrata victoria ad Mundam reportata sic pergit: (cap. LVI) Τοῦτον ἔσχατον Καῖσαρ ἐπολέμησε τὸν πόλεμον· ὁ δὲ ἀπ' αὐτοῦ καταχθεὶς θρίαμβος ὡς οὐδὲν ἄλλο Ῥωμαίους ἠνίασεν cet.

217, 24 nec tamen *sui* molliorem prouocarat e. q. s.

Comparandum est: (185, 1) prorsus quasi deum praesentia solebant homines non sui fieri meliores sed debiles effici uel aegroti.

217, 26 *arripit* Fφ *librato* F[1] φ.

218, 4 *arrepto* φ. *iugulam* F *iugulum* φ. 18 *arroganti* φ. 24 *supplicue* φ. 28 *opus* ÷ φ. 30 *loro me quo ducebar arreptum* F. *loro quo me ducebant arrepto* φ. *rursum* φ.

218, 33 (hortulanus) rursus deprecatur ciuilius atque mansuetius uersari commilitonem.

Deprecari diversa ratione iungit auctor, nam hic construitur cum accusativo cum infinitivo, rursus cum coniunctivo pg. 63, 29 utque mihi prosperis faueret uolatibus deprecatus et pg. 219, 28 deprecatur periclitanti sibi ferret auxilium e. q. s.

219, 3 *nichilominus* φ. 5 *anelitu* φ. 6 *Et dum* φ[1], sed m. r. scripsit *ne* supra *Et* inductum. 6 *ydoneus* φ. 9 *deuastiore* ὑφ' ἓν Fφ. 12 *arreptis* Fφ.

220, 2 *quo ad* F *quoad* φ. 5 *adtracto* φ[1], sed m. r. scripsit *t* supra *d* expunctam.

Digitized by Google

14 *nactus* φ. 17 *āmissam* φ (m. r. superscripsit *ꝑditaȝ*. 18 *quę* F¹ *q;* F₂, at φ¹ exhibet *q̄*, quod m. r. mutavit in *qȝ*. 20 *tūc* (= tunc, sicut 219, 24 sed 220, 24 *t̄c* = tunc) φ. 22 *inuia* ὑφ' ἕν Fφ (at vs. 26 *de nuntiant* φ *denuntiant* F). 23 *reꝑisse* φ¹ at m. r. exaravit *p* supra *ꝑ*.

220, 25 ueniunt ad deuersori nostri *fores* [1]).

Merito Apuleius hic plurali numero utitur, sicut (27, 12) fores Milonis accedo; (162, 25) stabuli fores offirmari; (171, 20) tacitus fores meas accedas cet.

Invenimus autem (211, 4) adducta fore, quod repetitur ex pg. 9 vs. 9 et (211, 10) forem pulsare. His tribus locis sermo est de cubiculo.

Translate auctor ponit (148, 19) contorta et uituperanti nare et (183, 23) nare detorta; at proprio sensu scribit (27, 1) naribus ..... ariolabar tuccetum, (142, 6) faetore nimio nares aestuet, (151, 21) proflatisque naribus rudiui, (170, 21) odor .... per nares meas percurrit.

Eandem rationem sequuntur medela et medelae, ut apparet ex (177, 23) uulneribus medelas .... adhibere, (252, 28) partu fetarum medelis lenientibus recreato et

(201, 25) amorem suum aperit et supplex eum medelam cruciatui deprecatur, (237, 23) uaesanae libidini medelam capiens, (224, 13) medela ipsa et salus unica mihi tute ipse es (cf. 63, 24; 64, 22; 242, 23 cet.).

Interdum singularis numerus vim collectivam habet (78, 11) immanis ursae comparabat numerum, (272, 24) indefessi sermonis aeterna serie, (183, 30) conlaticia stipe de mensa paratus (contra (130, 29) duas stipes; (237, 17) stipes acceptans cet.).

Substantiva abstracta singularem requirunt: (196, 7) multiuii circuitus intorquebant molas ambage uaria (contra (212, 16) siderum ordinatis ambagibus); (196, 9) prorsus instabili machinarum uertigine.

Rursus abstractum pro concreto adhibitum facile pluralem admittit: (277, 1) gloriosa in foro redderem patrocinia, quocum conferas (275, 17) quaesticulo forensi nutrito per patrocinia sermonis Romani.

Perspicuum est cur pluralis numerus adhibeatur hisce locis:

---

1) Haec omnia exempla desidero apud Koziol l. c. pg. 250—253.

Digitized by Google

(194, 17) conraserant non paruas pecunias; (237, 17) non paruas summulas.

Uberrimum fontem substantivorum plurali numero enuntiatorum praebet liber undecimus, cuius color omnino poeticus est; satis habeo afferre: (253, 2) delubris Ephesi; (266, 6) praesentibus gaudiis; (270, 13) turbae sacratorum; (271, 2) ad profanorum intellegentias.

Neque tamen eiusmodi substantiva pluralia desunt in aliis libris: (227, 20) principia dicere; (248, 17) tropaeisque bellorum inclitum suis adminiculis futurum cet.

221, 7 adiurantes genium principis e. q. s.

Adiurare saepe apud Apul. cum accusativo iungitur cf. (43,8) adiurans cuncta numina; (57, 1) adiuro enim tuum mihi carissimum caput (quocum conferas Catull. 66, 40 .... adiuro teque tuumque caput et Vergil. XII 816 adiuro Stygii caput implacabile fontis); 215, 18 suam suorumque carorum salutem quam sanctissime adiurans; de deo Socr. V (Goldb. pg. 10, 16) utrumque idoneum non est, quod adiures.

Attamen alia constructio invenitur: (63, 7) adiuro per dulcem istum capilli tui nodulum e. q. s. (219, 1) idque per spes prosperas eius orabat adiurans.

221, 9 *de tegere* F *detegere* φ. 10 *puplicis* φ. 12 *comparare* F *comparē* φ. 28 *protinus* φ. 28 *puplicum* φ.

In subscriptione corrigatur *Olibio*, quod exaratum est in Fφ; praeterea notentur haec: *Salustius* φ. *ūc* Fφ. *cōstantinopoli* φ.

(*Continuabuntur*).

AD LUCIANUM.

De Iovis minis ex Homero notissimis sic Mars Deor. Dial. 21 § 1: „*ὅτι μὲν καθ' ἕνα πάντων ἀμείνων καὶ ἰσχυρότερός ἐστιν οὐκ ἂν ἀρνηθείην, ὁμοῦ δὲ τῶν τοσούτων ὑπερφέρειν, ὡς μὴ καταπονήσειν αὐτόν, κἂν τὴν γῆν καὶ τὴν θάλατταν προσλάβωμεν, οὐκ ἂν πεισθείην.*"

Ut decurrant haec, sic sunt corrigenda: *ὁμοῦ δὲ ὄντων τοσοῦτον ὑπερφέρειν ὡς κτἑ.*

Cf. ipsius Iovis apud Homerum verba (Θ 27): *τόσσον ἐγὼ περί τ' εἰμὶ θεῶν περί τ' εἰμ' ἀνθρώπων.* v. L.

Digitized by Google

TRIFOLIUM HORATIANUM.

SCRIPSIT

P. H DAMSTÉ.

SAT. II. 1 VS. 62.

Trebatius poetae se satiras scripturum asseverânti quaecumque vitae suae fuerit condicio, respondet:

O puer, ut sis
Vitalis metuo, et maiorum ne quis amicus
Frigore te feriat.

Locus accuratam explicationem non admittit: locutio *frigore te feriat* si significat: *refrigeratus se abs te abalienet*, post verba *ut sis vitalis metuo* nimium languet, ubi de mortis frigore potius cogites. Post iocosum illud *ut sis vitalis metuo* additamentum tam frigidum, quod vim ac leporem loci corrumpat omnem, ferendum non est. Accedit quod *frigore ferire* mira videtur copulatio ac suspiciosa admodum. Has difficultates neque Persius nobis tollit, quem 1. 107 locum imitatum esse Orelli monet:

Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? Vide sis, ne maiorum tibi forte
Limina frigescant.

neque tollunt loci ceteri, qui ad nostrum illustrandum afferri solent, Suet. Aug. 66: „ex levi frigoris suspicione" et Sen. Ep. XX. 5. 11: „Recitabat Montanus Iulius carmen, tolerabilis poeta et amicitia Tiberii notus et frigore."

L. Mueller explicat *frigore*, „von der gründlich abgekühlten,

Digitized by Google

feindlichen Gesinnung"; Kiessling: „durch plötzliche Erkältung seiner jetzt noch warmen Empfindung für dich, welche dich wie ein Blitz aus allen deinen Himmeln stürzen wird"; Krueger, qui difficultatem loci sensisse videtur: „dass er gegen dich erkalte und durch seine Kälte dich unangenehm berühre, so dass dir dadurch das Leben verkümmert wird. Anspielung auf eine durch Erkältung herbeigeführte lebensgefährliche Krankheit." Legendum est:

O puer, ut sis
Vitalis metuo, et maiorum ne quis amicus
F u l g u r e te feriat.

Sic continuatur Trebatii verborum gravitas lepidissima simulque Horatii amici potentiores, Maecenas, Pollio, Messalla, alii tecte cum Iove aequantur. Ceterum cf. Od. II. 10. 12: „feriuntque summos fulgura montis" et Bentl. ad l.

Sat. II. 4 vs. 87.

Catius artis culinariae mensaeque struendae praecepta ubi dedit, utique omnia munda esse oportere addit atque exclamat:

Ten lapides varios lutulenta radere palma
Et Tyrias dare circum inlota toralia vestis,
Oblitum quanto curam sumptumque minorem
Haec habeant, tanto reprendi iustius illis
Quae nisi divitibus nequeant contingere mensis?

Difficultatem loci significat Kiesslingii annotatio: „*reprehendi* fast gleich *desiderari*, da der Tadel auf das Fehlen der genannten Dinge geht." L. Mueller minus confidenter de loco scripsit haec: „*reprendi* wohl verderbt, da *reprendere* in der Bedeutung *requirere, desiderare* nicht vorkommt. Einen passenden Sinn giebt die Umstellung Peerlkamps: *Oblitum tanto reprendi (te) iustius, illis haec habeant quanto curam sumptumque minorem, quae* u. s. w., sodass *minorem illis, quae* zu verbinden ist. Doch ist so die Wortstellung ziemlich auffällig."

Neutri assentiendum puto, sed mecum corrigas velim:

Oblitum quanto curam sumptumque minorem
Haec habeant, tanto reprendi iustius illis
Quae nisi divitibus nequeant contingere, o m i s s i s?

Digitized by Google

i. e. Oblitum haec, quanto minorem curam sumptumque habeant, tanto iustius quam illa, quae nisi divitibus contingere nequeant, reprehendi omissa si sint. Ita demum apta ac vera erit Kruegeri interpretatio: „die Vernachlässigung der so leicht zu beschaffenden Reinlichkeit ist viel tadelnswerter als wenn etwas fehlt, was nur zu dem Luxus der Reichen gehört," dummodo inducantur cetera: „Bei *haec* und *illis* als Objekten des Tadels steht die Sache *pro rei defectu*."

Ex *omissis* nimirum *omissa* ad *haec* facile intellegitur.

Si quis *omissa* malit, moneo hoc non solum ad litterarum traditarum ductus minus prope accedere sed etiam ambiguitatem inde oriri posse, utrum ad *quae* an ad *haec*, quod longe remotum est, sit referendum: accedit quod *omissis* mihi quidem multo videtur elegantius.

Verbum omittendi, quod apud Horatium saepe invenitur, semper eundem locum in hexametro obtinet:

Ep. I. 5. 30:
Tu quotus esse velis rescribe et rebus omissis.

Ep. I. 6. 30:
Si virtus hoc una potest dare, fortis omissis.

Ep. I. I. 98:
Quod petiit spernit, repetit quod nuper omisit.

Ep. I. 6. 48:
Hoc primus repetas opus, hoc postremus omittas.

Sat. II. 5. 26:
Aut spem deponas aut artem illusus omittas.

Ep. II. 3. 44:
Pleraque differat et praesens in tempus omittat.

Ep. II. 3 vs. 45.

Ordinis haec virtus erit et venus, aut ego fallor,
Ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici,
Pleraque differat et praesens in tempus omittat;
Hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor.
In verbis etiam tenuis cautusque serendis,
Dixeris egregie, notum si callida verbum
Reddiderit iunctura novum e. q. s.

Digitized by Google

Quod editores plerique Bentleium secuti vs. 46 ante vs. 45 collocant puncto post vs. 44 posito, iure L. Mueller improbat eo quod verba *hoc amet, hoc spernat* a praecedentibus seiungi non liceat, nec non *promissi* obscurum esse monet, quoniam neque de recitationibus neque de poetae gloriosi genere adhuc sermo fuerit.

Horatium in his versibus componendis locum Terentianum spectasse suspicor, quem locum alibi quoque eum imitatum esse notum est (Sat. I. 4 vs. 105 sqq.). Apud Terentium enim Ad. vs. 417 sqq. cum Demea exposuit hominibus in omnium vitas tamquam in speculum inspiciendum esse atque ex aliis exemplum sumendum, 'hoc facito', 'hoc fugito', tandem Syrus morae impatiens se eodem modo conservis praecipere respondet

'hoc salsumst, hoc adustumst, hoc lautumst parum;
illud recte, iterum sic, memento'. sedulo
moneo, quae possum pro mea sapientia;
postremo, tamquam in speculum in patinas Demea
inspicere iubeo et moneo quid facto usus sit.

Quocirca uno vocabulo *promissi* immutato locum Horatianum ita legendum puto:

Ordinis haec virtus erit et venus, aut ego fallor,
Ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici,
Pleraque differat et praesens in tempus omittat,
Hoc amet, hoc spernat: promus sit carminis auctor
In verbis etiam tenuis cautusque serendis.
Dixeris egregie e. q. s.

In quibus promus (cf. Sat. II. 2. 16: foris est promus) est pro: tamquam promus, ut Sat. I. 1. 58 Aufidus acer, pro: Aufidi acris instar, ibid. 101 Naevius, pro: ut Naevius alter, Sat. II. 3. 71 Proteus, pro: quasi Proteus, Ep. I. 2. 41 rusticus, pro: ut rusticus in fabula.

Digitized by Google

OBSERVATIUNCULAE DE IURE ROMANO.

SCRIPSIT

J. C. NABER S. A. FIL.

(*Continuantur ex pag.* 72).

XCV.

AD LEGEM DAMNATAM (19 DIG. 5. 2).

Hereditatem ex causa inofficiosi vel totam petere solemus vel pro portione: totam, si nemo alius ab intestato heres futurus sit, pro portione, si alius eodem iure veniat [1]). Et fieri potest, ut quis totam hereditatem petendo tamen pro parte testamentum rescindat, veluti, *si* ab initio *unum sibi heredem eligat, adversus quem inofficiosi querelam instituat* [2]), vel si *adversus duos heredes expertus diversas sententias iudicum tulit et unum vicit, ab altero superatus est* [3]). Ex diverso fieri potest, ut pro portione petendo totum testamentum rescindamus, si non egerit aut non obtinuerit, cui competebat alterius partis actio. Transibit enim tota hereditas in causam intestati totaque cedet ei qui portionem petiverit secundum verba Papiniani [4]): *filio, qui de inofficioso matris testamento contra fratrem*, id est, matris fra-

1) Cf. l. 10 § 1 D. 5. 8; l. 1 § 1 D. 5. 4: *qui hereditatem vel partem hereditatis petit, is non ex eo metitur (sibi), quod possessor occupavit, sed ex suo iure.*

2) L. 25 § 1 D. 5. 2. Hoc necessario fiet, quum coheres ab intestato futurus suam partem ex testamento possideat. Debeo enim secundum Pegasi sententiam (l. 1 § 8 D. 5. 4) totam hereditatem petere ab extraneo.

3) L. 15 § 2, l. 24 D. 5. 2; l. 76 pr. D. 31; l. 12 § 4 D. 38. 2; c. 18 C. 3. 28.

4) L. 16 pr. D. 5. 2.

Digitized by Google

trem [1]), *institutum de parte* [2]) *ante (quinquennium) egit et obtinuit, filia quae non egit aut non obtinuit, in hereditate legitima* [fratri] *non concurrit.* Habet igitur, qui vicit, totam hereditatem, cuius petivit partem; nam nisi haberet totam, non esset in quo soror concurreret. Habet autem totam iure accrescendi, quod agnoscit Paulus quoque [3]): *qui repudiantis animo non venit ad accusationem inofficiosi testamenti, partem non facit his, qui eandem querelam movere volunt,* et item [4]): *si duo sint filii exheredati et ambo de inofficioso testamento egerunt, et unus postea constituit non agere, pars eius alteri accrescit, idemque erit etsi tempore exclusus sit* [5]). Huic sententiae non obstat, quod praemiserat [6]) Papinianus [7]): querenti *partem fac(ere) qui non queritur,* nam facit partem in computanda debita portione, et quae sequuntur ibi verba: *et si dicam inofficiosum, non totam hereditatem debeo sed dimidiam petere,* quae tollunt reapse ius accrescendi, si sunt genuina [8]), tamen adsignanda Papiniano non videntur sed Ulpiano. Videtur sane alio loco [9]) a se desciscere summus iurisconsultus, quum doceat: si de inofficioso *duobus separatim agentibus alter obtinuit, libertates competere,* quae alias competere non possunt, quam si pars hereditatis in testamento remansit [10]). Itaque secundo responsorum libro accrescendi iuri locum dat, undecimo denegat atque conservat partem non agentis [11]) vel non obtinentis heredi scripto. Est tertia sententia: nec locum esse accrescendi iuri nec heredi scripto eam partem conservari, sed

---

1) Intelligi solet agentis frater.

2) Cf. l. 27 § 3 D. 5. 2: *pro portione.*

3) L. 17 pr. D. 5. 2.

4) L. 23 § 2 D. 5. 2.

5) Idem ius est in bonorum contra tabulas possessione, quae patrono datur (l. 21, l. 24 D. 38. 2; l. 4 § 1 D. 38. 5; l. 21 § 2 D. 37. 14; Schmidt, *das Pflichttheilsrecht des* patronus (1868) p. 40/1)

6) Palingenesiam sequor.

7) L. 8 § 8 D. 5. 2.

8) Genuina non videntur Antonio Fabro (in Rationalibus).

9) L. 29 pr. D. 44. 2.

10) Cf. l. 8 § 16, l. 17 § 1, l. 28 D. 5. 2; l. 76 pr. D. 31; l. 6 D. 37. 7; c. 13 C. 3. 28

11) Eandem causam esse non agentis et non obtinentis, demonstrat Papinianus l. 16 pr. D. 5. 2, quam supra interpretatus sum. Ergo fallit Windscheid (1891) § 584 not. 24 (i. f.).

Digitized by Google

ipsi dari qui non egerit vel non obtinuerit, et exstat [1]) apud Paulum [2]): *si de inofficioso testamento patris alter ex liberis exheredatis ageret ... rescisso testamento alter quoque ad successionem ab intestato vocatur*, quamquam exstat quidem apud Paulum, sed multum abest, ut ab hoc profecta sit. Defendit enim ibi vel maxime ius accrescendi, qua de re ut constet, totum fragmentum exscribam. *Qui repudiantis animo non venit ad accusationem inofficiosi testamenti, partem non facit his, qui eandem querelam movere volunt. Unde, si de inofficioso testamento patris alter ex liberis exheredatis ageret* [quia rescisso testamento alter quoque ad successionem ab intestato vocatur et ideo universam hereditatem non recte vindicasset], *hic, si obtinuerit, (solus) uteretur rei iudicatae auctoritate, quasi Centumviri hunc solum filium in rebus humanis esse nunc cum facerent intestatum crediderint.* Resecui Ottonis Gradenwitz [3]) exemplo, quae sermonis nexum turbant, nec possunt conciliari cum ceteris, quia, si *partem non facit* in petendo [4]), qui querelam repudiat, quidni alter de toto recte agit? Apparet autem quaestionem alterius tractatus causa institutam esse; neque enim dicit, quid iuris sit, si ea species eveniat, sed quid futurum esset, si eveniret, eo scilicet consilio, ut inde alterius nodi solutionem paret. Nec dubito, quin tractatus principalis, unde superiora tracta sint, in proximo supersit, id est, l. 19 eod. (D. 5. 2) ex eodem Quaestionum libro: *Mater decedens extraneum ex dodrante heredem instituit, filiam unam ex quadrante, alteram praeteriit: haec de inofficioso egit* [5]) *et obtinuit. Quaero: scriptae filiae quomodo succurren-*

---

1) Cf. Windscheid (1891) § 584[24], qui requirit auctoritatem („*Quellenzeugnisse*"), quasi nusquam sit.

2) L. 17 pr. D. 5. 2.

3) Philol. 62 (1903) p. 116/7 („*man (wird) den ... Satz als ein Glossem betrachten dürfen*"). Cf. quoque Gerhard, ibid. p. 99 („*jenes Glossem ... kann ich nicht anders verstehen, denn als ... Polemik gegen die von Paulus ... ausgesprochene Ansicht*").

4) Quia enim in computatione debitae portionis *utique* partem facit (l. 8 § 8 D. 5. 2), hoc solum remanet, in quo partem ne faciat.

5) Scilicet adversus extraneum de tota hereditate secundum Pegasi sententiam (l. 1 § 3 D. 5. 4). Nam adversus sororem, quod putant Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 294[1]; Gradenwitz, Philol. 62 (1903) p. 121, qui posset, cui pars virilis utique conservatur (l. 23 pr. D. 5. 2; l. 6, l. 7 D. 37. 7), quam ne habet

Digitized by Google

dum [1]) *sit.* Consultus ad haec, *Respondi: filia praeterita id vindicare debet, quod intestata matre habitura esset, itaque dici potest eam, quae omissa* [2]) *est, etiam* [3]), *si totam hereditatem petat et obtineat, solam habituram universam successionem* .... Stupent omnes [4]), merito: quae enim ista ratio est, si filia suam partem vindicare *debet,* ideo totum petendo assem consecuturam, quum ceteri plus petendo litem perdant? Sed omnia recte se habebunt, si iurisconsultus id respondit, quod l. 17 pr. eod. nunc separatim legitur: *Respondi: (qui repudiantis animo non venit ad accusationem inofficiosi testamenti, partem non facit his qui eandem querelam movere volunt. Unde — crediderint). Itaque dici potest, eam quae omissa est — solam habituram universam successionem* [quemadmodum si altera omisisset legitimam hereditatem]. *Sed non est admittendum ut adversus sororem audiatur* [agendo de inofficioso. Praeterea dicendum est non esse similem omittenti eam quae ex testamento adiit. Et ideo ab extraneo semissem vindicandum et defendendum totum semissem auferendum, quasi semis totus ad hanc pertineat]. *Secundum quod non in totum testamentum infirmatur, sed pro parte* [5]) *intestata efficitur, licet quasi furiosae iudicium ultimum eius damnetur. Ceterum, si quis putaverit filia obtinente totum testamentum infirmari, dicendum est etiam institutam ab intestato posse adire: nec enim quae ex testamento adiit, quod putat valere, repudiare legitimam hereditatem videtur, quam quidem nescit sibi deferri, cum et hi, qui sciant, ius suum, eligentes id quod putant sibi competere, non amittant. Quod evenit in patrono, qui iudicium defuncti falsa opinione motus amplexus est* [6]*): is enim non videtur bonorum possessionem contra*

---

quidem? De tota autem hereditate agere potest, quemadmodum posset de dodrante, si extraneus totam hereditatem possideret, quia nemo partem ei facit, nam habet soror debita portione plus, licet virili parte minus.

1) Adversus auctoritatem rei iudicatae, quia soror totam hereditatem evicit.

2) *Omissus* pro praeterito alibi quoque invenitur: l. 16 D. 28. 2; l. 4 § 1 D. 37. 4.

3) *Etiam* nonnumquam pro *consequenter* usurpari, dixi ad c. 2 C. 8. 31 (cap. harum observat. LXXXII).

4) Excipiatur Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 298-299.

5) *Dodrante* scilicet.

6) Est hoc ita eventurum, si patrono *minus* debita portione relictum sit (Gai. III § 41), nam alioquin ignorabit bonorum contra tabulas possessionem sibi competere. Sed, quia idem ius est in filia, cui minus debita portione relictum sit, quum sic non

Digitized by Google

tabulas repudiasse [. Ex quibus apparet non recte totam hereditatem praeteritam vindicare, cum rescisso testamento etiam institutae salvum ius sit adeundae hereditatis]. Cancellavi inprimis: *quemadmodum si altera omisisset legitimam hereditatem* [1]), quia, si res egeret τῷ ἐπὶ παραδείγματος λόγῳ, requirerentur talia: *quemadmodum si altera (quum esset praeterita) omisisset (querelam).* Cancellavi praeterea *agendo de inofficioso*, quia non, an adversus sororem agere possit de inofficioso, sed de *rei iudicatae auctoritate* quaeritur [2]), quam adversus sororem obtinere negat Paulus [3]). Adhuc cancellavi: *praeterea dicendum est non esse similem omittenti eam quae ex testamento adiit*, quum propter argumentum Ottonis Gradenwitz [4]), tum quia verba remittunt ad priorem, quam damnavimus, clausulam [5]). Cancellavimus denique *et ideo ab extraneo semissem vindicandum et defendendum totum semissem auferendum* et item *ex quibus apparet non recte totam hereditatem praeteritam vindicare, cum rescisso testamento etiam institutae salvum ius sit adeundae hereditatis*, quae sunt eiusdem manus, quae in hoc fragmento iam dedit: *filia praeterita id vindicare debet quod intestata matre habitura esset*, et item in l. 17 pr.: *quia rescisso testamento — universam hereditatem non recte vindicasset.* Apparet in l. 17 pr., l. 19 D. 5. 2 duos auctores personare, quorum alter eius, qui nolit [6]) queri, portionem ad querentem transferat, alter transferendam neget, et posse utrumque fragmentum restitui, modo inter Paulum et Tribonianum recte di-

---

possit ignorare querelam sibi competere, non apparet, cur a patrono petat exemplum Paulus. Nam Tribonianum reum egisse in hac causa non proderit, quia ne iure quidem novo interest inter filiam et patronum (Schmidt, *Pflichttheilsrecht des* patronus (1868) p. 83 cum not. 138).

1) Cancellat clausulam Gradenwitz quoque (Philol. 62 (1903) p. 123¹: *„als Glossem"*), sed ab *itaque dici potest*.

2) Si recte locum suum restitui l. 17 pr. cit.

3) Optima sane ratione, quod iudicio non interfuit. Sed non videtur eam expressisse.

4) Philol. 62 (1903) p. 123¹: *„der Satz ... ist eine bedenkliche Vorwegnahme des weiter unten folgenden* nec enim — quae ex testamento adiit."

5) *Quemadmodum si altera omisisset legitimam hereditatem.*

6) *Quum possit*, addendum censet Windscheid (1891) § 584²⁴. Sed fallit additio quum in eo, qui debitam portionem habet (l. 19 D. 5. 2), quia reliqua eius portio accrescit, tum in eo qui ex iusta causa exheredatur (cf., quam ipse laudat Windscheid, l. 24 D. 38. 2 et l. 10 § 4 D. 37. 4 cum sch. 4 (Anon.) ad Bas. 40. 3. 9).

Digitized by Google

vidatur. Neque ea ratio impugnari debet ab iis, qui omnia, corruptissima licet, interpretari malunt quam aut probabili coniectura sanare aut restituere interpolationibus auctori suo redditis [1]), quia multa sunt saecula, postquam ut in re desperata l. 19 D. 5. 2 inter *damnatas* retulerunt [2]). Horum igitur pace hoc fragmentum restituere licuerit. Interim observabimus in querela ius accrescendi competere auctoritate Papiniani [3]) et Pauli [4]), non competere autem eiusdem Papiniani [5]) et Ulpiani [6]) et Triboniani [7]) auctoritate, sed partem eius qui non queritur aut remanere in testamento [8]), aut ipsi qui questus non est quaeri [9]).

XCVI.

DE SACRAMENTO DENEGANDO.

Quaerunt viri docti, utrum praetor, sicuti deneget formulam [10]) potestatis ratione, ita [11]) legis actionem quoque denegare consueverit; vel provocant [12]), ut id ipsum demonstrent, ad locum

1) Est quoque media sententia, quibus videatur interpolationis redditio remedium esse legitimum, verum coniectura multo minus (Gradenwitz, *Interpolationen* (1887) p. 3), quam transfert Eisele (*Ztschr. d. Sav.-St.* X (1889) p. 297) a coniectura ad glossematum indagationem.

2) Cf. Ricci, *Bullett. dell' istit. di dir. rom.* V (1892) p. 47.

3) L. 16 pr. D. 5. 2.

4) L. 17 pr., l. 19, l. 23 § 2 D. 5. 2.

5) L. 29 pr. D. 44. 2.

6) L. 8 § 8 D. 5. 2, modo genuina sint: *et si dicam inofficiosum, non totam hereditatem debeo sed dimidiam petere.*

7) L. 17 pr., l. 19 D. 5. 2.

8) Papin. l. 29 pr. cit.

9) Tribon. l. 17 pr. D. 5. 2.

10) De actionum denegatione fuit caput harum observatiuncularum LXXXIV.

11) Itaque non ad rem faeit — facere putat Wlassak (*Ztschr. der Sav.-St.* XXV (1904) p. 81-83) — quod praetor die nefasto omnem legis actionem denegare debeat vel quum sua iurisdictio non sit (Karlowa, *Civilprozess* (1872) p. 345). Talis enim denegatio non est voluntaria (cf. Karlowa, op. cit p. 342/3: „*ein solches ... Nichtgeschehenlassen ... wäre ... kein ...* denegare." Adstipulatur huic Demelius, *die* confessio (1880) p. 42 not. 5 i. f.).

12) E. g. Lenel, *Urspr. und Wirk. der Exceptionen* (1876) p. 41.

Digitized by Google

Valerii Maximi [1]), ubi praetor Calpurnius data non heredi bonorum possessione, heredem *lege agere passus non e(sse)* perhibetur [2]). Non recuso testem, sed miror, quidni sistant Ulpianum, qua parte scribit [3]) de impubere adrogato: *hunc aut non admittendum* esse *ad inofficiosum, aut si admittatur, etsi non obtinuerit, quartam ei,* quam habet ex constitutione divi Pii, *quasi aes alienum concedendam.* Nam vero simile est Ulpianum scripsisse: *non admittendum ad sacramentum* [4]), sed etiamsi scripsit, quod hodie legitur, vel sic probatur, sacramentum denegare potuisse praetorem, quia centumvirale iudicium sine dubio per sacramentum ordinabatur temporibus quoque Ulpiani [5]). Itaque praetoris est ad querelam vel *admittere* vel *non admittere* [6]) causa scilicet cognita. Atque sic demum intellegi potest, cur scribat Ulpianus [7]): *ei demum aufer(ri) quod testamento datum est, qui usque ad sententiam iudicum (in) lite improba perseveraverit,* ne quis idem putet de eo quem praetor summoverit. Sed videndum est, quid proprie in praetoris cognitionem de inofficioso veniat. Crediderim igitur venire praescriptiones a querela, veluti *post quinquennium* testamentum ne accusetur nisi *ex magna et iusta causa* [8]). Est quoque praescriptio, si quis relictum sibi legatum acceperit, videtur enim *agnovisse parentis iudicium* [9]). Dubitat in ea causa Eisele [10]), sitne praescriptio apud praetorem obicienda.

---

1) VII 7 § 5 (Propter temporis rationem cf. Lenel, op. cit., p. 42 not. 1).

2) Cf. praeterea Cic. Accus. III 44 § 113 (ia. 45 § 115); IV 16 § 39; de Orat. I 36 § 167.

3) L. 8 § 15 D. 5. 2.

4) Eodem modo c. 13 C. 3. 28 ubi nunc legitur *iusta querela contendisse* fuerit oportet *iusto sacramento contendisse* (Cic. de Orat. I 10 § 42).

5) Paling. fr. 488 (= l. 123 pr. D. 50. 17). — Dubitavisse videtur Lenel, *Urspr. und Wirk. der Except.* (1876) p. 42[1].

6) Praeter l. 8 § 15 cit. (D. 5. 2) cf. etiam l. 25 § 1, l. 31 pr. eod.; Lenel, op. cit. p. 42[2].

7) L. 8 § 14 D. 5. 2.

8) L. 8 § 17 D. 5. 2.

9) Modest. *de praescriptionibus* (= l. 12 D. 5. 2). Cf. l. 8 § 10, l. 10 § 1, l. 23 § 1, l. 31 § 3, l. 32 D. 5. 2; l. 5 pr. D. 34. 9; atque de patroni contra tabulas bonorum possessione: l. 3 § 18 D. 38. 2.

10) *Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 300: „*ob die Sache* in iure *oder erst vor dem Centumviralgericht zu erledigen war, steht dahin*". Cf. Lenel, *Ueber Urspr. und Wirk. der Exceptionen* p. 42[2]: „*der Ausdruck* praescriptio *bei Modestin ist sicher indifferent*".

Digitized by Google

Videtur autem, quia *post legatum acceptum .... inofficiosum .... dicere non permittitur* [1]), èt apud praetorem obici posse praescriptio, èt, si hoc praetermissum sit, quum constet *eum, qui legatum perceperit, non recte de inofficioso .... dic(ere)* [2]), Centumviros propterea sacramentum iniustum pronuntiare posse [3]). In eo autem, qui *inofficiosi querelae vel palam vel tacita dissimulatione (renuntiaverit)* [4]), distinguendum videtur, utrum ante litis contestationem, an postea. Nam, si destiterit ante litem, sacramentum ei denegabitur; heredi quoque eius, licet post litem praeparatam [5]) decesserit, *non da(bi)tur de inofficioso querela* [6]). Sin quis *post rem inofficiosi ordinatam* [7]) destiterit, ab ipsis Centumviris *postea non audietur* [8]). Potest quoque praetor ad sacramentum provocanti *condicio(nem) defer(re)*, ut, quamdiu de inofficioso litiget, tamdiu *irritum* ne *dicat testamentum vel ruptum* [9]), aut, si id spondere nolit, sacramentum denegare. Potest denique propter manifestam calumniam a querela removere, veluti, si *impubes adrogatus* [10]) adrogatoris testamentum accusare velit [11]). Ex diverso non solet repellere praetor eos, qui non possunt de inofficioso queri [12]), veluti qui vel iuste exheredati sunt vel remoto testamento non sunt heredes futuri vel quartam debitae portionis ex voluntate testatoris habent; horum enim disceptatio Centumviros exspectat [13]). Idque est

---

1) Paul. l. 5 pr. D. 34. 9.

2) Marcell. l. 10 § 1 D. 5. 2.

3) Cf. Ulpian. l. 8 § 14 D. 5. 2.

4) c. 1 C. 2. 21 (22). Tacite renuntiat, *qui non queritur*, quum queruntur ceteri (l. 8 § 8, l. 16 pr., l. 17 pr., l. 19 D. 5. 2.).

5) Cf. l. 7 D. 5. 2.

6) L. 15 § 1 D. 5. 2.

7) Fuitne: *post* (*sacramentum*) *ordinat*(*u*)*m*?

8) L. 8 § 1 D. 5. 2. — Cf. praeterea l. 21 pr., l. 23 § 2, l. 27 pr. D. 5. 2.

9) L. 8 § 12 D. 5. 2; cf. c. 16 C. 3. 28.

10) Additur, a Triboniano, opinor: *ex his personis quae et citra adoptionem et emancipationem queri de inofficioso possunt* (cf. § 14 Inst. III 1 = c. 10 § 1 *d* C. 8. 47 S. 48). Sunt autem intelligendae quae èt *citra adoptionem* èt rescissa per *emancipationem* adoptione (cf. c. 10 cit. § 1*e*) tamen ab intestato vocantur.

11) L. 8 § 15 D. 5. 2.

12) L. 6 § 1, l. 25 § 1, l. 31 pr. D. 5. 2.

13) Cf. de eo qui non sit ab intestato heres futurus: l. 6 § 1 D. 5. 2; de eo qui iuste exheredatus sit: l. 31 pr. 5. 2 (atque Schulting, Thes. controv. XV 9); de eo qui quartam habet Paul. V 16 § 2.

Digitized by Google

nimirum, quod scribit Paulus [1]): *qui inofficiosum dicere non potest, hereditatem petere non prohibetur* [2]), id est: ex qua causa Centumviri agentem submoturi sint, ex ea causa apud praetorem plerumque non praescribi. Repellunt autem Centumviri omnes, quos diximus, maxime vero eum, qui remoto testamento non sit futurus ab intestato heres, vel quia negetur filius esse [3]) nec doceat *de fide generis* [4]), ut in causa testamenti Urbiniae [5]), vel ideo, quia iure civili deficiatur, quum sit proximior heres alius. Rescindunt enim Centumviri testamenta, non rescindunt legitimum hereditatium ordinem. Cuius rei magnum est exemplum apud ipsum Iustinianum, qui removit [6]). Etenim, quia suis quive inter suos ad bonorum possessionem a praetore vocantur semel defertur [7]) ideo nepos a querela excludebatur, si huius pater avo supervixerat, quia remoto testamento avo suus heres filius extitisset, nec ullus nepoti locus praeterquam ex clausula Iuliani [8]). Unde apparet, quod scribit Paulus [9]): *si is, qui admittitur ad accusationem, nolit aut non possit accusare, an sequens admittatur, videndum est; et placuit posse (admitti), ut fiat necessioni locus*, eo nihil induci praeter edictum successorium, nt recte adnotat Gothofredus [10]). Olim quidem non ita legitimo hereditatium ordine abstinebant Centumviri, cuius generis est, quod legitur apud Valerium Maximum [11]) de testamento M. Annei, rescissum id esse apud Centumviros ab huius filio quidem sed avunculo in adoptionem dato, et *parum adiuv(isse) heredes* scriptos, *quod M. Anneius* filius *in Sufenatis familiam et*

---

1) IV 5 § 4.

2) Prius *non* damnant Sichard, Cuiacius, Schulting, Eisele (*Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 266); secundum *non* damnare maluit scriptor palimpsesti legis Romanae, quod edidit (1896) regia historiae academia Hispana. Krüger utrumque conservat (1878).

3) L. 20, l. 27 § 1 D. 5. 2.

4) Paul. V 16 § 2.

5) Quinctil. Instit. VII 2 § 4, § 5; cf. Tacit. Dial. 38.

6) c. 34 pr. C. 3. 28.

7) Cf. Windscheid (1891) § 573[4]. De hereditate est l. 1 § 8 D. 38. 16, de bonorum possessione l. 13 § 1 D. 37. 4, quam laudat Leist, *die* bon. poss. § 103[11] (p. 249).

8) L. 3 D. 37. 8.

9) L. 31 pr. D. 5. 2. Cl. l. 14 eod. (Papin.).

10) Dionysius.

11) VII 7 § 2.

Digitized by Google

sacra transi(isset). Huius igitur in gratiam non testamentum tantum, sed adoptionem quoque Centumviri resciderunt. Idem dicendum puto de frequentibus apud Centumviros maternorum testamentorum ante senatusconsultum Orfitianum accusationibus [1]); neque enim mihi persuadeo toties in causam profuisse conventionem in mariti manum [2]). Quin immo video apud Cervidium Scaevolam [3]) *defunctae .... amita(m)* heredi scripto controversiam facere, quae *legitima heres esse (non potest)* [4]). Poterat quidem *casu* [5]) ab eo perferri accusatio, cui locus non erat ab intestato futurus, sed postquam placuit Centumvirorum iudicio hereditatium ordinem non mutari, sine effectu is vincit, nisi pars hereditatis in testamento remaneat [6]). Etenim, quamdiu vel minima pars in testamento remanet, adhuc nocet exheredatio legitimo heredi [7]); sin totum testamentum rescissum erit, huic cedet is qui, quum non deberet, tamen evicerit hereditatem [8]). Atque sic rursus apparet, quam non utique verum sit, decantatum illud: *inter alios re(m) indicata(m) alii* nullo modo *prodesse* [9]), nisi qui in locum victoris successerit [10]). Nam, sicuti prodesse debet iis, quibus ut prosit, victoris interest, veluti in libertatis iudicio, si sunt condomini, placere videtur Gaio [11]), *ut cum omnino alteruter vicerit, prosit etiam alteri*, quia non *pro parte quis servus* esse potest [12]), sed aut *eius qui* in sua parte

---

1) Cf. Valer. Max. VII 8 § 2; Quinctil. VII 2 § 4, § 5 (cf. Tacit. Dial. 38); Plin. Epist. V 1; Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 288¹.

2) Cf. Ulp. XXVI § 7.

3) L. 62 pr. D. 17. 1. — Cf. l. 1 D. 5. 2.

4) Gai. III § 14.

5) L. 6 § 1 D. 5. 2.

6) L. 25 § 1 D. 5. 2.

7) L. 12 § 4 D. 38. 2.

8) L. 6 § 1 D. 5. 2.

9) L. 16 D. 20. 4.

10) Constat enim omnes defensiones ad emptorem transire (l. 76 § 1 D. 18. 1; c. 28 C. 8. 44 (45); Windscheid (1891) § 112 not. 2), in his etiam rei iudicatae exceptionem (l. 9 § 2, l. 11 § 3 D. 44. 2; l. 25 § 8 D. 10. 2).

11) L. 9 § 2 D. 40. 12.

12) Itaque cancellanda sunt: *an eius esse debeat, cum quo actum sit*, id est: pro parte suus. Hoc enim *praetor* (*minime*) *pati debet*. Apud peregrinos quidem non est eadem religio (Pap. Oxyrrh. 716 et 722; Pap. Edmondstone; Mitteis, *Archiv für Papyrusf.* III p. 252).

Digitized by Google

vicerit totus [1]) aut pro parte vel *nullius* vel alterius domini; in pignoris autem similiter iudicio, si pronuntiatum est contra primum creditorem pro tertio, etiam secundo prodesse debet, ne circulus oriatur inextricabilis [2]); — ita proficere res iudicata debet ei, cui ius suum victor praeripuerit, praeripit autem ius alterius qui testamentum rescindit, quod bis rescindi non potest.

1) Ea sententia fuisse videtur Sabini et Cassii (l. 30 D. 40. 12).

2) Admittit quidem circulum inextricabilem Paulus l. 16 D. 20. 4. Cf. Windscheid (1891) § 247[3].

ΚΟΛΛΑΒΟΙ — ΚΟΛΛΟΠΕΣ.

AD LUCIANUM.

Esse aliquid inter κολλάβους sive *placentas* et κόλλοπας sive *verticillos* probe sciunt qui comicos triverunt; recentiores autem haec vocabula confundentes vituperavit Phrynichus grammaticus. Etiamne Lucianum confudisse credibile? Potuit sane cum aliis aliquando ita errare; itaque Hemsterhuis *Deor. Dial.* 7 § 4 animadverso ludicro eiusmodi vitio in Apollinis verbis „Ἑρμῆς χελώνην ... εὑρὼν κολλάβους ἐμπήξας ... ἐμελῴδει" nihil mutandum censuit, ipsius enim scriptoris hunc esse errorem quantumvis absurdum. Sed quoniam in *Dialogis Marinis* (1 § 4) simili loco sincerum vocabulum adhibuit Lucianus: „τὰ νεῦρα οὐδὲ κόλλοπι περιστρέψας," veri multo similius videtur et altero loco eum usum esse voce, quae vel ex Odyssea (φ 407) a puero ei cognita esse debuit.

Lyram igitur illam *paniculis ornatam* non Luciano sed librariis vel correctoribus deberi arbitror equidem, qui et κόλλικας cum χόλιξι sive *turundas* cum *tomaculis* haud uno loco permutarunt aliaque eiusmodi deliquerunt plurima.

v. L.

Digitized by Google

ЄICIΛION — ЄΠЄICION.

SCRIPSIT

J. VÜRTHEIM.

Forte incidi in glossam Hesychianam quae in editione qua utor Albertiana nondum sanata meras praebet nugas. Videor mihi levi medela verum sensum restituere posse neque mirum sit si iam alii ante me eandem viam sint ingressi. Legitur enim:

Ἴλιον εἶσω· εἰς Ἴλιον, εἶσω Ἴλιον. τὸ τῆς γυναικὸς ἐφήβαιον δηλοῖ. καὶ κόσμον γυναικεῖον, παρὰ Κῴοις.

Oraculi instar haec sunt. Distrahenda autem sunt glossemata duo, quorum prius *Ἴλιον εἶσω· εἰς Ἴλιον* nil molesti habet; in altero vero muta *εἶσω Ἴλιον* vel potius *εἰς Ἴλιον* (ЄICIΛION) in *ἐπείσιον* (ЄΠЄICION) et omnia recte se habent:

ἐπείσιον· τὸ τῆς γυναικὸς ἐφήβαιον.

Deinde adde: *δηλοῖ καὶ κόσμον γυναικεῖον παρὰ Κῴοις*, unde discimus *Coas vestes*, nam hae voce *κόσμῳ π. Κ.* designantur, *ἐν ἑταιρικοῖς λόγοις* — quia nil non per eas pellucebat — nomine *ἐπεισίου* fuisse indicatas.

Confirmatur emendatio nostra ipso lexico Hesychiano, quod continet et hoc glossema:

ἐπίσειον (leg. *ἐπείσιον*)· *ἐφήβαιον* etc.

Vox *ἐπείσιον* exstat Lycophr. Alex. 1385; iniuria vero ab Heckero obtrusa est scholio ad Ar. Pac. 1148, non improbante Bergkio. De utroque loco paucis agendum est. Incipiamus a scholio.

Digitized by Google

In festivo Pacis epirrhemate, quod exordium habet notissimum

οὐ γὰρ ἔσθ' ἥδιον ἢ τυχεῖν μὲν ἥδη ἐσπαρμένα,

Comarchides vicino ad convivium vocato lautaque pro suis rebus cena imperata hisce verbis desidiam suam excusat:

„οὐ γὰρ οἷόν τ' ἐστὶ πάντως οἰναρίζειν τήμερον
οὐδὲ τυντλάζειν, ἐπειδὴ παρδακὸν τὸ χωρίον."

Ad quem locum in codice V adscriptum legitur scholion obscurum et manifeste corruptum: Ἀρχιλόχου. παρδοκὸν δι' ἐπιοῖον καὶ παρὰ Σιμωνίδῃ τῷ Ἀμοργίνῳ σὺν παρδακῆσιν ἱμᾶσιν σεσαγμένοις.

Adiectivum igitur παρδακόν (quod olim derivabant v. d. a verbo ἄρδω, $\bar{\pi}$ loco digammatis!) scholiasta illustravit desumptis exemplis e poetis ionicis Archilocho Semonideque, qui haud dubie *eadem* vocabuli forma sunt usi. Semonides autem cum scripserit πορδακόν, ut mox apparebit, non παρδακόν neque παρδοκόν, Archilocho eadem forma est reddenda.

Sic igitur ratiocinatur priscus interpres: „παρδακόν valet δίυγρον, item Archilochi forma inusitatior πορδακόν in carmine quodam valet" ..... quid? Nempe: „permadidum". Videtur autem Archilochus huic „permadido" notionem peculiarem attribuisse, quae exprimitur literis sine sensu δι' ἐπιοῖον. Sed qualem? Vox „madidus" latine „temulentum" quoque significat. Quidni Archilochus eundem sensum vocabulo „πορδακῷ" tribuerit, ut nos facimus in voce „*nat*hals".

„*Per*madidum" igitur adiectivum sensu „*per*temulenti" adhibitum Graece vertamus, quod ope praefixi δι (ut in διέρυθρος, δίεφθος, δίιδρις, διοιδής, δίυδρος, διώδυνος) fieri potest: quid nascitur? Nempe διπάροινος (πάροινος extat Athen. X, 445, saepius invenitur παροίνιος, Schol. Ar. Ach. 981), vel διέπσινος, nam iuxta πάροινον apud recentiores ἔποινος exstitisse videtur testibus lexicis. At illud διέποινος latet in misera forma δι' ἐπιοῖον, quam alii alio modo sanare conati sunt. Heckerus e. g. voces παρδοκὸν δι' ἐπιοῖον doctius quam felicius mutavit in παρδοκὸν (sic) δ' ἐπείσιον, non improbante Bergkio! Praeclara vero haec doctrina fulget in Archilochi fragmentis (139) et in Schmidtii Hesychio! Bona verba!

Quid sequitur in scholio ad Pac. vs. 1148?

καὶ παρὰ Σιμωνίδῃ τῷ Ἀμοργίνῳ σὺν παρδακῆσιν ἱμᾶσιν σεσαγμένοις.

Digitized by Google

Loquitur igitur scholiasta de fragmento quodam ex Semonide allato, quod Cobetus scripsit *σὺν παρδακῇσιν ἱλλάσιν σεσαγμένοις*. At non capio quid significet „refertis loris perhumidis" neque placet mihi forma *παρδακῇσιν*.

Inspiciamus Strabonem XIII p. 619 (agitur de urbe *Pordoselena*): quidam nominum foeditatem fugientes Poroselenam dicendum aiunt. „At", obicit Strabo, „hos duces secuti *τί οὖν Φήσομεν τὴν Πόρδαλιν καὶ τὸν Σαπέρδην καὶ τὸν Περδίκκαν, καὶ τὸ Σιμωνίδου· σὺν πορδακοῖσιν ἐκπεσόντες ἱμᾶσσιν. ἀντὶ τοῦ διαβρόχοις· καὶ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ· πορδακὸν τὸ χωρίον.*"

Apparet Strabonem seriem afferre nominum quae sono suo verbum *πέρδειν* vel substantivum *πορδήν* in mentem revocent. Itaque nisi notam habuisset formam *πορδακόν*, hoc vocabulum huc non rettulisset; nam citat id ut *δύσφημόν τι καὶ κακέμφατον!* Ergo, ut *πόρδαλις* extitit iuxta *πάρδαλιν*, quarum vocum prior pro ionica habetur (Photius: *„πόρδαλις· οἱ ἄλλοι Ἕλληνες, Ἀττικοὶ πάρδαλις"*; cf. N 103, Φ 573 *πόρδ.* meliores codd.) posterior pro attica, sic iuxta *παρδακόν* illud Aristophaneum (nam errat Strabo etiam *„ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ" πορδακόν* dictum fuisse perhibens) extitit *πορδακός* apud ionicos, e. g. apud Semonidem et Archilochum.

Dudum autem Tyrwhittus in loco ex Strabone allato Semonidi suum restituit ductus verbo *„ἐκπεσόντες"* de *naufragis* usurpato. Habebat nimirum Semonides: *σὺν πορδακοῖσιν ἐκπεσόντες εἵμασιν*: „naufragi cum vestibus madidis eiecti". Neque dubito quin cum Dindorfio etiam in scholio ad Pac. 1148 idem substantivum legendum sit. Sed non omnia sanavit Dindorfius proponens: *„σὺν παρδακοῖσιν εἵμασιν σεσαγμένοις"*. Nam procul dubio scholium et Strabo idem spectant fragmentum. Quare edendum puto:

σὺν πορδακοῖσιν ⟨ἐκπεσόντες⟩ εἵμασι,
σεσαγμένοι .....

i. e.: „naufragi madidis cum vestibus in litore eiecti, instructi armis telisque."

σάττειν enim usurpatur de militibus armatura onustis, cuius usus exempla praebet Herodotus VII, 62, 70, 73 sqq.

Itaque, ut omnia quae de illo scholio disputavimus sub unum proferamus conspectum, legendum censemus:

παρδακὸν δίυγρον· οὕτω καὶ Ἀρχίλοχος πορδακὸν διέπτοινον·

Digitized by Google

καὶ παρὰ Σεμωνίδῃ τῷ Ἀμοργίνῳ „σὺν πορδακοῖσιν ⟨ἐκπεσόντες⟩ εἶμασι | σεσαγμένοι .....

Denique observamus iuxta παρδακόν et πορδακόν tertiam extitisse formam παρτακόν teste Hesychio πάρταξον· ὕγρανον Λάκωνες.

Venimus ad quaestionem alteram, quae est de vocabulo ἐπείσιον apud Lycophr. Alex. vs. 1385 obvio. Citemus locum:

τρίτος δ', ἄνακτος τοῦ δρυηκόπου γόνος
τὴν τευχοπλάστιν παρθένον Βραγχησίαν
παραιολίξας, βῶλον ἐμπεφυρμένην
νασμοῖς ὀρέξαι τῷ κεχρημένῳ δάνος,
σφραγῖδα δέλτῳ δακτύλων ἐφαρμόσαι,
Φθειρῶν ὀρείαν νάσσεται μοναρχίαν,
τὸν πρωτόμισθον Κᾶρα δμώσας στρατόν,
ὅταν κόρη κασωρίς, εἰς ἐπείσιον
χλεύην ὑλακτήσασα, κηκάσῃ γάμους
νυμφεῖα πρὸς κηλωστὰ καρβάνων τελεῖν.

Sensus hic esse videtur: *Tertius* ⟨coloniam in Asiam ducet⟩ *Neleus Codri filius* (δρυηκόπου = lignatoris = Codri, qui lignatoris vestitu amictus mortem pro patria obiit). *Hic Neleus filiam figuli Milesii dono permovebit ut sibi porrigat glebam aqua madefactam, quasi epistolam obsignaturo.* ⟨Quo facto oraculum Delphicum perfectum erit. Apollo enim Neleo praedixerat fore ut coloniam conderet, ubi virgo ei terram porrexisset et aquam⟩. *Condet tunc regnum ad montes Milesios pinetis obsitos* (Φθειρῶν ὄρος B 868, cf. πίτυς Φθειροποιός Theophr.), *postquam Carum exercitum deleverit atque fuderit.* (Cares primi mercede meruisse dicebantur). ⟨Sed tunc demum de locis electis prorsus certus erit, cum alterum quoque oraculum eventum habuerit, i. e.:⟩ *Cum filia eius velut meretrix* (κασωρίς) *lascivo lusu* (χλεύην ὑλακτήσασα = χλευάσασα) *pudenda indicans impudice iactabit in Carum lupanaribus se esse nupturam* (καρβάνων = βαρβάρων cf. Aesch. Suppl. 130).

Non est quod miremur duo oracula hoc loco a docto scriptore esse coniuncta, quorum utrumvis ad terram Neleo ignotam indicandam satis sufficiebat. Maiorem mirationem movet oraculum de Nelei filia datum. Nempe scholia nos docent, sic habuisse

Digitized by Google

rem: Neleus cum oraculum Delphicum adiisset, audivit sibi proficiscendum esse „ἐπὶ χρυσοῦς ἄνδρας". Qui si Homerum suum consulere potuisset, statim oraculi sententiam cepisset, legisset enim B 867 sqq.:

Νάστης αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων,
οἳ Μίλητον ἔχον Φθειρῶν τ' ὄρος ἀκριτόφυλλον,
ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων πόλεμόνδ' ἴεν ἠύτε κούρη.

Nunc Apollo, ne miserum hominem prorsus destitueret, oraculo suo addidit: „δείξειν δ' αὐτῷ τὴν θυγατέρα".

Filia haec tam perversa dissolutaque erat, ut nemo Atheniensium eam ducere vellet; quinimo nomen acceperat *Elegeidem* παρὰ τὸ ἐλεγαίνειν sive ἀσελγαίνειν, παραφρονεῖν, ὁπωσδήποτε ἀκολασταίνειν (Etym. M. 327 s. vv.). Neleus igitur cum Athenas rediisset, ἤκουσε τῆς θυγατρὸς γυμνῆς τυπτούσης τὸ ἐπείσιον καὶ λεγούσης:

δίζεο σεῦ μάλα ἐς θαλερὸν πόσιν, ἢ ἐς Ἀθήνας,
ἢ ἐς Μίλητον· κατάξω πήματα Καρσί (Schol. Lyc. 1378).

Quis autem dubitat quin patrem, quem iam afflixissent filiae mores dissoluti, maiore etiam dolore affecerint hi versus miserrimi! Neque meliores affert Etym. M. s. v. ἀσελγαίνειν, ubi legimus:

δίζεο δίζεο δὴ μέγαν ἄνδρα ἀ.....
ὅς σ' ἐπὶ Μίλητον κατάξει πήματα Καρσί.

Sed fortasse inter se collati hi versus et textu Lycophronis auxilio vocato in integrum restitui possunt. Scimus enim filiam ab omnibus Atheniensibus repudiatam matrimonium irrisisse, palam testificantem in Carum lupanaribus amores se esse quaesituram. Quod mulier suae sibi perversitatis bene conscia optime ita exprimere poterat: „se mala omnia sua Caribus destinasse". Incipit ergo cum ludibrio semetipsam ad iustum matrimonium adhortans:

δίζεο δίζεο δὴ θαλερὸν πόσιν!

tum vero amara cum ironia:

οὐκ ἐν Ἀθήναις!
ἀλλ' ἐν Μιλήτῳ γε, κατάξω πήματα Καρσί.

„agedum quaere tibi bellum coniugem! faciam, at non Athenis. Mileti vero meretricia mea mala Caribus afferam!"

Digitized by Google

HOMERICA.

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

(*Continuantur e pag.* 306.)

XXXII.

OBSERVATIONES CRITICAE.

Interrupta iam commentationum Homericarum serie *criticas* nonnullas observationes in hoc fasciculo propositus sum. Natae sunt dum tertiam carminum Homericorum editionem prelo paro, cuius pars prima nuper prodiit, secunda mox prodibit.

B 672 pro Νιρεύς cur νύμφης videatur scribendum, itemque in versu 865 νύμφη pro λίμνη, supra exposui pag. 224.

Prorsus inauditum est quod textus traditus praebet E 663 (= 692):

οἳ μὲν ἄρ' ἀντίθεον Σαρπηδόνα δῖοι ἑταῖροι
ἐξέφερον πολέμοιο (et: εἶσαν ὑπὸ ... φηγῷ),

neque patienter, ut opinor, id ferretur, nisi nimis facile etiamnunc sibi persuaderent qui carmina epica perlegunt, priscos poetas et novas figuras et nova officia verbis tribuisse identidem. Nempe ἔνδοξον, μέγαν, ἀγαθόν, *splendidum*, *illustrem* interpretantur Homericum adiectivum δῖον. Quae omnia si revera id valet, quidni latiore etiam ducto orbe statuimus *in laudem* dici, sed accuratius definiri non posse. At interpretandi istiusmodi artificia si aspernamur et aversamur, adeo fluxam pallidamque fuisse

Digitized by Google

rem: Neleus cum oraculum Delphicum adiisset, audivit sibi proficiscendum esse „ἐπὶ χρυσοῦς ἄνδρας". Qui si Homerum suum consulere potuisset, statim oraculi sententiam cepisset, legisset enim B 867 sqq.:

Νάστης αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων,
οἳ Μίλητον ἔχον Φθειρῶν τ' ὄρος ἀκριτόφυλλον,
ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων πόλεμόνδ' ἴεν ἠύτε κούρη.

Nunc Apollo, ne miserum hominem prorsus destitueret, oraculo suo addidit: „δείξειν δ' αὐτῷ τὴν θυγατέρα".

Filia haec tam perversa dissolutaque erat, ut nemo Atheniensium eam ducere vellet; quinimo nomen acceperat *Elegeidem παρὰ τὸ ἐλεγαίνειν* sive *ἀσελγαίνειν, παραφρονεῖν, ὁπωσδήποτε ἀκολασταίνειν* (Etym. M. 327 s. vv.). Neleus igitur cum Athenas rediisset, ἤκουσε τῆς θυγατρὸς γυμνῆς τυπτούσης τὸ ἐπείσιον καὶ λεγούσης:

δίζεο σεῦ μάλα ἐς θαλερὸν πόσιν, ἢ ἐς Ἀθήνας,
ἢ ἐς Μίλητον· κατάξω πήματα Καρσί (Schol. Lyc. 1378).

Quis autem dubitat quin patrem, quem iam afflixissent filiae mores dissoluti, maiore etiam dolore affecerint hi versus miserrimi! Neque meliores affert Etym. M. s. v. *ἀσελγαίνειν*, ubi legimus:

δίζεο δίζεο δὴ μέγαν ἄνδρα ἀ.....
ὅς σ' ἐπὶ Μίλητον κατάξει πήματα Καρσί.

Sed fortasse inter se collati hi versus et textu Lycophronis auxilio vocato in integrum restitui possunt. Scimus enim filiam ab omnibus Atheniensibus repudiatam matrimonium irrisisse, palam testificantem in Carum lupanaribus amores se esse quaesituram. Quod mulier suae sibi perversitatis bene conscia optime ita exprimere poterat: „se mala omnia sua Caribus destinasse". Incipit ergo cum ludibrio semetipsam ad iustum matrimonium adhortans:

δίζεο δίζεο δὴ θαλερὸν πόσιν!

tum vero amara cum ironia:

οὐκ ἐν Ἀθήναις!
ἀλλ' ἐν Μιλήτῳ γε, κατάξω πήματα Καρσί.

„agedum quaere tibi bellum coniugem! faciam, at non Athenis. Mileti vero meretricia mea mala Caribus afferam!"

Digitized by Google

HOMERICA.

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

(*Continuantur e pag.* 306.)

XXXII.

OBSERVATIONES CRITICAE.

Interrupta iam commentationum Homericarum serie *criticas* nonnullas observationes in hoc fasciculo propositus sum. Natae sunt dum tertiam carminum Homericorum editionem prelo paro, cuius pars prima nuper prodiit, secunda mox prodibit.

B 672 pro Νιρεύς cur νύμφης videatur scribendum, itemque in versu 865 νύμφη pro λίμνη, supra exposui pag. 224.

Prorsus inauditum est quod textus traditus praebet E 663 (= 692):

οἳ μὲν ἄρ' ἀντίθεον Σαρπηδόνα δῖοι ἑταῖροι
ἐξέφερον πολέμοιο (et: εἷσαν ὑπὸ ... φηγῷ),

neque patienter, ut opinor, id ferretur, nisi nimis facile etiamnunc sibi persuaderent qui carmina epica perlegunt, priscos poetas et novas figuras et nova officia verbis tribuisse identidem. Nempe ἔνδοξον, μέγαν, ἀγχθόν, *splendidum*, *illustrem* interpretantur Homericum adiectivum δῖον. Quae omnia si revera id valet, quidni latiore etiam ducto orbe statuimus *in laudem* dici, sed accuratius definiri non posse. At interpretandi istiusmodi artificia si aspernamur et aversamur, adeo fluxam pallidamque fuisse

Digitized by Google

dictionem epicam adeove sterile fuisse veterum poetarum ingenium confidenter negantes, fieri non potest quin molestum videatur adiectivum δῖος sive *divus* substantivo *comitibus* additum eo loco ubi militum mortalium fiat mentio. *Divi* passim dicuntur *dei deaeque*, quibus annumerantur *terra, mare, fluvii, aurora, aether*; dicuntur *reges* — ceteris frequentius Achilles et Ulixes — *reginaeque*; etiam populi *Achivi* et *Pelasgi* sic appellantur. Haec omnia nihil habent quod suspicionem admirationemve moveat; haberet sane risumque adeo moveret δῖος ὑφορβὸς *Eumaeus*, nisi ipsum epitheton δῖος testaretur neque vulgarem subulcum hunc fuisse primitus neque Ulixem fuisse regem mortalem, sed deum fuisse utrumque: alter Apollo olim fuit Ulixes, alter Proteus fuit Eumaeus.

Restat unicus ille versus quem excripsi. Qui si integer ad nos pervenit, aut a prisca dictione longe aberravit qui eum confecit aut et comites illi τοῦ ἀντιθέου Σαρπηδόνος olim non milites fuere terrestres sed caelitis alicuius sodales divini. Hoc credibile non ducet, opinor, qui perlegerit contextum, ubi vera mortalium pugna a poeta enarratur. Itaque aut ipsum poetam adiectivo δίῳ infelicissime usum esse statuamus oportet aut — et hoc est quod suspicor equidem — postmodo adulterata esse eius verba. Verum mihi videtur:

οἳ μὲν ἄρ' ἀντίθεον Σαρπηδόνα ἑσθλοὶ ἑταῖροι
ἐξέφερον πολέμοιο,

quod mutatum esse arbitror ad vitandum hiatum post pedem quartum, qui aevo recentiori displicebat.

Leve est quod Δ 228 Θ 114 Λ 620 codicem A explorantium diligentiam videtur fugisse. Nomen Εὐρυμέδων tribus his locis superscriptam habet litteram Λ. Fuit igitur olim lectio altera Εὐρυμέλων. Unde orta? Causa patet. Initio τῆς Ἀγαμέμνονος ἐπιπωλήσεως (Δ 228) commemoratur *Agamemnonis* minister

Εὐρυμέδων υἱὸς Πτολεμαίου Πειραΐδαο,

at is, cuius in rhapsodiis Θ et Λ fit mentio, est *Nestoris θεράπων ἀγαπήνωρ*. Hanc igitur homonymiam fuere qui non ferrent, et quemadmodum Zenodotus *Pylaemeni* loco notissimo (N 643) e coniectura substituit *Cylaemenem*, sic ex altero *Eurymedonte* factus est *Eurymelon*.

Digitized by Google

Quae Aristonicus ad hos locos annotavit sic tradita sunt in codice A:

Δ 228: „Εὐρυμέλων: ἡ διπλῆ ὅτι καὶ Ἀγαμέμνονος καὶ Νέστορος ὁμωνύμως ἦν ἡνίοχος Εὐρυμέλων."

Θ 114: „ἡ διπλῆ ὅτι ὁμώνυμος οὗτος τῷ Ἀγαμέμνονος ἡνιόχῳ."

Λ 620: „ἡ διπλῆ ὅτι καὶ Ἀγαμέμνονος ἡνίοχος ἦν Εὐρυμέλων."

Non integra igitur servata sunt scholia quae ad hanc lectionis varietatem pertinebant, sed suspicor Zenodotum aut in rhapsodia Δ aut in Θ et Λ legisse Εὐρυμέλων, Aristarchum vero tribus his locis legisse Εὐρυμέδων, quae et vulgata est lectio; id quidem certum est idem hunc legisse locis cunctis.

Diplen simplicem sive ἁπερίστικτον, μὴ περιεστιγμένην Aristarchum appinxisse versibus quibus virorum homonymorum commemorantur nomina, argumenta sic colligentem quibus refelleret Zenodoti illam coniecturam *Cylaemenem* aliasque eiusmodi, et aliunde novimus et disertis verbis dixit Aristonicus in operis sui Praefatione, de qua disputavi in Mnemosyne 1902 p. 179 sqq. et nuper in Iliadis[3] Prolegomenis p. XLII sqq.

Malae notae esse versum Z 2:

πολλὰ δ' ἄρ' ἔνθα καὶ ἔνθ' ἴθυσε μάχη πεδίοιο

quemvis docent aures; satis autem certum videtur ita esse corrigendum ut et vitetur incisio post quartum trochaeum et e caesura masculina fiat feminina (ἔνθα pro ἔνθ'). Sed quod praeterea olim suspicabar, ordinem solum verborum turbatum esse, ipsa verba non esse corrupta, poetam enim scripsisse:

πολλὰ δ' ἄρ' ἔνθα καὶ ἔνθα μάχη πεδίοι' ἴθυσε,

id licet speciem aliquam habeat, haud unam tamen ob causam parum iam placet. Neque enim ultro invehendi videntur versus spondiaci, neque genitivus πεδίοιο a versus exitu — qua sede huiusmodi genitivi collocari solent — removendus videtur, neque ἰθύειν verbum sive *recta procedere, irruere* huic versui aptum videtur. Quid sit προτέρω ἰθύειν vel ἰθύειν διὰ προμάχων optime intellegimus et facile haec similiaque mente nobis informamus; qui a cursu averti nequit, ceu aper vel λᾶας ἀνχιδὴς obstantia quaevis disiciens sternens proterens, is ἰθύει. Sed „ἔνθα καὶ ἔνθα πολλὰ ἰθύειν" quid sit roges facilius quam dicas. Quapropter suspicor errori deberi illud ἴθυσε, cuivis autem *furendi* vel

Digitized by Google

aestuandi verbum nunc in mentem venit. Praebet id ipse Homerus locis quales hi sunt:

Π 699: περὶ πρὸ γὰρ ἔγχε' ἔθυιε (cf. Λ 180).

ν 85: κῦμα δ' ὄπισθε
πορφύρεον μέγ' ἔθυιε πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.

Itaque hoc est quod propono:

πολλὰ δ' ἄρ' ἔνθα καὶ ἔνθα μάχη 'θυῖεν πεδίοιο.

Quam male ipsi Graeci olim dictionem epicam cognitam habuerint, luculenter testantur verba Hectoris equos suos incitantis Θ 185 sqq.:

185 [Ξάνθε τε καὶ σὺ Πόδαργε καὶ Αἴθων Λάμπε τε
νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον, ἣν μάλα πολλὴν [δῖε,
Ἀνδρομάχη, θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος,
ὔμιν πὰρ προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκε
οἶνόν τ' ἐγκεράσασα πιεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι,
190 ἢ ἐμοί, ὅς πέρ τοι θαλερὸς πόσις εὔχομαι εἶναι.
ἀλλ' ἐφομαρτέετον καὶ σπεύδετον κτέ.

Ubi dualis numerus docet spurium esse, quem Aristarchus proscripsit, versum primum. Frustra oblocutus quidam in scholiis BT perhibet: „οὐ πρὸς ἕκαστον ἵππον haec dici, ἀλλὰ τοὺς μὲν ζυγίους ἵππους ἀνθ' ἑνός, τοὺς δὲ παρηόρους ἀνθ' ἑτέρου λαμβάνεσθαι." Quae ineptiae leviter mutatae redeunt in scholiis ad Aristophanis Pac. 7, ubi verbis comici, scarabaeum offam sibi oblatam τοῖν ποδοῖν corripuisse dicentis, ita abusus est Didymus aliusve interpres τοῦ πονηροῦ κόμματος, ut tres pedes sinistros tresque dextros illius bestiae intellegendos esse perhiberet et loco Homerico duos equos dextros duosque sinistros coniunctim significari. Alii verba epica vi et machinis ita compingere conabantur ut e quatuor equis fierent duo, Ξάνθος nimirum πόδαργος καὶ αἴθων et Λάμπος δῖος.

Spreta iam iacent istiusmodi artificia et Aristarcho adstipulamur omnes. Nam ne totum hunc locum pro recentiore habentes duali numero substituamus pluralem dehortatur ἐφομαρτέετον illud, pro quo -τέετε salvis numeris legi vix potest.

Sed primo versu remoto restat aliud incommodum. Non dico id, quod Aristophani et Aristarcho adeo ridiculum est visum ut versum 189 damnarent: equos vinum aquae admixtum nonnum-

Digitized by Google

quam bibisse dici. Nonne in certaminibus hodiernis vino Campanico stimulatur equorum ardor? Hunc igitur versum, — qui salvo contextu recidi ne potest quidem, quoniam eo omisso granis vesci diceretur heros — haud inique nunc fero equidem, neque concisior quam quae probari possit videtur Hectoris oratio, animum commotum ipsa brevitate prodens. Sed egregie miror quod de versus 186 structura nihil in scholiis invenio observatum. Non tamen decurrit oratio, talem igitur ab ipso poeta compositam non est credibile. Quapropter suspicor recentis originis vitio illum versum deturpari, sic autem esse legendum:

νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον! ἦ μάλα πολλὰ
Ἀνδρομάχη κτἑ.

„Nunc gratos vos praestate! Saepe profecto Andromache cibum potumque vobis prius praebuit quam ipsi suo marito.“

Simile vitium irrepsit in versum vicinum Θ 230. Quo loco Agamemnon milites ab hostibus in castra compulsos increpans: *„Pro pudor!“* clamat:

πῇ ἔβαν εὐχωλαί, ὅτε δὴ Φάμεν ἔμμεν ἄριστοι,
ἃς ὀπότ' ἐν Λήμνῳ κενεαυχέες ἠγοράεσθε.

Ne hic quidem decurrit oratio, et dudum sensere critici textum traditum corrigendum esse. Bentley scribebat ἅσσα ποτ' ἐν Λήμνῳ, Heyne ἅς ποτ' ἐνὶ Λήμνῳ, cui partim adstipulatus equidem ἃς τότ' ἐνὶ Λήμνῳ verum ducebam antehac. Nunc deleto pronomine relativo versum sanasse mihi videor:

πῇ ἔβαν εὐχωλαί, ὅτε δὴ Φάμεν ἔμμεν ἄριστοι,
ὀππότ' ἐνὶ Λήμνῳ κενεαυχέες ἠγοράεσθε.

Similis verborum structura e. c. est A 396 sqq.:

πολλάκι γάρ σεο πατρὸς ἐνὶ μεγάροισιν ἄκουσα
εὐχομένης, ὅτ' ἔφησθα κελαινεφέϊ Κρονίωνι
οἴῃ ἐν ἀθανάτοισιν ἀρειφάτῃ λοιγὸν ἀμῦναι,
ὀππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι.

Λ 462 sq. Ulixes vulneratus vocat sodales qui sibi opem ferant:

τρὶς μὲν ἔπειτ' ἤυσεν ὅσον κεφαλὴ χάδε φωτός,
τρὶς δ' ἄϊεν τιτάχοντος Ἄρηϊ φίλος Μενέλαος,
αἶψα δ' ἄρ' Αἴαντα προσεφώνεεν κτἑ.

Digitized by Google

Quo de loco amicus collega Hartman aliquando mecum disputans alterum τρίς molestum sibi videri dixit, *ter* enim qui clamantem audierit non *confestim* (αἶψα) ei obsecundasse. Iustum crimen videtur; quapropter ex altero versu in alterum illud τρίς aberrasse suspicatus conieci:

τοῦ δ' ἄϊεν κτέ.

Λ 539. Hector ferox irruit in hostes,

ἐν δὲ κυδοιμὸν
ὦκε κακὸν Δαναοῖσι, μίνυνθα δὲ 'χάζετο δουρός.

Verba haec sunt sine sensu. Aristarchus scribebat δουρί, quae vix aptior est lectio. Nam heros hostem petens non χάζεται sive *recedit*: aut igitur illud verbum hinc alienum aut cedere dicendi sunt *Danai*. Sic Δ 497, cum Ulixes hastam librat in Troianos, legimus:

ὑπὸ δὲ Τρῶες 'κεκάδοντο
ἀνδρὸς ἀκοντίσαντος.

Item Ο 574 de Antilocho. Itaque, licet audacior sit coniectura, suspicor pro δουρός nostro loco scribendum esse λαός.

Alibi legitur: ἐκ δ' ἔσσυτο λαός, 'πῖπτε δὲ λαός, ἔζετο λαός, ἤγρετο λαός.

Μ 23 commemorantur fluvii Troadis

Σκάμανδρος
καὶ Σιμόεις, ὅθι πολλὰ βοάγρια καὶ τρυφάλειαι
κάππεσον ἐν κονίῃσι καὶ ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν.

Quo loco cum ἡμιθέων officit vox parum epica tum *pulveris* mentio. Quae incommoda ut vitaret Bentley scribebat:

κάππεσον ἐν δίνῃσι καὶ ἰΦθίμων μένε' ἀνδρῶν.

Speciem fortasse habet δίνῃσι illud, μένε' an necessarium non sit dubito, ἰφθίμων coniectura audacior est quam quae probetur. Et fortasse ferendum est ἡμιθέων, utpote aevi recentis indicium, siquidem postmodo inserti sunt versus, quibus vallum Achivorum bello finito a diis deletum narratur. Sed suspicor unam litteram expungendam esse, non enim ἡμιθέων sed ἠϊθέων poetam fecisse mentionem. Ad quam qualemcunque coniecturam tuendam et alii versus possunt conferri et Δ 474, ubi Aiax caedit

ἠΐθεον θαλερὸν Σιμοείσιον.

Digitized by Google

Satis probabilem ducerem, si voces ἠΐθεος et ἀνήρ iunctae invenirentur alibi. Sed αἰζηός et αἰζηΐος vocabula subsimilia et fortasse cognata cum haud uno loco nomen ἄνδρα habeant additum (Ψ 432 Π 716 P 520 μ 83), quidni et ἠΐθεος id admiserit?

M 121. — Mira est inconstantia, qua porta castrorum modo *uno* pessulo clausa esse dicitur, modo *duobus*. Non quo magni momenti hanc esse discrepantiam contendam equidem quaeve poetae haud ita facile condonetur! Sed ut sit levis atque adeo levissima, vix tamen mihi persuadeo ut credam eum cantorem, qui pluribus versibus celebravit Hectorem ingenti saxo perfringentem πύλας δικλίδας ὑψηλάς, quas δοιοὶ ἔντοσθεν ὀχῆες εἶχον ἐπημοιβοί, μία δὲ κληῖς ἐπαρήρει, quo ictu percussae μέγα πύλαι ἤμυξον, οὐδ' ἄρ' ὀχῆε ἐσχεθέτην, σανίδες δὲ διέτμαγεν ἄλλυδις ἄλλη (M 454—461), eandem rem sic paucis verbis esse complexum ut Hectorem ῥῆξαι πύλας καὶ μακρὸν ὀχῆα diceret (M 121, 291 N 124). „Aut clausa aut aperta sit ianua oportet" vicinorum est adagium: — „aut uno aut pluribus vectibus clausa sit oportet" — nostro iam iure nos dicimus. Et plures ei fuisse obditos testatur Iliadis exitus, ubi Mercurius Priamo ὤϊξε πύλας καὶ ἀπῶσεν ὀχῆας (Ω 446). Troiana quoque porta plures habebat, nam aperiri eam cum iussit Priamus, milites qui custodes adstabant ἀπῶσαν ὀχῆας (Φ 537). Nec non plures ὀχῆας habuit Ulixis thalamus (Φ 47 ω 166).

Quid igitur?

Simplicissima, nisi fallor, est res: — pro μακρὸν ὀχῆα tribus quos indicavi locis legendum est μακρὼ ὀχῆε. Quam neque audacem esse coniecturam perhibebit quicunque meminerit quam iniqua fortuna in textu carminum epicorum usus sit numerus dualis, neque ab analogiae parte praesidio destitutam dicet qui versus modo laudati

ἄφαρ δ' ὤϊξε πύλας καὶ ἀπῶσεν ὀχῆας

contulerit lectionem alteram ὀχῆα, quam praebet codex Townleianus, vel verba vicina Achillis de tentorii sui ianua sic loquentis: „*mortalis homo* οὐδέ κ' ὀχῆα ῥεῖα μετοχλίσσειε θυράων ἡμετεράων" (Ω 566 sq.); quo loco licet necessarius sit numerus singularis, quoniam μοῦνον ἐπιβλῆτα poeta huic ianuae disertis verbis tribuit (Ω 453, 455), — *unus* nimirum sufficiebat ad

Digitized by Google

tentorii forem obfirmandum, *duos* potius requirebat porta valli quo arcebantur copiae hostiles, — multi tamen codices praebent pluralem ὀχῆας, ita ut temere haec in libris olim permutata esse testentur etiamnunc quae supersunt exemplaria.

M 333. — Lycii Sarpedone et Glauco ducibus invadunt Achivorum vallum:

τοὺς δὲ ῥιδὼν ῥίγησεν υἱὸς Πετεοῖο Μενεσθεύς·
τοῦ γὰρ δὴ πρὸς πύργον ἴσαν κακότητα φέροντες.
πάπτηνεν δ' ἀνὰ πύργον Ἀχαιῶν, εἴ τιν' ἴδοιτο
ἡγεμόνων, ὅς τίς οἱ ἀρὴν ἐτάροισιν ἀμύναι.

Ante omnia virgulam post Ἀχαιῶν deleamus, post πύργον scribamus. Ipsum autem vocabulum illud πύργον manifeste vitiosum est; e versu proximo est repetitum, ut τρίς Λ 463. Quo vocabulo deleto textus praebet lacunam — quomodo explendam? Bekker scribebat ἀνὰ τεῖχος, quae speciem licet habeat coniectura, veri tamen non satis simile videtur Menestheum aliam valli partem defensoribus nudari iussisse ut sibi succurreretur. Nonne aptius est:

πάπτηνεν δ' ἀνὰ μέσσον?

Non enim omnes copias Achivorum in vallo fuisse collocatas fert ratio.

Versum N 363 famosum fecit lectionis varietas mirifica. In codicibus enim nostris Idomeneus dicitur interfecisse

Ὀθρυονῆα Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα,

olim vero in libro Argivo quem dicunt scholia legebatur

Ὀθρυονῆ(α) Ἐκάβης νόθον υἱὸν ἐόντα.

Et hoc quidem ineptum; neque vero tolerabilis est lectio vulgata. Quam qui interpretarentur Καβησόθεν ἐνδονέοντα idque *Cabeso progressum* valere sibi persuaderent fuerunt olim. Senserunt videlicet qui litteras traditas tam ridicule iungebant illud „ἔνδον" non habere quo referretur.

Imitatoris flagitium hic deprehendere sibi videtur amicus Hartman; obversata esse cantori verba Aiacis (O 438 sq.): „*ehen cecidit sodalis noster Lycophron,*

ὃν νῶϊ Κυθηρόθεν ἔνδον ἐόντα
ἶσα Φίλοισι τοκεῦσι ἐτίομεν ἐν μεγάροισι."

Digitized by Google

Quo loco illud *-θεν* breviter quidem loquentis est, sed molestum nihilo magis videri potest cuiquam quam Στρεψιάδης v. c. Κιχυννόθεν quaeque huiuscemodi sunt plurima. Significant autem verba laudata: *„Lycophronem illum Cytherium domi nostrae parentis loco colebamus"*. Hospes quidem erat, sed hospes honoratus et carissimus.

Illum igitur versum si recentior aliqui cantor nostro loco est imitatus, ineptissime profecto eo est abusus indignusque fuit qui poetae nomine designaretur. Sed equidem facilius mihi persuadeo corrupta esse verba tradita, quam versum ab hoc loco alienissimum cantori exemplum praebuisse. Collato autem versu (N 664) quo Euchenor dicitur

ἀΦνειός τ' ἀγαθός τε, Κορινθόθι ϝοικία ναίων

suspicor olim fuisse:

Ὀθρυονῆα Καβησόθι ϝοικί' ἔχοντα.

Ut in versu quem modo tetigi, sic T 107 olim dubitarunt interpretes quomodo inter se iungendae essent litterae traditae. Narratur illic fraus, qua Iuno aliquando circumvenit Iovem. Parturiente Alcmena *„Hodie"* dixit ille *„e sanguine meo nascetur qui late imperabit vicinis"*. Cui Iuno:

„ψευστήσεις" ait „οὐδ' ἄϋτε τέλος μύθῳ ἐπιθήσεις".

Iureiurando dein pater deorum verba sua confirmavit, illa autem maturavit natales Eurysthei, et sic ... sed fabulam notissimam referre nihil attinet. Illud vero futurum ψευστήσεις cum quosdam male olim haberet, ψεύστης εἷς (= ἐσσί) scribendum esse arbitrati sunt. Et fuit cum veram ducerem eam lectionem, quae speciem habet sane, quoniam ψευστῆσαι verbum alibi in Homericis non occurrit, ψεύστης autem nomen certum est Ω 261, ubi Priamo irato „ψεῦσταί τ' ὀρχησταί τε" audiunt filii. Optimo tamen iure futurum illud ab Aristarcho esse servatum accuratius rem perpendentibus apparet. Nam *„mendax es"* si Iovem affatur Iuno, probrum hoc est merum et sic temere — non enim iam rixantur — in Iovem coniectum. Sed *„mendax eris"*, id quod praebet textus traditus, significat: *„mentitum te esse posthac apparebit"* et aptissime cohaeret cum sequentibus: *„vana te iactasse ipsa res docebit, non enim perficies id quod ais"*.

Quae loquendi brevitas sermoni familiari est propria et ibi

Digitized by Google

praesertim usu venire solet ubi animo commotiore loquuntur homines sive spe elati sive ridentes sive anxii sive irati. Sic ad Nestorem Agamemnon in tumultu nocturno (K 88):

„ὦ Νέστορ ...
γνώσεαι Ἀτρεΐδην Ἀγαμέμνονα!"

Id est: „*Agamemnonem nosti, opinor, et sat cito agnosces!*"

Vel Helena ad Priamum (Γ 235): „*cunctos illic cerno amicos Achivos,*

οὕς κεν ἐὺ γνοίην καί τ' οὔνομα μυθησαίμην",

— quae si grammatice potius voluisset loqui, aut dicere debebat: „*cunctos, quos bene novi*" aut — sed quis verborum istum tinnitum laturus erat! — „*cunctos, quos bene me nosse appareat, si me interroges*".

Et nos qui nunc vivimus sic solemus loqui. Neque aliter apud comicum Chremylus (Ar. Plut. 1057), postquam iuvenis ille anum „πόσους ἔχεις ὀδόντας;" proterve interrogavit, „ἀλλὰ γνώσομαι καὶ ἔγωγε!" ridens exclamat; ubi grammaticae strictioris foret: „ἀλλ' οἶδά τοι καὶ ἔγωγε!" vel: „ἀλλὰ γιγνώσκειν καὶ αὐτός μοι δοκῶ", futuro autem tempori haec inest notio: „*me quoque scire statim apparebit*", — addit nimirum: „*tres, opinor, habes vel quatuor*".

Alios locos Aristophaneos complures collegi in annotatione ad Pluti versum 290 („βουλήσομαι ὑμᾶς ἄγειν" = βούλομαι ὑμᾶς ἄγειν καὶ ἄξω εἰ δοκεῖ). Quorum unum nunc excribo, versui Homerico, unde disputandi feci initium, plane simillimum (Eccles. 568):

νὴ τὸν Ποσειδῶ, μεγάλα γ'! ... εἰ μὴ ψεύσεταί,

— „*magna profecto sunt ista ... modo ne mera mendacia esse mox appareat!*" Ubi „εἰ μὴ ψεύσεται" id valet quod: „εἰ μὴ ψευδολόγος φανεῖται", — scribe autem praesens ψεύδεται et insulsum fit id quod lepidissime erat dictum.

Sic igitur Iunonis Homericae illud verbum „ψευστήσεις" significat „ψευδολόγος φανεῖ", neque quisquam opinor est qui, postquam haec omnia secum reputaverit, praeferat — immo patienter etiam ferat — priscam lectionem ψεύστης εἶς.

Addam alios nonnullos locos epicos, ubi futurum eadem ratione est tuendum et interpretandum.

Primus in censum veniat locus item simillimus. Sunt verba

Digitized by Google

Halithersis inter Ithacenses reditum Ulixis augurantis (β 170):

οὐ γὰρ ἀπείρητος μαντεύσομαι ἀλλ' ἐὺ ϝειδώς,

quo loco „exemplaria meliora" olim habuisse praesens μαντεύομαι testantur scholia. Deterior tamen ista erat lectio, immo pessima! Nam futurum demum tempus verbis senis addit illud ἦθος, sine quo omnino languent; valent enim id quod: *„οὐ ψευδόμαντις Φανήσομαι", minime vereor ne falsa imperite vaticinatum me rerum eventus sit demonstraturus!"*

Nunc afferam Ulixis ad Calypso et eiusdem ad Circen verba (ε 177—179 et κ 342—344):

οὐδέ κ' ἐγώ γ' { ἀτέκνητι σέθεν σχεδίης ἐπιβαίην,
{ ἐθέλοιμι τεῆς ἐπιβήμεναι εὐνῆς,
εἰ μή μοι τλαίης γε, θεά, μέγαν ὅρκον ὀμόσσαι,
μή τί μοι αὐτῷ πῆμα κακὸν βουλεύσεμεν' ἄλλο.

Item in versibus vicinis, qui cum his cohaerent (ε 187 et κ 300):

μή τί τοι αὐτῷ πῆμα κακὸν βουλευσέμεν' ἄλλο.

Quibus locis βουλευσέμεναι significat: *„periculum esse ne malum struas"*.

Sequantur Ulixis ad Phaeaces verba (θ 223): *„inter aequales nemo est qui arcu me superet,*

ἀνδράσι δὲ προτέροισιν ἐριζέμεν' οὐκ ἐθελήσω",

i. e.: *„priscos vero illos heroes aemulari, id in animum nunquam mihi inducam"*.

Iam consideremus quae Eumaeus ait ad Telemachum (π 66): *„hospes hic Creta est oriundus, nunc autem*

ἦλυθ' ἐμὸν πρὸς σταθμόν, ἐγὼ δέ τοι ἐγγυαλίξω",

i. e.: *„ego eum tibi sum traditurus (si in fidem tuam recipere eum velis)"*.

Denique huc faciunt Agamemnonis ad Ulixem verba in exitu τῆς δευτέρας νεκυίας (ω 201): *„casta tua uxor Penelope laudibus etiam a posteris celebrabitur, at Clytaemestra famosa*

ἔσσετ' ἐπ' ἀνθρώπους· χαλεπὴν δέ τε φῆμιν ὀπάσσει
θηλυτέρῃσι γυναιξί, καὶ ἥ κ' ἐύεργος ἔῃσι".

„Infamia afficiet ceteras mulieres" — immo iam affecit! Sed non hoc dicit Agamemnon; quod vult hoc est: *„in carminibus contemtim commemorata adultera illa toti sexui femineo perpetuum dedecus est futura"*.

Qualibus locis facile est conicere βουλευέμεν', οὔ κ' ἐθέλωμι,

Digitized by Google

ἐγγυαλίζω [1]), ὄπασσε, et fuere qui ea suaderent, ut et apud comicum locis similibus pro ἐθελήσω et ψεύσει et Φανεῖ et ἕξω et ἐγὼ βουλήσομαι ab optimo quoque critico proposita sunt ἐθέλω ἐγώ, ψεύδει, Φαίνει, ἔχω, ἔγωγε βούλομαι (Ach. 318 Nub. 261 Thesm. 233 Ran. 1230 Plut. 290); sed eiusmodi coniecturae cur non sint probandae ostendisse me spero.

X 349 inter omnes constat non magis inclementer quam vitiose dicta esse verba Achillis morienti Hectori insultantis:

οὐκ ἔσθ' ὃς σῆς γε κύνας κεφαλῆς ἀπαλάλκῃ,
οὐδ' εἴ κεν δεκάκις τε καὶ εἰκοσινήριτ' ἄποινα
στήσωσ' ἐνθάδ' ἄγοντες, ὑπόσχωνται δὲ καὶ ἄλλα.

Nam sive εἰκοσινήριτα una voce scribimus iubente scholio sive εἴκοσι νήριτα, manet arena calce destituta. Id unum potest dubitari, sitne ipsius vatis haec culpa an in deterius abierint quae ille cecinerat. Alii igitur vulgatam utcunque defendere et explicare sunt conati, — sed quis credat egregium illum poetam, qui Hectorem ab Achille caesum celebravit, balbutire sic coepisse subito! — alii lenioribus quibusdam remediis sanare. Equidem aut toleranda censeo quae tradita sunt, utpote conclamata, aut maius quid audendum. Nam duos hic versus nescio quo excribentium errore in unum confluxisse arbitror, irrepsisse enim molesta illa numeralia „δεκάκις τε καὶ εἴκοσι" e loco subsimili τῆς Πρεσβείας (I 378 sqq.), ubi Achilles dona Agamemnonis a legatis sibi promissa aspernatus „ἐχθρά μοι τοῦ δῶρα!" exclamat et:

„οὐδ' εἴ μοι δεκάκις τε καὶ εἰκοσάκις τόσα δοίη ...
οὐδέ κεν ὣς ἔτι θυμὸν ἐμὸν πείσει' Ἀγαμέμνων."

Quae si non vana est suspicio, nostro loco deletis verbis spuriis restat quaerere an probabiliter expleri possit lacuna. Puto equidem. Dixerat Hector:

„λίσσομ' ὑπὲρ ψυχῆς καὶ γούνων σῶν τε τοκήων,
μή μ' ἐάειν παρὰ νηυσὶ κύνας καταδάψαι Ἀχαιῶν!

1) Loco subsimili B 436, ubi codices praebent futurum ἐγγυαλίξει, an non recipienda fuerit veterum criticorum lectio ἐγγυαλίζει nunc dubito. Ad quem locum in annotatione critica indicavi ceteros — quos quidem adverti — versus Homericos, ubi praesens et futurum in lectione tradita variant.

Digitized by Google

ἀλλὰ σὺ μὲν χαλκόν τε ϝάλις χρυσόν τε δέδεξο,
δῶρα τά τοι δώσουσι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ,
σῶμα δὲ ϝοίκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν!"

Ipsa autem eius verba cum amaro risu repetens hostis inexorabilis:

„μή με, κύον, γούνων γουνάζεο μηδὲ τοκήων!
... οὐκ ἔσθ' ὃς σῆς γε κύνας κεφαλῆς ἀπαλάλκῃ,
οὐδ' εἰ νήριτ' ἄποινα ⟨πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ⟩
στήσωσ' ἐνθάδ' ἄγοντες, ὑπόσχωνται δὲ καὶ ἄλλα.

Adiectivum νήριτος sive *innumerus* (= ἀνάριθμος) extat in Hesiodi versu Op. 511:

πᾶσα βοᾷ τότε νήριτος ὕλη,

et apud Homerum est montis nomen Νήριτον (B 632 al.). In vulgata autem lectione praeter cetera incommoda et hoc male nos habet, quod verbi στήσωσι subiectum aegre desideratur.

In Achillis verbis notissimis (Ψ 103 sq.)

„ὦ πόποι, ἦ ῥά τί ἐστι καὶ ἐν Ἀΐδαο δόμοισι
ψυχὴ καὶ ϝείδωλον, ἀτὰρ Φρένες οὐκ ἔνι πάμπαν"

vox Φρένες suspicionem movet, et olim movit Aristarcho. Perantiquam esse lectionem apparet. Ergone ferenda? Vix tamen potest satis apte explicari. Dubitavi equidem utrum μένος proponerem, cui coniecturae favet fortasse animarum epitheton epicum ἀμενηνὰ κάρηνα, an σθένος. Hoc nunc verum videtur.

„Ultima primis cedunt!" — sic de Iliadis libro Ψ quin iudicet quicumque sentiat quid distent aera lupinis, fieri vix potest. Post equestre illud certamen fuse et vividissime et ita ut ipsis rebus interesse nobis videamur descriptum, sequuntur quae aliam produnt manum, partim languide, partim obscure enarrata, partim etiam perabsurda. Sequior igitur illa carminis pars si habeat locutionem quae et in priore legatur, aliud autem illic significet quam hic, non erit quod magnopere miremur. Ita autem res se habere videtur Ψ 266 et 655. Posteriore loco Achilles pugilibus praemium proponit

ἡμίονον ταλαεργόν ...
ϝεξϝετέ' ἀδμήτην, ἥ τ' ἀλγίστη δαμάσασθαι,

„*equam feram sexennem, indomitam, quae domitu difficillima*".

Digitized by Google

Perinutile igitur victori futurum est hoc donum! Quapropter litteris aliter iunctis ῥεξρετέα δμητήν scripsit Naber, cui multi sunt assensi. Et mihi certa videtur haec correctio. *Equam feram* accepturus est victor: animal rarius et praestantissimum, eamque *domitam*; quod cur addat poeta, docent verba sequentia, quibus illud genus animalium dicitur *domitu difficillimum*.

Alterum igitur locum egregie expedivit Naber. Sed quid statuendum de priore? Ubi haec sunt tradita:

(Achilles) τῷ δευτέρῳ ἵππον ἔθηκε
ῥεξρετέ' ἀδμήτην, βρέφος ἡμίονον κυέουσαν.

Ibi quoque ῥεξρετέα δμητήν verum ducit Naber, et fortasse suo iure ducit. Sed equam sexennem *domitam* esse, id non est quod dicatur, non enim de *feris* equabus iam agitur, nihil igitur insoliti huic rei inest. Itaque verum si Naber hic quoque vidit, ita accipiendum nunc videtur δμητή ut δεδαμασμένη in vetusta lege de puella deflorata dictum, cui oppositum est epicum illud παρθένος ἀδμής. Significabit igitur *equam quae marem sit passa*, apteque cohaerebit quod sequitur *mulum utero gerentem*.

Dubito tamen an praeferam vulgatam, quam haud inepte sic interpretari mihi videor: *praemium proposuit Achilles equam sexennem, quae iugo nunquam fuerat submissa*. Libertas hactenus ei erat concessa, quo praestantiores pareret pullos.

Quicquid id est, — nam, quod dixi, dubito, — sive ἀδμήτην hic servandum, sive hic quoque sequendus est Naber, id quidem certum arbitror non eandem utrobique esse adiectivi potestatem, sed versu 266 aut de *indomita* equa sermonem esse aut de *gravida*, versu autem 655 de iumento *domito*. Et priore loco ἡμίονος est *mulus*, ut apud posteros, altero vero *equam agrestem*, peregrinam vox significat, ut B 852.

In deteriore quam modo dicebamus Ludorum parte vix quicquam est deterius quam quae Ψ 802 sqq. leguntur Achillis verba:

ἄνδρε δύω περὶ τῶνδε κελεύομεν, ὥ περ ἀρίστω,
τεύχεα τεσσαμένω, ταμεσίχροα χαλκὸν ἐλόντε,
ἀλλήλων προπάροιθεν ὁμίλου πειρηθῆναι.
805 ἐκπάτερός κε φθῇσιν ὀρεξάμενος χρόα καλόν,

Digitized by Google

ψαύσῃ δ' ἐνδίνων διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα,
τῷ μὲν ἐγὼ δώσω τόδε Φάσγανον ἀργυρόηλον,
καλὸν Θρηΐκιον, τὸ μὲν Ἀστεροπαῖον ἀπέτραν·
τεύχεα δ' ἀμφότεροι ξυνήια ταῦτα Φερέσθων,
καί σφιν δαῖτ' ἀγαθὴν παραθήσομεν ἐν κλισίῃσι.

Sed hoc loco quod displicet, non ipsi poetae id imputandum esse satis certum est. Nam versus 804, qui salvo contextu omitti omnino non potuit, deest tamen in papyro testium antiquissimo, defuit in exemplari quo usus est Nicanor, deest in codicibus multis, etiam in textu codicis A [1]), et in textu huius archetypi defuisse eum docet numerus versuum [2]). Deest etiam in Laurentiano codice D, ubi versus proximi exitus in ἐλόντων est mutatus, ne omnino haereret sententia, sed paradiorthoma id esse nemo non videt.

Ergo hoc loco in optimis exemplaribus aliquando totus versus sententia invita intercidit: nonne credibile versus proximos labe affectos esse? Olim ita ratus Aristophanes grammaticus tentavit aliquid aut e fontibus hodie ignotis duxit; in cuius editione teste scholio T haec legebantur:

ὀππότερός κεν πρόσθεν ἐπιγράψας χρόα καλὸν
Φθήῃ ἐπευξάμενος διά τ' ἔντεα καὶ Φόνον ἀνδρῶν —

si quidem recte sic traditum; nam ultimum illud καὶ Φόνον ἀνδρῶν plane ineptum, neque aptum ἐπευξάμενος (Φθῇ ἐπορεξάμενος??). Aptum est ἐπιγράψας. In vulgata vero perabsurdum est hoc, quod non fugit Aristarchum: praemium et ei promitti qui prior telum per viscera — nam sic ignotum illud ἐνδίνων interpretantur — adversarii adegerit, et ei qui sic fuerit confossus, ambos autem mox lautis epulis acceptum iri. Fac spurium esse versum ultimum, cui obelum appingebat Aristarchus: ne pessimus quidem cantor tales ineptias potuit fundere; non falsarii haec sunt sed delirantis hominis. Patet igitur textum esse vitiatum, versum autem 806, quem Aristarchus item obelo notabat, non delendum esse, quo omisso hiulca et imperfecta fiat sententia, sed corrigendum, si satis probabiliter id possit fieri.

ων

1) Adiectus est in calce paginae, sic scriptus: ἀλλήλους seqq.

2) Nam in codicis A folio 308ᵛ, ubi hic locus est exaratus, versus sunt 25; qui 24 forent, si archetypi unus versus hoc loco a codicis A librario praetermissus esset. Cf. quae disputavi Mnemos. 1904 p. 447—450.

Digitized by Google

Requiritur quod significet: *qui prior sanguinem adversarii profluere fecerit* — non fatali aliquo vulnere divulsis eius visceribus, sed leviore ictu dicis potius causa quam serio inflicto. Apta igitur haec exempli causa forent:

ὀππότερός κε Φθήῃ ἐπιγράψας χρόα καλὸν
δουρὶ ὀρεξάμενος καὶ ἀνασσεύῃ μέλαν αἷμα,

— exempli causa, inquam. Nam ipsa poetae verba praestare posse minime mihi videor; ut a quoquam etiam praestari possint vereor.

Vitio laborare versum Ω 42, id dudum est agnitum. De Achille in corpus Hectoris saevienti dicuntur illic quae sequuntur:

λέων ὣς ἄγρια ϝοῖδε,
ὅς τ' ἐπεὶ ἂρ μεγάλῃ τε βίῃ καὶ ἀγήνορι θυμῷ
ϝείξας εἶσ' ἐπὶ μῆλα βροτῶν, ἵνα δαῖτα λάβῃσι·
ὣς Ἀχιλεὺς ἔλεον μὲν ἀπώλεσεν οὐδέ ϝοι αἰδὼς
γίγνεται, ἥ τ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι.

Ultimum autem versum iure proscripsisse videtur Aristarchus. Sed sive deletur ille sive servatur, ad exitum suum enuntiatum non decurrit, parum autem profuere quae proposita sunt remedia leniora. Equidem Christio assensus particulam *ἐπεί* errori deberi arbitror, originem autem mali repeto e comparatione simili, quae legitur in libro P (vs. 657 sqq.):

ὡς τίς τε λέων ἀπὸ μεσσαύλοιο,
ὅς τ' ἐπεὶ ἄρ κε κάμῃσι κύνας τ' ἄνδρας τ' ἐρεθίζων,
οἵ τέ μιν οὐκ ἐάουσι βοῶν ἐκ πῖαρ ἐλέσθαι
πάννυχοι ἐγρήσσοντες· ὃ δὲ κτέ.

Cuius enuntiati item minus concinna est compositio, ita tamen ut nemo gravius eam sit vituperaturus; mutata nimirum est structura, quae in sententiis longioribus minime rara est negligentia. Nostro vero loco non mutata est apodosis, sed plane omissa, neque in comparatione aliquanto maioris ambitus sed intra duorum versuum spatium. Quapropter non dubito quin delenda sit particula condicionalis, suspicor autem intercidisse aliquod epitheton. Quod si liceat scribere:

λέων ὣς ἄγρια ϝοῖδε
⟨σίντης⟩, ὅς μεγάλῃ τε βίῃ καὶ ἀγήνορι θυμῷ
ϝείξας εἶσ' κτέ.,

Digitized by Google

non habeam quod etiam improbem. Cf. Τ 164 sq.: λέων ὣς | σίντης, ὅν τε κτ., Λ 480 sq.: ἐπί τε λῖν ἤγαγε δαίμων | σίντην.

Ω 324 quod legitur non esse priscae artis nemo negat. Legitur:

πρόσθε μὲν ἡμίονοι εἷλκον τετράκυκλον ἀπήνην,

sed Homericum est potius τεσσαράκυκλον, ut τεσσαράβοιον Ψ 705. Brevior vero recentiorque adiectivi forma redit ι 242, et ibi quidem cum vitio manifesto:

ἅμαξαι

ἐσθλαὶ τετράκυκλοι ἀπ' οὔδεος ὀχλίσσειαν.

Quo loco dudum τεσσαράκυκλοι metro duce a criticis est restitutum. Nostro autem loco non forma tantum adiectivi suspicionem movet, sed ipsum adiectivum languidum potius videtur quam utile. Quapropter non proponam

πρόσθε μὲν οὐρῇ εἷλκον ἀπήνην τεσσαράκυκλον,

licet speciem fortasse habeat ea coniectura, sed verum esse suspicor:

πρόσθε μὲν ἡμίονοι εἷλκον ἐ ύ κ υ κ λ ο ν ἀπήνην.

Ω 720 sqq. En aliud enuntiatum non decurrens. Corpus Hectoris cives

τρητοῖσ' ἐν λεχέεσσ' ἔθεσαν, παρὰ δ' εἷσαν ἀοιδοὺς
θρήνοι'[1]) ἐξάρχους, οἵ τε στονόεσσαν ἀοιδὴν
οἱ μὲν ἄρ' ἐθρήνεον, ἐπὶ δ' ἐστενάχοντο γυναῖκες.

Alterum pronomen quin errori debeatur dubium non videtur, collato autem Odysseae versu (ω 60):

μοῦσαι δ' ἐννέα πᾶσαι ἀμειβόμεναι ϝοπὴ καλῇ
θρήνεον

conieci:

θρήνοι' ἐξάρχους, οἵ τε στονόεσσαν ἀοιδὴν
θρήνεον ⟨ἐξείης⟩, ἐπὶ δ' ἐστενάχοντο γυναῖκες.

Lenius mihi hoc videtur remedium quam quod proposuit Agar:

θρήνοι' ἐξάρχους, οἵ τ' ἐξάρχουσιν ἀοιδήν.
οἱ μὲν ἄρ' ἐθρήνεον κτἑ.,

neque admodum placet illud ἐξάρχους οἱ ἐξάρχουσιν (confert ille β 65 I 124 al.); praeterea in vulgata suspicionem movet ἐθρήνεον trisyllabum.

1) Sic scripsi; codd. θρήνους vel θρήνων.

Digitized by Google

Perabsurda sunt quae sub finem Iliadis lugenti Helenae in textu tradito tribuuntur verba Ω 765 sqq.:

ἤδη γὰρ νῦν μοι τόδ' ἐτεικοστὸν τέτος ἐστί,
ἐξ οὗ κεῖθεν ἔβην καὶ ἐμῆς ἀπελήλυθα πάτρης,
ἀλλ' οὔ πω σέ' ἄκουσα κακὸν τέπος οὐδ' ἀσύφηλον.

Sicine vero? *Vigesimus* iam vertitur annus ex quo patriam illa reliquit? De cuiusmodi numeris in Iliade hic illic obviis quid sit statuendum, a prisca nimirum poesi quam maxime fuisse alienos, antehac [1]) demonstrare studui; sed εἴνατον vel etiam δέκατον hoc loco si legeretur, recentioris quidem aetatis agnosceremus indicium, toleraremus tamen cum aliis quae sunt eiusmodi in carminis parte non antiquissima. Nunc dubitari nequit quin a stulto homine, Odysseae credo intempestive memori, interpolatus sit locus. Deleto versu molestissimo versum 766 post sequentem collocandum esse suspicor:

Ἕκτορ, ἐμῷ θυμῷ δαέρων πολὺ φίλτατε πάντων!
ἦ μέν μοι πόσις ἐστὶν Ἀλέξανδρος θεοειδής,
764 ὅς μ' ἄγαγε Τροίηνδ', — ὡς πρὶν ὤφελον ὀλέσθαι! —
767 ἀλλ' οὔ πω σέ' ἄκουσα κακὸν τέπος οὐδ' ἀσύφηλον
766 ἐξ οὗ κεῖθεν ἔβην καὶ ἐμῆς ἀπελήλυθα πάτρης.

Sic demum apte decurrit sententia.

Priscae poesi quam maxime nocuisse *computandi* studium neque primus dixi equidem neque primum nunc dico, at digna est ea res quae saepissime dicatur et mente semper teneat eam oportet quicunque in carminum Homericorum originem compositionem fata inquirat. Suo autem tempore computasse et numerasse, id interpretibus quam maxime est utile [2]).

Quae observatio nonnihil prodesse videtur locis compluribus Odysseae, ubi Penelopes commemorantur proci; nusquam enim apertius est discrimen inter carmen antiquum et additamenta recentiorum. Iliadis cantoribus vetustis *novem* sollemnis fuit numerus, prisco autem Odysseae poetae numerus sollemnis fuit *duodecim* [3]). Itaque Ulixes per secures duodecim transmittit sa-

1) Cf. cap. XXV, pag. 193 sqq.

2) Quae sequuntur partim desumsi ex opusculo de Boogschutter en de Weefster (p. 75—77).

3) Singulos locos nunc afferre aut indicare inutile videtur.

Digitized by Google

gittam, duodecim navibus in bellum Troianum est profectus, greges boum ovium suum capellarum habuit duodenas, stabulis duodecim famulum Eumaeum praefecit, a Marone duodecim vini amphoras accepit, cum duodecim comitibus intravit speluncam Cyclopis, duodena pallia, lodices, tunicas ab hospitibus dono accepisse se narrat Laërti, totidem denique pallia, tunicas, auri talenta revera dono accepit a Phaeacum principibus. Sunt enim in Scheria duodecim iuvenes nobiliores, reges dicti, quibus decimus tertius rex praeest Alcinous, pater Nausicaae puellae formosissimae, quam in matrimonium duodecim illi iuvenes sibi expetunt omnes.

Ithacae autem, perinde atque Scheriae, reguli fuere duodecim (π 251):

ἐξ αὐτῆς Ἰθάκης δύο καὶ δέκα πάντες ἄριστοι.

Duodecim hi proceres Ulixis absentis et — ut illi quidem cum multis putabant — dudum mortui uxorem Penelopen sibi expetiverunt, opum videlicet dignitatisque regiae non minus quam mulieris formosae appetentes. Ulixis in aedibus ut regnarent ipsi eiusque in toro reginam amplecterentur in votis iis fuit; interim quotidie in regiam convenerunt, ludis laetisque epulis ibi tempus triverunt, et cum advesperasceret κατακείοντες redierunt ποικίνδε ἕκαστος. Singuli autem singulas Penelopes ancillas sibi conciliarunt (χ 424), quarum fruerentur amore donec ipsam dominam uxorem ducere liceret. Optimo igitur iure de insolentia duodecim illorum iuvenum protervorum apud cives Ithacenses conquestus est Telemachus, ut primum exuta pueritia virum se gerere coepit; gravissimo autem supplicio mox eos ultus est ipse Ulixes in patriam redux. Frustra arma tunc iis ministravit Melanthius famulus improbus (χ 144).

Perspicua haec sunt et simplicia et optime inter se conveniunt omnia; haec priscum habuit carmen. Sed ut in bello Troiano, sic in Ulixis fatis enarrandis fama eundo crevit identidem, crevere numeri. Itaque poeta recentior Telemachum ad patrem haec fecit dicentem (π 241—253):

ὦ πάτερ, ἦ τοι σεῖο μέγα κλέος αἰὲν ἄκουον,
χειρός τ' αἰχμητὴν ἔμεναι καὶ ἐπίφρονα βουλήν.
ἀλλὰ λίην μέγ' ἔτειπες· ἄγη μ' ἔχει. οὐδέ κεν εἴη
ἄνδρε δύω πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισι μάχεσθαι,

Digitized by Google

μνηστήρων δ' οὔτ' ἄρ δεκὰς ἀτρεκὲς οὔτε δύ' οἶαι,
ἀλλὰ πολὺ πλέονες· τάχα τείσεαι αὐτὸς ἐπελθών.
ἐκ μὲν Δουλιχίοιο δύω καὶ πεντήκοντα
κοῦροι κεκριμένοι, τὲξ δὲ δρηστῆρες ἕπονται·
ἐκ δὲ Σάμης πίσυρες καὶ ἐείκοσι φῶτες ἔασι,
ἐκ δὲ Ζακύνθου ἔασιν ἐείκοσι κοῦροι Ἀχαιῶν,
ἐκ δ' αὐτῆς Ἰθάκης δύο καὶ δέκα πάντες ἄριστοι.
καί σφιν ἅμ' ἐστὶ Μέδων κήρυξ καὶ θεῖος ἀοιδὸς
καὶ δοιὼ θεράποντε δαήμονε δαιτροσυνάων.

Ex *duodecim* igitur procis illis Ithacensibus facti iam sunt *centum et octo* sive 9×12 [1]), qui undique ex insulis vicinis confluxisse dicuntur ut suas in aedes reginam abducant uxorem (α 276 τ 579 al.). Ad quam turbam ingentem obtruncandam cum Ulixi non sufficerent tela, — nam qualis ea foret pharetra, quae plus centum sagittas contineret! — arma mox induit ... intuentibus otiosisque scilicet adstantibus inimicis! ... et hasta reliquos confecit, sociis usus filio subulco bubulco.

Facillime a lectoribus hoc agentibus carmen antiquius a recentiore sic distinguitur. Itaque dubium esse non potest quid sit statuendum de versibus duobus in Odysseae editione Aristophanea olim lectis, quibus carent exemplaria nostra. Verba dico Telemachi in concilio plebis cum procis expostulantis (β 50 sqq.):

μητέρ' ἐμὴ μνηστῆρες ἐπέχραον οὐκ ἐθελούσῃ,
τῶν ἀνδρῶν φίλοι υἷες, οἳ ἐνθάδε γ' εἰσὶν ἄριστοι,

addebat Aristophanes:

ἄλλοι θ' οἳ νήσοισιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι,
Δουλιχίῳ τε Σάμῃ τε καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ.

Quos versus sive in libris quibusdam inventos recepit sive a se ipso confectos adiecit alios Odysseae locos imitatus, male fecit, corrumpunt enim contextum, id quod in scholiis optime est demonstratum, ita ut mirer Kirchhoffium genuinos ducentem. Soli reguli Ithacenses quotidie conveniunt in Ulixis megaron, ibique eius opes impudenter absumunt, pro dominis se gerentes videlicet, cum mortuum iam censeant regem priorem.

---

1) Admodum infeliciter hoc loco ita usus est Altenburg ut procos 118 fuisse statueret, dies igitur hibernos sive tertiam anni lunaris partem eos numero aequasse, — *famulos* nimirum sex et *praeconem* et *cantorem* et *scissores* duos iis annumerans!

Digitized by Google

Ab iis solis coram civibus sua repetit Telemachus potestve repetere. Ex insulis vicinis si qui convenissent proci, non verbis imperiosis adiissent reginam eiusve filium, nedum vi et minis in eos essent usi, sed precibus opinor donisque sibi devincire fuissent conati, cum ne umbra quidem iis esset iuris quo munus dominiumve regium sibi vindicarent. Neque potuissent ii quotidie nocte appropinquante domum suam redire.

Quae cum ita sint, libri β ille locus non ex similibus locis est explendus, sed facile suspicetur quispiam potius e libro α resecanda esse Telemachi verba, quae cancellis inclusa excripturus sum:

οὐδ' ἔτι κεῖνον ὀδυρόμενος στοναχίζω
οἷον, ἐπεί νύ μοι ἄλλα θεοὶ κακὰ κήδε' ἔτευξαν.
245 ὅσσοι γὰρ [νήσοισιν ἐπι κρατέουσιν ἄριστοι,
Δουλιχίῳ τε Σάμῃ τε καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ,
ἠδ' ὅσσοι] κραναὴν Ἰθάκην κάτα κοιρανέουσι,
τόσσοι μητέρ' ἐμὴν μνῶνται, τρύχουσι δὲ ποῖκον.

Praestat tamen nihil eiusmodi mutare, cum praesertim ferenda procul dubio sint eadem verba locis parallelis π 122 sq. — ubi δυσμενέας μάλα μυρίους sibi domi esse ait Telemachus, non de duodecim igitur inimicis loquens, sed de numero multo maiore — et τ 130 sq.; et omnino recentiora cum antiquioribus in vetustis fabulis ita concreverunt ut salvis ipsis carminibus secerni iam nequeant. Dixeris autem poetam, qui Telemachi cum Minerva sive Mente colloquium cecinit, plures quam duodecim procos in Ulixis aedibus convivantes cogitasse.

δ 271—289. — Versus, quos excripturus sum, in infamiam quandam inciderunt non recte explicati, itaque ferro et igne sanandi vel etiam toti extirpandi multis sunt visi. Mihi optime habere videntur. Unus excipiendus est versus 279, quem πάνυ γέλοιον suo iure vocarunt prisci interpretes. Sed hoc deleto restat fabula lepida suo tempore aptisque verbis enarrata [1]).

Spartae sumus. Post cenam illic in megaro regio confabulantur Helena et Menelaus cum hospitibus iuvenibus. Ulixis illa extollit virtutem et prudentiam, quibus Troia capta et ipsa

1) Cf. supra pag. 215.

Digitized by Google

liberata est olim. Assensus ei Menelaus: *„verissima sunt ista, o uxor carissima! Et ego expertus novi!*

οἷον καὶ τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνὴρ
ἵππῳ ἔνι ξεστῷ, ἵν' ἐνήμεθα πάντες ἄριστοι
Ἀργείων, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες.
ἦλθες ἔπειτα σὺ κεῖσε, — κελευσέμεναι δέ σ' ἔμελλε
δαίμων, ὃς Τρώεσσιν ἐβούλετο· κῦδος ὀρέξαι! —
καί τοι Δηΐφοβος θεοειδέλεος ἕσπετ' ἰούσῃ.
τρὶς δὲ περίστειξας κοῖλον λόχον ἀμφαφάουσα,
ἐκ δ' ὀνομακλήδην Δαναῶν ὀνόμαζες ἀρίστους
[πάντων Ἀργείων φωνὴν ἴσκουσ' ἀλόχοισι].
αὐτὰρ ἐγὼ καὶ Τυδεΐδης καὶ δῖος Ὀδυσσεὺς
ἥμενοι ἐν μέσσοισιν ἀκούσαμεν, ὡς ἐβόησας.
νῶι μὲν ἀμφοτέρω ὀρμηθέντε μενεήναμεν
ἢ ἐξελθέμεναι ἠ' ἔνδοθεν αἶψ' ὑπακοῦσαι·
ἀλλ' Ὀδυσεὺς κατέρυκε καὶ ἔσχεθε τιεμένω περ.
ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἀκὴν ἔσαν υἷες Ἀχαιῶν,
Ἀντίκλος δὲ σέ γ' οἷος ἀμείψασθαι τεπέεσσι
ἤθελεν. ἀλλ' Ὀδυσεὺς ἐπὶ μάστακα χέρσ' ἐπίεζε
νωλεμέως κρατερῇσι, σάωσε δὲ πάντας Ἀχαιούς·
τόφρα δ' ἔχ', ὄφρα σε νόσφιν ἀπήγαγε Παλλὰς Ἀθήνη." —

Haec igitur sunt quae narrat Menelaus:

In equo ligneo inclusi eramus Argivorum principes, Troiani autem in arce sua ipsi eum collocaverant dementes. Tu sola intra Troiae moenia sciebas quid sibi vellet ingens illa moles, quippe paucis diebus ante ab Ulixe edocta, cum speculator ille in urbem clam penetrasset [1]). Retinere igitur non potuisti te quin tunc cum nox venisset clam adires machinam, in qua maritum et amicissimum quemque Achivorum latere sciebas. Nempe impellebat te curiositas feminea, et ductam credo a Troiae daemone tutelari, Apolline vel Iove vel quisquis fuit, ut tua ipsius temeritate perderentur qui Troianis erepturi te aderant, ipsa autem Troia etiam servaretur. Itaque cum ad equum accessisses, me ceterosque reges intus abditos nominatim alloquebaris, — solam te rata nimirum nec quemquam in vicinia esse qui audire te posset. At secutus te erat Deipho-

1) Cf. vs. 256.

Digitized by Google

bus [1]) et proximus stabat insciae: — quid si ex equi alvo tibi respondissemus! Et tutum tamen videbatur fidae amicae respondere alloquenti! Sed cautissimus ille Ulixes nec facile cuiquam nisi sibi ipsi confisus tacere nos iussit et cohibuit nobis ora. Tacuimus! Insanire autem te putavit Deiphobus longi desiderii dolore efferatam, et mox Ulixis patrona Minerva illinc te abduxit. Latuit igitur fraus, actum erat de Troia, ultima spes salutis ei erat erepta: paucis horis post capta est.

Nonne optime haec cohaerent et decurrunt? Unum versum 279 improbanti Aristarcho assentiri me dixi supra, nec multos illum versum defensuros puto. Inseruit eum qui non intellegeret Helenam parum quidem cautam sed *benevolam* tamen ad equum ligneum accessisse. Sed et versus 285—289 damnantem Aristarchum non iam sequor; immo necessarius potius quam molestus mihi videtur versus ultimus, quo Achivorum ipsiusque praesertim Ulixis patrona Minerva, quae hoc quoque ab iis avertit periculum, opponitur deo tutelari Troianorum, qui Helenam et Deiphobum illuc adduxerat. Facilius igitur careamus versibus 280—284 quam ultimis quinque; sed praestat opinor praeter versum 279 nihil hoc loco delere.

η 259—262 de Ogygia insula Ulixes:

ἔνθα μὲν ἑπτάετες 'μένον ἔμπεδον, εἵματα δ' αἰεὶ
δάκρυσ' ἐδεύεσκον, τά μοι ἄμβροτα 'δῶκε Καλυψώ·
ἀλλ' ὅτε δὴ ὄγδοόν μοι ἐπιπλόμενον ϝέτος ἦλθε,
καὶ τότε δή μ' ἐκέλευσεν ἐποτρύνουσα νέεσθαι κτέ.

Versum 261 vitio laborare testantur numeri, et multa tentarunt multi. Equidem verbis aliter dispositis sanasse eum visus mihi sum aliquando:

ἀλλ' ὅτε δή μοι ἐπιπλόμενον ϝέτος ὄγδοον ἦλθε,

sed opposuit Agar versus I 474 et h. Cer. 51:

(εἰνάνυχες δὲ ...,) ἀλλ' ὅτε δὴ δεκάτη μοι ἐπήλυθε νὺξ ἐρεβεννή.
(ἐννῆμαρ μὲν ...,) ἀλλ' ὅτε δὴ δεκάτη ϝοι ἐπήλυθε Φαινολὶς ἠώς.

Quibus locis collatis viro illi docto concedo non mutandum nostro loco videri ordinem verborum; veri autem inveniendi viam a Fickio indicatam iam arbitror, qui coniecit: ἔνθ' ὀκτὼ

1) Non ἄμ' ἕσπετο dicit Menelaus, sed solum ἕσπετο!

Digitized by Google

ϝέτεα μένον et: ἀλλ' ὅτε δὴ ἔνατόν μοι. Ipsa tamen poetae verba ut ille restituerit vereor, cum praesertim particula μέν servanda potius sit quam delenda. Et lenior et nisi egregie fallor multo probabilior est haec correctio:

ἔνθα μὲν εἰν ἀϝετες 'μένον ἔμπεδον, ...
ἀλλ' ὅτε δὴ δέκατόν μοι ἐπιπλόμενόν ϝέτος ἦλθε.

Novem igitur annos Ulixes transegerit in spelunca Calypsus, ut Vulcanus in Thetidis (Σ 400).

θ 315 sqq. Vulcani caelites convocantis ut Martem Veneremque adulteros in eius toro captos deprehendant haec sunt verba:

οὐ μέν σφεας ἔτ' ἔολπα μίνυνθά γε κειέμεν' οὕτως,
καὶ μάλα περ φιλέοντε! τάχ' οὐκ ἐθελήσετον ἄμφω
εὐδέμεναι! ἀλλά σφε δόλος καὶ δεσμὸς ἐρύξει,
εἰς ὅ κέ μοι μάλα πάντα πατὴρ ἀποδώῃ ἔϝεδνα.

Quo loco sitne verbi ϝέϝολπα revocandus sonus initialis, et si ita videatur, quomodo fieri id debeat, non rogo nunc, sed quid significent verba allata scire cupiens non habeo quod statuam. Nam μίνυνθα non significat *aliquantisper*, sed *per breve tantummodo temporis spatium*, id quod optime docet particularum μίνυνθά περ, οὔ τι μάλα δηήν iunctura: *paulisper nec sane diu* (A 416 N 573 χ 473), vel locutio: οὐ πολλὸν ἐπὶ χρόνον ἀλλὰ μίνυνθα (ο 494). Itaque μινυνθάδιος qui vocatur, non *per annos aliquot victurus* sed *brevi moriturus* dicitur, αἰὼν μινυνθάδιος est *vita cito finita*; finem denique spatii, non ipsum spatium indicat haec stirps [1]). Nostro igitur loco verba ϝέϝολπα μίνυνθά γε κειέμεν' οὕτως idem dicunt quod: ϝέϝολπα οὐ πολλὸν ἐπὶ χρόνον vel οὔ τι μάλα δηὴν κειέμεναι. Quae cum ita sint, apparet negationem οὐ versus initio male habere et ἤ potius esse scribendum:

ἤ μέν σφωε ϝέϝολπα —

profecto haud diu ita ut nunc iacebunt (inter se amplexibus haerentes nimirum), *quantumvis amore stimulati; mox sat scio surgere cupient* (cum adstabimus omnes): *at non licebit surgere aut aufugere priusquam redditum sit mihi pretium quo perfidam uxorem olim emi. Tum demum vinclis eos solvam.*

---

1) De ceteris locis quibus μίνυνθα legitur (Δ 456 Λ 317, 539 M 356 Ξ 358 P 277 T 27 Ψ 97 λ 501) eadem valent.

Digitized by Google

Viginti sunt saecula et amplius, per quae Odysseae lectores senserunt non concinere inter se quae de Charybdi Ulixi narravit Circe (μ 104 sq.):

δῖα Χάρυβδις ἀναρροιβδεῖ μέλαν ὕδωρ·
τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ
δρεινόν. μὴ σύ γε κεῖθι τύχοις ὅτε ῥοιβδήσειε!

et quae ipse Ulixes mox expertus esse dicitur (vs. 429—441). Nam ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι cum ad illam voraginem pervenisset, illa

ἀνερροίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ,

etiam carinam cui insidebat Ulixes devoravit, ipse autem ingentis arboris radicibus arreptis effugit perniciem, dein expectavit donec vorago praedam redderet. Diu expectavit,

ἦμος δ' ἐπὶ δόρπον ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνέστη
κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν,
τῆμος δὴ τά γε δοῦρα Χαρύβδιος ἐξεφαάνθη.

Non constare hanc rationem nemo non videt; nam vorago quae ter quotidie undas resorberet, ter revomeret, ea ut inde a diei initio usque ad cenae vespertinae tempus praedam absumtam faucibus retineret fieri non potuit.

Ergo fuerunt olim qui priore loco pro τρὶς ... τρὶς scriberent δὶς ... δὶς, coniectura non admodum probabili. Fuit etiam qui illum versum totum deleret. Cui et ego fidem olim habui, nunc perspexi non sequendum; nam nisi servetur ille versus, explicari nequeunt in versu sequenti verba ὅτε ῥοιβδήσειε. Non illa verba, quae et Vergilius et Ovidius secuti sunt, corrigenda sunt aut omittenda, sed vitium contraxit locus posterior. Ad quod deprehendendum non magna profecto sagacitate multave eruditione opus est: sufficit recordari Philocleonis ἐκείνου τοῦ Φιλιηλιάστου, qui inde a diei initio iudex sedere solebat, dein cum cibis triobolo suo emtis domum redux τῷ ἀρίστῳ sive cena meridiana mox cum suis laetus fruebatur. Ante meridiem Athenis finis fiebat iudiciorum, ut et ceterorum negotiorum publicorum: res notissima. Neque alius erat mos tempore Homerico; itaque si qui iudex

κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν

tamdiu iuri dicundo vacasset ut ipsa cenandi instaret hora, ἀγορῆθεν ἀνέστη is ... non ἐπὶ δόρπον sive *cenam vespertinam*, sed ... opusne etiam dicere? — „ἐπὶ δεῖπνον!" multos respon-

Digitized by Google

suros arbitror. Nam aevo Homerico — id quoque in vulgus notum — ἐδείπνουν homines brevi post meridiem, eo igitur diei tempore quo comici aequales Athenienses τῷ ἀρίστῳ sive prandio altero (*lunch*) uti solebant.

„*Diem*" igitur si in loci nostri versu 105 cum priscis interpretibus intellegimus τὸ νυχθήμερον, — neque aliter vox nunc potest accipi, nam noctu quievisse Charybdin quis credat! — rem sic fere nobis fingere poterimus: Charybdin undas

sorbuisse per horas nocturnas 11—3, matutinas 7—11, pomeridianas 3—7,

revomuisse per horas matutinas 3—7, meridianas 11—3, vespertinas 7—11.

Aut — nam hanc quoque interpretationem verba poetae admittunt — si subitaneo nisu illa certis intervallis modo vorabat, modo eructabat, interim quiescens, dicamus eam

sorbuisse hora nocturna 1, matutina 9, pomeridiana 5,

revomuisse hora matutina 5, pomeridiana 1, vespertina 9.

Quod si per se spectata coniectura, quam proposui, satis placeat, id quidem non vereor, ne audaciorem quam quae probari possit eam dicturi sint qui meminerint quam multis locis Homericis in δείπνου nominis locum irrepserit δόρπον illudve in huius. Omnium utilissimus nunc nobis est versus Λ 86:

ἦμος δὲ δρυτόμος περ ἀνὴρ ὠπλίσσατο δεῖπνον,

ubi δόρπον habebat editio Zenodoti. Item δόρπον pro δεῖπνον ι 311 habent codices optimi G et F, κ 116 G X alii; contra Λ 730 Zenodotus δεῖπνον legebat pro δόρπον, item β 20 codex praestantissimus G et ι 344 optimus quisque. Frequens igitur illa fuit confusio, ad quam pelliciebat mutatum cenarum tempus; recentiori enim aevo τὸ δεῖπνον erat cena vespertina, quam δόρπον dicebant heroes [1]).

Expellendam vero vocem δεῖπνον suspicor Θ 53. Nam postquam ἅμ' ἠῷ initum est deorum concilium (vs. 1—52), sequitur:

οἳ δ' ἄρα δεῖπνον ἕλοντο κάρη κομάοντες Ἀχαιοί,

dein armis sumtis pugnam cum Troianis ineunt.

---

1) De recentibus Homeri imitatoribus (Apollonio, Nicandro, aliis) vocem δόρπον non recte adhibentibus cf. Lehrs Arist.[2] p. 130.

Digitized by Google

ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ,
τόφρα μάλ' ἀμφοτέρων βέλε' ἤπτετο, πίπτε δὲ λαός·
ἦμος δ' ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφεβεβήκει,
καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα,
κτἑ.

Per *priorem* igitur *diei partem* aequo marte pugnatum esse patet, itaque nisi artificiis nescio quibus efficere velimus ut δεῖπνον non iam dicta sit cena quae medio fere diei tempore sumitur, non constat ratio temporis. Quidni igitur legimus:

οἳ δ' ἄριστον ἕλοντο?

Utitur ea voce Homerus Ω 124 et π 2.

Quid significant quae de Odysseae compositione scripsit Aristoteles Poet. 8?

Tragoedia — philosophus ait — est πράξεως σπουδαίας καὶ τελείας μίμησις, egregium autem exemplum poetis tragicis praebuit Homerus, ex quo optime potest disci quid sit fabulae argumentum bene cohaerens et vere unum. Nam alii poetae epici quaecunque Herculi vel Theseo acciderunt in carmina sua receperunt, satis bene haec cohaerere rati si unus idemque heros per singulas eorum partes celebraretur; at ille Ὀδύσσειαν ποιῶν οὐκ ἐποίησεν ἅπαντα ὅσα αὐτῷ συνέβη, οἷον πληγῆναι μὲν ἐν τῷ Παρνασσῷ, μανῆναι δὲ προσποιήσασθαι ἐν τῷ ἀγερμῷ, — ὧν οὐδὲν θατέρου γενομένου ἀναγκαῖον ἢ εἰκὸς ἦν [1]) θάτερον γενέσθαι, — ἀλλὰ περὶ μίαν πρᾶξιν οἵαν λέγομεν [2]) τὴν Ὀδύσσειαν συνέστησεν.

Ex his verbis Payne Knight efficiebat Aristotelem non in Odyssea sed in alio carmine epico legisse quae Odyssea nostra habet τ 394—466; illic enim fuse narrari quomodo in Parnasso Ulixes iuvenis ab apro fuerit percussus, Aristotelem autem disertis verbis testari in Odyssea non cani Ulixem in Parnasso vulneratum. Quin ulterius etiam progressus Knight delebat τὰ Νίπτρα sive libri τ partem alteram (τ 343—587), veterum criticorum iudicium sequi se ratus. Quem deceperant obiter inspecta verba Eustathii p. 1867, 12: Ὀδυσσεὺς οὐκ ἂν ἴσως δοκοίη σκέψασθαι καλῶς ὑπὸ τοιαύτης γυναικὸς τοὺς πόδας νίψασθαι, οἷα

1) ἢ εἰκὸς ἦν] ἦν εἰκὸς codex unicus.
2) λέγομεν] λέγοιμεν codex.

Digitized by Google

αἱρούμενός, Φασι, τὴν δυναμένην ἐκ τῆς ἐπισήμου γνωρίσαι αὐτὸν οὐλῆς. διὸ καὶ ἀθετεῖται ὁ τοιοῦτος τόπος παρὰ τῶν παλαιῶν." Nam *ὁ τόπος* quem Eustathius dicit non tota sunt Niptra, sed soli versus 346—348, quos damnabat Aristarchus.

Missa igitur Knightii audacia id unum rogemus sitne credibile id quod ex Aristotelis verbis ille efficiebat, philosophum in Odyssea non legisse quae nunc de vulnere Ulixi in Parnasso aliquando inflicto narrantur τ 394—466. Hoc unum nunc perpendamus: prisco poetae an recentiori alicui illi versus debeantur, eam quaestionem ne moveamus nunc, utpote ab argumento in quo versamur alienam.

Responderi debet, veri dissimillimum, immo prorsus incredibile esse, post Aristotelis aetatem textum Odysseae magnopere mutatum talibusve incrementis auctum esse. Et unum certe e versibus proscriptis „ex Homero" affert Plato (Rep. 334*a*) — ubinam in Homero sibi lectum nisi eo loco ubi et nos eum legimus?

Ergone Aristotelem fefellit memoria? At minus etiam id credibile. Nam, ut in singulis verbis carminum epicorum memoriter afferendis errare potuerit et plus semel erraverit, at tantae carminis partis eum prorsus aliquando fuisse oblitum, — neque, si fuerit, a quovis discipulo illum errorem statim fuisse correctum, — id quis in animum sibi inducat!

Restat, opinor, ut verba illa Aristotelis aliter interpretemur. Qui non vetat in dramate vel in carmine epico variarum rerum hic illic fieri mentionem, sed negat satis bene cohaerere opus poeticum, in quo secundum temporis ordinem enarrentur quaecunque uni alicui homini acciderint. Ulixes puer apud Laertem degens, dein vulneratus iuvenis, postea vesanum se simulans ne uxore relicta in Asiam proficisci cogatur, mox bellum illic gerens, tum post varios errores domum redux procos trucidans, tandem a filio sibi ignoto interfectus ipse, haec et si qua alia ille fecit aut perpessus est ordine enarrata *vitam* efficiunt, non artis opus integrum et solidum; non enim iusto vinculo inter se cohaerent. Non alterum ex altero profluxerunt, sed ita ut caecae fortunae libitum fuit alterum alteri successerunt. Talia sive soluta oratione sive ligata referre mythographi est potius quam poetae. Sed Homerus verum carmen condidit, e tanta

Digitized by Google

materiei copia argumento feliciter electo; cecinit enim Ulixis *in patriam reditum*. Huic autem carmini suo loco inseruit quaecunque de rebus antea ab heroe gestis referre habuit operae pretium: puerum in horto cum patre ambulantem, Troiam callido eius consilio captam, varios multorum annorum errores, alia; et sic etiam iter illud Ulixis iuvenis ad avum, apud quem cum degeret a fera bestia est vulneratus, in transitu apte enarrare potuit. Sic in tragoediis inter se confabulantes actores multa nos docent, quae ante ipsius fabulae initium acciderunt; qualia non partem aliquam dramatis efficiunt neque divellunt retardantve rem quae agitur, sed in transitu sive paucis verbis commemorata sive fuse enarrata suam utilitatem suumque decus habent.

Haec dicere voluit Aristoteles et debuit. Sed aut concisius locutus non satis perspicue dixit id quod volebat, aut librariorum culpa hoc loco libelli, ut aliis permultis, vitiata sunt eius verba. Hoc puto equidem, suspicor autem ita supplendum esse textum:

Ὀδύσσειαν γὰρ ποιῶν οὐχ ⟨ἑξῆς⟩ ἐποίησεν ἅπαντα ὅσα αὐτῷ συνέβη κτέ.

Sed disputandi finis est faciendus. Prius tamen versus quidam episodii, quod modo tetigimus, an possit emendari periculum videtur faciendum.

τ 444. Scarabaei escam devorantis vel pulicis salientis cum „pedes ambo" commemorantur apud comicum, non est cur aut ipsum aut librarios socordiae insimulemus; talibus enim locis qui loquuntur suo iure neglegunt ceteros istarum bestiolarum pedes quatuor. Sed apud Homerum de apro in recessu montis latitanti cum legimus:

τὸν δ' ἀνδρῶν τὲ κυνῶν τε περὶ κτύπος ἦλθε ποδοῖιν,
ὡς ἐπάγοντες ἐπῆσαν,

aliter profecto se habet res, non enim binis sed quaternis ut opinor pedibus canes venatici solum feriunt dum silvarum lustrant latebras. Ergone sufficit observasse viris tamen esse pedes binos, per enallagen igitur vel synecdochen etiam de canibus ita iam loqui poetam? O figurarum grammaticarum nomina docta et sonora! Quae aliquid fortasse valeret explicandi

Digitized by Google

ratio, si κυνῶν τ' ἀνδρῶν τε legeretur, *proximo* enim sic nomini conveniret numerus dualis; nunc vero plane nihili est. Id quod probe sensit grammaticus ignotus, qui in codice Veneto 647 (n) scripsit ἦλυθε ποσσίν. Quamquam paradiorthoma hoc esse nemo non videt, nam *genitivus*, non *dativus* requiritur; cuiusmodi vitium in cunctos nostros libros irrepsit Τ 282:

καὶ δ' ἄχος οἱ χύτο μυρίον ὀφθαλμοῖσιν,

ubi dualis numeri *genitivum* ὀφθαλμοῖιν restituit Bentley (coll. Ι 696 Ψ 765 al.).

Quid igitur? Ferendumne foedum textus traditi ulcus, utpote insanabile? An ordine verborum mutato licet scribere:

τὸν δὲ περὶ κτύπος ἦλθε ποδῶν ἀνδρῶν τε κυνῶν τε?

Fortasse huic coniecturae favet versus sequentis initium in quibusdam codicibus sic scriptum:

οὓς vel ἃς ἐπάγοντες ἑπῆσαν.

Nam hae lectiones nasci quomodo potuere, nisi versum proximum claudebat vox κυνῶν τε?

AD LUCIANUM.

Ad filium Panem cornutum, barbatum, cornipedem, hirco denique quam deo similiorem Mercurius, quem prolis adeo deformis pudet (Deor. Dial. 22 § 4):

„οἶσθα οὖν, ὦ τέκνον, ὅ τι χαριεῖ τὸ πρῶτον αἰτοῦντί μοι;"

Respondet Pan: „πρόσταττε, ὦ πάτερ".

Dein Mercurius: „ἡμεῖς μὲν ἴδωμεν ταῦτα, καὶ πρόσιθί μοι καὶ φιλοφρονοῦ· πατέρα δ' ὄντα μὴ καλέσῃς ἀκούοντός τινος".

Ultimi enuntiati initium nihil est. Quapropter fuere qui delerent. Sed talia non sponte nascuntur, neque iis deletis iusta manet oppositio inter priorem partem et posteriorem. Legendum est:

„ἡμεῖς μὲν ἦν ὦμεν αὐτοί, καὶ πρόσιθι" κτέ.

„*Cum soli erimus, accede et me exosculare, sed coram aliis patrem ne nuncupes cave!*" v. L.

Digitized by Google

THUCYDIDEA.

SCRIPSIT

I. C. VOLLGRAFF.

(*Continuantur e T. XXXIII p.* 441).

THUCYDIDIS HISTORIAE. Recensuit CAROLUS HUDE HAUNIENSIS. Lipsiae 1901.

In Thucydidis libro septimo, communi principum virorum sententia artis historicae monumento incomparabili [1]) — et sane quid unquam in hoc quidem genere ab iis qui post nostrum vixerunt, aptius perfectiusve prolatum est concisa illa cladis Siciliensis descriptione tam dignitatis quam doloris plena? — acutam tot interpretum et criticorum sollertiam atque industriam nobis iam paene otium fecisse dixeris. Nonnulla tamen etiamnunc expolienda et rectius constituenda supersunt.

VII c. 3 § 5.

*καὶ τριήρης τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἁλίσκεται τῶν Ἀθηναίων ὑπὸ τῶν Συρακοσίων ἐφορμοῦσα * τῷ * λιμένι.*

Collatis VI 102 § 4 (*κατέπλεον ἐς τὸν μέγαν λιμένα*) et VII 4 § 4 (*ἔστι δὲ ἄκρα .... ἡ προύχουσα τοῦ μεγάλου λιμένος τὸ στόμα στενὸν ποιεῖ*) Bekkerus merito praetulit codicis B lectionem *τῷ μεγάλῳ λιμένι.*

Praeterea necessario supplendum erit ‹*ἐπὶ*› *τῷ μ. λ.* Trire-

1) „There is no prose composition in the world, not even the *De Corona*, which I place so high as the *seventh* book of Thucydides. It is the *ne plus ultra* of human art." LORD MACAULEY.

Digitized by Google

mis quae capiebatur, hostilem classem observandi causa in statione erat *ad magnum portum*.

Sic Xenoph. Hell. VI 2 § 7 recte legitur: *πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἐπὶ τῷ λιμένι, ὁπότε μὴ χειμὼν κωλύοι, ἐφώρμει.* Ἐφορμεῖν cum nudo dativo vel cum *πρός τινα* iunctum, quod significat *in statione se continentem imminere et insidiari alicui* quodque e. g. usurpatum videbis de praedonibus qui coram portubus ad ancoram stantes onerarias egredientes speculantur, huius loci non est. Contra locum suum habet Thuc. VII 12 i. f.: *οὐ γὰρ ἐφορμοῦσιν ἄλλοις*: *non enim adversus alios* (hostium naves) *in statione sunt* et VIII 11 § 1: *πρὸς μὲν τὰς πολεμίας ναῦς ἐπέταξαν ἐφορμεῖν ἱκανάς.* Cf. etiam Xenoph. Hell. I 6 § 35: *ἔδοξε ... πλεῖν ἐπὶ τὰς καταδεδυκύας ναῦς ..... ταῖς δ' ἄλλαις ἐπὶ τὰς μετ' Ἐτεονίκου τῇ Μυτιλήνῃ ἐφορμούσας* i. e. *ut cum ceteris navigarent adversus naves quibus Eteonicus Mytilenen obsidebat.*

VII c. 5 § 4.

καὶ διανοεῖσθαι οὕτως ἐκέλευεν αὐτοὺς (ὁ Γύλιππος) *ὡς τῇ μὲν παρασκευῇ οὐκ ἔλασσον ἔξοντας, τῇ δὲ γνώμῃ οὐκ ἀνεκτὸν ἐσόμενον εἰ μὴ ἀξιώσουσι Πελοποννήσιοί τε ὄντες καὶ Δωριῆς Ἰώνων καὶ νησιωτῶν καὶ ξυγκλύδων ἀνθρώπων κρατήσαντες ἐξελάσασθαι ἐκ τῆς χώρας.*

Quis admonitus non sentit praestare *οὐκ ἔλασσον ἔχοντας*? Cogitare debebant Syracusani apparatu bellico se inferiores non esse; intolerabile vero fore, si non hoc sibi sumerent ut Iones e sua regione eicerent.

VII c. 6 in.

ὁ δὲ Νικίας καὶ οἱ Ἀθηναῖοι νομίζοντες, καὶ εἰ ἐκεῖνοι μὴ ἐθέλοιεν a) *μάχης ἄρχειν, ἀναγκαῖον σφίσιν εἶναι μὴ περιορᾶν παροικοδομούμενον τὸ τεῖχος κτέ.*

a) cod. H habet: *εἰ μὴ ἐκεῖνοι* omisso *καί*.

Expectes: *εἰ καὶ ἐκεῖνοι μὴ ἐθέλοιεν.*

VII c. 8 § 3.

καὶ οἱ μὲν (nuntii a Nicia Athenas missi) *ᾤχοντο Φέροντες, οὓς ἀπέστειλε, τὰ γράμματα καὶ ὅσα ἔδει αὐτοὺς εἰ-*

Digitized by Google

πεῖν· ὁ δὲ τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον διὰ Φυλακῆς μᾶλλον a) ἤδη ἔχων ἢ δι' ἐκουσίων b) κινδύνων ἐπεμέλετο.

a) μᾶλλον codd. B et H; reliqui om.; b) ἤδη ἐκουσίων AEF.

Hudius satis habuit cum Stahlio scripsisse ὡς ἐπέστειλε; Pluygersii Cobeti Herwerdeni coniecturas omisit. Equidem malo Cobetum sequi (ad Hyper. Or. Fun. p. 61) cum vv. οὓς ἀπέστειλε, utpote stulte abundantia et alienissimo loco inserta, tum ὅσα ἔδει αὐτοὺς εἰπεῖν, utpote manifesto nata e capitis insequentis initio: ὅσα τε ἀπὸ γλώσσης εἴρητο αὐτοῖς, inducentem.

Ultima quae procul dubio adulterata sunt, criticos multum ne dicam nimium exercuerunt. De quibus operae pretium est adire Bloomfieldum. Quamquam non apparet Cassium Dionem, Thucydidis imitatorem a Bloomfieldo laudatum L. 47 c. 36 (ἀλλ' αὐτοί τε διὰ Φυλακῆς μᾶλλον ἢ διὰ κινδύνων τὸ στρατόπεδον ἐποιοῦντο) meliorem huius loci scripturam cognovisse quam nostri libri exhibent. Badhami coniectura διὰ Φυλακῆς μᾶλλον [ἤδη] ἔχων ΗΔΗ ἐκουσίων κινδύνων ἐπεμέλετο propterea stare non potest quod ἐπιμέλεσθαί τινος semper et ubique alicuius rei *curam gerere*, minime vero *cavere* et *vitare* aliquid significat. Equidem in cauda venenum latere suspicor, quam aut tollamus aut mutemus necesse erit. In mentem venit et:

ὁ δὲ τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον διὰ Φυλακῆς μᾶλλον ἤδη ΕΙΧΕΝ ἢ δι' ἐκουσίων κινδύνων [ἐπεμέλετο]

et

... μᾶλλον ἤδη ἔχων [ἢ δι'] ἐκουσίων κινδύνων ΑΠΕΙΧΕΤΟ.

VII c. 12 § 3.

τὸ γὰρ ναυτικὸν ἡμῶν, ἥπερ κἀκεῖνοι πυνθάνονται, τὸ μὲν πρῶτον ἤκμαζε [καὶ τῶν νεῶν τῇ ξηρότητι καὶ τῶν πληρωμάτων τῇ σωτηρίᾳ]· νῦν δὲ αἵ τε νῆες διάβροχοι ..... καὶ τὰ πληρώματα ἔφθαρται.

Perquam, si quid iudico, ridicule classis Atheniensium tam navium siccitate quam hominum incolumitate florere dicitur. Fidenter abice emblema quod originem ducit e continuo sequentibus. Verbum quod est ἀκμάζειν saepissime de qualibet re absolute ponitur. Sic II 31 § 2 ἀκμαζούσης ἔτι τῆς πόλεως καὶ οὔπω νενοσηκύας et huius ipsius septimi libri c. 63 § 4 de ipsa

Digitized by Google

classe legitur: καταφρονήσαντες δὲ .... Σικελιωτῶν, ὧν οὐδ' ἀντιστῆναι οὐδεὶς ἕως ἤκμαζε τὸ ναυτικὸν ἡμῖν ἠξίωσεν κτέ.

Ibidem in fine.

καὶ αἱ ἐπιχειρήσεις ἐπ' ἐκείνοις καὶ ἀποξηρᾶναι τὰς σφετέρας μᾶλλον ἐξουσία.

Qui vocem ἐξουσία quam omittit codex Britannicus, cum Stahlio delendam esse censet, ei necessario supplendum erit:

αἱ ἐπιχειρήσεις .... καὶ ⟨τὸ⟩ ἀποξηρᾶναι.

VII c. 18 § 4.

καὶ ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ σίδηρόν τε περιήγγελλον κατὰ τοὺς ξυμμάχους καὶ τἆλλα ἐργαλεῖα ἡτοίμαζον ἐς τὸν ἐπιτειχισμόν, καὶ τοῖς ἐν τῇ Σικελίᾳ ἅμα [ὡς ἀποπέμψοντες ἐν ταῖς ὁλκάσιν] ἐπικουρίαν αὐτοί τε ἐπέριζον καὶ τοὺς ἄλλους Πελοποννησίους προσηνάγκαζον.

Quibusnam in ὁλκάσιν? roget quispiam. Facile videre est verba inducta quae plane otiosa sunt et orationis cursum impediunt, fluxisse e capitis antecedentis § 3: οἱ γὰρ Κορίνθιοι .... πολλῷ μᾶλλον ἐπέρρωντο καὶ ἐν ὁλκάσι παρεσκευάζοντο αὐτοί τε ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐς τὴν Σικελίαν καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Πελοποννήσου οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ αὐτῷ τρόπῳ [πεμψοντες] [1]).

VII c. 19 § 3.

οἱ δ' ἐν τῇ Πελοποννήσῳ ἀπέστελλον περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ταῖς ὁλκάσι τοὺς ὁπλίτας ἐν τὴν Σικελίαν.

Aut legendum ἐν ὁλκάσι ut c. 17 § 3 aut expungendum ταῖς ὁλκάσι.

VII c. 21 § 3.

ξυνανέπειθε δὲ καὶ ὁ Ἑρμοκράτης οὐχ ἥκιστα τοῦ a) ταῖς ναυσὶ μὴ ἀθυμεῖν ἐπιχειρῆσαι b) πρὸς τοὺς Ἀθηναίους.

a) incl. Hudius; b) ἐπιχειρῆσαι Hudius cum cod. Brit.: ἐπιχειρήσειν reliqui codd. omnes; ut embl. exp. Stahlius.

Genetivo τοῦ, ut vidit Hudius, hic nullus locus est. Sed tamen cum Stahlio malim: ἥκιστ' αὐτοὺς, nam verbum ante-

1) πέμψοντες secl. Herwerdenus.

Digitized by Google

cedens aegre caret obiecto suo. Ceterum nescio an recte Dobraeus coll. V, 91 in. (*ἡμεῖς δὲ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς .... οὐκ ἀθυμοῦμεν τὴν τελευτήν*) suspicatus sit Thucydidis manum fuisse *ἐπιχείρησ*IN. Idoneam certe sententiam obtineremus scribendo:

ξυνανέπειθε δὲ καὶ ὁ Ἐ. .... αὐτοὺς μὴ ἀθυμεῖν <τὴν> ταῖς ναυσὶν ἐπιχείρησιν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους.

Ibidem in proxime sequentibus:

λέγων οὐδ' ἐκείνους πάτριον τὴν ἐμπειρίαν οὐδ' ἀΐδιον τῆς θαλάσσης ἔχειν, ἀλλ' a) *ἠπειρώτας μᾶλλον τῶν Συρακοσίων ὄντας καὶ ἀναγκασθέντας ὑπὸ Μήδων ναυτικοὺς γενέσθαι.*

a) *ἀλλ'* deest in cod. B sed teste Hudio aliquod spatium relictum est.

Coniunctio *ἀλλ'* ante *ἠπειρώτας* ut fulcrum a sciolo orationi ruenti scilicet supposita cum Herwerdeno resecanda erit, nisi forte noster dederit *ἄλλως τε καὶ*, quod et sententiae et usui loquendi eius perinde satisfacit.

Cf. VII, 48 § 2: *χρημάτων γὰρ ἀπορίᾳ αὐτοὺς ἐκτρυχώσειν, ἄλλως τε καὶ ἐπὶ πλέον ἔτι ταῖς ὑπαρχούσαις ναυσὶ θαλασσοκρατοῦντες.*

Ibidem:

καὶ πρὸς ἄνδρας τολμηρούς .... τοὺς ἀντιτολμῶντας χαλεπωτάτους αὐτοῖς φαίνεσθαι.

Codices titubant inter *αὐτοῖς* et *αὐτούς*; Classenius parum probabiliter edidit: *<καὶ> αὐτούς*.

Obtemperatum oportuit Badhamo importunum pronomen quod non habet quo referatur, eliminanti. Nullus dubito quin post *χαλεπωτ*ATOTC ortum sit e dittographia, quemadmodum olim Thuc. III 28 § 2 correximus: *οὐκ ἠνέσχοντο, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς βωμοὺς* [*ὅμως*] *καθίζουσιν.*

VII c. 24 § 3.

οὐ γὰρ ἔτι οὐδ' οἱ ἔσπλοι ἀσφαλεῖς ἦσαν τῆς ἐπαγωγῆς τῶν ἐπιτηδείων.

Cum commeatus (*τἀπιτήδεια*) navibus advehentibus portum intrare possit, commeatus subvectio (*ἐπαγωγή*) non item, miror Hudium manifestum emblema *τῆς ἐπαγωγῆς* iam a Poppone damnatum in textu retinuisse.

Digitized by Google

VII c. 25 § 1.

αἱ δ' ἕνδεκα [νῆες] a) πρὸς τὴν Ἰταλίαν ἔπλευσαν, πυνθανόμενοι b) πλοῖα τοῖς Ἀθηναίοις γέμοντα χρημάτων προσπλεῖν. καὶ τῶν τε πλοίων ἐπιτυχοῦσαι τὰ πολλὰ διέφθειραν.

a) νῆες del. Herwerdenus; b) πυνθανόμενοι solus cod. M; ceteri omnes πυνθανόμεναι.

Parum sibi constat Hudius edens: αἱ νῆες πυνθανόμενοι .... ἐπιτυχοῦσαι. nec multis persuadebit quod commendat: πυνθανομένων. Utiliter de hoc loco componi possunt quae scripserunt Cobetus (Mnemos. N. S. vol. VIII p. 79 seq.) et Herwerdenus in. Praef. vol. IV editionis eius p. VI.

Cum Herwerdeno ego praetulerim aor. partic. πυθόμεναι.

Ibidem § 6.

προσαγαγόντες γὰρ ναῦν μυριοφόρον αὐτοῖς οἱ Ἀθηναῖοι πύργους τε ξυλίνους ἔχουσαν καὶ παραφάργματα, ἔκ τε τῶν ἀκάτων a) ὤνευον ἀναδούμενοι τοὺς σταυροὺς καὶ ἀνέκλων b) καὶ κατακολυμβῶντες ἐξέπριον.

a) ἀκατίων cod. Brit.; κεράτων cit. Madvigius; b) scholl. ἀνέσπων; ἀνεῖλκον cit. Widmannus.

Hic locus communi fere interpretum opinione ita explicandus esse videtur quasi ingentem illam ὁλκάδα μυριοφόρον turribus pluteisque communitam cymbae (ἀκάτεια) quaedam comitarentur quas pars militum vel operarum conscendisset scilicet quo melius vallos convellerent [1]). Cui explanationi tamen minime favet articulus τῶν ante ἀκατίων (ἀκατείων) positus, cum scriptor in praegressis de cymbis istis ne verbum quidem fecerit. Quamobrem Herwerdenus in calce editionis suae pro τῶν coniecerat τινῶν. At ipsis cymbis, ut statim videbimus, facilius quam articulo illo carere possumus.

Componito mihi aliquis cum verbis Thucydideis ea quae vir harum rerum peritus annotavit ad verbum ὤνευον: „ὄνος, inquit, ἐστὶ μηχανὴ ἐπ' ἄκρων τῶν ἀκατίων πηγνυμένη, ἀφ' ἧς περιβάλλοντες βρόχους τοὺς σταυροὺς ῥᾳδίως ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀνέσπων.

1) Cf. Classen, Anhang p. 157: »da Th. die ναῦς μυριοφόρος offenbar nur als den gesicherten Standpunkt für die zum Kampfe bestimmten Mannschaften (nicht für die mit der Zerstörungsarbeit Beschäftigten) ansieht, so bezeichnet ἐκ τῶν ἀκάτων sehr richtig die kleineren flachen Fahrzeuge mit darauf angebrachten Winden, von denen aus die Leute Stricke um die Pfähle warfen und diese unbrauchbar machten".

Digitized by Google

Num tu putas eum de lembis loqui? Luce clarius est, opinor, scholion non ad ἀκάτεια (*lembos*) spectare verum ad τοὺς τῆς δλκάδος ἀκατείους (ἱστούς): ipsius navis *malos* quosdam. Cf. Poll. I 91 (quem laudat van Leeuwen ad Aristoph. Eqq. v. 762) et obiter apud Suidam (Bekk.) pro Ἀκαταῖος ΙΠΠΟC ὠνομασμένος emenda: ἀκατεῖος ICTOC ὠνομασμένος.

De navibus Atheniensium operae pretium est consulere utilissimum librum qui inscribitur: La trière Athénienne, *Etude d'archéologie navale* par A. Cartault ubi p. 180 m. legimus:

L'ἱστὸς μέγας ne pouvait être que le grand mât. .... Il est naturel de supposer que le grand mât était au centre du navire et les deux mats ἀκατεῖοι l'un à l'avant et l'autre à l'arrière. Quibus in rebus demonstrandis inscriptionibus maxime innititur Cartault, „un terrain solide qu'il ne faut pas abandonner" (p. 181). Rectissime autem addit: „Si nous examinons les passages des lexicographes, nous y trouverons la tradition lointaine et affaiblie de cette mâture que nous venons de déterminer en même temps que l'affirmation d'une mâture postérieure et différente: les commentateurs embarrassés et incertains entre l'usage ancien et l'usage récent confondent quelquefois l'un avec l'autre".

In fine sententiae mirationem mihi movent vv. κατακολυμβῶντες ἐξέπριον de vallis dicta quos laqueis iniectis sucula religatos convellebant et in altum tollebant (τοὺς πολλοὺς τῶν σταυρῶν ἀνεῖλον). Aut egregie fallor aut per errorem haec repetita sunt ex iis quae in vicinia (§ 7 seq.) locum suum obtinere manifestum est de palis κρυφαίοις „οὓς οὐχ ὑπερέχοντας τῆς θαλάσσης κατέπηξαν (οἱ Συρακόσιοι), ὥστε δεινὸν ἦν προσπλεῦσαι, μὴ οὐ προϊδών τις ὥσπερ περὶ ἕρμα περιβάλῃ τὴν ναῦν. Hic demum urinatoribus opus fuisse et rerum scriptorem subiunxisse κολυμβηταὶ ἐξέπριον μισθοῦ nemo hercle mirabitur.

Ibidem § 9.

ἔπεμψαν δὲ καὶ ἐς τὰς πόλεις πρέσβεις οἱ Συρακόσιοι ..... ἀγγέλλοντας τήν τε τοῦ Πλημμυρίου λῆψιν .... τά τε ἄλλα δηλώσοντας καὶ ἀξιώσοντας ξυμβοηθεῖν κτέ.

Cum Herwerdeno lege ἀγγελοῦντας praesertim propter sequentia participia futura.

Digitized by Google

VII c. 28 § 3.

Thucydides, civis amans patriae si quis alius, popularium indomitos spiritus admiratur qui Deceliaco bello exorto domi ἐπιτειχισμῷ πολιορκούμενοι et δύο πολέμους ἅμα ἔχοντες ne sic quidem e Sicilia decederent, quin etiam vicissim Siculorum urbem obsidere pergerent ipsis Athenis haud minorem.

.... καὶ ἐς Φιλονικίαν καθέστασαν τοιαύτην ἣν πρὶν γενέσθαι ἠπίστησεν ἄν τις ἀκούσας. a) * τὸ γὰρ αὐτοὺς b) πολιορκουμένους ἐπιτειχισμῷ ὑπὸ Πελοποννησίων μηδ' ὡς ἀποστῆναι ἐκ Σικελίας ἀλλ' ἐκεῖ Συρακούσας τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἀντιπολιορκεῖν .... καὶ τὸν παράλογον τοσοῦτον ποιῆσαι τοῖς Ἕλλησι τῆς δυνάμεως καὶ τόλμης.

a) perperam Hudius post ἀκούσας comma pro puncto posuit. b) παρ' αὐτοῖς cit. Stahl: τό γ' αὐτοὺς Badham.

Quoniam in hac oratione infinitivos τὸ μὴ ἀποστῆναι .... ἀντιπολιορκεῖν .... τὸν παράλογον ποιῆσαι incertos pendere video nec ullo modo cum ceteris cohaerere, nonnihil excidisse suspicor quocum coniungendi sint.

An forte restituendum:

⟨οὐ θαυμασ⟩τὸ⟨ν⟩ γὰρ αὐτοὺς ... μηδ' ὡς ἀποστῆναι ἐκ Σικελίας ἀλλ' ἐκεῖ Συρακούσας ... ἀντιπολιορκεῖν ... καὶ τὸν παράλογον τοσοῦτον ποιῆσαι .... τῆς δυνάμεως καὶ τολμῆς;

VII c. 42 § 3 s. f.

ταῦτ' οὖν ἀνασκοπῶν ὁ Δημοσθένης καὶ γιγνώσκων ὅτι καὶ αὐτὸς ἐν τῷ παρόντι τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ μάλιστα δεινότατός ἐστι τοῖς πολεμίοις κτἑ.

Imo δεινότατος ἔσται.

Eodem modo, ut saepe et alibi, a scribis peccatum est c. 61 in.: ἢν γὰρ κρατήσωμεν νῦν ταῖς ναυσίν, ἔστι τῷ τὴν ὑπάρχουσάν που οἰκείαν πόλιν ἐπιδεῖν, ubi Herwerdenus recte ἔσται reposuit, Hudius vero codices sequitur.

Ibidem § 6.

πρῶτον μὲν οὖν τήν τε γῆν ἐξελθόντες τῶν Συρακοσίων ἔτεμον οἱ Ἀθηναῖοι.

Naturalis vv. ordo est: ἐξελθόντες τήν τε γῆν .... ἔτεμον.

Digitized by Google

VII c. 43 § 1.

ἔπειτα μηχαναῖς ἔδοξε τῷ Δημοσθένει πρότερον ἀποπειρᾶσαι τοῦ παρατειχίσματος. ὡς δὲ αὐτῷ προσαγαγόντι κατεκαύθησάν τε ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἀπὸ τοῦ τείχους ἀμυνομένων αἱ μηχαναί .... οὐκέτι ἐδόκει διατρίβειν κτἑ.

De machinis bellicis incendio deletis conferre licet Cass. Dion. L. 66 c. 4. Iure tamen Naberus miratur hoc loco omissum esse, quod maxime scire interest, quomodo illae machinae incendio deletae sint. Qui pro *κατεκαύθησαν* rescribendum esse suspicatur *κατεκωλύθησαν*. Et recte quidem ille quod ad sensum. Vide tamen ne praeferendum sit *κατεκλάσθησαν* (*confractae sunt*).

Ibidem § 6.

*οἱ δὲ Συρακόσιοι .... καὶ ὁ Γύλιππος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἐβοήθουν ἐκ τῶν προτειχισμάτων καὶ * ἀδοκήτου τοῦ τολμήματος σφίσιν ἐν νυκτὶ γενομένου, προσέβαλόν τε τοῖς Ἀθηναίοις ἐκπεπληγμένοι κτἑ.*

Expectares potius quod certe usitatius est: *καὶ <ἀπὸ τοῦ> ἀδοκήτου τοῦ τολμήματος .... γενομένου.*

VII c. 44 in.

καὶ ἐνταῦθα ἤδη ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ ἀπορίᾳ ἐγίγνοντο οἱ Ἀθηναῖοι ἦν οὐδὲ πυθέσθαι ῥᾴδιον ἦν οὐδ' ἀφ' ἑτέρων ὅτῳ τρόπῳ ἕκαστα ξυννενέχθη.

Quomodo explicare nobis possumus mirificum istud HN? Respondet Classenius: „*ἦν* im Ganzen vorangestellt und durch *ὅτῳ τρόπῳ ἕκαστα ξυννενέχθη* ausgeführt". Hudius arbitratur supplendum esse *<δι'> ἦν*. Si me audis, repone: KAI *οὐδὲ πυθέσθαι*. Postquam scriba solito errore pro *καὶ* (quod sententiae unice convenit) dedit *ἤ*, alium supervenisse probabile est qui *κακὸν κακῷ ἰώμενος* coniunctionem quam non intellegeret, una litera addita refingeret in pronomen relativum. Incredibile dictu est quot errores pepererit vocabulorum quae sunt *καὶ* et *ἤ* confusio.

Ibidem in continuo sequentibus Hudius edit:

ἐν μὲν γὰρ ἡμέρᾳ σαφέστερα a) *μέν, ὅμως δὲ οὐδὲ ταῦτα* b) *οἱ παραγενόμενοι πάντα πλὴν τὸ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος μόλις οἶδεν·*

Digitized by Google

ἐν δὲ νυκτομαχίᾳ, ἣ μόνη δὴ στρατοπέδων μεγάλων ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἐγένετο, πῶς ἄν τις σαφῶς τι ᾔδει;

a) *σαφέστερον* cit. Kruegerus; b) *ἐνταῦθα* cit. Kruegerus.

Confusa oratio in qua offendit Kruegerus, sic facili negotio in integrum restitui potest:

ἐν μὲν γὰρ ἡμέρᾳ σαφέστερα μὲν πάντα, ὅμως δὲ οὐδὲ ἐνταῦθα οἱ παραγενόμενοι πλὴν τὸ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος μόλις οἶδεν· ἐν δὲ νυκτομαχίᾳ στρατοπέδων μεγάλων, ἣ μόνη δὴ ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἐγένετο κτέ.

Ibidem § 4 s. f.

.... (*οἱ Ἀθηναῖοι*) *τοῖς ἐρωτήμασι τοῦ ξυνθήματος πυκνοῖς χρώμενοι .... σφίσι τε αὐτοῖς θόρυβον πολὺν παρεῖχον ἅμα πάντες ἐρωτῶντες καὶ τοῖς πολεμίοις σαφὲς αὐτὸ κατέστησαν.*

Res ipsa clamat, nisi fallor, reponendum esse *πάντΑC*. Intellege: *tam hostes quam suos* quos nulla ratione dignoscere poterant, *interrogantes*.

VII c. 47 § 3 in fine:

τῷ οὖν Δημοσθένει οὐκ ἐδόκει ἔτι χρῆναι μένειν ἀλλ' .... ἐπειδὴ ἔσφαλτο, ἀπιέναι ἐψηφίζετο καὶ μὴ διατρίβειν, ἕως ἔτι τὸ πέλαγος οἷόν τε περαιοῦσθαι καὶ τοῦ στρατεύματος ταῖς γοῦν ἐπελθούσαις ναυσὶ κρατεῖν.

Crux interpretum est *τοῦ στρατεύματος*. Sunt qui cum scholiasta vertant: *donec mare traiciendi facultas esset et earum certe navium ope quae postea advenissent*, (hostium) *exercitum vincere possent*. Quod vix dici potest quam absurdum sit. Dudum enim, ut supra legimus, vincere desperaverant duces Atheniensium: *τοῖς τε ἐπιχειρήμασιν ἑώρων οὐ κατορθοῦντες καὶ τοὺς στρατιώτας ἀχθομένους τῇ μονῇ .... τά τε ἄλλα ἀνέλπιστα αὐτοῖς ἐφαίνετο*. Aliis *τὸ κρατεῖν* absolute positum videtur: iungunt autem: *ταῖς ... ναυσὶ τοῦ στρατεύματος*, ut gen. partitivus sit: *e suo exercitu*. Nihilo melius quod ad sententiam. Speciosis vv. dd. coniecturis *περαιώματος* (Reiske), *θεραπεύματος* (Madvig), *πορθμοῦ* (v. Herwerden), *στόματος* (Naber) accedat mea: *σταυρώματος*.

Intellege: *donec mare iis pateret* VALLUMQUE (quod iuxta classem fixerant) *adhuc in potestate sua haberent*.

Digitized by Google

Cf. VI. 66 § 2: (οἱ Ἀθηναῖοι) τὰ ἐγγὺς δένδρα κόψαντες καὶ κατενεγκόντες ἐπὶ τὴν θάλασσαν παρά τε τὰς ναῦς σταύρωμα ἔπηξαν.

VII. 38 in fine: ὁ δὲ Νικίας .... ὁλκάδας προώρμισε πρὸ τοῦ σφετέρου σταυρώματος, ὃ αὐτοῖς πρὸ τῶν νεῶν ἀντὶ λιμένος κλῃστοῦ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐπεπήγει.

VII. 53 in.: ὁ δὲ Γύλιππος ὁρῶν τὰς ναῦς τῶν πολεμίων νικωμένας καὶ ἔξω τῶν σταυρωμάτων καταφερομένας κτὲ.

Ibidem § 4.

καὶ τῇ πόλει ὠφελιμώτερον ἔφη εἶναι πρὸς τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ σφῶν ἐπιτειχίζοντας τὸν πόλεμον ποιεῖσθαι ἢ * Συρακοσίους οὓς οὐκέτι ῥᾴδιον εἶναι χειρώσασθαι.

Cum Nabero repetitum oportuit: ἢ ⟨πρὸς⟩ Συρακοσίους.

VII. c. 48 § 2 in fine:

Tam Niciae quam Demostheni constabat res suas pessime afflictas esse: πονηρὰ σφῶν τὰ πράγματα εἶναι, τῷ δὲ λόγῳ (ὁ Νικίας) οὐκ ἐβούλετο αὐτὰ ἀσθενῆ ἀποδεικνύναι. .... τὸ δέ τι καὶ τὰ τῶν πολεμίων, ἀφ' ὧν ἐπὶ πλέον ἢ οἱ ἄλλοι ᾐσθάνετο αὐτῶν, ἐλπίδος [τι][a] ἔτι παρεῖχε πονηρότερα τῶν σφετέρων ἔσεσθαι ἢν καρτερῶσι προσκαθήμενοι .... καὶ ἦν γάρ τι καὶ ἐν ταῖς Συρακούσαις βουλόμενον τοῖς Ἀθηναίοις τὰ πράγματα ἐνδοῦναι * ἐπεκηρυκεύετο ὡς αὐτὸν καὶ οὐκ εἶα ἀπανίστασθαι.

a) del. Herwerdenus.

Ad καὶ (ἦν γὰρ — ἐνδοῦναι) ἐπεκηρυκεύετο Classenius annotat: „die parataktische Form der causalen Periode"; vgl. zu I, 31. 2; III, 70. 3; III, 107. 3. Quem si sequimur, sic fere vertere coacti sumus: *erant enim Syracusis nonnulli qui res Atheniensibus dedere parati erant,* ⟨hi⟩ *nuntios ad Niciam mittebant.* Oratio manifesto manca. Sed quae nunc vitiose dicta sunt et male cohaerent statim ad antecedentia optime quadrare animadvertes si expuncta coniunctione et una literula suppleta scribimus:

[καὶ] ἦν γάρ τι καὶ ἐν ταῖς Συρακούσαις βουλόμενον τοῖς Ἀθηναίοις τὰ πράγματα ἐνδοῦναι ⟨ὃ⟩ ἐπεκηρυκεύετο ὡς αὐτὸν καὶ οὐκ εἶα ἀπανίστασθαι.

Digitized by Google

Ibidem § 3 de Nicia dicitur:

.... τῷ μὲν ἔργῳ ἔτι .... διασκοπῶν ἀνεῖχε, τῷ δὲ ἐμφανεῖ τότε λόγῳ οὐκ ἔφη ἀπάξειν στρατίαν. Negabat se copias abducturum. Persuasum enim sibi esse, si sine ipsorum decreto ex insula discederent, id minime ab Atheniensibus probatum iri (εὖ γὰρ εἰδέναι ὅτι Ἀθηναῖοι σφῶν ταῦτα οὐκ ἀποδέξονται ὥστε μὴ αὐτῶν ψηφισαμένων ἀπελθεῖν).

καὶ γὰρ οὐ τοὺς αὐτοὺς [a] ψηφιεῖσθαί τε περὶ σφῶν αὐτῶν [b] καὶ τὰ πράγματα ὥσπερ καὶ αὐτοὶ ὁρῶντας καὶ οὐκ ἄλλων ἐπιτιμήσει [c] ἀκούσαντας [d] γνώσεσθαι, ἀλλ' ἐξ ὧν ἄν τις εὖ λέγων διαβάλλοι, ἐκ τούτων αὐτοὺς πείσεσθαι.

a) αὐτοὺς codd.: αὐτοῦ cit. Kruegerus. b) αὐτῶν del. Bekkerus; c) ἐπιτιμήσεις corr. Badhamus; d) ἀκούοντας aliquot libri.

Sententiam οὐ .... γνώσεσθαι plurimorum vv. dd. iudicio impeditissimam et procul dubio adulteratam ita explanare conatus est Classenius: „die parataktische Satzbildung gibt dem Gedanken für uns etwas fremdartiges: nicht dieselben Leute würden über sie das Urteil fällen und sich auch Einsicht in die Tatsachen verschaffen; dafür sagen wir lieber: *nicht die Leute würden das Urteil zu fällen haben, die sich auch gründlich über die Sache belehrt hätten.* Der Gedanke ist völlig klar(?) und richtig(?); van Herwerden's Vorschläge zu einer willkürlichen Umgestaltung sind überflüssig (cf. *Stud. Thuc.* p. 98 seq.)".

A quo interprete vehementer dissentire me fateor. Ut arduum sit certa emendatione obliteratam scriptoris manum revocare, vide tamen ne hunc fere in modum locutus sit Nicias:

„εὖ οἶδα, ἄνδρες στρατιῶται, ὅτι Ἀθηναῖοι ἡμῶν οὐκ ἀποδέξονται ὥστε μὴ αὐτῶν ψηφισαμένων ἀπελθεῖν. καὶ γὰρ οὐ περὶ ἡμῶν γνώσονται ὁρῶντες, ὥσπερ αὐτοὶ ἡμεῖς, τὰ πράγματα καὶ οὐκ ἄλλων ἐπιτιμήσεις ἀκούοντες, ἀλλ' ἐξ ὧν ἄν τις εὖ λέγων διαβάλλῃ, ἐκ τούτων πείσονται".

Huiusmodi autem sententiam ad orationis contextum accommodatissimam nanciscimur pauca quaedam resecando quae nemo quisquam magnopere desiderabit. Commendo:

καὶ γὰρ οὐ [τοὺς αὐτοὺς ψηφισεῖσθαί τε] περὶ σφῶν [αὐτῶν καὶ] τὰ πράγματα, ὥσπερ καὶ αὐτοί, ὁρῶντας καὶ οὐκ ἄλλων ἐπιτιμήσεις ἀκούοντας γνώσεσθαι, ἀλλ' ἐξ ὧν ἄν τις εὖ λέγων διαβάλλοι, ἐκ τούτων αὐτοὺς πείσεσθαι.

Digitized by Google

„non enim domi cives de se iudicaturos ut qui, sicut ipsi, rebus interfuissent malevolasque aliorum reprehensiones contemnere possent sed ut qui aurem praeberent prout quis disertus orator reduces in invidiam adduceret".

VII c. 53 § 4 in fine:

καὶ οἱ Ἀθηναῖοι δείσαντες περὶ ταῖς ναυσὶν ἀντεμηχανήσαντό τε σβεστήρια κωλύματα a) *καὶ παύσαντες τὴν Φλόγα καὶ τὸ μὴ προσελθεῖν ἐγγὺς τὴν ὁλκάδα τοῦ κινδύνου ἀπηλλάγησαν.*

a) aut *κωλύματα* delendum esse censet Kruegerus aut scribendum *προκαλύμματα* coll. Poll. I. 168: <*καὶ*> *κωλύματα* cit. Gertzius.

Hudius ignorasse videtur quae de hoc loco scribarum incuria turbato monuerunt Badhamus Naberus alii. Badhamus (Mnemos. N. S. IV (1876) p. 141:

„In verbis *καὶ παύσαντες .... ἀπηλλάγησαν* non intellego quid factum sit. Si ignem extinxissent, non fuisset operae pretium prohibere ne navis accederet; ut ne addam perquam ineleganter *παύσαντες* de utroque dici. Thucydidem puto ita narravisse: *ἀντεμηχανήσαντό τε σβεστήρια κωλύματα καὶ τὸ μὴ προσελθεῖν ἐγγὺς τὴν ὁλκάδα, καὶ παύσαντες τὴν Φλόγα τοῦ κινδύνου ἀπηλλάγησαν*".

Cui suffragatus est Naberus (Mnemos. XIV p. 420), nisi quod pro *καὶ τὸ μὴ προσελθεῖν* mavult *ὥστε*. Cf. tamen III. 1 (*καὶ τὸν πλεῖστον ὅμιλον τῶν ψιλῶν εἶργον τὸ μὴ .... τὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως κακουργεῖν*). Meo quidem iudicio tum demum omnia recte procedent, si Gertzii coniectura in ordinem recepta simulque omissa coniunctione ante *τὸ μὴ* scripserimus:

ἀντεμηχανήσαντό τε σβεστήρια <*καὶ*> *κωλύματα* [*καὶ*] *τὸ μὴ προσελθεῖν ἐγγὺς τὴν ὁλκάδα καὶ παύσαντες τὴν Φλόγα τοῦ κινδύνου ἀπηλλάγησαν.*

VII c. 61 § 2.

ἀθυμεῖν δ' οὐ χρὴ οὐδὲ πάσχειν ὅπερ οἱ ἀπειρότατοι τῶν ἀνθρώπων, οἳ τοῖς πρώτοις ἀγῶσι σφαλέντες ἔπειτα διὰ παντὸς τὴν ἐλπίδα τοῦ Φόβου ὁμοίαν ταῖς ξυμφοραῖς ἔχουσιν.

Intellego: *periculi expectationem.*

τοῦ Φόβου iniuria delet Badhamus. Cf. V c. 111 § 1 (*οὐκ ἀνεπιστήμοσιν ὅτι οὐδ' ἀπὸ μιᾶς πώποτε πολιορκίας Ἀθηναῖοι δι'*

Digitized by Google

ἄλλων (L. ἄλλον) φόβον ἀπεχώρησαν i. e. *ob alium metum*, ut est apud Tacitum, = *ob aliud periculum*.

Prorsus eodem modo pro κινδύνοις et ξυμφοραῖς passim τὰ δεινὰ dicit noster.

VII c. 64 § 2.

ὥστε ἐν ἐνὶ τῷδε ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἀγῶνι καθεστῶτες καρτερήσατε, εἴπερ ποτέ, καὶ ἐνθυμεῖσθε καθ' ἑκάστους τε καὶ ξύμπαντες ὅτι οἱ ἐν ταῖς ναυσὶν ὑμῶν νῦν ἐσόμενοι καὶ πεζοὶ a) τοῖς Ἀθηναίοις εἰσὶ καὶ νῆες b) καὶ ἡ ὑπόλοιπος πόλις καὶ τὸ μέγα ὄνομα τῶν Ἀθηνῶν κτέ.

a) πεζοὶ codd.: πεζὸς cit. Kruegerus. b) νῆες codd.: ἵππῃς Gomperzius.

Merito de sententia interpolata scripsit Badhamus (Mnemos. N. S. IV p. 143):

„*Hunc locum bonis viris commendo, qui etiamnum de fide librariorum dubitare non audent, nec minus adolescentibus, ut et aliis de locis recte iudicare possint, in quibus nullum aliud remedium praeter lituram proponitur*". Thucydidem autem dedisse putat:

ὅτι ἐν ταῖς ναυσὶν ὑμῶν καὶ πεζοὶ τῶν Ἀθηναίων εἰσὶ καὶ νῆες.

Cui lepide, ut solet, nec hercle sine causa obloquitur MÜLLER-STRÜBING (*Polemische Beiträge* p. 19):

„Was ist damit gewonnen? der drollige Gedanke oder Ungedanke, dass die Soldaten die Schiffe sind und dass diese Schiffe an Bord der Schiffe sein werden, bleibt ja nach wie vor stehen!"

Herwerdenus (Mnemos. VIII p. 302) tentavit: καὶ ἐνθυμεῖσθε .... ὅτι ⟨ἐπὶ τοῖς⟩ ἐν ταῖς ναυσὶν ὑμῶν νῦν ἐσομένοις καὶ πεζοὶ τοῖς Ἀθηναίοις εἰσὶ κτέ. Mihi scriptoris manus fuisse videtur:

καὶ ἐνθυμεῖσθε .... ὅτι [οἱ] ἐν ταῖς ναυσὶν ὑμῶν νῦν [ἐσόμενοι καὶ πεζοὶ τοῖς Ἀθηναίοις εἰσὶ καὶ νῆες] καὶ ἡ ὑπόλοιπος πόλις καὶ τὸ μέγα ὄνομα τῶν Ἀθηνῶν.

Verisimile est verba insiticia fluxisse ex iis quae in ipso fine septimi libri de belli exitu memorantur: „πανωλεθρίᾳ δὴ τὸ λεγόμενον καὶ πεζὸς καὶ νῆες καὶ οὐδὲν ὅ,τι οὐκ ἀπώλετο.

VII c. 65 § 1.

τῷ δὲ Γυλίππῳ καὶ τοῖς Συρακοσίοις παρῆν μὲν αἰσθάνεσθαι,

Digitized by Google

ὁρῶσι καὶ αὐτὴν τὴν παρασκευήν, ὅτι ναυμαχήσουσιν οἱ Ἀθηναῖοι, προηγγέλθη δ' αὐτοῖς καὶ ἡ ἐπιβολὴ τῶν σιδηρῶν χειρῶν κτέ.

In contextum a Hudio receptum oportuit quod egregie coniecerat Gertzius: ὁρῶσι καὶ αὐτοῖς.

In proxime sequentibus cum Herwerdeno correxerim: τὰς γὰρ πρώρας καὶ τῆς νεὼς <τ>ἄνω ἐπὶ πολὺ κατεβύρσωσαν: proras et *superiora navium* magnam partem coriis muniverant.

VII c. 66 § 3.

ἄνδρες γὰρ ἐπειδὰν ᾧ ἀξιοῦσι προύχειν κολουσθῶσι, τό γε ὑπόλοιπον αὐτῶν τῆς δόξης ἀσθενέστερον αὐτὸ ἑαυτοῦ ἔστιν ἢ εἰ μηδ' ὡήθησαν τὸ πρῶτον κτέ.

Sequioris aetatis forma κολουσθῶσι pro κολουθῶσι quam in ordinem recipere non dubitavit Hudius meliorum librorum auctoritatem scilicet secutus et scholia Patmia, aeque vitiosa est ac scripturae ὁμοσθῆναι, ὁμώμοσται, ἡλάσθην sim. quales in membranis vel optimae notae haud raro invenies. Prorsus eodem modo apud Thucydidem a librariis peccatum est e posteriore dicendi consuetudine σ addentibus III, 54 § 1: δεδρασμένων pro δεδραμένων et III 61: ἠτιασμένων pro ἠτιαμένων.

VII c. 68 § 1.

.... καὶ νομίσωμεν ἅμα μὲν νομιμώτατον εἶναι πρὸς τοὺς ἐναντίους οἳ ἂν ὡς ἐπὶ τιμωρίᾳ τοῦ προσπεσόντος δικαιώσωσιν ἀποπλῆσαι τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον, ἅμα δὲ ἐχθροὺς ἀμύνασθαι ἐγγενησόμενον ἡμῖν, καὶ [a] τὸ λεγόμενόν που ἥδιστον εἶναι.

a) καὶ incl. Hudius.

Aequissimum est par pari referre: hostes ulcisci unum omnium suavissimum.

Vv. πρὸς τοὺς ἐναντίους Badhamus (Mnemos. N. S. IV p. 144) induxit ut supervacanea et alieno loco posita. Idem acutissimo perspexit interpolatori qui Gylippi verba non assecutus sit, etiam reddendum esse inane fulcrum ἐγγενησόμενον (ἐκγεν. cod. B) ἡμῖν. Idem probabiliter rescripsit κατὰ τὸ λεγόμενον et πολὺ ἥδιστον. Male factum quod de his omnibus in editione Hudiana regnat altum silentium.

VII c. 69 § 2.

ὁ δὲ Νικίας .... αὖθις τῶν τριηράρχων ἕνα ἕκαστον ἀνεκάλει,

Digitized by Google

πατρόθεν τ' ἐπονομάζων καὶ αὐτοὺς ὀνομαστὶ καὶ * Φυλὴν κτέ.

Mire dictum. Expectes:

πατρόθεν τ' ἐπονομάζων αὐτοὺς καὶ ὀνομαστὶ καὶ ⟨κατὰ⟩ Φυλήν.

VII c. 71 § 1.

ὅ τε ἐκ τῆς γῆς πεζὸς ἀμφοτέρων ἰσορρόπου τῆς ναυμαχίας καθεστηκυίας πολὺν τὸν ἀγῶνα καὶ ξύντασιν a) τῆς γνώμης εἶχε κτέ.

a) ξύντασιν corr. Dukerus coll. schol.: τὰς διανοίας συνετέταντο; ἄλαστον ἀγῶνα καὶ σύνταξιν (L. σύντασιν) τῆς γνώμης Plutarchus de Gloria Atheniensium p. 347 B; ξύστασιν Hudius cum codd.

Luculenter patet Plutarchum qui hunc locum Thucydideum excerpsit, in antiquiore exemplari suo non repperisse id quod nunc codices qui aetatem tulerunt ad unum omnes exhibent: πολὺν τὸν ἀγῶνα. Hoc quoque pro certo habendum neutrum scriptorem dare potuisse ἀγῶνα ΑΛΑCTON. Usurpare potuit uterque quod Nabero in mentem venit ἄπλετον ἀγῶνα, siquidem apud Platonem extat μάχη ἄπλετος. Quamquam haud facile dixeris quomodo ΑΠΛΕΤΟΝ corrumpi potuerit in ΑΛΑCTON. An coniectura longe aberrabimus, si ponimus Thucydidem qui passim, ut Dionysii verbis utar „ἐπὶ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐκλογῆς τὴν γλωττηματικὴν καὶ ἀπηρχαιωμένην λέξιν προαιρεῖται ἀντὶ τῆς κοινῆς καὶ συνήθους τοῖς κατ' αὐτὸν ἀνθρώποις, scriptorem qui lubenter tam in rerum gestarum expositione quam in orationibus vocabulis priscis et poëticis utitur, ut e. g. ἀχθηδών, νὺξ ὑπονειφομένη, ἀκραιφνής, ἀλγεινός, ἀμφιδήριτος, dedisse:

ΑΛ⟨Ι⟩ΑCTON ἀγῶνα?

Cf. Hom. Il. Β 420: πόνον δ' ἀλίαστον, Β 797: πόλεμος δ' ἀλίαστος paraphr. ἀνέκκλιτος καὶ πολύς, Ξ 57: μάχην ἀλίαστον. In oculos incurrit adiectivum quod est ἀλΙΑCTON inter vv. καθεστηκυΙΑC TON facile intercidere potuisse. Quo casu praetermisso cuiuslibet lectoris erat in lacuna manifesta exarare πολύν.

Ibidem § 3.

.... εἰ μέν τινες ἴδοιέν πῃ τοὺς σφετέρους ἐπικρατοῦντας, ἀνεθάρσησαν ἄν a) .... οἱ δ' ἐπὶ τὸ ἡσσώμενον βλέψαντες ὀλοφυρμῷ τε ἅμα μετὰ βοῆς ἐχρῶντο καὶ ἀπὸ τῶν δρώμενων τῆς ὄψεως καὶ τὴν γνώμην μᾶλλον τῶν ἐν τῷ ἔργῳ ἐδουλοῦντο.

a) ἄν om. cod. B.

Digitized by Google

Emenda: *ἀπὸ τῶν ὁρωμένων* deleto [*τῆς ὄψεως*] et vide sis quae de notissima permutatione vv. *ὁρᾶν* et *ὁρᾶν* observavimus ad Thuc. VI c. 16 § 2 ubi eodem modo erratum est et *ὁρωμένου* pro *ὁρωμένου* reposuimus.

VII c. 72 § 2.

γενομένης δ' ἰσχυρᾶς τῆς ναυμαχίας .... οἱ Συρακόσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐπικρατήσαντες τά τε ναυάγια καὶ τοὺς νεκροὺς ἀνείλοντο καὶ ἀποπλεύσαντες πρὸς τὴν πόλιν τροπαῖον ἔστησαν, οἱ δ' Ἀθηναῖοι ὑπὸ μεγέθους τῶν παρόντων κακῶν νεκρῶν πέρι a) *ἢ ναυαγίων οὐδ' ἐπενόουν αἰτῆσαι ἀναίρεσιν.*

a) *πέρι* exp. Herwerdenus.

ἀναιρεῖσθαι τὰ τε ναυάγια καὶ τοὺς νεκροὺς est eorum qui superiores e proelio navali discedunt: victis fide publica interposita petentibus concedi fere solet ut ipsi quoque suorum caesorum corpora tollant; hostes vero rogare ut navium fractarum reliquias per otium colligere sibi liceat, id ne animum inducere quidem possunt miseri victi. Quae si recte disputata sunt, sequitur interpolatori deberi istud *ἢ ναυαγίων* desumtum, ut plerumque fit, e proxime praecedentibus. Sana sententia est:

οἱ Ἀθηναῖοι ὑπὸ μεγέθους τῶν παρόντων κακῶν νεκρῶν [*πέρι ἢ ναυαγίων*] *οὐδ' ἐπενόουν αἰτῆσαι ἀναίρεσιν.*

VII c. 75 § 2.

*δεινὸν οὖν ἦν οὐ * καθ' ἓν μόνον τῶν πραγμάτων, ὅτι τάς τε ναῦς ἀπολωλοκότες πάσας ἀπεχώρουν καὶ ἀντὶ μεγάλης ἐλπίδος καὶ αὐτοὶ καὶ ἡ πόλις κινδυνεύοντες, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἀπολείψει τοῦ στρατοπέδου ξυνέβαινε τῇ τε ὄψει ἑκάστῳ ἀλγεινὰ καὶ τῇ γνώμῃ αἰσθέσθαι.*

Locus de cuius interpretatione inter vv. dd. minime constat. Cf. Classen Anhang p. 168. Salva res est, si quid video, inserto articulo *τό*:

⟨τὸ⟩ καθ' ἓν μόνον τῶν πραγμάτων.

Sic demum cum nonnullis vertere licebit: *Acerba res erat, non tantum si in unum contracta summa calamitatum spectetur etc.*

Ibidem § 4.

Discedentem Atheniensium exercitum commilitonum vulnera-

Digitized by Google

torum et aegrotorum quos vivos relinquere coacti erant, etiam magis quam mortuorum miserebat.

πρὸς γὰρ ἀντιβολίαν καὶ ὀλοφυρμὸν τραπόμενοι ἐς ἀπορίαν καθίστασαν .... εἴ τῳ δὲ προλίποι .... τὸ σῶμα, οὐκ ἄνευ ὀλίγων a) ἐπιθεασμῶν καὶ οἰμωγῆς (οἰμωγῶν?) ἀπολειπόμενοι κτέ.

a) ὀλίγων codd. Mss. et Suidas in v. ἐπιθειασμοί: συχνῶν cit. Poppo; λυγρῶν Heilmann; ἀλόγων Madvig: οἰκτρῶν v. Herwerden; λιγέων Kothe; ὠμῶν Hude; vocem delere malunt Krueger et Stahl.

Thucydidem scripsisse suspicor: μετ' οὐκ ὀλίγων ἐπιθεασμῶν, quemadmodum apud Platonem Apol. Socr. 34 C legimus: ἱκετεύειν μετὰ πολλῶν δακρύων. Quibus verbis deinde hunc in modum superscriptum interpretamentum:

οὐκ ἄνευ πολλῶν
μετ' οὐκ ὀλίγων

confusionem peperisse.

VII c. 77 § 1:

.... ἐλπίδα χρὴ ἔχειν .... μηδὲ καταμέμφεσθαι ὑμᾶς ἄγαν αὐτοὺς μήτε * ταῖς ξυμφοραῖς μήτε * ταῖς παρὰ τὴν ἀξίαν νῦν κακοπαθείαις.

μέμφεσθαι vel καταμέμφεσθαί τινά τινι, *succensere alicui ob aliquid* in tota Graecitate, quod sciam, sine exemplo est. Certa analogia docet utique restituendum esse: ⟨ἐπὶ⟩ ταῖς ξυμφοραῖς et ⟨ἐπὶ⟩ ταῖς κακοπαθείαις. Cf. Polyb. V. 87. 4: (ὁ Πτολεμαῖος) βραχέα προσαναταθεὶς καὶ καταμεμψάμενος ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις τὸν Ἀντίπατρον.

VII c. 87 § 1 seq.

τοὺς δὲ ἐν ταῖς λιθοτομίαις οἱ Συρακόσιοι χαλεπῶς τοὺς πρώτους χρόνους μετεχείρισαν. ἐν γὰρ κοίλῳ χωρίῳ ὄντας καὶ * ὀλίγῳ πολλοὺς οἵ τε ἥλιοι τὸ πρῶτον καὶ τὸ πνῖγος ἔτι ἐλύπει διὰ τὸ ἀστέγαστον καὶ * αἱ νύκτες ἐπιγιγνόμεναι τοὐναντίον μετοπωρινὰ καὶ ψυχραὶ τῇ μεταβολῇ ἐς ἀσθένειαν ἐνεωτέριζον * πάντα τε ποιούντων αὐτῶν διὰ στενοχωρίαν ἐν τῷ αὐτῷ καὶ προσέτι τῶν νεκρῶν ὁμοῦ ἐπ' ἀλλήλοις ξυννενημένων, οἵ τε ἐκ τῶν τραυμάτων καὶ διὰ τὴν μεταβολὴν καὶ τὸ τοιοῦτον ἀπέθνῃσκον, [καὶ] ὀσμαὶ ἦσαν οὐκ ἀνεκτοὶ καὶ λιμῷ ἅμα καὶ δίψῃ ἐπιέζοντο κτέ.

In his verbis primum necessario supplendum est: ⟨ἐν⟩ ὀλίγῳ

Digitized by Google

πολλούς (cf. IV, 26: στενοχωρία τε ἐν ὀλίγῳ στρατοπεδευομένοις ἐγίγνετο; IV, 96: κυκλωθέντων ἐν ὀλίγῳ): in loco cavo erant captivi *multique conferti in spatium exiguum*; deinde corrigendum: οἵ τε ἥλιοι τὸ πρῶτον .... ΚΑΙ‹ΤΑ› (κᾆτα) αἱ νύκτες ἐπιγιγνόμεναι; tum maioris interpunctionis nota distinguendum post ἐς ἀσθένειαν ἐνεωτέριζον ubi sensus clauditur; postremo, ut in initio apodosis, ante ὀσμαὶ expunxerim coniunctionem.

HC — ωC.

AD ODYSSEAE ω 30.

Triste Agamemnonis fatum miseratus Achilles:

ὡς ὄφελες τιμῆς ἀπονήμενος, ἥς περ ἄνασσες,
δήμῳ ἔνι Τρώων θάνατον καὶ πότμον ἐπισπεῖν!

In quo enuntiato cum genitivo ἥς non sit locus, — nam τιμὴν ϝανάσσειν nihil est, non potuit igitur τιμῆς ἥς ἐϝάνασσες attractione nasci, — Naber coniecit ἥς περ ἔχεσκες, remedio non ita leni usus. Equidem suspicatus non verbum sed pronomen vitio laborare tentavi ὥς περ ἄνασσες vel ὡς ἐϝάνασσες. *Utinam honeste, ut vixisti, sic mortem obiisses!*

Saepe permutatas esse litteras Η et ω norunt omnes qui palaeographiae non sunt ignari. Luculenta quaedam exempla ex Homero afferri sinit spatium in hac pagina relictum.

Ψ 726: Ulixes Aiacis 'κόψ' ὄπιθεν κώληπα τυχών. In papyro antiquissima est πήληκα, agnoscimus autem paradiorthoma, nam κήληπα legere sibi visus est qui ita scripsit.

ν 222: Minerva in Ulixis conspectum venit ἀνδρὶ δέμας ϝεϝικυῖα νέῳ, ἐπιβώτορι μήλων. In bonis codicibus est ἐπιβήτορι et docte mehercule explicatur.

χ 85: Eurymachus ab Ulixe percussus κάππεσεν ἰδνωθείς. In codicibus nonnullis est δινωθείς, in optimis δινηθείς.

Addo unum et alterum exemplum ex Aristophanis fabulis:

Av. 1582: ἀλλ' ἐπίκνῶ τὸ σίλφιον. Imperativum ἐπίκνη e scholio restituit Dobree.

Fragm. 387: *dulce est agricolae audire vocem* τρυγὸς εἰς λεκάνην ὠθουμένης. Immo ἠθουμένης! Non pellitur vinum sed percolatur. Verum restituit vHerwerden.

Thesm. 1029 sqq: „*Eheu*", personata luget Andromeda, „οὐ χοροῖς οὐδ' ἐφηλίκων νεανίδων κῶμον ἔστηκ' ἔχουσα!" — Sic scribendum, sed in codice unico est κημὸν.

v. L.

Digitized by Google

CAROLI GABRIELIS COBET OPERUM CONSPECTUS.

Septendecim anni sunt ex quo Cobetus fato functus est et paulo plures sunt ex quo acre eius ingenium penitus defloruit. Iam insigniter decrevit numerus eorum qui eum praesentes praesentem colere et observare potuerunt et sensim nova suboles succrevit quae in late patenti literarum campo ut plurimum se convertit ad alia studia, quae germani Cobeti discipuli numquam oderunt, sed defixi in aliis parcius colere solent. Restant tamen tum apud populares meos tum apud exteros, qui Cobetum tanquam fidelem ducem intuentur eiusque opera sedula manu frequenter versare pergunt, sed graviter sentiunt incommodum quod ad veteres Cobeti auditores non pertinebat, nunc autem nonnullos male habet. Scilicet deest index in sparsa volumina nec fuit adulescens qui mihi obtemperaret, quum olim auctor essem ut Rutgersii exemplum secutus indicem componeret in Cobeti opera omnia, quae post annum 1858 in lucem prodiissent. Hodie nullo modo sperare possumus fore ut ex studiosis iuvenibus aliquis se ad laborem accingat. Hoc apud animum meum reputabam, quum nuper venerunt ad nos ex Britannia literae, quibus quaerebatur quomodo exteri praesertim resciscere possent quid Cobetus de quoque scriptore et de singulis locis disputasset. Facile erat respondere pleraque omnia sumi posse ex mea Cobeti Vita, sed quoniam tunc usus eram vernaculo sermone, iniquum erat postulare ut Angli vel Galli prius Belgice discerent quam ad meas elucubrationes sibi pateret aditus. Feci tamen quod potui et quae iamdudum meos in proprios usus composueram, hic illic supplevi et emendavi ut unusquisque qui hoc ageret tantum non omnia Cobeti nullo labore posset

Digitized by Google

investigare. Indiculus qui sequitur, nihil est, si compares cum absoluto Rutgersii opere, nec tamen minus consulentibus utilem operam praestare poterit, sicuti equidem per longam annorum seriem vix umquam plenius adminiculum requisivi. Quod levem opellam sub Mnemosynes tutela reponere volui, id nemo mirabitur multoque minus improbabit.

Scripsi haec d. XX m. Iunii 1906, quo die ante sexaginta annos praesens affui, quum Cobetus literarum humaniorum professionem in Academia Lugduno-Batava solemni ritu auspicaretur.

S. A. Naber.

SEQUITUR INDEX OPERUM COBETI.

Prosopographia Xenophontea illustrandis nominibus eorum qui memorantur in Memorabilibus Socratis, Symposio et Oeconomico. Quaestio litteraria quae praemium reportavit.

In Annalibus Academiae Lugduno-Batavae, 1836.

Observationes Criticae in Platonis Comici Reliquias. Amst. 1840.

Oratio de Arte Interpretandi Grammatices et Critices fundamentis innixa primario philologi officio, quam habuit C. G. C. d. XX m. Iunii 1846, quum in Academia Lugduno-Batava professionem extraordinariam auspicaretur. Lugd. 1847.

Cum Adnotationibus, pag. 37—159.

1. Allocutio ad Commilitones, qua lectiones de Litteris Graecis et Antiquitatibus Romanis habendas d. 21 m. Sept. 1852 auspicatus est C. G. C.

2. Allocutio ad Commilitones, qua lectiones de Antiquitatibus Romanis habendas d. 20 m. Sept. 1853 auspicatus est C. G. C.

3. Praefatio lectionum de Historia Vetere ann. 1853/54 habendarum a C. G. C.

4. Adhortatio ad Commilitones, qua lectiones de Litteris Graecis et de Antiquitatibus Romanis d. 23 m. Sept. 1856 auspicatus est C. G. C.

Digitized by Google

5. Adhortatio ad Studia Humanitatis, qua lectiones de Litteris Graecis et de Antiquitatibus Romanis d. 25 m. Sept. 1860 auspicatus est C. G. C.

Commentationes Philologicae Tres in Instituti Regii Belgici Classe Tertia lectae. Amst. 1853.

I de Emendanda ratione Grammaticae Graecae discernendo orationem Artificialem ab oratione Populari.

II de Sinceritate Graeci sermonis in Graecorum scriptis post Aristotelem graviter depravata.

III de Auctoritate et Usu Grammaticorum veterum in explicandis scriptoribus Graecis.

Mnemosyne. Bibliotheca Philologica Batava. Ann. 1853—1862 et 1873—1886, passim.

Cf. Iani Rutgersii ad Mnem. Vol. 1853—1858 Appendix, qua continentur Praefationes in Utramque Variarum Lectionum partem et Indices in easdem.

Variae Lectiones, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. Ed. prim. 1854 p. 1—399, quibus in editione altera, 1873, accessere p. 400—681.

Pg. 1—168 = Mnem. 1853 p. 390—407, 1854 p. 92—176, 281—320, 385—408.

Novae Lectiones (Variarum Lectionum altera pars) Leid. 1859.

Pg. 1—801 = Mnem. 1855 p. 97—144, 233—280, 293—324; Mnem. 1856 p. 81—112, 181—204, 233—272, 379—418; Mnem. 1857 p. 1—56, 161—208, 275—338, 365—420; Mnem. 1858 p. 1—96, 125—196, 249—328, 385—449.

Miscellanea Critica, quibus continentur observationes criticae in Scriptores Graecos. Lugd. 1876.

Pg. 1—137 = Mnem. 1875 p. 410—448.
„ 1876 p. 1—57, 74—112.
169—358 = „ 1876 p. 176—230.
„ 1874 p. 163—222, 347—368, 392—401.

Digitized by Google

Mnem. 1875 p. 83—92, 263—273, 323—330, 359—373.
385—446 = „ 1876 p. 233—293.
Itaque in Mnemosyne desunt Miscellaneorum paginae 138—168, 358—385, 447—582.

Collectanea Critica, quibus continentur observationes criticae in Scriptores Graecos. Lugd. 1878.

Pg. 1—23 = Mnem. 1876 p. 353—375
24—33 = „ 1877 p. 11—20
34—43 = „ 1877 p. 1—10
44—51 = „ 1876 p. 442—449
52—108 = „ 1877 p. 56—112
109—144 = „ 1877 p. 130—164
145—148 = „ 1877 p. 221—224
185—237 = „ 1877 p. 225—276
305—352 = „ 1877 p. 338—384
497—544 = „ 1878 p. 1—48.
Itaque in Mnemosyne desunt Collectaneorum pgg. 149—184, 238—304, 352—496 et 544—620.

Diogenis Laertii de Clarorum philosophorum Vitis Libri decem. Parisiis 1850.

Novum Testamentum. Ad fidem Codicis Vaticani ediderunt A. Kuenen et C. G. C. Lugd. 1860.

Grieksch leesboek voor eerstbeginnenden. De tekst naar Attisch spraakgebruik gezuiverd door C. G. C. Met voorbericht en woordenlijst door Dr. J. J. de Gelder. Leiden (1856) 1865.
De inhoud goeddeels ontleend aan Hierocles.

Hyperidis oratio Funebris. Ed. C. G. C. Lugd. Bat. 1858.

Hyperidis orationes duae, ὁ ἐπιτάφιος λόγος et ὑπὲρ Εὐξενίππου. Ed. Alt. Lugd. 1877. Cf. Mnem. 1853 p. 310—329.

De Philostrati libello περὶ γυμναστικῆς recens reperto. Lugd. 1859.

Digitized by Google

Ξενοφῶντος Κύρου Ἀνάβασις. In usum Scholarum edidit C. G. C. (1859) 1898. Ed. Sexta.

Ξενοφῶντος Ἑλληνικά. In usum Scholarum edidit C. G. C. (1862) 1896. Ed. Quarta.

Lysiae orationes. In usum studiosae iuventutis edidit C. G. C. (1863) 1905. Edit. Quarta.

Cornelius Nepos. Vitae Excellentium Imperatorum. In usum scholarum ed. C. G. C. 1893. Ed. Tertia.

Oratio rectoralis habita d. 8 m. Febr. 1864 de monumentis literarum veterum suo pretio aestimandis.

Λόγιος Ἑρμῆς. Σύγγραμμα φιλολογικὸν περιοδικὸν τετράκις τοῦ ἔτους ἐκδιδόμενον ὑπὸ Κ. Σ. Κόντου Ἀμφισσέως. Lugd. 1866.
Insunt Cobeti Διορθωτικὰ εἰς τὰ τοῦ Κλήμεντος τοῦ Ἀλεξανδρέως p. 166—287 et p. 425—534.

Observationes Criticae et Palaeographicae in Dionysii Halicarn. Antiquitates Romanas. Lugd. 1877.

Brieven van Cobet aan Geel uit Parijs en Italië, Nov. 1840 —Juli 1845, uitgegeven door Dr. R. Fruin en Dr. H. W. van der Mey. Leid. 1891.

SEQUUNTUR NOMINA EDITORUM QUIBUS COBETUS COMMODAVIT COPIAS QUAS IN ITALIA COLLEGERAT.

Ioh. Bakius. Apsinis et Longini Rhetorica. Oxon. 1849. — Cf. Proll. p. XLIII. Epist. ad Geelium p. 10, 26, alibi.

F. C. Le Comte. De Historia Damonis et Phintiae. Dissert. Acad. 1847.

G. Dindorf. Scholia Graeca in Homeri Iliadem. Oxon. 1875, 77.

A. Emperius. Dionis Chrysostomi opera omnia. Brunsvicae 1844. Cf. Praef. p. IX et additamentum p. 790. Item Cob. Epist. ad Geelium passim.

Digitized by Google

Th. Gaisford. Etymologicum magnum. Oxon. 1848.

J. Geel. Euripidis Phoenissae. Scholia Antiqua in Euripidis Tragoedias partim inedita partim editis integriora adiunxit C. G. C.

G. A. Hirschig. Erotici scriptores. Parisiis 1856.

R. B. Hirschig. Aristophanis Vespae cum scholiis selectis et lectionibus Cod. Rav. a Bekkero et Veneti (Marciani 474) a Cobeto excerptis. Lugd. 1847.

S. Karsten. Simplicii Commentarius in IV libros Aristotelis de Coelo ex recensione Sim. Karstenii. Trai. 1865.

C. L. Kayser. Flavii Philostrati quae supersunt, cet. Turici (1844, 1846) 1853. Cf. Epist. Cobeti ad Geelium p. 307, alibi.

S. Keyzer. De iureiurando Iustiniano et Theodorae praestando in ineundo munere. Diss. Acad. Lugd. 1847.

E. Mehler. Heracliti Allegoriae Homericae. Lugd. 1851.

S. A. Naber. Zeven onuitgegeven Cretische Inscripties. I Verbond tusschen Hierapytna en Rhodus: Mnem. 1852 p. 75. II, III Verbonden van Hierapytna met Lyttus en Magnesia. IV—VII Vier Teio-Cretische verbonden: Mnem. 1852 p. 105.

S. A. Naber. Twee Cretische opschriften. I Het verbond met Allaria. II Het testament van Ago: Mnem. 1853 p. 30.

L. Robbe. Vita Aristotelis ex codice Marciano nunc primum edita. Diss. Acad. Lugd. Bat. 1861.

SCRIPTORES AB COBETO TRACTATI [1]).

Aelianus. Mnem. 1883 p. 260 sqq., 433—448; 1884 p. 108—112, 434—442.

Aeschines. Var. Lect. p. 478—504, 536—561, 609—646. Item vid. orat. de A. I. p. 133 sq. Praef. Var. Lect. 2dae Edit. p. XXXII.

Aeschylus. Mnem. 1875 p. 30 sqq., 1886 p. 121 sqq. Var. Lect. p. 403. Orat. de A. I. p. 103 sq.

1) Raro rationem habui scriptorum quos Cobetus obiter et in transcursu tractavit itaque ablegandi lectores ad Indices Variarum et Novarum Lectionum, Miscellaneorum et Collectaneorum et prae ceteris ad Rutgersium. Mnemosynen inde ab anno 1859 paulo accuratius excerpsi quam volumina quae praecedunt.

Digitized by Google

Aesopus. Mnem. 1859 p. 339 sqq.; 1860 p. 278—287; 1876 p. 385. Var. Lect. p. 182 sqq. Orat. de A. I. p. 153—158. Epist. ad Geelium p. 30 et 266.
Alciphron. Var. Lect. p. 41—45.
Andocides. Var. Lect. p. 556 (cf. Mnem. 1905 p. 285).
Anecdota Bekkeri. Mnem. 1877 p. 320, 336, 429, 438; 1878 p. 173 et 224.
Antiphon. Mnem. 1880 p. 269—291.
Apollodorus. Mnem. 1880 p. 400.
Appianus. Mnem. 1881 p. 302, 354; 1882 p. 211—238.
Apsines. Epist. ad Geelium p. 10, 26. Bakii Prol. p. XLIII.
Archytas. Var. Lect. p. 37. Epist. ad Geelium p. 260.
Aristaenetus. Mnem. 1860 p. 148—170.
Aristarchus. Epist. ad Geelium p. 578, 583, 593. Miscell. Crit. p. 286—289, 232. Cf. *Vier Tijdg.* p. 236.
Aristides. Mnem. 1880 p. 435; 1881 p. 32, 46, 200.
Aristobulus. Plat. comic. p. 72.
Aristodemus. Mnem. 1878 p. 225—237.
Aristonicus. Mnem. 1873 p. 26. Epist. inedit. ad Bakium, de qua vide *Vier Tijdgen.* p. 230.
Aristophanes. Mnem. 1860 p. 448; 1863 p. 96—110 et 209—222; 1874 p. 410—423; 1875 p. 309—322. Orat. de A. I. p. 65 sqq. Ep. ad Geelium p. 327. Vide supra Vespas ab Hirschigio editas.
Aristoteles. Cf. supra L. Robbe. Diss. Acad. de Vita Aristotelis. Mnem. 1857 p. 187.
Asconius. Mnem. 1862 p. 204, 221.
Athenaeus. De codice Archetypo Veneto Epist. ad Geelium p. 315; de Summariis ibid. p. 345. Orat. de A. I. p. 58 sqq. Mnem. 1855 et 1856 passim. Vide infra *Comici poetae.*

Babrius. Orat. de A. I. p. 71, 153. Mnem. 1859 p. 339; 1860 p. 279 sqq. Vide supra in v. *Aesopus.*
Boethus. Mnem. 1860 p. 399—437. Vide infra in V. *Photius.*

Callimachus. Mnem. 1861 p. 389—438.
Chariton. Var. Lect. 169—171. Mnem. 1859 p. 229—303. Orat. de A. I. p. 74 sqq.

Digitized by Google

Choricius. Mnem. 1877 p. 159—164.
Cicero. Var. Lect. p. 458—477. Mnem. 1859 p. 454—456; 1860 p. 336; 1861 p. 163, 366; 1862 p. 199, 313—333; 1874 p. 401, 410; 1875 p. 92—103; 1879 p. 1—24, 113—179, 225—297; 1880 p. 182—200, 345—390; 1881 p. 1—32, 113—148.
Clemens Alexandrinus. Mnem. 1860 p. 314, 437; 1862 p. 334—336, 383—393; Ἑρμ. Λόγ. p. 166—197, 201—287, 425—534. Plat. Com. p. 68 sqq.
Comici poetae. Mnem. 1855 p. 97—144, 233—280, 293—324; 1856 p. 81—112, 181—204; 1873 p. 142; 1876 p. 450—452; 1877 p. 174.
Constantinus Porphyrogenitus. Mnem. 1876 p. 378—382.
Craterus. Mnem. 1873 p. 27—128.

Demosthenes. Mnem. 1862 p. 179 sq., 195—198. Var. Lect. p. 505—514. Miscell. Crit. p. 1—86 et 449—582.
Didymus. Collect. p. 183.
Dio Cassius. Mnem. 1859 p. 400; 1878 p. 447 sq.; 1879 p. 40—48; 1882 p. 193—210. Ἑρμ. Λόγ. p. 404—424.
Dio Chrysostomus. Praef. Var. Lect. Edit. 2ae p. XXIX. Mnem. 1873 p. 71. Collect. p. 52—98. Cf. Emperii editio, de qua supra.
Diodorus Lexicogr. Mnem. 1860 p. 410, sed vide *Vier Tijdgen.* p. 333.
Diodorus Siculus. Coll. crit. p. 238—252. Mnem. 1878 p. 314, 356, 444 sqq.; 1879, 1880, 1882 passim; 1883 p. 20, 350, 420; 1884 passim.
Diogenes Laertius. Epist. ad Geelium passim. Cf. Cobeti editio Paris. de qua supra.
Dionysius Halicarnassensis. Mnem. 1860 p. 318—322; 1874 p. 301. Orat. de A. I. p. 134. Observationes Criticas vide supra.
Aelius Dionysius. Mnem. 1861 p. 50—95.

Epistolarum scriptores. Mnem. 1882 p. 42—66.
Erotianus. Mnem. 1880 p. 325. Ep. ad Geelium p. 393.
Erotici scriptores. Cf. Longum, Charitonem. Hirschigii editionem vide supra.

Digitized by Google

Etymologicum Magnum. Epist ad Geelium p. 529 et 535. Gaisfordi Editionem vide supra.
Eunapius. Mnem. 1878 p. 315—336; 1880 p. 1—20; 1882 p. 27—41.
Euripides. Var. Lect. 562—608. Mnem. 1856 p. 233—272, 388 sqq.; 1862 p. 435—448; 1874 p. 79; 1876 p. 323; 1880 p. 56—67. Geelii Editionem Phoenissarum vide supra.
Ezechiel tragicus. Ἑρμ. Λόγ. p. 357.

Fabius Pictor. Praef. de hist. vetere a. 1853 p. 7.
Fronto. Mnem. 1856 p. 232; 1873 p. 305. Var. Lect. Praef. Edit. 2dae p. XXVI.

Galenus. Mnem. 1859 p. 434—436; 1860 p. 21—48, 68—83; 1873 p. 432; 1874 p. 7, 62; 1875, 1876, 1877, 1878 passim; 1880 p. 112, 231—245, 268, 306; 1881 passim; 1882 p. 178—192, 251—257; 1884 p. 443—448; 1885 p. 1—14, 229—257, 347—351. Ἑρμ. Λόγ. p. 189 sq.
Gellius. Mnem. 1878 p. 111 sq., 304; 1879 p. 85, 97, 179, 410.

Harpocration. Collect. p. 168—184. Miscellan. Crit. p. 73, 450, 469, 522, 547.
Hecataeus Milesius. Mnem. 1883 p. 1—7.
Heraclitus. Mehleri Editionem Allegoriarum Homericarum vide supra. De Codicibus Cobetus haud satis accurate retulit in Epist. ad Geelium p. 426.
Hermesianax. Orat. de A. I. p. 47 sqq.
Herodotus. Var. Lect. p. 406—427. Mnem. 1860 p. 287—298; 1862 p. 333, 345; 1882 p. 400—413; 1883 p. 69—106, 122—160, 262—302; 1884 p. 79—107, 129—170, 246—282, 378—392.
Hesychius. Mnem. 1874 p. 162; 1875 p. 291—295; 1881 p. 361—379. Cf. Epist. ad Geelium, alibi.
Hierocles. Mnem. 1855 p. 104. Cf. *Grieksch Leesboek* supra.
Hippocrates. Praef. Nov. Lect. p. XXII. Mnem. 1859 p. 434 sqq.; 1860 p. 21; 1880 p. 325; 1882 p. 255; 1885 p. 234, 255, alibi. Vide etiam supra in voce *Galenus*.
Homerus. Epist. ad Geelium p. 440, 442, 457, 459 atque sic

Digitized by Google

deinceps passim, imprimis p. 586 sqq. Comment. Philolog. I p. 8. Mnem. 1873 p. 1—58; 1875 p. 104—119; 1879 p. 31—39, 110—112, 424—445. Miscell. Crit. 225—437.

Homeri Hymni. Mnem. 1861 p. 309—333; 1862 p. 200—203, 291—312.

Hyperides. Orat. pro Euxenippo. Mnem. 1853 p. 310—329. Vide supra duas Hyperidis orationes, quas C. G. C. edidit.

Iamblichus, de Vita Pythagorae. Ep. ad Geelium passim. Orat. de A. I. p. 75 sqq., 110. Var. Lect. p. 168. Collect. Crit. p. 305—482. Adde etiam F. C. le Comte diss. Acad. de historia Damonis et Phintiae; vide supra.

Iamblichi λόγος προτρεπτικός. Mnem. 1874 p. 261—282.

Inscriptiones. Cf. supra S. A. Naber, Mnem. 1852 p. 75—93, 105—125 et 1853 p. 30—42. Vide praeterea Mnem. 1856 p. 290; 1857 p. 447—450; 1861 p. 95; 1873 p. 236; 1861 p. 95; 1879 p. 423. De Dueno eiusque inscriptione cf. Mnem. 1881 p. 441—444 et 1882 p. 239.

Flavius Iosephus. Cf. Orat. hab. 8 Febr. 1864.

Isaeus. Mnem. 1860 p. 396 et 438; 1862 p. 113—144.

Isocrates. Var. Lect. p. 514—526. Ἑρμ. Λόγ. p. 520.

Iulianus Imper. Mnem. 1859 p. 341—419; 1860 p. 1—21, 249—277; 1861 p. 164—192; 1874 p. 27; 1882 p. 336, 424—448; 1883 p. 351—373. Epist. ad Geelium p. 445 sqq., 464.

Iulianus Lexicograph. Mnem. 1860 p. 410, sed v. *Vier Tijdgen.* p. 333.

Iustinianus. Vide supra Diss. Acad. S. Keyzer de iureiurando Iustiniano et Theodorae praestando in ineundo munere.

Lex Roscia. Mnem. 1861 p. 337.

Libanius. Mnem. 1861 p. 193—198; 1874 p. 402—410; 1875 p. 1—17, 141—156, 246—254. Miscell. Crit. p. 138—168. Collect. p. 29—138, 254—304.

Livius. Mnem. 1882 p. 96—121; 1860 p. 298. De causis belli cum Perseo Mnem. 1881 p. 167—191, 400—440.

Livii Epitomae. Mnem. 1862 p. 16.

Longinus. Mnem. 1879 p. 411—422; 1882 p. 319—323, 327; 1883 p. 121.

Digitized by Google

Longus. Var. Lect. 172—182.
Lucianus. Var. Lect. 75—169 et 187—355. Orat. de A. I. p. 38, 112.
Lysias. Orat. de A. I. p. 83 sqq. Mnem. 1874 p. 391 et 1882 p. 328—335. Cobeti editionem Lysiae vide supra.

Macrobius. Mnem. 1879 p. 48.
Menander Mnem. 1873 p. 353; 1876 p. 285—293, 450—452. Vide etiam in voce *Comici poetae.*
Moeris. Mnem. 1858 p. 7—10.
Musonius. Ἐρμ. Λόγ. p. 459.

Cornelius Nepos. Mnem. 1862 p. 180; 1880 p. 345—390; 1881 p. 1—32, 47—60, 303—339. Nepotis editionem supra memoravimus.

Onosander. Mnem. 1856 p. 313; 1857 p. 168, 187.

Pausanias Lexicogr. Mnem. 1861 p. 50—95.
Philodemus. Mnem. 1874 p. 28—33; 1878 p. 259—263, 373—386.
Philostratus. Mnem. 1859 p. 75—80, 117—181; 1873 p. 209—232. Epist. ad Geelium p. 307, 322. Iam supra vidimus edidisse Cobetum Philostrati librum περὶ γυμναστικῆς.
Photius. Mnem. 1858 p. 475—480; 1859 p. 18—74; 1860 p. 399—437; 1861 p. 50—95.
Plato comicus. Vide supra Cobeti Observationes criticas in Platonis Comici Reliquias.
Plato. Apolog. Orat. de A. I. p. 142
Cratyl. Collect. Crit. p. 24—33
Sophist. Mnem. 1860 p. 337—389
Alcibiad. I. Mnem. 1874 p. 369—385
Charmid. Collect. p. 24—43. Mnem. 1884 p. 107
Protagor. Mnem. 1880 p. 328—344, 391—400
Gorg. Mnem. 1874 p. 113—161. Orat. de A. I. p. 141
Menon. Collect. crit. p. 44—51
Menexenus. Mnem. 1874 p. 241—245
Republ. Mnem. 1862 p. 165—179; 1873 p. 431. Var. Lect. p. 526—535. Orat. de A. I. p. 138.

Digitized by Google

Tim. Mnem. 1880 p. 181.
Criti. Mnem. 1875 p. 209.
Legg. Mnem. 1860 p. 398.
Epistol. Ἑρμ. Λόγ. p. 347.
Axioch. Orat. de A. I. p. 141.
Divers. Dialog. Mnem. 1874 p. 245—261; 1875 p. 280—290; 1883 p. 8—20.
Plautus. Mnem. 1858 p. 192, 247; 1880 p. 61.
Plutarchi Vitae. Mnem. 1873 p. 204; 1878 p. 113—173; 1873 p. 97—142. Cf. supra in voce *Craterus*. Collect. p. 545—598. Mnem. 1879 p. 1—24, 225—261; 1876 p. 74—78. Orat. de A. I. p. 70.
Plutarchi Moralia. Mnem. 1873 p. 354—386. Collect. p. 482—544. De libro de Curiositate cf. Epist. ad Geelium p. 174 et 225, item Ambros. Firmin. Didot. in Praef. Diog. Laert.
Polyaenus. Mnem. 1857 p. 85; 1858 p. 43; 1861 p. 198 et 388; 1881 p. 209, 224, 244, 272.
Polybius. Mnem. 1862 p. 1—46. Collect. p. 1—23. Mnem. 1882 p. 219, 238, 294.
Porphyrius. Mnem. 1878 p. 337—356; 1883 p. 421—432.
Procopius. Mnem. 1856 p. 364; 1859 p. 303.

Senacherim. Var. Lect. p. 186.
Simplicius. De Comment. in IV libros Aristotelis de Caelo vide supra.
Sophocles. Mnem. 1857 p. 27—40; 1860 p. 445. Orat. de A. I. p. 40 sqq.
Stobaeus. Mnem. 1853 p. 399—407; 1855 p. 233, 267 sqq.; 1856 p. 252; 1857 p. 30; 1860 p. 86—148; 1874 p. 89—112, 424—451.
Strabo. Miscell. Crit. p. 87—98, 104—137, 169—223. Mnem. 1878 p. 49—54.
Suidas. Collect. Crit. p. 145—167. Mnem. 1873 p. 142, 204, 386, 394; 1882 p. 246, 257, 300, 318, 335, 418; 1883 p. 7, 68, 106, 331.
Symmachus. Mnem. 1874 p. 222.

Novum Testamentum. Edid. A. Kuenen et C. G. C.: vide

Digitized by Google

supra. Acc. praef. CXXV paginarum. Mnem. 1860 p. 308, 389; 1874 p. 150.

Themistius. Mnem. 1860 p. 243—249; 1861 p. 342, 438—440; 1862 p. 76, 97—112, 222—266, 312, 394—434; 1874 p. 1—7; 1875 p. 298—308, 337—348. Praef. Var. Lect. edit. 2ae p. XXIII.
Theocritus. Mnem. 1861 p. 225—228, 345—366. Praef. Nov. Lect. p. XIX. Var. Lect. p. 42.
Theodorus Prodromus. Epist. ad Geelium p. 428, 533.
Theophrastus. Mnem. 1859 p. 310—338; 1874 p. 34—72.
Theopompus. Mnem. 1880 p. 406; 1881 p. 191.
Thucydides. Var. Lect. p. 427—457, alibi. Hyperidis Oratt. passim. Mnem. 1862 p. 215—221, 337—383; 1879 p. 446—448; 1880 p. 68—108, 113—144, 436—453; 1881 p. 33—46; 1886 p. 1—18.
Timaeus (histor.). Mnem. 1883 p. 260 sq.
Tragicorum poetarum fragmenta Ἑρμ. Λόγ. 435—461. Mnem. 1877 p. 225—276; 1880 p. 56—65.

Xenophon. Anabasin et Hellenica Ed. C. G. C. Vide supra.
Prosopographia Xenophontea. Vide supra.
De Xenophontis anno natali. Mnem. 1858 p. 47—59.
Cyropaed. Mnem. 1875 p. 66—72, 214—221, 378—409; 1857 p. 290—304.
Anabas. Mnem. 1857 p. 304—338, 365—420; 1858 p. 1—46; 1859 p. 181 sq.
Hellenic. Mnem. 1857 p. 41—56, 161—208, 275—290; 1860 p. 393. Orat. de A. I. p. 68.
Agesil. Mnem. 1881 p. 334; Collect. 585.
Hieron. Mnem. 1858 p. 60—79.
Memorab. Mnem. 1858 p. 187—196, 249—297. Ἑρμ. Λόγ. p. 249.
Oeconom. Mnem. 1858 p. 80—96, 125—141.
Sympos. Mnem. 1858 p. 141—186.
Lacedaem. Rep. Mnem. 1858 p. 297—328, 385.
Atheniens. Rep. Mnem. 1858 p. 387—402.
Vectig. Mnem. 1858 p. 403—421.

Digitized by Google

de Re Equ. Mnem. 1858 p. 429—441, 447.
Mag. Eq. Mnem. 1858 p. 442—446.
Cyneget. Mnem. 1858 p. 422—429.

Zosimus. Mnem. 1884 p. 185, 225.

ADDENDA ET CORRIGENDA

AD

EPISTULAS COBETI.

Brieven van Cobet aan Geel uit Parijs en Italië. Nov. 1840—Juli 1845. Uitgegeven door Dr. R. Fruin en Dr. H. W. van der Mey.

P. 1 vs. 1. *Zondag* 28 *Nov.* 1840. Quod ex sequentibus satis apparet, hic dies 29mus m. Nov. fuit.

P. 3 vs. 8. Bethmannus anno 1839 Leidae fuerat et Geelium convenerat; cf. *Pertz' Archiv.* VIII 29. M. [1])

P. 5 vs. 9. Epist. secunda et tertia locum permutanto.

P. 7 vs. 7. Millerus nuper librum ediderat inscriptum: *Éloge de la chevelure. Discours inédit d'un auteur Grec anonyme en refutation du discours de Synésius intitulé Éloge de la Calvitie, publié par E. Miller*, 1840. Cf. infra p. 35. M.

P. 25 vs. 11. Aldina p. 6 vs. 34 = p. 14 Ed. Amst.

P. 28 vs. 2. Σελήνην. Nempe Cobetus correxerat Ἑλένην, cf. p. 34.

P. 34 vs. ult. *blz.* 20. Lege: *blz.* 28.

P. 35 vs. 16 infr. χολός. Lege: χυλός.

P. 38 vs. 15. Aldina F. 125 V. = p. 231 Ed. Amst.

P. 39 vs. 6. Aldina F. 128 V. = p. 237 Ed. Amst.

P. 40 vs. 13. Aldina F. 129 R. = p. 237 Ed. Amst.

P. 40 not. Supple lacunulas: τότε — ὄμβρῳ.

---

1) Quae v. doct. van der Mey ὁ μακαρίτης brevi ante obitum nobiscum communicavit, ea litera M. insignivimus.

Digitized by Google

P. 48 vs. 21. Bethmannus auctor fuerat Geelio ut Codex quem apud sacerdotem Groninganum invenerat et descripserat, Leidae in bibliotheca deponeretur. Cf. *Pertz' Archiv.* VIII 39 sq. Postea hoc Chronicon editum fuit a Societ. Histor. Ultraiectina et, ex Bethmanni exemplari, in Monumentis Germ. Histor. a Wiegando. M.

P. 51 not. Verosimiliter intelligendus est G. H. Schäfer (1764—1840). Cf. *Allg. Deutsche Biogr.* M.

P. 52 vs. 7 infr. G. de Moërbeka. Cf. p. 369.

P. 54 vs. 9 infr. Alex. Sommet. Lege: Soumet.

P. 56 vs. 18. Aldina Fol. 32 V. = p. 171 Ed. Amst.

P. 56 vs. 21 φθέγγωνται. Lege: φθέγγονται.

P. 56 vs. 24. Aldina Fol. 32 V. = p. 165 Ed. Amst.

P. 57 vs. 9. Aldina Fol. 113 V. = p. 209 Ed. Amst.

P. 59 vs. 14 infr. Erotius. Lege: Grotius.

P. 76 vs. 22. De illis hexametris cf. Jul. Quichérat. *Fragment inédit d'un versificateur Latin sur les figures de Rhétorique* (*Bibliothèque de l'École des Chartes.* I 1839/40) p. 51, 78. M.

P. 86 vs. 9 infr. ξύμπρωτ' ἐφύοντο. Cf. supra p. 40.

P. 92 med. 3 *Aug.* Lege 9 *Aug.*

P. 96 vs. 16 infr. *Curtiussen.* Lege: *Curiussen.*

P. 108 not. Adde *Mnemos.* 1879 p. 421.

P. 124 vs. 6. Fol. 240 V. Cod. Par. A = p. 231 Ed. Amst.

P. 125 vs. 17. Laudatus locus legitur p. 252 Ed. Amst.

P. 146 vs. 2. De Osanni scholio cf. p. 335.

P. 152 vs. 15. Sunt duo senarii ex Eur. Erechtheo fr. 372.

P. 155 med. Brevia. Lege: Brera.

P. 159 vs. 17 infr. *hhattiro.* Lege *hhattivo.*

P. 161 vs. 14 infr. Negarat Simplicius esse μεταβολὴν μεταβολῆς. Lepidum est videre Cobetum qui inter omnia Simpliciana hoc solum probaverit. Apparet eum non cognovisse calculum differentialem.

P. 166 vs. 7. Idem Cobetus enixe petit p. 440.

P. 172 vs. 1. 16 *Jan.* In diei notatione hic aliquid erratum fuit, cf. p. 172 vs. 13 infr. coll. c. p. 185 vs. 1.

P. 176 vs. 7 infr. γαῖαν ἀλοιᾶν. Cf. p. 230, 270 et 504.

P. 177 vs. 9. προσουρεῖν. Cf. Wyttenb. Bibl. Crit. VI 103; VIII 50; XII 55. Philom. II p. 271.

Digitized by Google

P. 178 vs. 1. Hic quoque error est in diei notatione. Cf. pag. seq.

P. 179 vs. 12. *Ṗendent.* Lege; *Rendent.*

P. 179 not. 3. Hoffmannus anno 1821 ad Salomonem medicum Leidensem devertit, sed Cobetus Hoffmanni alterum iter in Hollandiam intelligit m. Sept. 1836. Cf. Hoffmanni *Mein Leben*, II 340. M.

P. 184 vs. 16 infr. Eugenius de Rozière in gratiam Iohannis Mariae Pardessus, avi sui, contulit Italos codices Legis Salicae. Cf. *Loi Salique par J. M. Pardessus*, 1843. *Praef. p.* XLVII. M.

P. 189 med. *Eene zekere inscriptie.* Cf. p. 196.

P. 192 vs. 8 infr. Παυσανίαν τε. Cf. p. 553.

P. 194 med. Ἀκάτιον ἄρασθαι. Cf. p. 227.

P. 196 vs. 2. *Maar die interpretatie*, cet. Cf. p. 227.

P. 196 med. Παρίων ἀ πόλις. Cf. p. 515. Inscriptio apud Boeckhium est 2557. Cf. *Mnem.* 1853 p. 30.

P. 197 vs. 6 infr. ἐπὶ καὶ τρεῖς. Cf. p. 231.

P. 207 vs. 9. *Een Franschman.* Vide de eo p. 223.

P. 220 vs. 15 infr. τέχνη Lege: τέχνην.

P. 224 med. E. Gros Dionem Cassium edidit a. 1845 *collationné sur les manuscrits de Rome, Florence, Turin*, etc. M.

P. 241 med. Σοφοκλῆς ἐν Σκύθαις. Cf. p. 552.

P. 233. Ad Lysidis epistolam Cobetus nusquam postea rediit, cf. p. 279, Epistologr. Hercheri p. 601, Iamblichi Vit. Pythag. § 77, Diogen. Laert. VIII 42.

P. 249. De Longo conf. *Var. Lect.* p. 174.

P. 260 vs. 2 infr. οὐκ ἴδμες. Cf. p. 286.

P. 262 med. *Gaisford.* Cf. p. 523.

P. 263 med. Σεναχηρείμ. Adde *Mus. Rhen.* XVIII p. 447, Bernhard. *Gesch. Gr. Litt.* II p. 117.

P. 264 vs. 2. Fabulae Aesopicae. Cf. *Orat. Inaug.* p. 153 sqq. *Var. Lect.* p. 182 sqq., *Mnem.* 1859 p. 339 sqq., 1860 p. 278.

P. 268 vs. 7. P. 104 Dorv. = P. 113. 3. Hercheri.

P. 287 vs. 12 *wees zoo goed het in te vullen.* Nempe: μάντιας θεῶ φωνᾶς, coll. p. 368.

P. 288 vs. 1. Iustinianus. Vide hoc iusiurandum in dissertatione Acad. Sal. Keyzer.

P. 291 vs. 8. Theophrastus. Cf. p. 431.

Digitized by Google

P. 292 vs. 8. Frattoria. Lege: Trattoria.

P. 301 vs. 9. Philonis Iudaei de virtute eiusque partibus. Invenit et interpretatus est Aug. Maius. 1816. = Gemisthii Plethonis eleg. ac brev. quatuor virtutum explanatio. Edit. Basil. 1552. M.

P. 302 vs. 15 infr. De Codice Athenaei cf. p. 315, 544, alibi.

P. 311 not. 2. De Hesiodi fragmento cf. p. 334, 339, 389 et 403.

P. 313 not. Cf. J. G. Schneider. *Diogenes Laertius und der Engländer Burley* in: *Litter. Analecten, herausg. von F. A. Wolf.* III p. 227—255. M.

P. 315 med. Lectionem *παράσχῃ* Cobetus imprudens probavit.

P. 315 vs. 4 infr. Operae pretium est animadvertere, quam cito Cobetus agnoverit Codicis Athenaei Veneti singularem praestantiam, cf. p. 354.

P. 316 vs. 14 *ἀπὸ κραδῆς*. Lege: *κράδης*, p. 531.

P. 318 vs. 12 infr. Schol. in Pacem vs. 73. Add. p. 328.

P. 328 vs. 11 en *de Pax.* Lege: in *de Pax.*

P. 332 vs. 15 infr. Petrettini. Cf. p. 513.

P. 333 not. *blz.* 351. Lege: *blz.* 354.

P. 339 vs. 12 infr. Scholion Eurip. Cf. supra p. 311.

P. 345 med. *ποιῆσαι.* Cf. p. 369.

P. 346 vs. 12 infr. Nimirum ante *διαλέγονται* excidit *δ'* i. e. *τέτταρες.*

P. 354 med. De Dindorfii praef. Athen. cf. etiam p. 532.

P. 356 vs. 12 infr. Apollonius Molo. Cf. p. 365.

P. 367 vs 5. R. R. = Raoul Rochette, cf. p. 563

P. 398 vs. 11. Quod apparet ex Bakii editione Cicer. de Legibus, 1842, p. 112, R. V. Roothanius ei collationem Lagomarsianam miserat. Deinde a Bakio rogatus Cobetus inspexit Coll. Lagom. Cic. Bruti et Oratoris. Hinc pauca quaedam in Cobeti supellectile literaria, quae asservatur in Biblioth. Public. Leid. M.

P. 403 med. Scholion ad Rhesum. Cf. p. 545.

P. 404 not. 2. Ad Antiphanis fragmt. redit p. 545.

P. 413 vs. 4 Simias *ἐν Γοργόνι.* Cf. p. 389 et 422.

P. 430 vs. 15 *Bosco Parrasio.* Lege: *Parnasio.* M.

P. 437 vs. 9 infr. Dio Cassius. Nempe notatur error p. 438

Digitized by Google

not. Vide tamen p. 423 med. Aut hic aut illic memoria Cobetum defecit.

P. 444 vs. 16. De Prellero vide opinionem mutatam p. 591.

P. 452 vs. 7 infr. In Cobeto qui si quis alius μνήμων fuit, plane est incredibilis oblivio, cf. p. 456. Potestne excellens memoria temperari mira oblivione?

P. 457 vs. 9. Zoilus. Nempe ad Iliad. κ 274.

P. 472 vs. 3. *Noemen.* Lege: *Nemen.*

P. 472 vs. 16 infr. De neutro Herodiano me legere memini in editis Cobeti libris, nec magis in ineditis, quae Leidae in Bibliotheca asservantur.

P. 486 vs. 2 infr. *Quae* locorum. Lege: *Quia.*

P. 488 vs. 4. *Gelukkig heb ik hier*, enz. Fuit ille A. von Steinbüchel, Archaeologus, qui scripsit *Abrisz der Alterthumskunde*, 1829. Cf. infra p. 509 et 511, item Kayseri Philostratum, 1844. M. Cf. *Mnem.* 1852 p. 75.

P. 495 vs. 12 infr. *Eene van de Cretensische inscriptiën.* Quam vide apud Boeckhium C. I. G. p. 2557.

P. 497 vs. 24. Albertus Dressel, Germanus natione, Romae habitabat et multos Codices contulit, veluti Gellii. Has collationes postea Badhamo vendidit atque sic per Badhamum ad Hertzium pervenerunt. Cf. *Berlin. Acad. Sitzungsber.* 4 *Nov.* 1847 et Hertzii Gellii Editionem Mai. II. Praef. M.

P. 499 med. Athen. p. 5 D. Cf. p. 598.

P. 507 vs. 13. Inscriptio in Museo Trevisano apud Boeckhium est n. 2557, cf. supra p. 196 et 495. Coniicio inscriptionem in Seminario Patriarchali apud Boeckhium esse n. 2525, cf. p. 509.

P. 510 vs. 9. Hinc corrige quod in Mnemosyne perperam retuleram. Cobeto nomen Petrettini memoria exciderat.

P. 516 med. Fuit Ritschelius qui Geelio de Xicco Polentone scripserat, cf. Ritschelii ad Suetonium de Viris Illustribus post *Parerga.* M.

P. 517 vs. 17 inf. Vide Luciani locum in *Var. Lect.* p. 143.

P. 518 not. 2. Adde *Var. Lect.* p. 175.

P. 525 not. 2. Adde *Anecd. Bk.* p. 1399.

P. 525 not. 7. Adde *Anecd. Bk.* p. 1424.

P. 526 vs. 11. *Een jong Duitscher.* Ziegler erat, cf. p. 241.

P. 532 vs. 3. Reagentia. Cf. p. 354.

Digitized by Google

P. 536 vs. 3. Quantum mihi comparuit, Moralium Plutarchi collationes sine vestigio perierunt, cf. p. 549 vs. 15 infr.

P. 539 vs. 2. De Codice Athenaei cf. p. 315 alibi.

P. 543 vs. 5. λαικάσει. Cf. p. 567.

P. 545. De Athenaei summariis cf. *Vier Tijdgen.* p. 207.

P. 557 med. Diogenis Laert. locus legitur IV 40.

P. 568 vs. penult. Legitur haec Cobeti epistula apud Ermerinsium in Aretaei Cappad. praef. a. 1847. M.

P. 607 vs. 14 infr. Vitam Aristotelis ex Codice Marciano primus edidit L. Robbe in Dissertatione Academ. Leid. 1861.

P. 607 vs. 13 infr. De Archyta cf. p. 132, 150 et 260. Praeterea de eo nihil invenio, nisi forte *Var. Lect.* p. 37.

Denique vide corrigenda et addenda p. 645.

Digitized by Google

365262

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda, H. T. Karsten,
J. C. Naber, H. J. Polak, K. G. P. Schwartz,
M. C. Valeton, J. Woltjer.

NOVA SERIES.
VOLUMEN TRICESIMUM TERTIUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1905.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Sumptibus E. J. BRILL prodierunt:

M. T. Cicero. Commentarii rerum suarum sive de vita sua; accesserunt Annales Ciceroniani in quibus ad suum quaeque annum referuntur quae in his commentariis memorantur; utrumque librum scripsit W. H. D. Suringar. 1854. 2 part. 1 vol. 8°. . . . . *f* 8.50.

C. G. Cobet, Variae lectiones, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. Editio secunda auctior. 1873. 8°. - 7.—.

—— Miscellanea Critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos praesertim Homerum et Demosthenem. 1876. - 7.—.

—— Collectanea critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. 1877. 8°. . . . . - 7.—.

—— Hyperidis Orationes duae ὁ ἐπιτάφιος λογος et ὑπερ ευξενιππου. Editio altera auctior et emendatior. 8°. 1877. - 1.50.

—— Observationes criticae et palaeographicae ad Dionysii Halicarnassensis antiquitates Romanas. 1877. 8°. . . . . - 3.50.

—— De Philostrati libello περι γυμναστικης. 1859. 8°. . - 1.25.

—— Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum. In usum scholarum. Editio altera. 1884. kl. 8°. . . . . - 0.60.

—— Lysiae Orationes. Edit. quarta, quam novis curis recensuit J. J. Hartman, 1905. 8°. . . . . - 1.20.

—— Xenophontis Expeditio Cyri. Editio sexta, quam curavit S. J. Warren. 1898. 8°.. . . . . - 1.20.

—— Xenophontis Historia Graeca in usum scholarum. Editio quarta quam curavit L. Punt. 1896 8° . . . . . - 1.20.

J. J. Cornelissen, Oratio inauguralis. 1879. 8°. . . . . - 0.45.

—— Coniectanea Latina. 8°. . . . . - 0.60.

—— Cornelii Taciti de vita et moribus Iulii Agricolae. 1881. 8°. - 0.75.

—— Opus idem. In usum scholarum. 1881. kl. 8°. . . . - 0.30.

—— Minucii Felicis Octavius. 1882. kl. 8°. . . . . - 0.90.

H. van Herwerden, Lectiones Rheno-Traiectinae . . . . - 1.50.

Lysias Orationes in usum studiosae iuventutis textum constit. C. G. Cobet. Editio quarta quam novis curis recensuit J. J. Hartman. (Editio maior prolegomenis, fragmentis, indice nominum aucta). 1905. 8°.. . . . . - 2.40.

H. W. van der Mey, Studia Theognidea, accessit collatio codicis Mutinensis tantum non omnis. 1860. 8°. . . . . - 0.75.

E. Mehler, Luciani dialogi quatuor. Graece. (Timon, Philopseudes, Verae historiae, Gallus). In usum scholarum. . . . . - 1.90.

Mnomosyne. — Bibliotheca philologica Batava. Edid. C. G. Cobet, T. J. Halbertsma, H. G. Hamaker, E. J. Kiehl, etc. 1852—62. 11 vol. et Appendix ad vol. 2—7. 8°. (*f* 56.50) . . . . . - 30.—.

—— Nova series scripserunt C. G. Cobet, C. M. Francken, H. van Herwerden, S. A. Naber, W. G. Pluygers, J. J. Cornelissen, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton, alii; Vol. I—XIV colleg. C. G. Cobet, H. W. van der Mey, Vol. XV—XXXIII colleg. S. A. Naber, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton. 1873—1905. 8°. pro vol. - 5.25.

Ex officina typographica et bibliopolio antehac E. J. Brill.

Digitized by Google

v 33 O INDEXED
365262

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA, H. T. KARSTEN,
J. C. NABER, H. J. POLAK, K. G. P. SCHWARTZ,
M. C. VALETON, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.
VOLUMEN TRICESIMUM TERTIUM. PARS I.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1905.

Digitized by Google

INDEX.

	Pag.
Ad Ovidii Heroides, scripsit P. H. Damsté	1—56.
Ad Plutarchum, scripsit J. J. H.	56.
Thucydidea (*contin. e T. XXX p.* 53), scripsit I. C. Vollgraff.	57—67.
Ad Sallustium, scripsit P. H. D.	67.
Adnotationes criticae ad Lysiae orationes, scripsit S. A. Naber.	68—98.
De Ovidio poeta commentatio (*contin. e Vol. XXXII pag.* 419), scripsit J. J. Hartman	99—124.
Erratum correxit idem	124.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA quater in anno prodibit Calendis Ianuariis, Aprilibus, Iuliis, Octobribus.

Pretium annuum erit floren. 5.25.

Singuli fasciculi separatim non venibunt.

Digitized by Google

Sumptibus E. J. BRILL prodierunt:

M. T. Cicero. Commentarii rerum suarum sive de vita sua; accesserunt Annales Ciceroniani in quibus ad suum quaeque annum referuntur quae in his commentariis memorantur; utrumque librum scripsit W. H. D. Suringar. 1854. 2 part. 1 vol. 8°. . . . . *f* 8.50.

C. G. Cobet, Variae lectiones, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. Editio secunda auctior. 1873. 8°. *f* 7.—.

——— Miscellanea Critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos praesertim Homerum et Demosthenem. 1876. *f* 7.—.

——— Collectanea critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. 1877. 8°. . . . . *f* 7.—.

——— Hyperidis Orationes duae Ὁ ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΛΟΓΟΣ et ΥΠΕΡ ΕΥΞΕΝΙΠΠΟΥ. Editio altera auctior et emendatior. 8°. 1877. *f* 1.50.

——— Observationes criticae et palaeographicae ad Dionysii Halicarnassensis antiquitates Romanas. 1877. 8°. . . . . *f* 3.50.

——— De Philostrati libello ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΤΙΚΗΣ. 1859. 8°. . - 1.25.

——— Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum. In usum scholarum. Editio altera. 1884. kl. 8°. . . . . *f* 0.60.

——— Lysiae Orationes et fragmenta. Edit. tertia, quam curavit J. J. Hartman, 1891. 8°. . . . . *f* 1.20.

——— Xenophontis Expeditio Cyri. Editio sexta, quam curavit S. J. Warren. 1898. 8°. . . . . *f* 1.20.

——— Xenophontis Historia Graeca in usum scholarum. Editio tertia emendatior. 1888. 8° . . . . . *f* 1.20.

J. J. Cornelissen, Oratio inauguralis. 1879. 8°. . . . . - 0.45.

——— Coniectanea Latina. 8°. . . . . - 0.60.

——— Cornelii Taciti de vita et moribus Iulii Agricolae. 1881. 8°. - 0.75.

——— Opus idem. In usum scholarum. 1881. kl. 8°. . . . - 0.30.

——— Minucii Felicis Octavius. 1882. kl. 8°. . . . . - 0.90.

H. van Herwerden, Lectiones Rheno-Traiectinae . . . . - 1.50.

Dr. H. T. Karsten, De inkomsten en uitgaven van den Romeinschen Staat. Antiquarische schets. 1e stuk: De Republiek. 1880. 8°. *f* 0.80.

——— Spicilegium criticum. 1881. 8°. . . . . - 0.80.

H. W. van der Mey, Studia Theognidea, accessit collatio codicis Mutinensis tantum non omnis. 1860. 8°. . . . . *f* 0.75.

E. Mehler, Luciani dialogi quattuor. Graece. (Timon, Philopseudes, Verae historiae, Gallus). In usum scholarum . . . . *f* 1.90.

Mnemosyne. — Bibliotheca philologica Batava. Edid. C. G. Cobet, T. J. Halbertsma, H. G. Hamaker, E. J. Kiehl, etc. 1852—62. 11 vol. et Appendix ad vol. 2—7. 8°. (*f* 56.50) . . . . . *f* 30.—.

——— Nova series scripserunt C. G. Cobet, C. M. Francken, H. van Herwerden, S. A. Naber, W. G. Pluygers, J. J. Cornelissen, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton, alii; Vol. I—XIV colleg. C. G. Cobet, H. W. van der Mey, Vol. XV—XXXIII colleg. S. A. Naber, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton. 1873—1905. 8°. pro vol. *f* 5.25.

Ex officina typographica et bibliopolio antehac E. J. Brill.

Digitized by Google

INDEXED

MNEMOSYNE.

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY. ASTOR, LENOX AND TILDEN FOUNDATIONS.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda, H. T. Karsten,
J. C. Naber, H. J. Polak, K. G. P. Schwartz,
M. C. Valeton, J. Woltjer.

NOVA SERIES.

VOLUMEN TRICESIMUM TERTIUM. PARS II.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1905.

Digitized by Google

INDEX.

Pag.

Commentum Aeli Donati ad Terentium (*contin. e Vol. XXXII pag.* 322), scripsit H. T. KARSTEN . . . . . 125—[illegible]

Τροσταυρούν, scripsit M. LAMSON EARLE . . . . . [illegible]

Ad M. Antonini Lib. IX. c. 42, scripsit J. H. LEOPOLD . . 154—[illegible]

TO $\overline{\text{T}}$ ATTIKON ANTI CIΓMATOC, scripsit J. v. L. . . . . 156.

Adnotationes criticae ad Antiphontis Aeschinis Hyperidis Dinarchi orationes, scripsit S. A. NABER . . . . . 157—185.

Ad Apollinarem Sidonium, scripsit P. H. D. . . . . 185.

Ad epigramma Delphicum, scripsit C. GUL. VOLLGRAFF . . . 186—188.

Ad Apollinarem Sidonium, scripsit P. H. D. . . . . 188.

De Ovidio poeta commentatio (*contin. e pag.* 124), scripsit J. J. HARTMAN . . . . . 189—218.

Emendatur Apoll. Sidon. Ep. I. 5. 5, scripsit P. H. D. . . 218.

Varia, scripsit H. VAN HERWERDEN. . . . . 219—220.

Ad Libanium, scripsit H. J. POLAK . . . . . 221—228.

Digitized by Google

JUL 20 95

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
ASTOR, LENOX TILDEN FOUNDATIONS.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda, H. T. Karsten,
J. C. Naber, H. J. Polak, K. G. P. Schwartz,
M. C. Valeton, J. Woltjer.

NOVA SERIES.

VOLUMEN TRICESIMUM TERTIUM. PARS III.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1905.

Digitized by Google

INDEX

	Pag.
De Ovidio poeta commentatio (*contin. e pag.* 218), scripsit J. J. HARTMAN	333—378.
Ad Antonini Liberalis c. XXXI § 4, scripsit CAROLUS GULIELMUS VOLLGRAFF	378.
ΔΙΟΝΤΣΟΣ ΒΡΑΙΤΗΣ, scripsit CAROLUS GULIELMUS VOLLGRAFF .	379—380.
Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex Vol. XXXII pag.* 446), scripsit J. C. NABER S. A. FIL.	381—397.
De Livii praef. 3, scripsit M. L. EARLE	397.
Ad Velleium Paterculum, scripsit P. H. DAMSTÉ	398—420.
Σημεῖον αἰνιγματῶδες, scripsit J. v. L.	420.
Thucydidea (*contin. e pag.* 67), scripsit I. C. VOLLGRAFF .	421—441.
De Aeneidis loco illo ubi Aeneas Helenae mortem minatur (II, 567—588), scripsit J. J. HARTMAN.	441—444.
Ad Herodotum, scripsit M. L. EARLE.	444.

Digitized by Google

MNEMOSYNE.

3857233

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA, H. T. KARSTEN,
J. C. NABER, H. J. POLAK, K. G. P. SCHWARTZ,
M. C. VALETON, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.
VOLUMEN TRICESIMUM QUARTUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1906.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Sumptibus E. J. BRILL prodierunt:

M. T. Cicero, Commentarii rerum suarum sive de vita sua; accesserunt Annales Ciceroniani in quibus ad suum quaeque annum referuntur quae in his commentariis memorantur; utrumque librum scripsit W. H. D. Suringar. 1854. 2 part. 1 vol. 8°. . . . . *f* 8.50.

C. G. Cobet, Variae lectiones, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. Editio secunda auctior. 1873. 8°. - 7.—.

—— Miscellanea Critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos praesertim Homerum et Demosthenem. 1876. - 7.—.

—— Collectanea critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. 1877. 8°. . . . . - 7.—.

—— Hyperidis Orationes duae 'Ο 'ΕΠΙΤΑΦΙΟϹ ΛΟΓΟϹ et 'ΥΠΕΡ ΕΥΞΕΝΙΠΠΟΥ. Editio altera auctior et emendatior. 8°. 1877. - 1.50.

—— Observationes criticae et palaeographicae ad Dionysii Halicarnassensis antiquitates Romanas. 1877. 8°. . . . . - 3.50.

—— De Philostrati libello ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΤΙΚΗΣ. 1859. 8°. . - 1.25.

—— Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum. In usum scholarum. Editio tertia, quam curavit H. W. van der Mey. 1893. 8°. - 0.60.

—— Xenophontis Expeditio Cyri. In usum scholarum. Editio sexta, quam curavit S. J. Warren. 1898. 8°.. . . . . - 1.20.

—— Xenophontis Historia Graeca. In usum scholarum. Editio quarta, quam curavit L. Punt. 1896. 8°. . . . . - 1.20.

J. J. Cornelissen, Oratio inauguralis. 1879. 8°. . . . . - 0.45.

—— Coniectanea Latina. 8°. . . . . - 0.60.

—— Cornelii Taciti de vita et moribus Iulii Agricolae. 1881. 8°. - 0.75.

—— Opus idem. In usum scholarum. 1881. kl. 8°. . . . . - 0.30.

—— Minucii Felicis Octavius. 1882. kl. 8°. . . . . - 0.90.

J. J. Hartman, De Ovidio Poeta commentatio. 1905. 8°. . - 1.75.

—— Analecta Tacitea. 1905. 8°. . . . . - 4.20.

H. van Herwerden, Lectiones Rheno-Traiectinae . . . . - 1.50.

Lysiae Orationes. In usum studiosae iuventutis textum constituit C. G. Cobet. Editio quarta, quam novis curis recensuit J. J. Hartman. (Editio maior prolegomenis, fragmentis, indice nominum aucta). 1905. 8°.. . . . . - 2.40.

—— Editio minor. . . . . - 1.20.

E. Mehler, Luciani dialogi quatuor (Timon, Philopseudes, Verae historiae, Gallus). In usum scholarum . . . . . - 1.90.

Mnemosyne. — Bibliotheca philologica Batava. Edid. C. G. Cobet, T. J. Halbertsma, H. G. Hamaker, E. J. Kiehl, etc. 1852—62. 11 vol. et Appendix ad vol. 2—7. 8°. (*f* 56.50) . . . . . - 30.—.

—— Nova series. Scripserunt C. G. Cobet, C. M. Francken, H. van Herwerden, S. A. Naber, W. G. Pluygers, J. J. Cornelissen, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton, alii; Vol. I—XIV colleg. C. G. Cobet, H. W. van der Mey, Vol. XV—XXXIV colleg. S. A. Naber, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton. 1873—1906. 8°. pro vol. - 5.25.

Ex officina typographica et bibliopolio quae antehac E. J. Brillii fuerunt.

Digitized by Google

INDEXED v. 34

365263

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY, ASTOR, LENOX AND TILDEN FOUNDATIONS.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. Hartman, H. van Herwerden, A. E. J. Holwerda, H. T. Karsten,
J. C. Naber, H. J. Polak, K. G. P. Schwartz,
M. C. Valeton, J. Woltjer.

NOVA SERIES.

VOLUMEN TRICESIMUM QUARTUM. PARS I.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1906.

RBA

Digitized by Google

INDEX.

	Pag.
Ad Apollonium Rhodium, scripsit S. A. Naber	1—39.
Ad Sallustium, scripsit P. H. D.	39.
Ad Procopium, scripsit H. van Herwerden.	40—58.
Ad Ciceronem, scripsit P. H. D.	58.
Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex Vol. XXXIII pag.* 397), scripsit J. C. Naber S. A. fil.	59—72.
Amphidromia, scripsit J. Vürtheim	73—78.
Minuciana, scripsit P. H. Damsté	79—82.
Ad Sallustium, scripsit P. H. D.	82.
De porticu Claudia, scripsit J. J. Hartman.	83—84.
Ad Ovid. Met. I, 712, scripsit W. Werff	84.
De Ciceronis Scholiasta Gronoviano, scripsit C. Brakman I. f.	85—113.
Ad Aristoph. Ran. 1274, scripsit v. L.	113.

Bibliotheca Philologica Batava quater in anno prodibit Calendis Ianuariis, Aprilibus, Iuliis, Octobribus.

Pretium annuum erit floren. 5.25.

Singuli fasciculi separatim non venibunt.

Digitized by Google

Apr 28 06

ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS
PUBLIC LIBRARY

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA, H. T. KARSTEN,
J. C. NABER, H. J. POLAK, K. G. P. SCHWARTZ,
M. C. VALETON, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.

VOLUMEN TRICESIMUM QUARTUM. PARS II.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1906.

Digitized by Google

INDEX.

Pag.

De Ciceronis Scholiasta Gronoviano, scripsit C. Brakman I. f. 113—134.

Ad Aristoph. Ran. 1274, scripsit v. L. . . . . 134.

Platonica, scripsit H. van Herwerden . . . . . 135—147.

Ad Lucretium et Ad Taciti Dialogum, scripsit J. van Wageningen . . . . . 147—148.

Adnotationes criticae ad Theocritum, scripsit S. A. Naber . 149—174.

Ad Aristoph. Ran. 27, scripsit v. L. . . . . 174.

Minuciana (*contin. e pag.* 82), scripsit P. H. Damsté . . . 175—179.

Ad Aristoph. Ach. 504 et Nub. 559, scripsit v. L. . . . . 180.

Homerica (*contin. e Vol. XXXII pag.* 450), scripsit J. van Leeuwen J. f. . . . . 181—224.

XXIV. Νηός quid est?

XXV. Non finis belli Troiani in Iliade narratur sed initium.

XXVI. Helenae encomium.

Ad Iliadis B 672 et 865, scripsit v. L. . . . . 224.

Digitized by Google

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA, H. T. KARSTEN,
J. C. NABER, H. J. POLAK, K. G. P. SCHWARTZ,
M. C. VALETON, J. WOLTJER.

PUBLIC LIBRARY

NOVA SERIES.

VOLUMEN TRICESIMUM QUARTUM. PARS III.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1906.

Digitized by Google

INDEX

	Pag.
Ad Callimachum, scripsit S. A. Naber	225—239.
Ad Ciceronem, scripsit P. H. D.	239.
Ad Librum de Bello Africano, scripsit P. H. Damsté . . .	240—250.
Ad Homeri X 126 sqq., scripsit v. L.	250.
Homerica (*contin. e pag.* 223), scripsit J. van Leeuwen J. f. .	251—306.
XXVII. De heroum Homericorum curribus bellicis.	
XXVIII. De thoracis in carminibus Homericis usu.	
XXIX. De Thetide Pelei uxore.	
XXX. De nomine Achillis.	
XXXI. De Iunone Troianis infesta.	
Ad Terent. Eunuch. III 5, 40, scripsit v. L.	306.
De Plutarchi studiis Latinis, scripsit J. J. Hartman . . .	307—316.
Ad Ciceronem, scripsit P. H. D.	316.
Platonica (*contin. e pag.* 147), scripsit H. van Herwerden .	317—330.
ΦΛΑΒΙΟΣ — ΦΑΒΙΟΣ, scripsit H. v. H.	330.
Varia, scripsit H. J. Polak	331—338.
De Hymno quodam, scripsit P. H. Damsté	339—344.
Ad scholion Hom. K 515, scripsit v. L.	344.

Digitized by Google

INDEXED

MNEMOSYNE.

[illegible]

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA, H. T. KARSTEN,
J. C. NABER, H. J. POLAK, K. G. P. SCHWARTZ,
M. C. VALETON, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.

VOLUMEN TRICESIMUM QUARTUM. PARS IV.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1906.

Digitized by Google

INDEX.

	Pag.
Ad Callimachum, scripsit S. A. Naber	225—239.
Ad Ciceronem, scripsit P. H. D.	239.
Ad Librum de Bello Africano, scripsit P. H. Damsté . . .	240—250.
Ad Homeri X 126 sqq., scripsit v. L.	250.
Homerica (*contin. e pag.* 223), scripsit J. van Leeuwen J. f. .	251—306.
XXVII. De heroum Homericorum curribus bellicis.	
XXVIII. De thoracis in carminibus Homericis usu.	
XXIX. De Thetide Pelei uxore.	
XXX. De nomine Achillis.	
XXXI. De Iunone Troianis infesta.	
Ad Terent. Eunuch. III 5, 40, scripsit v. L.	306.
De Plutarchi studiis Latinis, scripsit J. J. Hartman . . .	307—316.
Ad Ciceronem, scripsit P. H. D.	316.
Platonica (*contin. e pag.* 147), scripsit H. van Herwerden .	317—330.
ΦΛΑΒΙΟΣ — ΦΑΒΙΟΣ, scripsit H. v. H.	330.
Varia, scripsit H. J. Polak	331—338.
De Hymno quodam, scripsit P. H. Damsté	339—344.
Ad scholion Hom. K 515, scripsit v. L.	344.

Digitized by Google

[redacted]
V 2
TP-Index
INDEXED

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA, H. T. KARSTEN,
J. C. NABER, H. J. POLAK, K. G. P. SCHWARTZ,
M. C. VALETON, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.
VOLUMEN TRICESIMUM QUARTUM. PARS IV.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1906.

Digitized by Google

INDEX.

	Pag.
Apuleiana, scripsit C. BRAKMAN I. F.	345—360.
Ad Lucianum, scripsit v. L.	360.
Trifolium Horatianum, scripsit P. H. DAMSTÉ	361—364.
Observatiunculae de iure Romano (*contin. ex pag.* 72), scripsit J. C. NABER S. A. FIL.	365—375.
ΚΟΛΑΑΒΟΙ — ΚΟΛΑΟΠΕΣ. Ad Lucianum, scripsit v. L. . . .	375.
ΕΙCΙΛΙΟΝ — ΕΠΕΙCΙΟΝ, scripsit J. VÜRTHEIM	376—380.
Homerica (*contin. e pag.* 306), scripsit J. VAN LEEUWEN J. F. . XXXII. Observationes criticae.	381—410.
Ad Lucianum, scripsit v. L.	410.
Thucydidea (*contin. e T. XXXIII pag.* 441), scripsit I. C. VOLLGRAFF	411—429.
HC — ωC. Ad Odysseae ω 30, scripsit v. L.	429.
Caroli Gabrielis Cobet operum conspectus, scripsit S. A. NABER.	430—443.
Addenda et corrigenda ad Epistulas Cobeti, scripsit idem. .	443—448.

Digitized by Google

Bibliotheca Philologica Batava quater in anno prodibit Calendis Ianuariis, Aprilibus, Iuliis, Octobribus.

Pretium annuum erit floren. 5.25.

Singuli fasciculi separatim non venibunt.

Digitized by Google

Sumptibus E. J. BRILL prodierunt:

M. T. Cicero, Commentarii rerum suarum sive de vita sua; accesserunt Annales Ciceroniani in quibus ad suum quaeque annum referuntur quae in his commentariis memorantur; utrumque librum scripsit W. H. D. Suringar. 1854. 2 part. 1 vol. 8°. . . . . *f* 8.50.

C. G. Cobet, Variae lectiones, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. Editio secunda auctior. 1873. 8°. - 7.—.

—— Miscellanea Critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos praesertim Homerum et Demosthenem. 1876. - 7.—.

—— Collectanea critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. 1877. 8°. . . . . - 7.—.

—— Hyperidis Orationes duae ὁ ἐπιτάφιος λογος et ὑπερ ευξενιππου. Editio altera auctior et emendatior. 8°. 1877. - 1.50.

—— Observationes criticae et palaeographicae ad Dionysii Halicarnassensis antiquitates Romanas. 1877. 8°. . . . . - 3.50.

—— De Philostrati libello περι γυμναστικης. 1859. 8°. . - 1.25.

—— Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum. In usum scholarum. Editio tertia, quam curavit H. W. van der Mey. 1893. 8°. - 0.60.

—— Xenophontis Expeditio Cyri. In usum scholarum. Editio sexta, quam curavit S. J. Warren. 1898. 8°.. . . . . - 1.20.

—— Xenophontis Historia Graeca. In usum scholarum. Editio quarta, quam curavit L. Punt. 1896. 8°. . . . . - 1.20.

J. J. Cornelissen, Oratio inauguralis. 1879. 8°. . . . . - 0.45.

—— Coniectanea Latina. 8°. . . . . - 0.60.

—— Cornelii Taciti de vita et moribus Iulii Agricolae. 1881. 8°. - 0.75.

—— Opus idem. In usum scholarum. 1881. kl. 8°. . . . - 0.30.

—— Minucii Felicis Octavius. 1882. kl. 8°. . . . . - 0.90.

J. J. Hartman, De Ovidio Poeta commentatio. 1905. 8°. . - 1.75.

—— Analecta Tacitea. 1905. 8°. . . . . - 4.20.

H. van Herwerden, Lectiones Rheno-Traiectinae . . . . - 1.50.

Lysiae Orationes. In usum studiosae iuventutis textum constituit C. G. Cobet. Editio quarta, quam novis curis recensuit J. J. Hartman. (Editio maior prolegomenis, fragmentis, indice nominum aucta). 1905. 8°.. . . . . - 2.40.

—— Editio minor. . . . . - 1.20.

E. Mehler, Luciani dialogi quatuor (Timon, Philopseudes, Verae historiae, Gallus). In usum scholarum . . . . . - 1.90.

Mnemosyne. — Bibliotheca philologica Batava. Edid. C. G. Cobet, T. J. Halbertsma, H. G. Hamaker, E. J. Kiehl, etc. 1852—62. 11 vol. et Appendix ad vol. 2—7. 8°. (*f* 56.50) . . . . . - 30.—.

—— Nova series. Scripserunt C. G. Cobet, C. M. Francken, H. van Herwerden, S. A. Naber, W. G. Pluygers, J. J. Cornelissen, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton, alii; Vol. I—XIV colleg. C. G. Cobet, H. W. van der Mey, Vol. XV—XXXIV colleg. S. A. Naber, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valeton. 1873—1906. 8°. pro vol. - 5.25.

Ex officina typographica et bibliopolio quae antehac E. J. Brillii fuerunt.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google